14 A 39
6

Národní knihovna ČR
Historické fondy
14 A 39/T.5
Národní knihovna
1002613978

XIV
A 39

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTOPHORI CLAVII BAMBERGENSIS E SOCIETATE IESV

OPERVM MATHEMATICORVM

TOMVS QVINTVS

Continens

ROMANI CALENDARII à GREGORIO XIII. P. M. RESTITVTI Explicationem S. D. N. CLEMENTIS VIII. P. M. iuſſu editam.

NOVI CALENDARII ROMANI APOLOGIAM aduerſus Michaelem Mæſtlinum Gæppingenſem in Tubingenſi Academia Mathematicum duobus libris explicatam.

APPENDICEM AD NOVI CALENDARII ROMANI Apologiam, in qua Ioſephus Scaliger, Georgius Germanus, & Franciſcus Vieta, qui Calendarium aliter inſtaurandum eſſe contenderunt, ſeorſim ſinguli confutantur. Acceſſit refutatio Cyclometriæ eiuſdem Scaligeri.

Bibl: Coll: Societ: Jesu Pragæ ad S: Clement: Anno 1699.



REGIÆ BIBLIOTH. ACAD. PRAGEN.

MOGVNTIÆ,

Sumptibus ANTONII HIERAT, excudebat IOANNES VOLMARI.

Cum Gratia & Priuilegio Sacræ Cæſar. Maieſt.

ANNO M. DC. XII.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOANNI

Godefrido Epiſcopo Bambergenſi, & Cathedralis Eccleſiæ Herbipolenſis Præpoſito, &c. Domino ſuo clementiſſimo,

IOANNES REINHARDVS ZIEGLERVS E SOCIETATE IESV S. P.

NON erat mihi obſcurum, Reuerendiſsime ac Illuſtriſsime Princeps, cum ſuos primum Commentarios, vt in lucem ederentur, offerret Collegio Moguntino CHRISTOPHORVS CLAVIVS, *ſi eam in me curam recepiſſem, cũ ingenti labore ac moleſtia plurimum etiam periculi coniunctum fore, quod res omnes Mathematicæ natura ſua ita comparatæ ſint, vt neglectus apex vnus aut punctum vnum pudendos ſæpenumero errores faciat. quis vero ita temerarius eſt, vt in tanta figurarum ac numerorum multitudine præſtare ſe poſſe putet, nihil vt vnquam oculos ſuos effugiat? quis animo tam indefeſſo, vt cum intoleranda librariorum negligentia dicam, an imperitia quotidie confligens, non aliquando labore ac tædio victus multa quæ maiorem quandam attentionem requirerent, leuiore brachio perſtringat? Ego vero vt maxime ſedulo omnes mei muneris partes obiuiſſem, ſi quid tamen peccatum fuiſſet, facile videbam futurum, vt quod eſt maleuolorum ingenium, ſocordiæ daretur etiam id, quod humana ſolertia caueri à nemine potuiſſet. quam ob rem facile in eam mentem impelli me paſſus eſſem, vt cum mea ſponte diſciplinis Mathematicis impenſe fauerem, negotio tamen adeo periculoſo abſtinendam manum arbitrarer, ſi non plus apud me R. P.* CLAVII *autoritas, quam periculi ac laboris magnitudo valuiſſet. Nam cum illum affecta iam ætate ad rem ſane quam moleſtam ſufficere non poſſe intelligerem, & ego nihil non experiri vellem potius, quam vt apud me locum non haberent preces eius viri, quem totius orbis conſenſu celeberrimum hæc tempora Mathematicum habuerunt: & ſimul etiam occurreret animo, quanti ad communem vtilitatem intereſſet, ne quid aliquando ex ijs omnibus interiret, quæ ille minutim diſtracta in lucem ediderat, committendum mihi non putaui, vt vel eius honeſtiſſimo deſiderio, vel publico rei literariæ bono defuiſſe viderer. Itaq; annis ab hinc duobus initio facto, magnis operibus & impenſis ad finem aliquando peruentum eſt: &, niſi me animus fallit, meliore quam ſperare poteram, ſucceſſu. Hoc vnum ad gaudij mei integritatem maxime deeſt, quod cum nihil optarem magis quam vt R. P.* CLAVIVS *in vltima iam vitæ meta poſitus, non ante ex hoc mortalitatis ſtadio decederet, quam hunc ſuum partum auguſtiore à nobis, & nitidiore forma excultũ aſpiceret ipſe, &, ſi ita videretur, approbaret: multo tamẽ aliter* DEVS OPT. MAX. *euenire voluerit. Nã hoc ipſo anno milleſimo ſexcenteſimo duodecimo, die ſexta Februarij, cum iam ſupremam fere operi manum imponeremus, vita defunctus eſt vir ille maximarũ virtutum & eruditionis laude celeberrimus. fulgere deſiit inter homines inſigne illud Mathematicorum ſidus, patriæ ſuæ gloria, ſocietatis noſtræ decus, Eccleſiæ Chriſtianæ ornamentum. de quo quam præclare omnes ſenſerint, vel ex illa cuiuſdam*

Digitized by Google

inter eruditos non infimæ notæ hominis confeſſione manifeſtum eſſe poteſt, qui cum ſui potius, quam aliorum admirator eſſet vni tamen Clauio tantũ tribuebat, vt ab eo reprehendi ſe malle diceret, quã laudari ab alijs. Qui vero eum ex familiari conſuetudine paulo propius nouerũt, hoc in illo maxime admirandũ extitiſſe narrant, quod cum tanta eruditionis fama, ac nominis ſui claritudine tam inſignem pietatem ac modeſtiam perpetuo coniunctã retinuerit vt nullũ ſibi hominem vnquam, ſeipſum alijs omnibus poſtponeret. Quas ob res cũ benigniſſimus Devs *immortalibus eum præmijs ac honoribus affectũ vellet, ætate meritiſq; grauem ex hac vita ad illas beatorũ ſedes, quo ſemper oculos ac animũ intenderat, euocauit. Ea re ſi, quod mihi de Tuo erga* Clavivm *amore perſuadeo, vehementius commoueris Reuerendiſſime ac Illuſtriſſime Princeps, etiam atque etiam cogites velim dubium eſſe non poſſe, quin illi Bambergenſis Eccleſiæ incolumitas, pro qua, dum viueret, quotidie* Deo *ſupplicabat, nunc tãto magis cordi futura ſit, quãto certior à diuino Numine, quod voluerit impetrandi ſpes affulget. Ego vero quam viuo dederam, mortuo præſtabo fidem, vt quos ille cõmentarios vltima voluntate* Nomini Tvo *conſecrarat, alienis titulis non patiar inſigniri. Nam ab ipſo ſtatim pincipio, cum huius in me operis curam reciperem, tum alia me impulerunt, quæ ſupra commemoraui: tũ illud etiam, quod* Tvæ Gloriæ *ſeruiendi nonnullã mihi occaſionẽ offerri gauderẽ. quare ſæpenumero vſu venit, vt laboris diuturnitate fatigatus non aliunde magis, quam ex* Tvi Nominis *recordatione ad perſeuerandum incitarer. atque ita tandem effectum eſt, vt quinque bene magnos* Tomos *tuis felicibus auſpicijs typis editos in publicum producerem, quos, niſi vehementer erro, tum propter Autoris ſui vulgatam eruditionis opinionem, tum propter rerum ipſarum præſtantiam multis ſæculis duraturos eſſe, &* Tvi Nominis *memoriam quam longiſſime in reliquam poſteritatem tranſmiſſuros confido. quanquam parum id eſt, quod* Tvæ Gloriæ *famam perituris chartis videar committere. ætatem illa per ſe feret, & vigebit in hominum animis impreſſa præclaris virtutum facinoribus. Hac enim via Chriſtianis Principibus ad veram immortalitatem enitendum eſt, vt poſtquam fato defuncti ſint, non alia ſui monumenta potius, quam illuſtria rerum bene geſtarum exempla ſupereſſe velint. quod ſi tamen literæ noſtræ ad celebrandam apud poſteros præſtantium virorum famam momenti aliquid habent, etiam atque etiam te obſecro Reuerendiſſime ac Illuſtriſſime Princeps, vt pro tua ſingulari beneuolẽtia hoc noſtrum Tui colendi ſtudium æqui bonique conſulas. id adeo te facturum ſpero, ſi non ex eorum, quæ in ſingulos pene dies in ſocietatem noſtram, & potiſſimum Collegium tuum Bambergenſe confers, beneficiorum magnitudine, quid à nobis iure poſtulare poſſis; ſed ex virium noſtrarum tenuitate, quam parum hoc ſit, quod præſtare valeamus, benigne clementerque æſtimaueris. Quod reliquum eſt,* Devm *oro, vt ad mitigandum* Germaniæ *communem luctum, quæ hoc ipſo tempore perquam crebris Optimorum Principum funeribus afflicta iacet,* Celsit. Tvam *quam diutiſſime incolumem eſſe velit.* Mogvntiaci, *Die* XXV. *Martij.* Anno M. DC. XII.

ROMA-

ROMANI
CALENDARII
A GREGORIO XIII.
P. M. RESTITVTI

EXPLICATIO

S.D.N.CLEMENTIS VIII.
P. M. IVSSV EDITA.

AVCTORE

CHRISTOPHORO CLAVIO
BAMBERGENSI SOCIETATIS IESV.

Digitized by Google

SANCTISSIMO PATRI AC DOMINO NOSTRO CLEMENTI VIII.

CHRISTOPHORVS CLAVIVS
E SOCIETATE IESV F.

QVANTI ſit ſemper, P. B. ponderis ac momenti res habita, vt Chriſti liberatoris noſtri reuiuiſcentis memoria certis, ac ſtatis anni temporibus recoleretur, vel ex eo facile intelligere licet, quod complures Romani Pontifices ſuper ea re multa eaque grauiſſima, decreta extare voluere; quinetiam ſæpius ſeueriſſima anathematis denunciatione cauerunt, ne quis ad ſanctiſſimum illum diem obeundum lunam quartam decimam primi menſis deligeret, ſeditioſorum quorundam inductus errore, qui impudenter ab Eccleſiæ totius ſententia deſciſcentes, eam ob cauſam Quartadecimani ſunt appellati. Poſſem hoc loco multos generales conuentus recenſere, qui, quod prudenter fuerat à Romanis Pontificibus ſemel decretum, ſua ſæpius auctoritate ſanxerunt, præſcripſeruntque diligenter, quibus anni temporibus, quo ritu, quaue religione, ſanctiſſimum Chriſti Paſcha celebrandum eſſet. ſed omnium inſtar ſit Concilium illud, quod Nicææ primum duodeuigenti ſupra trecentos Epiſcoporum in omni vitæ parte præſtantiſſimorum frequentia nobile, habitum eſt, cui magnus ille Conſtantinus interfuit, huius vero Apoſtolicæ Romanæ Sedis Legati ampliſſima cum poteſtate præfuerunt. In eo enim conuentu, vt auctor eſt vir

ſanctiſſi-

Digitized by Google

ſanctiſſimus, idemque doctiſſimus Ambroſius Mediolanenſis Antiſtes, cum multa ſunt ſapientiſſimorum illorum Patrum prouiſione decreta, quæ ad Chriſtianam religionem vel ſtabiliendam, vel amplificandam pertinere videbantur; tum illud præter cætera diligentiſſime curatum eſt, vt rerum Mathematicarum peritiſſimis viris adhibitis in conſilium, ad rectam Paſchatis celebrationem Cyclus decennouennalis conſtitueretur: quo facto ſatis rei grauiſſimæ prouiſum eſſe videri potuiſſet, niſi paucula quædam horarum fragmenta, in annorum ac lunarium menſium ſupputatione neglecta, ita paulatim, ac ſenſim ſine ſenſu, Æquinoctium, & Nouilunia de ſua ſede deturbaſſent; vt quod Nicæni Concilij Patres in Paſchatis celebratione Ducem quodammodo eſſe voluiſſent, illud ipſum iam turpiter errandi, & prudentiſſimis Maiorum inſtitutis repugnandi Dux eſſet. Ergo Concilij Tridentini Patres, qui non multis ante annis in ea Vrbe ad collapſam diſciplinam reſtituendam, & ad Chriſtianę Religionis perduellium improbos conatus reprimendos conuenerunt, non ad minimam muneris ſui partem rati ſunt pertinere, vt huic, quod dicebam, incommodo primo quoque tempore occurreretur: ac proinde Calendarij corrigendi prouinciam Romano Pontifici, tanquam ſacrarum ceremoniarum, & Eccleſiaſticorum rituum ſupremo Curatori, atque Antiſtiti commendarunt; quam deinde Gregorius XIII. vir omni virtutum genere cumulatiſſimus tanta cum laude ſuſtinuit, vt totius pene orbis terrarum conſenſu nouum Calendarium receptum fuerit & approbatum. Ac tametſi Romani Pontificis auctoritas ea debet eſſe apud omnes, vt quod ille ſtatuerit, vniuerſi pariter ratum habere debeant: quoniam tamen neque ſuperioribus annis defuerunt, neque deſunt in præſentia, qui temere, ne quid grauius dicam, emendati Calendarij rationem audeant improbare, conenturque hominum ſocietati perſuadere, ſe vnos puncto temporis plus vidiſſe, quam grauiſſimos & doctiſſimos viros, qui per decennium in Vrbe Romani Pontificis auctoritate ſuper hac re conuentus habuerunt; ſapienter omnino decretum eſt, ne auctoritate magis, quam argumentis res acta videri poſſet, vt correcti Calendarij ratio proponeretur, ita vt vel amplius obtrectandi anſa maleuolis amputaretur, vel ſi peruicaces eſſe pergerent, haberent poſteri, vnde ad Calendarium Nouum defendendum validiſſima ſemper firmamenta deſumerent. Hoc igitur oneris cum paucis ante annis Sanctitas Tua imponendum cenſuerit mihi, illi videlicet, qui vnus ex omnibus diuino beneficio ſupereſſem, qui Calendario reſtituendo interfuimus; etſi tantæ rei non ſatis pares vires afferre me poſſe intelligerem, ſi vellem, vt ſane par eſſe videbatur, mirum in modum inter ſe diſſidentibus doctiſſimorum virorum de Anni correctione ſententijs ſatisfacere; non potui tamen tanti Pontificis ſtudio non ſubſeruire, quem viderem omnes

ſuas curas, & cogitationes ad totius Chriſtianæ Reipublicæ commoda intendiſſe. Quocirca ita rem totam diuino fretus præſidio explicare conatus ſum, vt niſi plane video nihil, facillime quiuis intelligere poſſit, emendati Calendarij rationem, quam Gregorius XIII. ſecutus eſt, vndequaque abſolutiſſimam eſſe, neque vllam perfectiorem inſtitui potuiſſe. Quod ſupereſt, orandus atque obſecrandus mihi es P. B. per humanitatem & clementiam iſtam ſingularem, vt ſi minus rei magnitudini, & expectationi hominum reſponderim, partim argumenti difficultati, partim valetudini impeditæ, partim ætati iam ingraueſcenti condonandum putes. Equidem ſi meam obtemperandi voluntatem Sanctitati Tuæ, hoc eſt Deo, cuius vicem geris, non ingratam fuiſſe ſenſero, maximum me diuturni laboris fructum retuliſſe iudicabo.

CLE-

Digitized by Google

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI Memoriam.

QVAECVNQVE à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ad communem totius Catholicæ Eccleſiæ vtilitatem diuturno ſtudio, & longa deliberatione, pie ſapienterque ſancita, & decreta ſunt, debent à Nobis non ſolum omni ope ab iniquorum hominum impugnatione defendi, ſed etiam, quantum in Domino licet, auctoritate Apoſtolica confirmari. Cum igitur fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter Calendarium Romanum, atque annum Eccleſiaſticum, qui ob minuta quædam neglecta progreſſu temporis ita à vero deflexerat, vt niſi idem Gregorius opportune prouidiſſet, ſacrum Paſcha diem plerunque extra legitimum tempus à ſacris Concilijs, & Patribus conſtitutum in poſterum exhibuiſſet celebrandum, tanta cura, & felicitate in priſtinum ſtatum reſtituerit, vt prædictum Calendarium nulli vnquam mutationi amplius expoſitum eſſe videatur; Quia tamen nonnulli improbi homines eo audaciæ proruperunt, vt hoc magni laboris opus tantorum virorum induſtria, & ſtudio confectum oppugnare, & calumnijs laceſſere, idque illi obiicere præſumpſerint, quod non ſemper motibus cæleſtibus ad vnguem reſpondeat: quaſi vero eiuſmodi Calendarij forma excogitari poſſit, quæ vna & eadem cum omnium, qui ſubſequuntur, annorum decurſu ſemper conueniat, & nullo vnquam tempore à motibus cæleſtibus vel minime diſcrepet: ac præcipue quidam Franciſcus Vieta in tantam impudentiam peruenerit, vt Calendarium quoddam à ſe compoſitum plenum erroribus, & Gregoriano plane contrarium, Gregorianum tamen inſcribere, & edere auſus ſit, eique prædicti Gregorij prædeceſſoris literas emendationis, & reſtitutionis Calendarij præpoſuerit, vt propoſita palam veri ſpecie, falſæ ſuæ doctrinæ venenum inſtillaret. Nos attendentes huiuſmodi Calendarium à prædicto Gregorio Prædeceſſore noſtro ſumma diligentia, & ſedulitate, adhibitis in hoc opus viris harum rerum peritiſſimis, eſſe reſtitutum, illudque perfectum, perpetuumque iure optimo inſcribi potuiſſe, quod ſemper ſuis præcipuis partibus integrum perſiſtat; nec mirandum eſſe, quod Cyclus noſtrarum Epactarum in dies Calendarij diſtributus interdum in Nouilunijs, ac Lunis xiiij. Paſchalibus non omnino cum motibus cælorum conſentiat, cum hoc in omni Cyclo neceſſario eueniat, ſatisque ſit, quod error hic, qui vitari nequit, multo rarior deprehendatur in nouo hoc Calendario, quam in vllo alio: propterea ad maiorem illius declarationem, & ad omnem eius impugnandi occaſionem, cæteraſque difficultates tollendas, dilecto filio Chriſtophoro Clauio Bambergenſi Societatis Ieſu religioſo, viro hac in re verſatiſſimo, & qui inſignem in eiuſdem Calendarij emendatione operam ſub eodem Gregorio nauauit, mandauimus, vt explicationes in prædictum Calendarium ederet, tum ad confirmandas eiuſdem Calendarij, ac Gregorij rationes, tum ad omnium aduerſariorum commenta infringenda, qui tandem poſt multas lucubrationes hunc librum diu deſideratum nobis obtulit, eumque Romani Calendarij à Gregorio XIII. Pontifice Maximo reſtituti explicationem iuſſu noſtro editam nuncupauit; in quo aduerſariorum errores perſpicue confutantur, doceturque hoc Calendarium futurum perpetuum, ita vt nulli vnquam, ne minimæ quidem mutationi, quod ad diſpoſitionem Epactarum attinet, obnoxium ſit; quanquam poſt plurima elapſa ſecula alia Solaris anni, & Lunaris æquatio fortaſſis inſtituenda ſit. Quare, Nos, ne de cætero contra dictum Calendarium aliquid obiici, aut confingi poſſit, opportune prouidere volentes, dicti Calendarij explicationem à prædicto Chriſtophoro Clauio editam per præſentes approbamus, cætera vero Calendaria à quibuſuis iam confecta huic aliqua ratione contraria, quæ mendoſiſſima Eccleſiæ obtruduntur, præſertim illud, quod dictus Franciſcus Vieta propria auctoirtate edidit, & à Gregoriano præter alia diſcernitur, quod in illo ad primam diem Ianuarij Epacta xxx. ſiue hoc ſigno * notata, ſicut in Calendario habetur, non adſcripta ſit, vt in Gregoriano, annuſque cum Epacta xxix. ab octauo die Martij incipiat, quæ res inaudita eſt, & Patribus Nicæni Concilij prorſus contraria, necnon quæcunque alia forſan in poſterum edenda in vniuer-

Digitized by Google

vniuerſo Chriſtiano Orbe perpetuo abrogamus, eorumque vſum vbique interdicimus, ac prohibemus. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos iudicari, & diffiniri debere irritum & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Præcipientes in virtute Sanctæ Obedientiæ vniuerſis Venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Locorum Ordinarijs, eorumque Vicariis in ſpiritualibus generalibus, vt præſentes noſtras literas in eorum quiſque Eccleſiis, Ciuitatibus, & Diœceſibus publicari, & obſeruari curent & faciant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum hactenus quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ præſentibus ipſis haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, Die xvij. Martij M. DC. III. Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Digitized by Google

LECTORI S.

ANNVS eſt nunc vigeſimus, & eo amplius, cum Romanum Calendarium vitio temporum non leuiter deprauatum doctiſſimorum hominum opera, atque induſtria correctum, ſecundiſſimis Gregorij XIII. Pont. Max. auſpiciis lucem aſpexiſſe vidimus. Quæ res eo fuit ſapientiſſimo Pontifici glorioſior, quod ab omnibus auidiſſime expedita, à multis pertinaci, vt ita dicam, labore tentata; nunquam tamen potuerat ad exitum è ſententia perduci. Porro non habeo neceſſe commemorare, quanto conſenſu, quantaque omnium approbatione reſtitutum Calendarium receptum, & commendatum fuerit. Illud vnum dico, nullum fuiſſe Chriſtiani Orbis Regnum, nullam Prouinciam, nullam Vrbem, Academiam nullam paulo nobiliorem, quæ tantam rem ſapientiſſime, ac feliciſſime perfectam eſſe non fateretur, & quæ diuinitus propemodum excogitatam corrigẽdi Calendarij rationem omni contentione amplectendam non cenſeret.

Cur nonnulli nouũ Calendarium non ſuſceperint.

Quod ſi neſcio qui anguli Orbis terræ ad Septentriones, aut Orientem Solem ſunt, qui nondum huiuſce emendationis lucem iucundiſſimam acceperunt; id vero non tam amore tenebrarũ factum eſſe pro comperto habemus, quam Romani Pontificis odio, quem quia Hæretici, aut Schiſmatici homines ſuis rationibus aduerſarium habent, tantum ac tam ſingulare per ipſum humano generi beneficium tributum eſſe, iniquiſſimo animo patiuntur. Sed nimirum ſicut adulto iam Sole, quam minimas vmbras corpora explicare ſolent, ita ſperandum videtur futurum, vt quotidie magis correcti Calendarij ſplendor augeſcens nullam oram Orbis terrarum, licet abditiſſimam, quodammodo non colluſtret, aut certe volentium nolentium perfidorum hominum oculos non perſtringat. In tantis opportunitatibus, quas reſtituendo Calendario importatas eſſe hominũ cætui omnes confitentur, vnum non minus ad vtilitatis, quam voluptatis cumulum deſiderari videbatur; vt rationem Gregorius XIII. in hac tam præclara emendatione ſecutus eſſet, ea quam planiſſime fieri poſſet, palam proponeretur.

Clementis VIII. iuſſu explicationem hanc Calendarij editã eſſe.

Hoc igitur cum Sanctiſſimus iuxta & prudentiſſimus Pontifex Clemens Octauus animaduerteret, multosque iam annos ab ipſius Calendarij emendatione effluxiſſe videret, cum tamen id, quod maxime oportuit, nunquam præſtitum eſſet, faciendum ſibi omnino putauit, vt quando Romani Pontificis auctoritate Calendarium correctum atque emendatum eſſet, Romano pariter Pontifice imperante correcti Calendarij ratio conſtaret.

Aloyſius Lilius auctor primus Calendarij noui.

Atque vtinam aut Aloyſius Lilius Hypſichronæus vir immortalitate digniſſimus, qui tam egregiæ correctionis primus auctor fuit, rebusque à ſe præclare inuentis alijs præluxit, adhuc viueret. aut certe ex rerum Mathematicarum peritis, qui ſummi Pontificis auctoritate ſæpius in Vrbe conuenimus, vt inſtitutam Calendarij emendationem communicatis viribus, & conſiliis, perduceremus ad exitum, quiuis alius hoc tempore ſupereſſet; ſperare profecto liceret, emendati Calendarij rationem ita explicari poſſe, vt æquis pariter, & iniquis ea in re mirifice ſatisfieret.

Cur auctori huius operis onus hoc ſcribẽdi præ cæteris impoſitum ſit.

Nunc autem, cum de ſapientiſſimis illis viris ſit Deo aliter viſum, neque facile tantam rem præſtare poſſe videatur, qui ipſius Calendarij correctioni non interfuerit, mihi videlicet, qui diuino beneficio adhuc ſuperſtes ſum, onus alioqui viribus meis longe ſuperius, tanto præſertim Pontifice iubente, non eſſe detrectandum intelligo. Ac tametſi video multa à me iteratis lucubrationibus eſſe tentata, quæ Calendarij reſtituti rationem non obſcure, multorum iudicio, patefaciunt; quia tamen eorum pleraque obtrectatorum criminationes refellunt, ac proinde ad omnes minus pertinent, & præterea non pauca ſunt, quæ à nobis vtiliter excogitata eſſe non diffiteor; nouus hic labor omnino ſuſcipiendus fuit, quem ſi, quemadmodum ſperamus, ab æquis rerum æſtimatoribus probari viderimus, erit cur omnium bonorum largitori Deo ingentes gratias habeamus.

Quare ab Aloyſio Lilio plerisq; in rebus auctor huius operis diſſentiat.

Scio porro, in hac noſtra explicatione nonnulla eſſe, quæ à Liliana ratione Epactarum Calendario inſcribendarum, earumque æquatione nonnihil diſſentiant: ſed nimirum, vt hac in re ipſum etiam Calendarium Gregorianum anno 1582. editum ab ipſius ratione diſſenſiſſe ſcimus, vt ex eo, quod ad Chriſtianos Principes anno 1577. tranſmiſſum eſt, liquido conſtare poteſt; ita nobis licere arbitrati ſumus, vſquequaque Lilianæ rationi non adhæreſcere. Id quod etiam libẽtius fecimus, quod multa inuenta, vt paulo ante diximus, non pauca etiam in melius mutata eſſe intelligimus, quibus hæc Calendarij emendatio aduerſus obtrectatores explicatior redderetur, ac firmior.

Quæ potiſſimum ab auctore huius operis Calendario Aloyſii Lilij adiecta ſint.

Nam inter alia non modico labore nouas rationes, easque non paucas excogitauimus, quibus Epactarum Cyclus, in quo totius huius ſumma correctionis conſiſtat, facilior atque expeditior redderetur, atque Epactarum æquatio corrigeretur, cum ea ab auctore Calendarij minus recte ſit inſtituta: Deinde qua via ac ratione Epacta quouis anno, quamuis temo-

remotiſſimo, non magno labore ſit eruenda, etiamſi tabula æquationis Epactarum, de qua ſuo loco diſputabitur, ad eum vſque annum extenſa non ſit; vt taceam in præſentia, multa eſſe à nobis adiecta ex peritioribus Aſtronomis, quibus æquinoctiorum progreſſus, regreſſusq; explicantur, quo planiores fierent rationes, quibus Vernum æquinoctium in ſua Sede contineatur: Nihilque dicam de nouis præceptis, quibus omnia, quæ ad Computum, quem vocant, Eccleſiaſticum pertinent, valde expedite in digitorum articulis reperiuntur. Et quoniam inter eos, qui Gregorianum Calendarium omnium ferme gentium approbatione firmatum conuellere tentarunt, duo præcipue & fama nominis, & eruditione literarum nobiles fuerunt, qui nonnullis aliquid dixiſſe viſi ſunt, Ioſephus Scaliger, & Franciſcus Vieta, non abs re viſum eſt, vtriuſque confutationem huic operi adiungere: Vietæ præſertim, qui non minus nouas quam falſas rationes reſtituendi Calendarij ingreſſus, Gregorij XIII. mentem non ſolum non eſt aſſecutus, quod de ſe magnifice iactat, ſed etiam eiuſdem Pontificis Decreta ſuper nouo Calendario, ſuo, hoc eſt, falſo affinxit, vt Pontificia auctoritate, quæ nemini non eſt ſanctiſsima, commenta ſua leuiſsima ſtabiliret. Huic ipſi confutationi Vietæi Calendarii non defuerunt, qui magnopere hortarentur, vt Reſponſionem adiicerem ad vaniſſimam, ne quid grauius dicam, eiuſdem Expoſtulationem, quæ ſe in hoc etiam libro appellari velle viſa eſt, cum in meum ſe conſpectum dederit id temporis, quo mei libri præludia poſtremis prælis de more cuduntur; & quidem Domini quodammodo ſpirabat adhuc iracundiam. Edita enim in lucem fuerat, ſimul ac acceperat, me omni ope falſas ipſius rationes Calendarij corrigendi profligare aggreſſum; quaſi inique facerem, qui Gregorianum Calendarium omnium Principum, Academiarum omnium ſuffragiis iamdudum ſtabilitum aduerſus vnius hominis temeritatem defenderem. Sed non paſſus ſum id mihi à quoquam perſuaderi; primum, quia nihil eſt in ea Expoſtulatione, quod non appareat à commoto animo eſſe profectum: Deinde quia nihil habet, præter contumelias, & conuicia, quæ ego ad me ne perueniſſe quidem iudico: poſtremo quia hoc reſponſionis munus non vnus amicorum pro ſua, vel erga me beneuolentia, vel erga Pontificia Decreta obſeruantia, ſibi depopoſcit. Ero igitur contentus interim, quid de meis laboribus; quid de Gregoriano Calendario, quod Vieta miſere à me deprauatum, & corruptum declamitat; quid de Vietæo ſentiat ſummus, ac Sanctiſſimus Pontifex Clemens VIII. quod in eius Diplomate huic operi præfixo apparet: & Franciſco Vietæ libens, volensque, quicquid de me iniurioſe dixit, condonabo. Vnum ſupereſſe videtur, vt, quoniam tota hac in re magno mihi adiumento fuerunt, quæ Romę in conuentu doctorum Virorum, quem ſæpe habuimus, adhuc viuo Gregorio, diſputata ſunt, hoc publice profitear. quod ſi reticerem, nonnihil fortaſſe de aliena gloria detraheretur. Cæterum candide Lector, ſi quid à nobis profectum animaduerteris, quod cum aliqua ingenij, aut induſtriæ laude coniunctum iudices, id, quoniam diuini muneris totum eſt, Deo adſcribe, ſi quid perperam dictum, aut explicatum, mihi. Ego vero Dei Optimi maximi fretus ope, rem ipſam aggrediar alacriter, non tam perficiendi ſpe, quam tentandi, & obtemperandi voluntate. Vale.

PRO-

Digitized by Google

PROOEMIVM

SACROSANCTA Romana, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia duo dierum feſtorum genera celebrat: quorum vnum ſtabilem in Calendario locum retinet, complectiturq. feſtos dies, qui ſemper ſtatis anni temporibus recurrunt, ideoq. immobiles dici ſolent, alterum ſedem habet mobilem, certis tamen dierum terminis concluſam, comprehenditq. ſacra diei feſti Paſchalis, atq. ex eo pendentium feſtorum dierum ſolemnia, quæ idcirco mobilia appellantur. Ac priori quidem generi vſus tantummodo menſium ſolarium eſt neceſſarius: niſi quis dixerit, ideo etiam requiri lunares mẽſes, quod Eccleſia in Choro antiquiſſima, ac laudabili conſuetudine, in pronunciandis ſolemnitatibus, & Natalitiis Martyrum, Confeſſorũ, ac Sanctarum Virginũ per totum annum in Martyrologio, vna cũ quolibet die Menſis Solaris enunciet quoq; diem menſis Lunaris. In poſteriori vero genere, quod nimirũ à priſco Moſaicæ Legis inſtituto ad nos manauit, neceſſario præter annum Solarẽ Lunaris ẽt adhibendus eſt; propterea quod in eo obſeruandũ eſt & Æquinoctium Vernum, & dies Lunæ decima quarta primi menſis. Quoniam vero longo tẽporis progreſſu deprehenſum eſt, vtrumq. annum, Solarem ſcilicet atque Lunarem, iuſtam ac debitam magnitudinem non continere; factum eſt, vt à Concilii Nicæni temporibus ad noſtram vſque ætatem ſæpenumero Paſcha, reliquoſq. dies feſtos mobiles contra Conciliorum, Patrumq. decreta Eccleſia celebrauerit: quod ſuo loco planũ faciam. Quapropter vt huiuſmodi feſti dies ſuis temporibus ritè agitarentur, vterq. annus corrigendus fuit. Et quidem erratis vtriuſq. anni emendandis multi ſummi Pontifices Romani, non pauca etiam Concilia generalia, plurimiq. viri grauiſſimi, & in rebus Mathematicis doctiſſimi, manum admouere tentarunt. Etenim ante annos 870 & eo amplius, errata in Calendario Romano deprehenderat Venerabilis Beda Angloſaxo, & poſt ipſum ante 250. annos, vel amplius, Iſacius Argyrus græcus ſcriptor: eadem poſtea longius prolapſa clariſſime animaduerterunt Campanus, & Ioannes de Sacroboſco, ambo clariſſimi Faſtorum Eccleſiaſticorum Scriptores. De eiſdem erratis ab Eccleſia Dei extirpandis Nicolaus Cuſanus, & Petrus de Aliaco vterque S. R. E. Cardinalis, & Ioannes Regiomontanus Mathematicorum ſui temporis facile princeps, non pauca ſcripſerunt. Poſtremo tempore Concilii Lateranenſis ſub Leone X. celebrati, complures in emendando Calendario operam ſtrenuè nauarunt, inter quos numerantur Paulus Middelburgenſis Epiſcopus Foroſempronienſis, Ioannes Stoflerinus, Albertus Pighius Campẽſis, & paulo poſt Lucas Gauricus Epiſcopus Ciuitatenſis, & alii viri doctiſſimi, & in Mathematicis exercitatiſſimi: qui quidem omnes licet de anni magnitudine non ſolum iuxta vſum Romanorum, ſed etiam Græcorum, Perſarum, Ægyptiorum, Hebræorum, & Arabum; item de menſibus, Emboliſmis, & de menſium, annorumque mutatione ac varietate, necnon de cyclis Lunaribus, & pleriſque aliis rebus ad Calendarii reſtitutionem pertinentibus fuſe ſatis, ac ſubtiliter ſcripſerint; nemo tamen (quod pace ipſorum dictum ſit) aſſecutus eſt penitus, quod potiſſimum deſiderabatur: quæ ſcilicet via, quæuè ratio tenenda eſſet, vt tum ſolemnitas Paſchalis cũ aliis mobilibus celebritatibus, tum feſti dies immobiles, ad ſuam priſtinam ſedem reſtituerentur, atque in eadem perpetuò ſine notabili errore perſeuerare poſſent. Quidam enim ſua correctione ritus Eccleſiaſticos (quod nulla ratione ferendum erat) perturbabant. Alii dum æquinoctium in propria ſede curabant retinendum, Lunam è proprio loco eiiciebant, & e contrario, dum Nouiluniis proſpiciebant, æquinoctium proprium domicilium cogebant deſerere. Ex quo factum eſt, vt alii fieri non poſſe aſſeuerarent, vt in Calendario cyclus Lunaris perpetuo duraturus deſcriberetur, atque æquinoctio ſimul firma ſtabiliſque ſedes aſſignaretur; cuius rei difficultatem ſuo loco exponemus. Solus Aloyſius Lilius Hypſicroneus rem feliciter: & non ſine Dei Opt. Max. benignitate aſſecutus eſt, cum talem Cyclum excogitauerit, qui Calendario ſemel inſcriptus in perpetuum Nouilunia monſtret, etiamſi ad retinendum in ſua Sede æquinoctium nonnunquam dies ex anno ſit eximendus. Hanc ergo rationem Gregorius XIII. felicis recordationis, cum conſenſione totius Orbis Chriſtiani amplexus eſt, & vniuerſis propoſuit obſeruandam: quod ſane inſigne factum, atq; illuſtre dignum eſt, quod grata poſteritas

Duo feſtorum dierũ genera ab Eccleſia celebrari.

Ad feſta immobilia celebranda vſum tantum menſium Solarium neceſſarium eſſe.

Ad feſta mobilia celebrãda & menſes Solares & Lunarès eſſe neceſſarios.

Cur tã annus Solaris quam Lunaris corrigendus fuerit.

Multos Põtifices Rom. & Concilia nõ pauca correctionẽ Calẽdarii deſideraſſe.

Qui Scriptores pracipue errores Calendarii Cõcilii Nicani deprehenderint.

Neminem ante Greg. xiii. aſſecutũ eſſe perfectam Calẽdarii correctionem, & quare.

Pleroſq; cẽſuiſſe, neq; in Calendario cyclũ Lunarẽ perpetuum deſcribi poſſe, neque æquinoctio ſtabilem ſedẽ poſſe aſſignari.

Solum Aloyſium Lilium, quẽ ſequutus eſt Greg. xiii. Cyclum Lunæ perpetuum in Calendario deſcripſiſſe, ac ſimul æquinoctio Sedẽ ſtabilẽ aſſignaſſe.

Digitized by Google

memoriæ conſecret ſempiternæ. Per illud enim aſſecuta eſt Reſpublica Chriſtiana, vt annus Solaris atq; Lunaris æquato deinceps, & concordi inter ſe calculo progrediantur; ac dies feſti cum ſtabiles, tum mobiles ſuis temporibus rite ac legitime iuxta Conciliorum, Pontificum & Patrum decreta, peragantur; id quod tot Concilia, ac Viri docti magnopere quidem deſiderarunt, non tamen conſequi potuerunt. Atque eandem hanc rationem hoc volumine explicandam ſuſcepimus, vt nimirum omnes intelligant, in quo tota vis, ac ratio corrigendi Calendarii Romani conſiſtat, & cur, repudiatis aliorum ſententiis, vna hæc Aloyſii Lilii retenta ſit. Quoniam vero vterque annus, tum ſolaris, tum lunaris eſt in priſtinum ſtatum reſtitutus, agemus priore loco de anno ſolari, poſteriore deinde de lunari. Sed prius proponere viſum eſt operæpretium Compendium nouæ huius rationis reſtituendi Calendarium, quod Gregorius XIII. P. M. ad Reges, Principeſq. Chriſtianos, & maxime celebres vniuerſitates anno 1577. transmiſit, tum vt apud poſteros relinquatur eius memoria, tum vero maxime, vt omnibus pateat, quid in eo ab iis, quibus cura commiſſa fuit Calendarii emendandi, mutatum ſit. Deinde ipſum quoq; Calendarium Gregorianum perpetuum correctum, quod Chriſtiano Orbi vniuerſo ab eodem Pontifice anno 1582. propoſitum eſt, ſubiungemus, ne eius quoque memoria temporum vetuſtate aliquando intercidat; præſertim cum in hoc libro eius correctionis fundamenta, rationeſq. ſimus expoſituri. Poſtea ante omnia exponemus, quid in ſacris literis de Paſchæ celebratione Iudæis à Deo per Moyſem ſit præceptum, & quid de eadem à SS. Patribus, Conciliiſq. ſancitum ſit; & qui factum ſit, vt noſtro tempore toties in ea ſolemnitate à vero ſit aberratum, totieſq. eadem contra Patrum Decreta, Conciliorumq. Sanctiones celebrata: adeo vt neceſſarium fuerit omnino annum & Calendarium emendare, ne errata magis magiſq. in dies excreſcerent, & Paſcha extra locum ſuum ita tandem extruderetur, vt nullum amplius foret legitimum. Et quoniam anno 1588. aduerſus hæreticum quendam ſatis longam noui Calendarii Apologiam edidimus, in qua neceſſe fuit omnia ferme huiuſce reſtitutionis fundamenta explicare, transferemus ex ea in hoc volumen omnia, quæ huic rei vtilia, atque opportuna iudicabimus: Iure ſine controuerſia noſtro, quibus nemo, niſi fallor, exiſtimare debebit, interdictum eſſe, ſuo maximeq. proprio loco ea inculcare, quæ magis haud dubie alieno poſita fuerant. Ad extremum proponemus aliorum rationes reſtituendi Calendarii, eaſque confutabimus: breuiſſimaſque, ac facillimas regulas in Computum Eccleſiaſticum in ſtudioſorum gratiam adiiciemus.

Ordo, quẽ auctor in hoc opere ſeruat.

COM-

Digitized by Google

COMPENDIVM NOVÆ RATIONIS

Reſtituendi Calendarium à Gregorio XIII. Pontifice Maximo

AD PRINCIPES CHRISTIANOS, ET CELEberrimas quaſq. Academias miſſum anno Domini 1577.

PERITIS MATHEMATICIS.

CVM in ſacro Concilio Tridentino Breuiarii, Miſſaliſq. emendatio Romano Pontifici reſeruata eſſet, idque felicis recordationis Pius V. quanta maxima potuit diligentia ſuperioribus annis perficiendum curaſſet, atque edidiſſet: non tamen id opus viſum eſt ſuis omnibus numeris abſolutum atque perfectum, niſi reſtitutio quoque anni, & eccleſiaſtici Calendarii accederet. In eam igitur curam dum Gregorius XIII. Pont. Max. toto animo & cógitatióne incumbit, allatus eſt illi liber ab Aloiſio Lilio conſcriptus, qui neque incommodam, neque difficilem viam ac rationem eius rei perficiendæ proponere videbatur. Verum cum ea Calendarii emendatio multas ac magnas difficultates afferat, & iam diu à bonis viris omnibus efflagitata, à doctiſſimis Mathematicis ſæpe deliberata, & multum agitata, abſolui tamen adhuc, & ad exitum perduci minime potuerit, viſum eſt prudentiſſimo Pontifici de ea re peritiſſimos quoſque huius ſcientiæ viros conſulendos eſſe, vt res, quæ omnium communis eſt, communi etiam omnium conſilio perficiatur. Cogitarat itaque eum librum cunctis Chriſtianis Principibus mittere, vt ipſi adhibitis peritioribus mathematicis, illum aut ſua ſententia comprobarent, aut ſi quid deeſſe videretur, id omne abſoluerent atque perpolirent. Simul vt ſi qui modus aptior alicubi (quod non deſperat) repertus foret, eo communicato, illum potius ipſe ſequeretur. Sed cum liber nondum typis excuſus ſit, operoſum id atque impeditum futurum erat, & peritis Aſtrologis, cum quibus ea ratio communicanda eſt, minus fortaſſe neceſſarium. Quare ſatis eſſe putauit, reliquis omnibus prætermiſſis, ſumma tantum capita, quæ maxime rem cauſamq. contineant, breuiter indicare.

Igitur cum ſacroſanctum Chriſtianorum Paſcha, quod ſumma religione, ſummoq. noſtræ redemptionis myſterio continetur, ex diuinæ legis præſcripto, & ſanctiſſimorum Patrum qui Nicæam ad Concilium conuenerunt decreto, celebrari debeat à decimaquarta die lunæ vſque ad vigeſimam primam primi menſis; ea vero ſit, quæ in æquinoctium vernum incurrit, aut illud ipſum proxime ſequitur; permagni intereſſe illi Patres cenſuerunt, tum æquinoctio, tum decimæquartæ lunæ certos ac definitos dies in Calendario deſignari: ne, quod ſæpe ante contigerat, diſcordia deinceps aliqua in eo celebrando, aut diſſenſio poſſet exiſtere. Et quidem æquinoctii ſedes in eo Concilio ad xii. Cal. April. collocata & conſtituta eſt: quam fore ſtabilem & certam propemodum ſibi perſuaſerunt. Decimamquartam vero lunam ex aureo (vt vocant) numero, qui Calendario aptatus fuit, perpetuo ac facile inueniri poſſe priſci Patres crediderunt. Verum æquinoctium locum ſuum non facile tenuit, ſed ſtatione deſerta, incertis paſſibus, ad ante diem quintum iam aut, etiam ſextum Idus Martij errans vſque peruenit. Cui errori niſi mature obuiam eatur, ad id tempus, quo nunc bruma conficitur, accedet aliquando; neque tamen ibi terminus ſtituetur, quin in infinitum procedat. Quod quantam perturbatiónem rebus omnibus, ſed eccleſiaſticis maxime, ſit allaturum, & multi antehac ſcripſerunt, & eius libri auctor ſubtiliter & copioſe diſſerit. Decimaquarta vero luna adeo ab illo aureo numero diſcrepat, vt eum ſecuti, non iam ab ea ad vigeſimam primam, ſed frequenter, contra diuinum præceptum & maiorum inſtituta, ad vigeſimam ſextam lunam paſcha celebremus. Serpetque obſcure hoc malum, & manabit latius in dies, niſi neceſſaria aliquando medicina adhibeatur. Atque equidem ea iam inde à fel. rec. Nicolao Quinto, cuius ætate meliores litteræ & liberalium artium ſtudia, quæ diu neglecta iacuerant, reuiuiſcere & recreari cœperunt, magna ſummorum Pontificum cura atque ſtudio tentata eſt, ſed nihil conſtitui poſſe videbatur, quod non in magnam aliquam difficultatem incurreret. Nam quod ad aſtrologiam attinet, duæ potiſſimum res obſtare atque officere videbantur. Primum ipſius anni vertentis iuſta certaque menſura; quæ quoniam à doctiſſimis ac diligentiſſimis mathematicis, diuerſis temporibus alia atque alia reperta eſt, non eadem ſemperq. ſui ſimilis eſſe conuincitur. Cum ergo ſol tam vaga & mutabili ratione labatur, difficillimum factu erat, intercalationes ita diſpenſare, vt æquinoctia æuo perpetuo certas ac fixas habeant in Calendario ſedes; cum à Iulio Cæſare qui primus hanc anni formam, & intercalandi rationem induxit, tredecim, aut eo amplius, dies, conſtitutam tunc ſedem antecedant. Verum huic difficultati eius libelli auctor afferre ſe medicinam, & quidem perpetuam pollicetur. Proponit enim ſibi anni Alfonſini menſuram, quæ inter varias media eſt, atque ideo errori minus obnoxia; ex qua ſubductis calculis efficitur, vt in annis plus minus CXXXIIII. æquinoctiorũ loca integrũ anteuertãt diem. Quo poſito, hos tredecim dies, quos diximus, ſeu, quod magis exiſtimat eſſe ex eccleſiaſtica dignitate, decem illos, qui à tempore Nicæni Concilii excreuerunt, intermiſſis decem intercalationibus in his quadraginta annis, qui proxime ſequentur, eximendos cenſet. Atque ita reducto æquinoctio verno ad xii. Calen. April. quo loco in eo Con-

Qua de cã Greg. xiii. compendiũ hoc ad Principes miſerit.

Paſcha quando ex Decreto Cõcilii Nicæni celebrandũ ſit.

Sedem æquinoctii die 21. Martii à Patribus Conc. Nic. conſtitutam eſſe.

Lunã xiiii. ex aur. nu. inueniendã eſſe ſtatuiſſe Patres Conc. Nicæni.

Æquinoctium ſedẽ ſuam deſeruiſſe.

Lunã xiiii. falſo per aur. nu. inditatã eſſe ante correctionem.

Plures ſummos Pontt. tentaſſe errorem æquinoctii, & Lunæ xiiii. emendare.

Difficile eſſe, æquinoctio ſedẽ ſtabilem aſcribere, ob anni vertentis incertam & variam magnitudinẽ.

Quod remedium Lilius excogitarit, ad ſedem ſtabilem æquinoctio affigendam.

eo Con-

Digitized by Google

eo Concilio fuit conſtitutum; finitaque omni confuſione anno Domini MDCXX. à quo iam melioribus auſpiciis anni procedere incipient; in omne poſterum tempus hanc intercalandi rationem inſtituit; vt centeſimi quique anni, qui intercalares omnes eſſe ſolent, ab eo tempore non omnes, ſed tres primi quique communes, quartus vero quiſque intercalaris ſit. Ita vt milleſimo ſeptingenteſimo, milleſimo octingenteſimo, milleſimo nongenteſimo nullus intercaletur dies, bis milleſimo vero, vſitato & conſueto more intercaletur. Atque eodem modo reliquis qui deinceps conſequentur annis. Siue, quoniam alii non putant expectandum eſſe, dum quadraginta illi anni tranſeant, vt reliqui in ſuam rationem reuertantur; ſed illos decem dies ſimul eximendos, moleſtiamq. eam ſemel deuorandam cenſent; anno id MDLXXXII. quo menſe aptius videbitur fiet, deincepsq. is ordo ſeruabitur, qui infra in tabella deſcriptus eſt. Porro huiuſmodi varietatibus cẽteſimos quoſque potiſſimum annos eligit, qui notabiles magis ſunt, quo minus negligentia aliqua, aut huius diuerſitatis obliuio poſſit obrepere. Hæc ratio id habet incommodi, quod litteræ dominicalis circulus, qui vocatur, primis his quadraginta annis, qui communes eſſe debent, nulli vſui eſſe poteſt, deinceps vero non niſi exactis quadringentis annis, ad idem initium redit. Sed id non eſt tanti, præſertim cum ei rei peculiaris quædam tabella dedicata ſit.

Interruptio Cycli literarum Dominicaliũ, ex ratione æquandi æquinoctiũ à Lilio excogitata. Quare aureus numerus perpetuo Lunã xiiii. Paſchalem indicare nequeat in Calendario. Cyclum decemnouennalem Epactarũ poſſe perpetuo Lunam 14. Paſchalem oſtẽdere in Calẽdario, ſi certis tẽporibus æquatio adhibeatur.

Alterum quod reſtituendo Calendario, veræque Paſchatis rationi tradendæ impedimentum afferre videbatur, illud eſt, quod nullus cyclus decemnouennalis reperiebatur, qui Calendario appoſitus præſtare poſſet, vt iidem numeri perpetuo nouam lunam, atque ex ea decimam quartam Paſchalem oſtenderent. Idque ea ratione, quod luna non, vt antiqui illi exiſtimarunt, confectis ſuis curſibus decem & nouem annorum numero, ad idem caput ita refertur, vt per eadem rurſus veſtigia penitus reuoluatur: ſed vt ab aliis ſubtilius inueſtigatum & deprehenſum eſt, ſuos orbes conuerſioneſque ſic moderatur & conficit, vt trecentorum & aliquid amplius annorum ſpatio, à locis nouæ lunæ in Calendario deſignatis, vnius pene diei ſpatio diſcordet. Atque inde effectum eſt, vt quatuor iam & eo amplius, dies, aureus ille numerus à veris locis fuerit euagatus: Et, vt ante diximus, Paſcha aliquando vigeſima ſexta luna, non ſine piorum hominum dolore, maleuolorumque irriſione celebremus. Cum ergo propter hunc motum lunæ in trecentis annis vnus ſine intercalatione tranſigi debeat, propter illum autem alterum ſolis, eodem annorum ſpatio aliquando ter, aliquando vero bis omnino non intercaletur, non poteſt vllus aureus numerus ita his duabus æquationibus inſeruire, vt loca nouæ lunæ paucis ſeculis non plurimum diſcrepent. At vero huius libelli auctor Cyclum quendam ingenioſe ac diligenter excogitauit; quem, quod ex numeris epactarum conſtat atque componitur, & per decemnouennalem cyclum progreditur & æquatur, appellat ipſe Cyclum decemnouennalem Epactarum, qui Calendario appoſitus conſtanti ratione & ſeculis omnibus duratura præſtare id poſſit, certis temporibus æquatione adhibita.

Is eſt huiuſmodi.

Ianuarius

Ianuarius.				Februarius.				Martius.			
* •	A	Kal.	1	xxviii	d	Kal.	1	* •	d	Kal.	1
xxix	b	iiii	2	xxvii	e	iiii	2	xxix	e	vi	2
xxviii	c	iii	3	xxvi	f	iii	3	xxviii	f	v	3
xxvii	d	Pr.Non.	4	xxv	g	Pr.Non.	4	xxvii	g	iiii	4
xxvi	e	Non.	5	xxiiii	A	Non.	5	xxvi	A	iii	5
xxv	f	viii	6	xxiii	b	viii	6	xxv	b	Pr.Non.	6
xxiiii	g	vii	7	xxii	c	vii	7	xxiiii	c	Non.	7
xxiii	A	vi	8	xxi	d	vi	8	xxiii	d	viii	8
xxii	b	v	9	xx	e	v	9	xxii	e	vii	9
xxi	c	iiii	10	xix	f	iiii	10	xxi	f	vi	10
xx	d	iii	11	xviii	g	iii	11	xx	g	v	11
xix	e	Prid. Id.	12	xvii	A	Prid. Id.	12	xix	A	iiii	12
xviii	f	Idib.	13	xvi	b	Idib.	13	xviii	b	iii	13
xvii	g	xix	14	xv	c	xvi	14	xvii	c	Prid. Id.	14
xvi	A	xviii	15	xiiii	d	xv	15	xvi	d	Idib.	15
xv	b	xvii	16	xiii	e	xiiii	16	xv	e	xvii	16
xiiii	c	xvi	17	xii	f	xiii	17	xiiii	f	xvi	17
xiii	d	xv	18	xi	g	xii	18	xiii	g	xv	18
xii	e	xiiii	19	x	A	xi	19	xii	A	xiiii	19
xi	f	xiii	20	ix	b	x	20	xi	b	xiii	20
x	g	xii	21	viii	c	ix	21	x	c	xii	21
ix	A	xi	22	vii	d	viii	22	ix	d	xi	22
viii	b	x	23	vi	e	vii	23	viii	e	x	23
vii	c	ix	24	v	f	vi	24	vii	f	ix	24
vi	d	viii	25	iiii	g	v	25	vi	g	viii	25
v	e	vii	26	iii	A	iiii	26	v	A	vii	26
iiii	f	vi	27	ii	b	iii	27	iiii	b	vi	27
iii	g	v	28	i	c	Pr.Kal.	28	iii	c	v	28
ii	A	iiii	29					ii	d	iiii	29
* i	b	iii	30					* i	e	iii	30
• xxix	c	Pr.Kal.	31					• xxix	f	Pr.Kal.	31
Cyclus Epact.				Cyclus Epact.				Cyclus Epact.			

Aprilis.

xxviii	g	Kal.	1
xxvii	A	iiii	2
xxvi	b	iii	3
xxv	c	Pr.Non.	4
xxiiii	d	Non.	5
xxiii	e	viii	6
xxii	f	vii	7
xxi	g	vi	8
xx	A	v	9
xix	b	iiii	10
xviii	c	iii	11
xvii	d	Prid. Id.	12
xvi	e	Idib.	13
xv	f	xviii	14
xiiii	g	xvii	15
xiii	A	xvi	16
xii	b	xv	17
xi	c	xiiii	18
x	d	xiii	19
ix	e	xii	20
viii	f	xi	21
vii	g	x	22
vi	A	ix	23
v	b	viii	24
iiii	c	vii	25
iii	d	vi	26
ii	e	v	27
i	f	iiii	28
*	g	iii	29
xxix	A	Pr.Kal.	30

Maius.

xxviii	b	Kal.	1
xxvii	c	vi	2
xxvi	d	v	3
xxv	e	iiii	4
xxiiii	f	iii	5
xxiii	g	Pr.Non.	6
xxii	A	Non.	7
xxi	b	viii	8
xx	c	vii	9
xix	d	vi	10
xviii	e	v	11
xvii	f	iiii	12
xvi	g	iii	13
xv	A	Prid. Id.	14
xiiii	b	Idib.	15
xiii	c	xvii	16
xii	d	xvi	17
xi	e	xv	18
x	f	xiiii	19
ix	g	xiii	20
viii	A	xii	21
vii	b	xi	22
vi	c	x	23
v	d	ix	24
iiii	e	viii	25
iii	f	vii	26
ii	g	vi	27
i	A	v	28
* xxix	b	iiii	29
xxviii	c	iii	30
xxvii	d	Pr.Kal.	31

Iunius.

xxvi	e	Kal.	1
xxv	f	iiii	2
xxiiii	g	iii	3
xxiii	A	Pr.Non.	4
xxii	b	Non.	5
xxi	c	viii	6
xx	d	vii	7
xix	e	vi	8
xviii	f	v	9
xvii	g	iiii	10
xvi	A	iii	11
xv	b	Prid. Id.	12
xiiii	c	Idib.	13
xiii	d	xviii	14
xii	e	xvii	15
xi	f	xvi	16
x	g	xv	17
ix	A	xiiii	18
viii	b	xiii	19
vii	c	xii	20
vi	d	xi	21
v	e	x	22
iii	f	ix	23
ii	g	viii	24
ii	A	vii	25
i	b	vi	26
*	c	v	27
xxix	d	iiii	28
xxviii	e	iii	29
xxvii	f	Pr.Kal.	30

Cyclus Epact.

Cyclus Epact.

Cyclus Epact.

Iulius

Iulius.

	xxvi	g	Cal.	1
	xxv	A	vi	2
	xxiiii	b	v	3
	xxiii	c	iiii	4
	xxii	d	iii	5
	xxi	e	Pr.Nō.	6
	xx	f	Non.	7
	xix	g	viii	8
	xviii	A	vii	9
	xvii	b	vi	10
	xvi	c	v	11
	xv	d	iiii	12
	xiiii	e	iii	13
	xiii	f	Pri. Id.	14
	xii	g	Idib.	15
	xi	A	xvii	16
	x	b	xvi	17
	ix	c	xv	18
	viii	d	xiiii	19
	vii	e	xiii	20
	vi	f	xii	21
	v	g	xi	22
	iiii	A	x	23
	iii	b	ix	24
	ii	c	viii	25
*	j	d	vii	26
●	xxix	e	vi	27
	xxviii	f	v	28
	xxvii	g	iiii	29
	xxvi	A	iii	30
	xxv	b	Pr.Kal.	31

Cyclus Epact.

Auguſtus.

	xxiiii	c	Cal.	1
	xxiii	d	iiij	2
	xxii	e	iij	3
	xxi	f	Pr.Nō.	4
	xx	g	Non.	5
	xix	A	viij	6
	xviii	b	vij	7
	xvii	c	vj	8
	xvi	d	v	9
	xv	e	iiij	10
	xiiii	f	iij	11
	xiii	g	Pri. Id.	12
	xii	A	Idib.	13
	xi	b	xix	14
	x	c	xviij	15
	ix	d	xvij	16
	viii	e	xvj	17
	vii	f	xv	18
	vi	g	xiiij	19
	v	A	xiij	20
	iiii	b	xij	21
	iii	c	xj	22
	ii	d	x	23
	i	e	ix	24
*	●	f	viij	25
	xxix	g	vij	26
	xxviii	A	vj	27
	xxvii	b	v	28
	xxvi	c	iiij	29
	xxv	d	iij	30
	xxiiii	e	Pr. Kal.	31

Cyclus Epact.

September.

	xxiij	f	Cal.	1
	xxij	g	iiij	2
	xxj	A	iij	3
	xx	b	Pr.Nō	4
	xix	c	Non.	5
	xviij	d	viij	6
	xvij	e	vij	7
	xvj	f	vj	8
	xv	g	v	9
	xiiij	A	iiij	10
	xiij	b	iij	11
	xij	c	Pri. Id.	12
	xj	d	Idib.	13
	x	e	xviij	14
	ix	f	xvij	15
	viij	g	xvj	16
	vij	A	xv	17
	vj	b	xiiij	18
	v	c	xiij	19
	iiij	d	xij	20
	iij	e	xj	21
	ij	f	x	22
*	j	g	ix	23
●	xxix	A	viij	24
	xxviij	b	vij	25
	xxvij	c	vj	26
	xxvj	d	v	27
	xxv	e	iiij	28
	xxiiij	f	iij	29
	xxiij	g	Pr. Kal.	30

Cyclus Epact.

Digitized by Google

October.

	xxii	A	Cal.	1
	xxi	b	vi	2
	xx	c	v	3
	xix	d	iiii	4
	xviii	e	iii	5
	xvii	f	Pr.Nõ.	6
	xvi	g	Non.	7
	xv	A	viii	8
	xiiii	b	vii	9
	xiii	c	vi	10
	xii	d	v	11
	xi	e	iiii	12
	x	f	iii	13
	ix	g	Pri. Id.	14
	viii	A	Idib.	15
	vii	b	xvii	16
	vi	c	xvi	17
	v	d	xv	18
	iiii	e	xiiii	19
	iii	f	xiii	20
	ii	g	xii	21
	j	A	xi	22
*	●	b	x	23
	xxix	c	ix	24
	xxviii	d	viii	25
	xxvii	e	vii	26
	xxvi	f	vi	27
	xxv	g	v	28
	xxiiii	A	iiii	29
	xxiii	b	iii	30
	xxii	c	Pr.Kal.	31

Cyclus
Epact.

Nouember.

	xxj	d	Cal.	1
	xx	e	iiij	2
	xix	f	iij	3
	xviij	g	Pr.Nõ.	4
	xvij	A	Non.	5
	xvj	b	viij	6
	xv	c	vij	7
	xiiij	d	vj	8
	xiij	e	v	9
	xij	f	iiij	10
	xj	g	iij	11
	x	A	Pri. Id.	12
	ix	b	Idib.	13
	viij	c	xviij	14
	vij	d	xvij	15
	vj	e	xvj	16
	v	f	xv	17
	iiij	g	xiiij	18
	iij	A	xiij	19
	ij	b	xij	20
*	j	c	xj	21
●	xxix	d	x	22
	xxviij	e	ix	23
	xxvij	f	viij	24
	xxvj	g	vij	25
	xxv	A	vj	26
	xxiiij	b	v	27
	xxiij	c	iiij	28
	xxij	d	iij	29
	xxj	e	Pr. Kal.	30

Cyclus
Epact.

December.

	xx	f	Cal.	1
	xix	g	iiij	2
	xviii	A	iij	3
	xvii	b	Pr.Nõ.	4
	xvi	c	Non.	5
	xv	d	viij	6
	xiiii	e	vij	7
	xiii	f	vj	8
	xii	g	v	9
	xi	A	iiij	10
	x	b	iij	11
	ix	c	Pri. Id.	12
	viii	d	Idib.	13
	vii	e	xix	14
	vi	f	xviij	15
	v	g	xvij	16
	iiii	A	xvj	17
	iii	b	xv	18
	ii	c	xiiij	19
	i	d	xiij	20
*	●	e	xij	21
	xxix	f	xj	22
	xxviii	g	x	23
	xxvii	A	ix	24
	xxvi	b	viij	25
	xxv	c	vij	26
	xxiiii	d	vj	27
	xxiii	e	v	28
	xxii	f	iiij	29
	xxi	g	iij	30
19	xx	A	Pr. Kal.	31

Cyclus
Epact.

Cum aureus numerus fuerit xix. & epacta item xix. Noua Luna Decembris conficitur vltimo die ipſius menſis: Cum autem alius fuerit aureus numerus, Epacta vero eadem xix. Noua Luna in primum Ianuarij diem incurret.

Digitized by Google

Vt autem æquatio illa, quam diximus, commodius adhibeatur, confecit tabulam cycli epactarum, ad 30. lineas, quibus totidem alphabeti literas præfixit, expanſam. Huic aureos numeros ſuperpoſuit, ita collocatos; vt numerus 3. qui olim kal. Ianu. aptatus fuit, litteræ ●, quæ in hoc Cyclo eiſdem kal. tributa eſt, omnino reſpondeat. Edidit etiam tabellam, tam ſolaris anni æquationibus, quam lunaris cum ſolari deſeruientem, in qua B. æquando anno ſolari dextro lateri appoſita, cum adeſt, intercalarem eum, cum abeſt, communem oſtendit: reliquæ literæ lunaris anni cum ſolari æquationi inſeruiunt. Ea autem multiplex eſt; vna quæ 300. annis debetur, vt diximus: Altera quæ bis millenis & quadringenis: quoniam non exacte 300. illis annis vnus debetur dies. 12. enim anni & ſex menſes deſiderantur, qui in 2400. annis tertiam fere diei partem conficiunt, & in ſequentem centeſimum æquationem transferunt; Alia propter omiſſam intercalationem, quæ alias fieri debuit. Continget enim aliquando, vt dies qui vnius æquationis ratione intercalandus fuit, alterius ratione omittatur. Ne igitur ea obſtent, quo minus ex hoc cyclo nouilunia perpetuis temporibus haberi poſſint, ad-

Tabula Epactarum expanſa Aloyſii Lilij, cum tabella æquationis earundem epactarum.

Literæ deſignantes lineas epactarum, quæ diuerſis temporibus ſeruiunt.

Aur. num.	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2
P	●	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	8	19
N	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	25	7	18
M	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	6	17
H	27	8	19	●	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	5	16
G	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	4	15
F	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	3	14
E	24	5	16	27	8	19	●	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	2	13
D	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	1	12
C	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	●	11
B	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	25	6	17	29	10
A	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	28	9
u	19	●	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	27	8
t	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	26	7
s	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	25	6
r	16	27	8	19	●	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	24	5
q	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	23	4
p	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	22	3
n	13	24	5	16	27	8	19	●	11	22	3	14	25	6	17	28	9	21	2
m	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	20	1
l	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	19	●
k	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	14	25	6	18	29
i	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	17	28
h	8	19	●	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	16	27
g	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	11	22	3	15	26
f	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	14	25
e	5	16	27	8	19	●	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	13	24
d	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	*	12	23
c	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18	29	11	22
b	2	13	24	5	16	27	8	19	●	11	22	3	14	25	6	17	28	10	21
a	1	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	9	20

uertendum fuerit, literarum quæ ſunt tabulæ expanſæ præfixæ, mutationem fieri ſurſum verſus, & epactarum numerum augeri, cum ea centeſimo intercalari anno contingit. Contra vero deorſum verſus, & epactarum numerum minui, cum dies, qui centeſimo anno intercalandus fuit, non intercalatur; Cum autem nihil vertenti anno aut lunari detrahitur, aut in eo centeſimo detrahitur, in quo lunaris annus æquatione indigebat, in eadem litera & epacta perſiſti. Eas tabulas hic ſubiecimus; necnon & alias quas temporum huius libri auctor appellat, in quibus expoſitæ ſunt epactæ, quæ ſingulis annis indicent nouilunia.

Anni

Digitized by Google

Tabula æquationis Epactarum ſi decem intercalationes in quadraginta annis fuerint intermiſſæ.

	Anni Chriſti	
N	1	
P	325	
a	600	B
b	900	B
c	1200	B
d	1500	B
e	1584	
b	1588	
a	1592	
P	1596	
N	1600	
M	1604	
H	1608	
G	1612	
F	1616	
E	1620	
D	1700	
D	1800	
C	1900	
C	2000	B
C	2100	
B	2200	
A	2300	
A	2400	B
A	2500	
u	2600	
t	2700	
u	2800	B
t	2900	
s	3000	
s	3100	
s	3200	B
r	3300	
r	3400	
q	3500	
q	3600	B
q	3700	
p	3800	
n	3900	
p	4000	B
n	4100	
m	4200	
m	4300	

Vſus harum tabularum hic eſt. Ad propoſitum annum ex vulgari tabula aureus numerus primo quærendus, deinde in tabella æquationis è regione numeri eius anni, aut proxime minoris, quę litera notata ſit videndum, ſimiliſque litera & aureus numerus in tabula Epactarum quęrenda, nam è regione vtriuſque, Epactæ reperientur numeri, aut ſigna, quæ toto eo anno in Kalendario oſtendent nouilunia.

Exempli id appoſitione illuſtrabitur. Volo ſcire qui numerus, aut quod ſignũ ex his, quæ in cyclo Epactarum collocata ſunt, indicet nouilunia anno 1720. Ergo omnium primum ex vulgari tabula reperio eius anni aureum numerum eſſe xi. quem in ſuperiori linea tabulæ Epactarum expanſæ, qua aureus numerus deſcriptus eſt, noto. Dehinc eundem annum, in tabella æquationis quæro, quem quia expreſſum non inuenio, proxime minorem, hoc eſt, 1700. ſumo; cui litera D, maiuſcula adiacet: ſimilem igitur literam, in prima linea eiuſdem tabulæ Epactarum quæro, eaque inuenta, è regione eius dextrorſum progredior, donec linea numeri xi. iam antea notati, occurrat: videoque in communi angulo numerum 21. ſcriptum. Is igitur vbicunque in cyclo Epactarum eo anno reperietur, oſtendet nouæ lunæ diem.

Sequuntur tabellæ temporum pro Epactarum vſu.

Tabula æquationis Epactarum, ſi decem dies anno MDLXXXII. ſimul eximantur.

	Anni Chriſti	
N	1	
P	325	
a	600	B
b	900	B
c	1200	B
d	1500	B
E	1582	
E	1600	B
D	1700	
D	1800	
C	1900	
C	2000	B
C	2100	
B	2200	
A	2300	
A	2400	B
A	2500	
u	2600	
t	2700	
u	2800	B
t	2900	
s	3000	
s	3100	
s	3200	B
r	3300	
r	3400	
q	3500	
q	3600	B
q	3700	
p	3800	
n	3900	
p	4000	B
n	4100	
m	4200	
m	4300	
m	4400	B
l	4500	
l	4600	
k	4700	
k	4800	B
i	4900	
i	5000	

Digitized by Google

TABELLÆ TEMPORVM PRO EPACTARVM VSV.

Ab anno Domini M. D. vſque ad eum annum, cui decem dies eximentur, vt æquinoctium in priſtinum locum redeat, huius Tabellæ Epactæ nouilunia indicabunt.

Aur. Num.	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
Epactæ	*	12	23	4	15	26	7	18	29	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19

Ab eo anno, cui decem illi dies exempti fuerint, vſque ad annum 1699. ſequentis tabulæ Epactæ nouilunia oſtendent.

Aur. Num.	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5
Epactæ	27	8	19	*	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	2	13	24	5	16

Epactæ ad inueniendum nouilunia ab anno Domini 1700. ad annum 1899.

Aur. Num.	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Epactæ	10	21	2	13	24	5	16	27	8	19	1	12	23	4	15	26	7	18	29

Numeri Epactarum nouilunia indicantes ab anno Domini 1900. vſque ad annum 2199.

Aur. Num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Epactæ	*	11	22	3	14	25	6	17	28	9	20	1	12	23	4	15	26	7	18

IN tabella temporum prima aureus numerus 19. & epacta *, anno Domini M D. deſeruiunt. 1. vero & 12. anno MDI. atque ita deinceps, his cyclis ſemper in ſe recurrentibus. Idem de aliis dictum intelligatur.

Perfecit præterea Lilius abſolutiſſimam tabulam ad inueniendum legitimos Paſchatis feſtorumque mobilium, vt vocant, dies, quoniam quæ hactenus vulgatæ ſunt, non carent incertitudine. Nonnulla alia adiicit, quæ ad vberiorem explicationem, comprobationemque huius à ſe excogitatæ rationis attinent, ſed quæ nunc ad commemorandum non neceſſaria videantur.

Reſtituto itaque verno æquinoctio in eum locum, ex quo deciderat, atque hoc Epactarum Cyclo, qui ad quamcunque anni quantitatem accommodari poteſt, Calendario appoſito, intercalationiſque ratione quam diximus, & eius Cycli æquatione adhibita, ita in poſterum anni atque menſes congruent cum ſolis ac lunæ ratione, vt nulla deinde varietas, aut diſſenſio poſſit exiſtere: quod ſi quando acciderit, eadem hac via belliſſime in ſuum ſtatum docet poſſe reſtitui. Atque hæc quidem ille auctor.

Quod ſi alicui Alfonſi calculi incertiores eſſe videbuntur, quam vt illis fidendum putet, potiuſque recentioribus adhærendum exiſtimet, is profecto intelliget eam eſſe huius artificioſi Cycli tabulæque Epactarum à Lilio excogitatæ diſpoſitionem ac digeſtionem, vt nullo negotio ſiue Copernici, ſiue cuiuſuis alterius calculis poſſit aptari, ſi tabella æquationis ex illis confecta, pro ea, quam ad marginem ſcripſimus, ſubſtituatur: veluti

Digitized by Google

Tabella æquationis Epactarum ſi decem intercalationes in quadraginta annis fuerint intermiſsæ.

	Anni Chriſti	
c	1584	
b	1588	
a	1592	
P	1596	
N	1600	
M	1604	
H	1608	
G	1612	
F	1616	
E	1620	
E	1700	B
E	1800	
E	1900	B
D	2000	
E	2100	B
D	2200	
C	2300	
B	2400	
B	2500	
A	2600	
u	2700	
u	2800	
t	2900	
t	3000	B
t	3100	
t	3200	B
s	3300	
t	3400	B
s	3500	
s	3600	B
s	3700	
r	3800	
q	3900	
q	4000	
p	4100	
n	4200	
n	4300	
m	4400	
l	4500	
l	4600	
l	4700	B
K	4800	
K	4900	B
K	5000	

Greg. xiii. ſibi propoſuiſſe ſequi totius orbis Chriſtiani conſenſum in hoc negotio correctionis.

veluti hæc, quam exempli gratia à Copernici ratione non multum diſtantem appoſuimus.

Agite igitur Mathematici, qui cœleſtium rerum contemplatione, & cogitatione ducimini, toto animo omnique cura in hanc communem cauſam incumbite, ac re diligenter meditata & conſiderata, aut hæc, quæ à Lilio proponuntur, probate, aut ſi quid iſtis rectius nouiſtis, candide impertiri, & nobiſcum communicare velitis. Turpe enim nobis omnibus erit pati diutius in graui errore Chriſtianos omnes, & in maximarum rerum ignoratione verſari.

Expectabuntur itaque Principum, veſtræque doctorum hominum ſententiæ, & quæ ratio maiori horum parti aptior conuenientiorque viſa fuerit, eam quaſi totius Chriſtiani orbis conſenſum ſummus ipſe Pontifex probabit, atque ſequetur.

FINIS.

Tabella æquationis Epactarum, ſi decem dies anno MDLXXXII. ſimul eximantur.

	Anni Chriſti	
E	1582	
E	1600	B
E	1700	B
E	1800	
E	1900	B
D	2000	
E	2100	B
D	2200	
C	2300	
B	2400	
B	2500	
A	2600	
u	2700	
u	2800	
t	2900	
t	3000	B
t	3100	
t	3200	B
s	3300	
t	3400	B
s	3500	
s	3600	B
s	3700	
r	3800	
q	3900	
q	4000	
p	4100	
n	4200	
n	4300	
m	4400	
l	4500	
l	4600	
l	4700	B
k	4800	
k	4900	B
k	5000	

Digitized by Google

CALENDARIVM GREGORIANVM PERPETVVM.

Orbi Chriſtiano vniuerſo à GREGORIO XIII. P. M. propoſitum. Anno M. D. LXXXII.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

INTER grauiſſimas Paſtoralis officij noſtri curas, ea poſtrema non eſt, vt quæ à ſacro Tridentino Concilio Sedi Apoſtolicæ reſeruata ſunt, illa ad finem optatum, Deo adiutore perducantur. Sane eiuſdem Concilij Patres, cum ad reliquam cogitationem Breuiarij quoque curam adiungerent, tempore tamen excluſi rem totam ex ipſius Concilij decreto ad auctoritatem & iudicium Romani Pontificis retulerunt. Duo autem Breuiario præcipue continentur; quorum vnum preces, laudeſque diuinas feſtis, profeſtiſque diebus perſoluendas complectitur, alterum pertinet ad annuos Paſchæ, feſtorumque ex eo pendentium recurſus, Solis, & Lunæ motu metiendos: Atque illud quidem felicis recordationis Pius V. prædeceſſor noſter abſoluendum curauit, atque edidit. Hoc vero, quod nimirum exigit legitimam Calendarij reſtitutionem, iamdiu à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & ſæpius tentatum eſt, verum abſolui, & ad exitum perduci ad hoc vſque tempus non potuit, quod rationes emendandi Calendarij, quæ à cæleſtium motuum peritis proponebantur, propter magnas, & fere inextricabiles difficultates, quas huiuſmodi emendatio ſemper habuit, neque perennes erant, neque antiquos Eccleſiaſticos ritus incolumes (quod in primis hac in re curandum erat) ſeruabant. Dum itaque nos quoque credita nobis, licet indignis, à Deo diſpenſatione freti, in hac cogitatione, curaque verſaremur, allatus eſt nobis liber à dilecto filio Antonio Lilio artium, & medicinæ doctore, quem quondam Aloyſius eius germanus frater conſcripſerat, in quo per nouum quendam Epactarum Cyclum ab eo excogitatum, & ad certam ipſius aurei numeri normam directum, atque ad quamcunque anni ſolaris magnitudinem accommodatum, omnia, quæ in Calendario collapſa ſunt, conſtanti ratione, & ſeculis omnibus duratura, ſic reſtitui poſſe oſtendit, vt Calendarium ipſum nulli vnquam mutationi in poſterum expoſitum eſſe videatur. Nouam hanc reſtituendi Calendarij rationem exiguo volumine comprehenſam ad Chriſtianos Principes, celebrioreſque vniuerſitates paucos ante annos miſimus, vt res, quæ omnium communis eſt, communi etiam omnium conſilio perficeretur; illi cum, quæ maxime optabamus, concordes reſpondiſſent, eorum nos omnium conſenſione adducti, viros ad Calendarij emendationem adhibuimus in alma Vrbe harum rerum peritiſſimos, quos longe ante ex primarijs Chriſtiani orbis nationibus delegeramus: Ii cum multum temporis, & diligentiæ ad eam lucubrationem adhibuiſſent, & Cyclos tam veterum, quam recentiorum vndique conquiſitos, ac diligentiſſime perpenſos inter ſe contuliſſent, ſuo, & doctorum hominum, qui de ea reſcripſerunt, iudicio hunc præ cæteris elegerunt Epactarum Cyclum, cui nonnulla etiam adiecerunt, quæ ex accurata circumſpectione viſa ſunt ad Calendarij perfectionem maxime pertinere.

Conſiderantes igitur nos, ad rectam Paſchalis feſti celebrationem iuxta ſanctorum Patrum, ac veterum Romanorum Pontificum, præſertim Pij & Victoris primorum, nec non magni illius œcumenici Concilij Niceni, & aliorum ſanctiones, tria neceſſario coniungenda, & ſtatuenda eſſe, primum certam Verni æquinoctij ſedem, deinde rectam poſitionem xiiij. lunæ primi Menſis, quæ vel in ipſum æquinoctij diem incidit, vel ei proxime ſuccedit, poſtremo primum quemque diem Dominicum, qui eandem xiiij. lunam ſequitur, curauimus non ſolum æquinoctium Vernum in priſtinam ſedem, à qua iam à Concilio Niceno decem circiter diebus receſſit, reſtituendum, & xiiij. Paſchalem ſuo in loco, à

Digitized by Google

quatuor, & eo amplius dies hoc tempore diſtat, reponendam, ſed viam quoque tradendam, & rationem, qua cauetur, vt in poſterum æquinoctium, & xiiij. luna à proprijs ſedibus nunquam dimoueantur. Quo igitur Vernum Aequinoctium, quod à Patribus Concilij Nicæni ad xij. Calend. Aprilis fuit conſtitutum, ad eandem ſedem reſtituatur; Præcipimus, & mandamus, vt de menſe Octobri anni 1582. decem dies incluſiue à tertia Nonarum vſque ad pridie Idus eximantur, & dies, qui feſtum ſancti Franciſci iiij. Nonas celebrari ſolitum ſequitur, dicatur Idus Octobris, atque in eo celebretur feſtum ſanctorum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherij Martyrum, cum commemoratione ſancti Marci Papæ & confeſſoris, & ſanctorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij Martyrum. Septimodecimo vero Calend. Nouembris, qui dies proxime ſequitur, celebretur feſtum ſancti Caliſti Papæ & Martyris. Deinde xvi. Calend. Nouemb. fiat officium, & Miſſa de Dominica xviij. poſt Pentecoſten, mutata litera Dominicali G, in C. Quintodecimo denique Calend. Nouemb. dies feſtus agatur ſancti Lucæ Euangeliſtæ, à quo reliqui deinceps agantur feſti dies, prout ſunt in Calendario deſcripti.

Ne vero ex hac noſtra decem dierum ſubtractione alicui, quod ad annuas vel menſtruas præſtationes pertinet, præiudicium fiat, partes iudicum erunt in controuerſiis, quæ ſuper hoc exortæ fuerint, dictæ ſubtractionis rationem habere, addendo alios x. dies in fine cuiuslibet præſtationis.

Deinde ne in poſterum à xij. Cal. April. æquinoctium recedat, ſtatuimus Biſſextum quarto quoque anno (vti mos eſt) continuari debere: præterquam in centeſimis annis; qui quamuis biſſextiles antea ſemper fuerint, qualem etiam eſſe volumus annum 1600. poſt eum tamen, qui deinceps conſequentur, centeſimi non omnes biſſextiles ſint, ſed in quadringentis quibusque annis primi quique tres centeſimi ſine Biſſexto tranſigantur, quartus vero quiſque centeſimus biſſextilis ſit, ita vt Annus 1700. 1800. 1900. biſſextiles non ſint. Anno vero 2000. more conſueto dies biſſextus intercaletur, Februario dies 29. continente; idemque ordo intermittendi, intercalandique Biſſextum diem in quadringentis quibuſque annis perpetuo conſeruetur.

Quo item xiiij. Paſchalis recte inueniatur, itemque dies lunæ iuxta antiquum Eccleſiæ morem ex Martyrologio ſingulis diebus ediſcendi fideli populo vere proponantur; ſtatuimus, vt amoto aureo numero de Calendario, in eius locum ſubſtituatur Cyclus Epactarum; qui ad certam (vti diximus) aurei numeri normam directus efficit, vt Nouilunium, & xiiij. Paſchalis vera loca ſemper retineant. Idque manifeſte apparet ex noſtri explicatione Calendarij, in quo deſcriptæ ſunt etiam tabulæ Paſchales ſecundum priſcum Eccleſiæ ritum, quo certius & facilius ſacroſanctum Paſcha inueniri poſſit.

Poſtremo quoniam partim ob decem dies de Menſe Octobri anni 1582. (qui correctionis annus recte dici debet) exemptos, partim ob ternos etiam dies quolibet quadringentorum annorum ſpatio minime intercalandos, interrumpatur neceſſe eſt Cyclus literarum dominicalium 28. annorum ad hanc vſque diem vſitatus in Eccleſia Romana; Volumus in eius locum ſubſtitui eundem Cyclum 28. annorum ab eodem Lilio tum ad dictam intercalandi Biſſexti in centeſimis annis rationem, tum ad quamcunque anni ſolaris magnitudinem accommodatum; ex quo litera Dominicalis beneficio Cycli ſolaris æque facile, ac prius, vt in proprio Canone explicatur, reperiri poteſt in perpetuum.

Nos igitur vt quod proprium Pont. Max. eſſe ſolet, exequamur, Calendarium immenſa Dei erga Eccleſiam ſuam benignitate iam correctum atque abſolutum hoc noſtro decreto probamus, & Romæ vna cum Martyrologio imprimi, impreſſumque diuulgari iuſſimus. Vt vero vtrumque vbique terrarum incorruptum ac mendis, & erroribus purgatum ſeruetur, omnibus in noſtro & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Dominio mediate vel immediate ſubiecto commorantibus impreſſoribus ſub amiſſionis librorum, ac centum ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicandorum: alijs vero in quacumque orbis parte parte conſiſtentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac alijs arbitrij noſtri pœnis, ne ſine noſtra licentia Calendarium, aut Martyrologium ſimul vel ſeparatim imprimere, vel proponere, aut recipere vllo modo audeant vel præſumant, prohibemus.

Tollimus autem, & abolemus omnino vetus Calendarium, volumusque, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & cæteri Eccleſiarum Præſides, nouum Calendarium, (ad quod etiam accommodata eſt ratio Martyrologij) pro diuinis officiis recitandis, & feſtis celebrandis in ſuas quiſque Eccleſias, Monaſteria, Conuentus, ordines, militias, & diæceſes introducant, & eo ſolo vtantur tam ipſi, quam cæteri omnes presbyteri, & clerici ſeculares, & regulares vtriuſque ſexus; nec non milites, & omnes Chriſti fideles, cuius vſus incipiet poſt decem illos dies ex Menſe Octobri anni 1582. exemptos. Iis vero, qui adeo longinquas incolunt regiones, vt ante præſcriptum à nobis tempus harum litterarum notitiam habere non poſſint; liceat, eodem tamen Octobri Menſe inſequentis anni 1583. vel alterius, cum primum ſcilicet ad eos hæ noſtræ literæ peruenerint, modo à nobis paulo ante tradito eiuſmodi mutationem facere, vt copioſius in noſtro Calendario anni correctionis explicabitur.

Pro data autem nobis à Domino auctoritate hortamur, & rogamus chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Rodulphum Romanorem Regem Illuſtrem in Imperatorem electum, cæteros Reges, Principes, ac Reſpublicas, iiſdemque mandamus, vt quo ſtudio illi à nobis contenderunt, vt hoc tam præclarum

Digitized by Google

clarum opus perficeremus; eodem, immo etiam maiore, ad conſeruandam in celebrandis feſtiuitatibus inter Chriſtianas nationes concordiam, noſtrum hoc Calendarium & ipſi ſuſcipiant, & à cunctis ſibi ſubiectis populis religioſe ſuſcipiendum inuiolateque obſeruandum curent.

Verum quia difficile foret præſentes literas ad vniuerſa Chriſtiani orbis loca deferri, illas ad Baſilicæ principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ valuas, & in acie Campi Floræ publicari & affigi, & earundem literarum exemplis, etiam impreſſis, & voluminibus Calendarij & Martyrologij inſertis & præpoſitis, ſiue manu tabellionis publici ſubſcriptis, necnon ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eandem prorſus indubitatam fidem vbique gentium, & locorum haberi præcipimus, quæ originalibus literis exhibitis omnino haberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum præceptorum, mandatorum, ſtatutorum, voluntatis, probationis, prohibitionis, ſublationis, abolitionis, hortationis, & rogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Tuſculi Anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXXI. Sexto Calend. Martij, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo ſecundo, Indictione decima, Die vero Iouis prima menſis Martij, Pontificatus vero ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. anno eius decimo: Retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ publicatæ & affixæ fuerunt in Valuis principis Apoſtolorum de Vrbe & Cancellariæ Apoſtolicæ ac in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Scipionem de Octauianis Apoſtolicum Curſ.

Franciſcus Baron Magiſter Curſorum.

Digitized by Google

CANONES IN CALENDARIVM GREGORIANVM PERPETVVM.

Canon I.

DE CYCLO DECENNOVENNALI AVREI NVMERI.

CYCLVS Decennouennalis Aurei numeri eſt reuolutio numeri 19. annorum ab 1. vſque ad 19. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur. Verbi gratia. Anno 1577. Numerus cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus, eſt 1. Anno ſequenti 1578. eſt 2. & ita deinceps in ſequentibus annis, vno ſemper amplius, vſque ad 19. qui Aureus numerus cadet in annum 1595. Poſt quem iterum ad vnitatem redeundum eſt, ita vt anno 1596. Aureus numerus ſit rurſus 1. & anno 1597. ſit 2. &c. Continet autem hic cyclus Aurei numeri annos 19. quia poſt 19. annos ſolares elapſos reuertuntur Nouilunia ad eoſdem dies menſium, licet non omnino præciſe, ſed aliqua dici particula citius, vt à Computiſtis, & in libro nouæ rationis reſtituendi Calendarij Romani oſtenditur. Quilibet vero annus Aurei numeri terminatur in fine menſis Decembris, & in principio Ianuarij ſequentis anni initium ſumit alius annus Aurei numeri: quemadmodũ etiam fit in annis Domini, qui ſemper terminantur in menſe Decembri, & initium ſumunt à Ianuario. Vt anno Dñi 1582. annus cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus numerus, eſt 6. terminaturq; ſimul cum ipſo anno Domini 1582. in menſe Decembri: In menſe autem Ianuario initium ſumit alius annus Domini, nempe 1583. & in eodẽ menſe Ianuario aſſumitur etiam alius annus Aurei numeri, nimirum 7. Et ita deinceps agendum erit in aliis annis, quouſque perficiatur numerus 19. à quo iterum redeundum eſt ad vnitatem: atque hoc modo in perpetuum. Hoc cyclo decennouennali Aurei numeri per dies Calendarij diſtributo Eccleſia Romana ad hanc vſque diem vſa eſt tum ad coniunctiones Solis ac Lunæ inquirendas, tum vero maxime ad inueniendum diem feſtum Paſchæ, & ad indaganda alia feſta mobilia: propterea quod veteres putabant, Nouilunia, tranſacto ſpatio 19. annorum ſolarium, ad eundem prorſus diem, eandemque horam redire; quod verum non eſt, cum Nouilunia paulo citius, quam ſpatium 19. annorum Solarium compleatur, ad eandem ſedem redeant, vt dictum eſt. Hinc factum eſt, vt Nouilunia hoc tempore plus quam quatuor dies diſtent ab Aureo numero in veteri Calendario Romano; & ſecundum illius normam Paſcha ſæpenumero poſt xxj. Lunam, contra Maiorum inſtituta, celebretur: adeo vt cyclus hic Aurei numeri inutilis omnino iam ſit inuentus ad Nouilunia, feſtaque mobilia indicanda, idemque magis ac magis in dies futurus ſit inutilis tum propter decem dies ex menſe Octobri anni 1582. auferendos, tum etiam propter tres Biſſextos omittendos quibuſque quadringentis annis; niſi in 30. ordines redigatur, hoc eſt, niſi 30. Calendaria conſtruantur, vt ex illis ſeligatur ſemper illud, quod certo cuidam tempori congruit: quæ res, quantas perturbationes, quantoſque ſumptus, perſonis præſertim Eccleſiaſticis, eſſet allatura, nemo non videt. Hoc incommodum vt vitetur, ſubſtitutus eſt in locum Aurei numeri in Calendario Cyclus Epactarum conſtans ex 30. numeris Epactalibus: qui quidem nihil aliud eſt quam cyclus decennouennalis Aurei numeri æquatus, ita vt ſit inſtar Aurei numeri in 30. Calendaria, de quibus dictum eſt, diſtributi, vt in libro nouæ rationis reſtituendi Calendarij Romani declaratur. Aureo vero numero vtemur in poſterum, non quidem ad Nouilunia, & feſta mobilia inquirenda, vt ad hanc vſque diem factum eſt ab Eccleſia, ſed ſolum ad inueſtigandam Epactam cuiuslibet anni, ex qua & Nouilunia, & feſta mobilia deinde reperiantur, vt in ſequenti Canone docebimus: ita vt etiam nunc neceſſarium omnino ſit Aureum numerum quouis anno indagare, licet is de Calendario ſit ſubmotus, locumque amplius non habeat ad Nouilunia, feſtaque mobilia inueniendа.

IGITVR vt Aureus numerus quolibet anno propoſito inueniatur, compoſita eſt ſequens tabella Aureorum numerorum, cuius vſus incipit ab anno correctionis 1582. incluſiue, duratque in perpetuum. Ex ea enim Aureus numerus cuiuslibet anni poſt annum 1582. reperietur hoc modo.

Tabella cycli Aurei numeri initium ſumens ab anno correctionis 1582.

Aur. num.	vj	vij	viij	ix	x	xj	xij	xiij	xiiij	xv	xvj	xvij	xviij	xix	j	ij	iij	iiij	v

Anno

Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, quæ eſt vj. ſecundus autem, qui eſt vij. ſequenti anno 1583. & ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cuius Aureum numerum quæris, perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, quotieſcunque eam percurreris. Nam cellula, in quam annus propoſitus cadit, dabit Aureum numerum quæſitum.

SED quoniam valde laborioſum eſt, ac moleſtum, tot annos in dicta tabella enumerare, eamque toties repetere, donec ad annum, cuius Aureus numerus quæritur, perueniatur, præſertim vero, ſi annus propoſitus procul ab anno 1582. abſit, conſtruximus hanc aliam ſequentem tabulam, ex qua ſine magno labore Aureus numerus cuiuſcunque anni tam ante, quam poſt annum 1582. inuenietur hac arte.

Quæratur annus propoſitus in tabula ſub annis Domini, qui ſi deſcriptus in ea fuerit, Aureus numerus ad dexteram ipſius collocatus, addita prius vnitate, vt in vertice tabulæ præcipitur, erit is, qui quæritur. Si vero annus propoſitus in tabula non continetur, accipiatur annus in tabula contentus proxime minor, vna cum Aureo numero reſpondente: Deinde ſumantur in eadem tabula anni, qui ſuperſunt, vna cum aureo numero reſpondente, qui priori Aureo numero inuento addatur, reiicianturque à compoſito numero 19. ſi reiici poſſunt. Et tandem vnitas adiiciatur. Componetur enim hac ratione Aureus numerus propoſiti anni. Quod ſi neque anni, qui ſuperfuerunt, in tabula reperiantur, accipiendus erit rurſum annus proxime minor, vna cum eius Aureo numero, qui priori Aureo numero inuento adiiciendus eſt, & à compoſito numero reiicienda 19. ſi reiici poſſunt: Idemque faciendum erit cum reliquis annis, qui ſuperſunt, donec omnes in tabula inueneris; Et tandem vltimo Aureo numero ex Aureis in tabula repertis confecto (reiectis prius 19. ſi reiici poſſunt, vt dictum eſt) addenda vnitas. Conficietur enim hoc modo Aureus numerus anni propoſiti. Quod ſi poſt additionem vnitatis numerus compoſitus fuerit 19. ita vt, detractis 19. nihil remaneat, erit Aureus numerus 19.

Exemplis res fiet illuſtrior. Sit inueniendus Aureus numerus anni 700. Quoniam hic annus in tabula reperitur, eique reſpondet Aureus numerus 16. ſi huic Aureo numero adiiciatur 1. erit anno 700. Aureus numerus 17. Rurſus inueniendus proponatur Aureus numerus Anno 1583. Quoniam hic annus in tabula non exiſtit, ſumendus eſt annus 1000. in tabula proxime minor, eiuſque Aureus numerus 12. Deinde accipiendi in tabula anni reſidui 583. qui quoniam in ea non continentur, capiendus iterum eſt annus 500. in tabula pro-

Tabula ad Aureum numerum cuiuslibet anni inueniendum.

An. Domini	Aureus Num. *Adde* 1	Anni Domini	Aureus Num. *Adde* 1	Anni Domini	Aureus Num. *Adde* 1	Anni Domini	Aureus Num. *Adde* 1
1	1	300	15	50000	11	7000000	1
2	2	400	1	60000	17	8000000	12
3	3	500	6	70000	4	9000000	4
4	4	600	11	80000	10	10000000	15
5	5	700	16	90000	16	20000000	11
6	6	800	2	100000	3	30000000	7
7	7	900	7	200000	6	40000000	3
8	8	1000	12	300000	9	50000000	18
9	9	2000	5	400000	12	60000000	14
10	10	3000	17	500000	15	70000000	10
20	1	4000	10	600000	18	80000000	6
30	11	5000	3	700000	2	90000000	2
40	2	6000	15	800000	5	100000000	17
50	12	7000	8	900000	8	200000000	15
60	3	8000	1	1000000	11	300000000	13
70	13	9000	13	2000000	3	400000000	11
80	4	10000	6	3000000	14	500000000	9
90	14	20000	12	4000000	6	600000000	7
100	5	30000	18	5000000	17	700000000	5
200	10	40000	5	6000000	9	800000000	3

xime minor, eiuſque Aureus numerus 6. quo ad priorem Aureum numerum 12. inuentum adiecto, conficietur numerus 18. Poſt hæc anni 83. qui ſuperſunt, ſumendi in tabula, ſed quoniam non reperiuntur, accipiendus eſt annus 80. in tabula proxime minor, eiuſque Aureus numerus 4. quo appoſito ad Aureum numerum 18. prius compoſitum, efficietur numerus 22. à quo ſi detrahantur 19. remanebunt 3. Poſtremo remanentes anni 3. ſumendi ſunt in tabula, & Aureus numerus 3. illis reſpondens: quo adiecto ad Aureum numerum 3. proxime relictum, componetur numerus 6. cui tandem ſi addatur 1. vt in vertice tabulæ præcipitur, erit anno 1583. Aureus numerus 7. Sit denique quærendus Aureus numerus anni 1595. Accipio primum Aureum numerum 12. reſpondentem anno 1000. eumque addo Aureo numero 6. qui anno 500. reſpondet, conficioque numerum 18. Deinde Aureum numerum 14. reſpondentem anno 90. addo illi Aureo numero 18. inuento,

 procreo-

Digitized by Google

procreoque numerum 32. à quo detractis 19. remanet numerus 13. cui adiungo Aureum numerum 5. reſpondentem anno 5. efficioque numerum 18. Huic tandem ſi addam 1. habebo 19. pro Aureo numero anni 1595.

Additur autem ſemper vltimo numero vnitas, quia Chriſtus anno ſecundo huius cycli Aurei numeri natus eſt, fuitque anno Domini primo Aureus numerus 2. & anno ſecundo Aureus numerus 3. &c.

Compoſitio quoque huius tabulæ perfacilis eſt. Primis enim 10. annis reſpondent primi decem Aurei numeri. Deinde quia à 20. progreditur tabula per annos decimos, reſpondetque anno decimo Aureus numerus 10. ita vt ſingulis decem annis Aureus numerus 10. vnitatibus augeatur, duplicandus erit Aureus numerus 10. reſpondens 10. anno, & à producto numero 20. reiicienda 19. vt habeatur Aureus numerus 1. reſpondens anno 20. Cui Aureo numero 1. iterum adiiciendus eſt Aureus numerus 10. decimi anni, vt componatur Aureus numerus 11. pro anno 30. atque hoc modo pro ſequentibus decimis annis vſque ad 100. addendus ſemper eſt Aureus numerus. 10. præcedenti Aureo numero, & reiicienda 19. ſi reiici poſſunt, vt habeatur ſequens Aureus numerus. Poſt hæc, quia in tabula poſt annum 100. fit progreſsio per annos centeſimos, reſpondetque anno 100. Aureus numerus 5. duplicandus erit Aureus numerus 5. vt componatur Aureus numerus 10. pro anno 200. quandoquidem ſingulis annis 100. Aureus numerus augetur quinque vnitatibus. Aureo numero vero 10. iterum addendus erit Aureus numerus 5. centeſimi anni, vt gignatur Aureus numerus 15. pro anno 300. atque ita pro ſequentibus annis centeſimis vſque ad milleſimum addendus ſemper eſt Aureus numerus 5. præcedenti Aureo numero, & reiicienda 19. quando poſſunt reiici, vt exurgat ſequens Aureus numerus. Hac arte tabulam extendere poteris ad quotcunque annos, ſi obſerues, per quos annos tabula progrediatur, & qui Aureus numerus reſpondeat illi anno, à quo progreſsio incipit. Ita vides ab anno milleſimo vſque ad annum 10000. præcedenti Aureo numero ſemper adiectum eſſe Aureum numerum 12. & abiecta eſſe 19. quando reiici potuerunt; quia progreſsio annorum incipit tunc ab anno 1000. proceditque per annos milleſimos vſque ad annum 10000. & præterea anno 1000. reſpondet Aureus numerus 12. &c.

Porro ſine hac tabula facillimo quoque negotio per præcepta Arithmetices Aureus numerus cuiuslibet anni reperietur hoc modo. Anno Domini propoſito addatur 1. & numerus compoſitus per 19. diuidatur. Numerus enim qui ex diuiſione relinquitur, (nulla habita ratione quotientis numeri. Hic enim ſolum oſtendit, quot reuolutiones Aurei numeri à Chriſto vſque ad annum propoſitum peractæ ſint) erit Aureus numerus anni propoſiti. Et ſi ex diuiſione nihil remanet, erit Aureus numerus 19. Vt ſi quæratur Aureus numerus anni 1584. Addo 1. & compoſitum numerum 1585. diuido per 19. inuenioq. ex diuiſione relinqui 8. Erit ergo anno 1584. Aureus numerus 8. Rurſus ſi anno 1595 quærendus ſit Aureus numerus; addita vnitate, fit numerus 1596. quo diuiſo per 19. nihil ſupereſt. Erit igitur tunc Aureus numerus 19. Item ſi anno 1600. addatur 1. fiet numerus 1601. quo diuiſo per 19. relinquentur 5. pro Aureo numero anni 1600. Atque ita de cæteris.

Canon 2.

DE EPACTIS, ET NOVILVNIIS.

EPACTA nihil aliud eſt, quam numerus dierum, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. ſuperat: ita vt Epacta primi anni ſit 11. cum hoc numero annus Solaris communis Lunarem annum communem excedat; atque adeo ſequenti anno Nouilunia contingant 11. diebus prius, quam anno primo. Ex quo fit, Epactam ſecundi anni eſſe 22. cum eo anno rurſum annus Solaris Lunarem annum ſuperet 11. diebus, qui additi ad 11. dies primi anni efficiunt 22. ac proinde, finito hoc anno Nouilunia contingere 22. diebus prius, quam primo anno, Epactam autem tertij anni eſſe 3. quia ſi rurſus 11. dies ad 22. adiiciantur, efficietur numerus 33. à quo ſi reiiciantur 30. dies, qui vnam Lunationem Emboliſmalem conſtituunt, relinquentur 3. atq. ita deinceps. Progrediuntur enim Epactæ omnes per continuum augmentum 11. dierum, abiectis tamen 30. quando reiici poſſunt. Solum quando peruentum erit ad vltimam Epactam Aureo numero 19. reſpondentem quæ eſt 29. adduntur 12. vt abiectis 30. ex compoſito numero 41. habeatur rurſus Epacta 11. vt in principio. Quod ideo fit, vt vltima Lunatio Emboliſmica, currente Aureo numero numero 19. ſit tantum 29. dierum. Si enim 30. dies contineret, vt aliæ ſex Lunationes Emboliſmicæ, non redirent Nouilunia poſt 19. annos Solares ad eoſdem dies, ſed verſus calcem menſium prolaberentur, contingerentque vno die tardius, quam ante 19. annos. De qua re plura inuenies in libro nouæ rationis reſtituendi Calendarij Romani. Sunt autem nouendecim Epactæ, quot & Aurei numeri, reſpondebanturque ipſis Aureis numeris ante Calendarij correctionem eo modo, quo in hac tabella diſpoſitæ ſunt.

Tabella Epactarum reſpondentium Aureis numeris ante Calendarij correctionem.

Aur. num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Epactæ	xi	xxii	iii	xiv	xxv	vi	xxvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix

QVIA vero Cyclus decennouennalis Aurei numeri imperfectus eſt, cum Nouilunia poſt 19. annos Solares non præciſe ad eadem loca redeant vt dictum eſt, imperfectus etiam erit hic cyclus 19. Epactarum. Quam ob rem eum ita emendauimus, vt in poſterum loco Aurei numeri, & dictarum 19. Epactarum vtamur 30. numeris Epactalibus ab 1. vſque ad 30. ordine progredientibus, quamuis vltima Epacta, ſiue quæ ordine eſt

trige-

Digitized by Google

trigeſima, notata numero non ſit, ſed ſigno hoc * propterea quod nulla Epacta eſſe poteſt 30. Variis autem temporibus ex his 30. Epactis reſpondent decem & nouem Aureis numeris variæ decem & nouem Epactæ, prout Solaris anni, ac Lunaris æquatio expoſcit: quæ quidem decem & nouem Epactæ progrediuntur, vt olim, per eundem numerum 11. adduntur que ſemper 12. illi Epactæ, quæ reſpondet Aureo numero 19. vt habeatur ſequens Epacta reſpondens Aureo numero 1. ob rationem paulo ante dictam. Id quod ſequentes tres tabellæ perſpicuum faciunt: quarum prima continet Aureos numeros, & Epactas inter ſe reſpondentes ab anno correctionis 1582. poſt detractionem x. dierum, vſque ad annum 1700. excluſiue, quo anno ſecunda tabella aſſumenda eſt, & tertia anno 1900 atque ita deinceps alia atque alia, vt infra docebimus. Quæ quidem omnia vberius in libro nouæ rationis reſtituendi Calendarii Romani explicantur. Quamuis autem vulgares Epactæ mutentur in Martio, re ipſa tamen in principio anni mutandæ ſunt, vna cum Aureo numero, in cuius locum hæ noſtræ Epactæ ſuccedunt.

Tabella Epactarum reſpondentium Aureis numeris ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius X. diebus, vſque ad annum 1700. excluſiue.

Aur.num.	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5
Epactæ	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	i	xii	xxiii	iiii	xv

Tabella Epactarum reſpondentium Aureis numeris ab anno 1700. incluſiue vſque ad annum 1900. excluſiue.

Aur.nu.	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Epactæ	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	*	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii

Tabella Epactarum reſpondentium Aureis numeris ab anno 1900. incluſiue vſque ad annum 2200. excluſiue.

Aur.num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Epactæ.	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	*	xi	xxii	iii	xiiii	25	vi	xvii

Quælibet autem tabella ab eo Aureo numero initium ſumit, qui illo anno currit, à quo vſus tabellæ incipit: Et licet in his tabellis diuerſæ ſemper Epactæ Aureis numeris reſpondeant, aliquando tamen continget, vt eiſdem Aureis numeris eædem Epactæ reſpondeant, quæ olim ante correctionem Calendarii.

Itaque ſi Epacta quocumque anno propoſito inuenienda ſit, quærendus eſt Aureus numerus illius anni in ſuperiori ordine illius tabellæ, quæ illi tempori, in quo propoſitus annus cõtinetur, congruit. Mox enim ſub Aureo numero in inferiori ordine tabellæ reperietur Epacta anni propoſiti, vel certe hoc ſignum * Vbi ergo illa Epacta, vel ſignum * in Calendario inuentum fuerit, eo die Nouilunium fiet. Inuenietur autem Aureus numerus vel ex antecedẽte canone, vel ex tabella Epactarum propoſito tempori congruente, tribuendo Aureum numerum illius tabellæ illi anno, à quo vſus tabellæ incipit, & ſecundum Aureum numerum ſequẽti anno, &c. Eodem modo reperietur Epacta ſine Aureo numero, ſi prima Epacta tabellæ tribuatur illi anno, à quo eius vſus incipit, & ſecunda Epacta ſequenti anno, &c.

Exemplum. Anno correctionis 1582. Aureus numerus eſt 6. nempe primus primæ tabellæ, cuius vſus incipit ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius x. diebus. Erit ergo tunc Epacta xxvi. quæ ſub Aureo numero 6. collocatur: fietque Nouilunium die 27. Octob. & 26. Nouemb. & 25. Decemb. Item anno 1583. iam correcto Aureus numerus eſt 7. cui in eadem tabella ſuppoſita eſt Epacta vii. quæ toto eo anno in Calendario Nouilunia indicabit: vt in Ianuario die 24. In Febr. die 22. In Martio die 24. &c. Rurſus anno 1710. Aureus numerus eſt 1. ſub quo in ordine Epactarum ſecundæ tabellæ, quæ anno propoſito congruit, collocatur hoc ſignum *. quod in Calendario toto eo anno Nouilunia demonſtrabit: nimirum in Ianuario die 1. & 31. In Martio (Nam in Februario nullum tunc erit Nouilunium, cum in eo ſignum *. non reperiatur) die 1. & 31. In Aprili die 29. &c. Poſtremo anno 1916. Aureus numerus eſt 17. ſub quo in ordine Epactarum tertiæ tabellæ, quæ propoſito anno congruit, reperitur Epacta 25. non antiquo numero, vt aliæ Epactæ, ſed vulgari numero ſcripta. Vbicumque ergo anno 1916. in Calendario Epacta 25. vulgari numero ſcripta reperitur, ibi Nouilunium fit: Vt in Ianuario die 6. In Februario die 4.

Digitized by Google

In Martio die 6. In Aprili die 4. &c. Quotieſcunque enim Epacta 25. reſpondet Aureis numeris maioribus, quam 11. quales ſunt poſteriores octo à 12. vſque ad 19. ſumenda eſt in Calendario Epacta 25. vulgari numero ſcripta: quando vero eadem Epacta 25. reſpondet minoribus Aureis numeris, quam 12. quales ſunt priores vndecim ab 1. vſque ad 11. incluſiue, accipienda eſt in Calendario Epacta xxv antiquo numero ſcripta: Atque hoc ſolum contingit in Epacta 25. & in aliis nunquam. Quod ideo fit, vt anni Lunares perfectius Solaribus annis reſpondeant: Ob quam etiam cauſam in ſex locis Calendarii duæ Epactæ ſcilicet xxv. & xxiiii. ad eundem diem ſunt aſcriptæ, vt nimirum Lunationes ita ſibi mutuo ſuccedant, vt alternatim ſex contineant dies 30. & ſex aliæ dies tantum 29. complectantur. Id quod abunde in libro nouæ rationis reſtituendi Calendarii Romani explicatum eſt.

Quod ſi quando Epactæ per dies Calendarii diſtributæ indicent Nouilunia paulo ſerius, quam res poſtulet, mirandum non eſt, cum maturo conſilio ita ſint diſpoſitæ. Cum enim nullus cyclus Lunaris ad vnguem calculo Aſtronomico reſpondere poſſit, ſed modo citius, modo tardius Nouilunia indicet, data eſt diligenter opera in diſtribuendo cyclo hoc 30. Epactarum in Calendario, vt potius Nouilunia ſerius aliquando per Epactas demonſtrentur, quam vt aliquando ſedes ſuas anteuertant, ne cum Quartadecimanis hæreticis ſacroſanctum Paſcha, vel in xiiii. Luna, vel ante celebretur: Adeo vt propter celebrationem Paſchæ maior ſit habita ratio xiiii. Lunæ, vel Plenilunii; quam Nouilunii; neque magni refert, ſi aliquando, quod raro tamen accidit, propter hanc Nouilunii poſtpoſitionem contingat Paſcha celebrari poſt diem xxi. Lunæ. Minus enim hoc peccatum eſt, quam ſi ante diem xiiii. Lunæ celebretur, vel in vltimo menſe. quod eſſet abſurdiſſimum. Sed de his plura in libro nouæ rationis reſtituendi Calendarii Romani, vbi omnia hæc copioſiſſime explicantur.

Verum vt videas, vnde præcedentes tres tabellæ ſint depromptæ, & qua arte aliæ conſtrui poſſint, addita eſt ſequens tabella cycli Epactarum perpetua, vna cum tabula æquationis cycli Epactarum, ex qua cuiuſque anni Epacta reperietur in perpetuum. Rationem conſtructionis tam tabellæ cycli Epactarum perpetuæ, quam tabellæ æquationis cycli Epactarum, quoniam paucis explicari non poteſt, deſumunturque literæ alphabeti ex tabula cycli Epactarum expanſa, conſulto in librum nouæ rationis reſtituendi Calendarii Romani, vbi tabula illa expanſa continetur, reiicimus.

Tabella Cycli Epactarum perpetua.

P	l	C	c	P	F	f	s	M	i	A
*	xi	xxii	iii	xiiii	xxv 25	vi	xvii	xxviii	ix	xx

a	m	D	d	q	G	g	t	N	k	B
i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi

b	n	E	e	r	H	h	u
ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix

Tabula æquationis Cycli Epactarum perpetui.

	Anni Domini			Anni Domini			Anni Domini	
N	1		A	2200		q	3600	Biſs.
P	320	Biſs.	u	2300		p	3700	
P	500	Biſs.	A	2400	Biſs.	n	3800	
a	800	Biſs.	u	2500		n	3900	
b	1100	Biſs.	t	2600		n	4000	Biſs.
c	1400	Biſs	t	2700		m	4100	
	Detractis x. diebus.		t	2800	Biſs.	l	4200	
D	1582		s	2900		l	4300	
D	1600	Biſs.	s	3000		l	4400	Biſs.
C	1700		r	3100		k	4500	
C	1800		r	3200	Biſs.	k	4600	
B	1900		r	3300		i	4700	
B	2000	Biſs.	q	3400		i	4800	Biſs.
B	2100		p	3500		i	4900	

Vtriuſq; autem vſus hic eſt. Quæratur in tabula æquationis annus propoſitus, vel ſi is in tabula non inuenitur, annus proxime minor. noteturq; litera alphabeti maiuſcula ſiue minuſcula ad ſiniſtram ipſius collocata, & Aureus numerus inueſtigetur anno propoſito congruens. Deinde in tabella cycli Epactarum perpetua ſimilis litera notetur, & cellulæ, quæ ab illa litera incluſiue tertia eſt verſus ſiniſtram, Aureus numerus i. tribuatur, & ſequenti cellulæ ad dexteram ſubſequens Aureus numerus ii. & ita deinceps, donec ad Aureum numerum propoſiti anni perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, ſi eam totam percurreris, computata quoque litera F, maiuſc. ſub qua Epactæ xxv. & 25. diuerſis numeris ſcriptæ collocantur, pro vna cellula. His enim rite peractis

Digitized by Google

actis, illico in cellula, in quam Aureus numerus propoſiti anni cadit, Epacta illius anni reperietur. Diligenter tamen obſeruandum eſt, vt quando Aureus numerus anni propoſiti maior fuerit, quam 11. quales ſunt poſteriores octo Aurei numeri à 12. vſque ad 19. cecideritque in cellulam literæ F, vbi ſunt duæ Epactæ xxv. 25. diuerſis numeris ſcriptæ, ſumatur Epacta 25. altera vero xxv. ſi in eandem cellulam aliquis ex prioribus vndecim Aureis numeris ab 1. vſque ad 11. qui omnes minores ſunt, quam 12. ceciderit.

Exemplis planum id faciemus. Anno 1582. poſt correctionem reſpondet in tabula æquationis litera D, maiuſc. eſtque Aureus tunc numerus 6. Si igitur in tabella cycli Epactarum perpetua tribuas cellulæ literæ a, minuſculæ, quæ tertia eſt à cellula literæ D, maiuſc. Aureum numerum 1. & ſequenti cellulæ ad dexteram Aureum numerum 2. & ita deinceps, cadet Aureus numerus 6. anni propoſiti 1582. in cellulam Epactæ xxvi. quæ in Calendario ab Idibus Octobris illius anni Nouilunia monſtrabit. Rurſus anno 1583. iam emendato Aureus numerus eſt 7. eique in tabula æquationis reſpondet litera eadem D, maiuſc. Quoniam enim hic annus in tabula non reperitur, ſumendus eſt proxime minor, nempe 1582. cui litera D, maiuſc. reſpondet. Tribuendo ergo in tabella Epactarum Aureum numerum 1. cellulæ literæ a, minuſc. quæ tertia eſt à cellula literæ D, maiuſc. & Aureum numerum 2. ſequenti cellulæ ad dexteram, & ſic deinceps, cadet Aureus numerus 7. propoſiti anni in cellulam Epactæ vii. quæ eo anno Nouilunia oſtendet. Itē anno 4218. in tabula æquationis reſpondet litera l, eſtque Aureus numerus 1. Igitur ſi in tabella Epactarū Aureum numerū 1. illius anni tribuas cellulę literæ u, quæ tertia eſt à cellula literæ l, verſus ſiniſtram inuenies Epactam xix. illius anni. Præterea anno 1710. reſpondet litera C, maiuſc. in tabula æquationis, eſtque rurſum Aureus numerus 1. Quare ſi Aureum numerum 1. illius anni tribuas primæ cellulæ literæ P, maiuſc. in tabella Epactarum, quæ tertia eſt à litera C, maiuſc. reperies * pro Epacta illius anni. Rurſus anno 1912. reſpondet in tabula æquationis litera B, maiuſc. & eſt Aureus numerus 13. Quapropter ſi tribuatur in tabella Epactarum perpetua cellulæ literæ N, maiuſc. quæ tertia eſt à litera B. maiuſc. Aureus numerus 1. & ſequenti cellulæ ad dexteram Aureus numerus 2. & ita deinceps, redeundo ad principium tabellæ, cadet Aureus numerus 13. propoſiti anni in ſecundam cellulam. Quare Epacta tunc erit xi. Adhuc anno 1715. reſpondet in tabula æquationis litera C, maiuſc. eſtque Aureus numerus 6. Tribuendo ergo Aureum numerum 1. cellulæ literæ P, maiuſc. in tabella Epactarum, quæ tertia eſt à cellula literæ C, maiuſc. & Aureum numerum 2. ſequenti cellulæ ad dexteram, &c. cadet Aureus numerus 6. propoſiti anni in cellulam literæ F, ſub qua ponuntur duæ Epactæ xxv. 25. diuerſis characteribus expreſſæ. Quia vero Aureus numerus 6. minor eſt, quam 12. accipienda eſt Epacta xxv. prior, pro anno 1715. Poſtremo anno 1916. in tabula æquationis reſpondet litera B, maiuſc. eſtque Aureus numerus 17. Quam ob rem ſi in tabella Epactarum cellulæ literæ N, quæ tertia eſt à cellula B, maiuſc. detur Aureus numerus 1. & ſequenti cellulæ ad dexteram Aureus numerus 2. &c. redeundo ad principium tabellæ, occurret Aureus numerus 17. propoſiti anni eidem cellulæ literæ F, ſub qua duæ Epactæ xxv. 25. diuerſorum characterum ponuntur. Et quoniam Aureus numerus 17. maior eſt, quam 11. accipienda eſt Epacta 25. poſterior pro anno 1916. Atque hoc modo Epactam cuiuslibet anni inuenies in perpetuum.

Ex his facile quiuis tabellam componere poterit, ſi velit, ſimilem tribus ſuperioribus, in qua nimirum Epactæ contineantur certis quibuſdam annis inſeruientes. Vt quoniam vſus tertiæ tabellæ extenditur vſque ad annum 2200. excluſiue, ſi quis aliam tabellam optet, cuius vſus incipiat anno 2200. quærenda erit, vt iam docuimus, Epacta anni 2200. Si namque ordine diſponantur omnes 19. Aurei numeri, initio facto ab Aureo numero anni 2200. & ſub Aureo numero dicti anni collocetur Epacta eiuſdem anni inuenta: deinde reliquæ Epactæ ordine ſub aliis Aureis numeris collocentur, quæ per continuam additionem numeri 11. ad præcedentem Epactam conſtituantur, ita tamen, vt Epactæ ſub Aureo numero 19 poſitæ, ſi hic Aureus numerus in tabella vltimus non fuerit, addantur 12. non autem 11. vt ſupra diximus; compoſita erit tabella Epactarum, cuius vſus incipiet ab anno 2200. incluſiue, terminabiturque anno 2299. quandoquidem anno 2300. in tabula æquationis alia litera reſpondet, nempe u, ita vt tunc ſit alia tabula extruenda. Verbi gratia. Dicto anno 2200. reſpondet in tabula æquationis litera A, maiuſc. eſtque Aureus numerus 16. Si igitur tribuamus Aureum numerum 1. cellulæ literæ M, maiuſc. in tabella perpetua Epactarum, quæ tertia eſt à cellula literæ A, & ſequenti cellulæ ad dexteram Aureum numerum 2. &c. incidet Aureus numerus 16. dicti anni 2200. in cellulam literæ n, minuſc. ſub qua reperitur Epacta xiii. illius anni. Quocirca tabella epactarum reſpondentium Aureis numeris, initio ſumpto ab Aureo numero 16. & ab Epacta xiii. illius anni ſic ſtabit.

Tabella Epactarum reſpondentium Aureis numeris ab anno 2200 incluſiue vſque ad annum 2300. excluſiue.

Aur. num.	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
Epactæ	xiii	xxiiii	v	xvi	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii

Sed eædem hæ Epactæ facilius ex tabella cycli Epactarum perpetua extrahi poſſunt. Cum enim Aureus numerus 1. tribuatur cellulæ literæ M. maiuſc. & Aureus numerus 2. ſequenti cellulæ ad dexteram, vbi eſt litera i. & Aureus numerus 3. ſequenti cellulæ ad dexteram, vbi eſt litera A, maiuſc. Aureus numerus vero 4. ſequenti adhuc cellulæ ad dexteram, in qua deſcripta eſt litera a, minuſc. &c. vt dictum eſt, ſcribendæ erunt Epactæ ſub Aureis numeris huius tabellæ temporariæ, quemadmodum in tabella illa cycli Epactarum perpetua Aureis numeris reſpondent, vt in exemplo factum eſſe vides. Hinc facile apparet, qua ratione ſuperiores tres tabellæ Epactarum temporariæ ſint compoſitæ. Alias porro vias & quidem expeditas inueniendæ Epactæ cuiuslibet anni in libro Explicationis Calendarii Romani reſtituti reperies.

Canon

Digitized by Google

Canon 3.

DE CYCLO SOLARI, SIVE LITERARVM *Dominicalium 28. annorum.*

CYCLVS Solaris, ſeu literarum Dominicalium, eſt reuolutio numeri 28. annorum ab 1. vſque ad 28. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur, initiumque ſumit quilibet annus huius cycli à Ianuario, veluti de cyclo decennouennali Aurei numeri dictum eſt. Procreatur autem cyclus hic Solaris 28. annorum ex multiplicatione 7. per 4. propterea quod propter ſeptem dies hebdomadæ ſeptem ſunt literæ Dominicales, & quouis quarto anno vnus dies intercalatur, ita vt tunc ordo ille ſeptem literarum interrumpatur, recipianturque duæ literæ Dominicales. Hoc cyclo litera Dominicalis cuiuſque anni inueſtigatur in perpetuum, vt ad finem ſequentis canonis docebimus.

Vt igitur quolibet anno propoſito numerus cycli Solaris reperiatur, compoſita eſt ſequens tabella cuius vſus incipit ab anno correctionis 1582. duratque in perpetuum. Ex qua numerus cycli Solaris quocunq; anno currens poſt annum 1582. inueſtigabitur hoc modo.

Tabella cycli Solaris initium ſumens ab anno correctionis 1582.

23	24	25	26	27	28	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
18	19	20	21	22																		

Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, qui eſt 23. ſecundus autem, qui eſt 24. ſequenti anno 1583. & ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cuius numerum cycli Solaris quæris, perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, quotieſcunque eam percurreris. Nam cellula, in quam cadit annus propoſitus, numerum cycli Solaris quæſitum indicabit.

Sed quoniam valde laborioſum eſt, ac moleſtum, tot annos in dicta tabella enumerare, eamque toties repetere, donec ad annum propoſitum perueniatur, pręſertim vero, ſi annus propoſitus procul ab anno 1582. abiit, conſtruximus hanc aliam tabulam, ex qua ſine magno labore cycli Solaris numerus quolibet anno tam ante, quam poſt annum 1582. inuenietur hac ratione.

Quæratur annus propoſitus in tabula ſub annis Domini, qui ſi deſcriptus in ea fuerit, numerus ad dexteram ipſius collocatus, additis prius 9. vt in vertice tabulæ præcipitur, & reiectis 28 poſt hanc additionem, ſi reiici poſſunt, erit numerus cycli Solaris, qui quæritur. Si vero annus propoſitus in tabula non continetur, accipiatur annus in tabula contentus proxime minor, vna cum numero cycli Solaris reſpondente: Deinde ſumantur in eadem tabula anni, qui ſuperſunt, vna cum numero cycli Solaris reſpondente, qui priori numero cycli Solaris inuento addatur, reiicianturque à compoſito numero 28. ſi reiici poſſunt; & tandem addantur 9. Numerus enim compoſitus, reiectis prius 28. ſi poſſunt reiici, erit numerus cycli Solaris quæſitus. Quod ſi neque anni, qui ſuperfuerunt, in tabula reperiantur, accipiendus erit rurſum annus proxime minor, vna cum numero cycli Solaris reſpondente, qui priori numero cycli Solaris inuento adiiciendus eſt, & à compoſito numero reiicienda 28. ſi reiici poſſunt: Idemque faciendum erit cum reliquis annis, qui ſuperſunt, donec omnes in tabula inueneris: Et tandem vltimo numero cycli Solaris ex numeris cycli Solaris in tabula repertis confecto addenda 9. & à ſumma, quæ conflabitur, reiicienda 28. ſi reiici poſſunt. Conficietur enim hoc modo numerus cycli Solaris anni propoſiti. Quod ſi poſt additionem 9. numerus compoſitus fuerit 28. ita vt poſt detractionem 28. nihil remaneat, erit numerus cycli Solaris 28.

Digitized by Google

Tabula ad numerum cycli Solaris cuiuslibet anni inueniendum.

An. Domini	Cyclus Solaris. *Adde* 9	Anni Domini	Cyclus Solaris. *Adde* 9	Anni Domini	Cyclus Solaris. *Adde* 9	Anni Domini	Cyclus Solaris. *Adde* 9
1	1	300	20	50000	20	7000000	0
2	2	400	8	60000	24	8000000	8
3	3	500	24	70000	0	9000000	16
4	4	600	12	80000	4	10000000	24
5	5	700	0	90000	8	20000000	20
6	6	800	16	100000	12	30000000	16
7	7	900	4	200000	24	40000000	12
8	8	1000	20	300000	8	50000000	8
9	9	2000	12	400000	20	60000000	4
10	10	3000	4	500000	4	70000000	0
20	20	4000	24	600000	16	80000000	24
30	2	5000	16	700000	0	90000000	20
40	12	6000	8	800000	12	100000000	16
50	22	7000	0	900000	24	200000000	4
60	4	8000	20	1000000	8	300000000	20
70	14	9000	12	2000000	16	400000000	8
80	24	10000	4	3000000	24	500000000	24
90	6	20000	8	4000000	4	600000000	12
100	16	30000	12	5000000	12	700000000	0
200	4	40000	16	6000000	20	800000000	16

Exemplis rem illuſtrabimus. Inueniendus ſit numerus cycli Solaris anno 1000. Quoniam hic annus in tabula reperitur, eique reſpondet numerus 20. ſi addantur 9 fiet numerus 29. à quo ſi reiiciantur 28. remanebit 1. pro numero cycli Solaris anno 1000. Rurſus inquirendus proponatur numerus cycli Solaris anno 1582. Quoniam hic annus in tabula non inuenitur; ſumendus eſt annus 1000. in tabula proxime minor, eiuſque numerus cycli Solaris 20. Deinde accipiendi in tabula anni reſidui 582. qui quoniam in ea non continentur, ſumendus iterum eſt annus 500. in tabula proxime minor, eiuſque numerus cycli Solaris 24. quo ad priorem numerum cycli Solaris 20. inuentum adiecto, conficietur numerus 44. à quo ſi detrahantur 28. remanebunt 16. Poſt hæc anni 82. qui ſuperſunt, accipiendi in tabula, ſed quia non reperiuntur, ſumendus eſt annus 80. in tabula proxime minor, eiuſque numerus cycli Solaris 24. quo adiecto ad numerum cycli Solaris 16. prius compoſitum, efficietur numerus 40. à quo ſi ſubtrahantur 28. relinquentur 12. Tandem accipiendi ſunt reliqui anni 2. in tabula, & numerus cycli Solaris 2. illis reſpondens: quo appoſito ad numerum cycli Solaris 12. proxime relictum, componetur numerus 14. Ad quem poſtremo ſi addantur 9. vt in vertice tabulæ iubetur, fiet numerus cycli Solaris 23. anni 1582. Denique inueſtigandus ſit numerus cycli Solaris anno 7075. Accipio primum numerum cycli Solaris 0. è regione anni 7000. eumque addo numero cycli Solaris 14. è regione anni 70. reperto, efficioque numerum 14. Deinde huic numero 14. Adiungo numerum cycli Solaris 5. anno 5. reſpondentem, & procreo numerum 19. Cui tandem appono 9. efficioque numerum cycli Solaris 28. pro anno 7075.

Adduntur autem ſemper 9. vltimo numero, quia Chriſtus anno decimo huius cycli Solaris natus eſt, fuitque anno Domini primo numerus cycli Solaris 10. & anno ſecundo numerus cycli Solaris 11. &c.

Compoſitio quoque huius tabulæ non differt à conſtructione tabulæ pro Aureo numero inueniendo, niſi quod hic reiicienda ſunt 28. non autem 19. vt ibi. Quocirca facile eam extendere poteris ad quotcunque annos volueris.

Cæterum ſine hac tabula facili admodum negotio per præcepta Arithmetices numerus cycli Solaris quolibet anno propoſito inuenietur hoc modo. Anno Domini propoſito addantur 9. & compoſitus numerus per 28. diuidatur. Numerus enim, qui ex diuiſione relinquitur, (nulla habita ratione quotientis numeri. Hic enim ſolum indicat, quot reuolutiones cycli Solaris à Chriſto vſque ad annum propoſitum peractæ ſint.) erit numerus cycli Solaris anni propoſiti. Et ſi ex diuiſione nihil remanet, erit numerus cycli Solaris 28. Vt ſi quæratur numerus cycli Solaris anno 1582. Addo 9. & compoſitum numerum 1591. diuido per 28. inuenioque ex diuiſione relinqui 23. Anno ergo 1582. numerus cycli Solaris erit 23. Rurſus ſi deſideretur numerus cycli Solaris anno 1587. Addo 9. & facio 1596. quem numerum partior per 28. reperioque nihil ſupereſſe. Anno igitur 1587. numerus cycli Solaris erit 28. Et ſic de cæteris.

Canon

Digitized by Google

Canon 4.

DE LITERA DOMINICALI.

QVONIAM tum propter decem dies ablatos ex menſe Octobri anni 1582. tum etiam propter tres Biſſextos quibuſque quadringentis annis omittendos, vt in libro nouæ rationis reſtituendi Calendarii Romani, & in bulla correctionis anni à Gregorio xiii. Pontifice Max. ſancitum eſt, cyclus literarum Dominicalium quibuſque 28. annis in ſeipſum rediens, & ad hanc vſque diem ab Eccleſia Romana vſitatus interrumpatur neceſſe eſt, proponimus ſequentem tabellam literarum Dominicalium omnibus annis poſt Idus Octobris anni correctionis 1582. (detractis prius x. diebus.) vſui futuram vſque ad annum 1700. excluſiue.

Tabella literarum Dominicalium ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. (detractis prius x. diebus) vſque ad annum 1700. excluſiue.

c b	A	f e d	c	A g f	e	c b A	g
	g		b		d		f

e d c	b	g f e	d	b A g	f	d
	A		c		e	

Vſus huius tabellæ hic eſt. Anno correctionis 1582. poſt Idus Octobris (detractis prius x. diebus) tribuatur litera c. primæ cellulæ, & ſequenti anno 1583. litera b, ſecundæ, & anno 1584. dentur literæ A, g, tertiæ cellulæ, & ſic deinceps aliis annis ordine aliæ cellulæ tribuantur, donec ad annum propoſitum peruentum ſit, redeundo ad principium tabellæ, quotieſcunque eam percurreris. Nam cellula, in quam annus propoſitus cadit, dummodo minor ſit quam annus 1700. dabit literam Dominicalem propoſiti anni. Quæ ſi vnica occurrerit, annus erit communis; ſi vero duplex, Biſſextilis; & tunc ſuperior litera Dominicam diem oſtendet in Calendario à principio anni vſque ad feſtum S. Matthiæ Apoſtoli, inferior autem ab hoc feſto vſque ad finem anni. Exempli gratia. Sit inuenienda litera Dominicalis anno 1587. Numera ab anno 1582. quem tribue primæ literæ c, vſque ad annum 1587. tribuendo ſingulis cellulis ſingulos annos (computando geminas literas quaſcunque ſuperiorem & inferiorem, pro vna cellula) cadetque annus 1587. in literam d, quæ ſextum locum in tabella occupat. Eſt ergo toto eo anno litera Dominicalis d, annuſque communis eſt, cum litera ſimplex occurrat. Rurſus ſit inueſtigenda litera Dominicalis anno 1616. Numera ab anno 1582. vt dictum eſt, vſque ad annum 1616. redeundo ad principium tabellæ, poſtquam eam percurreris, peruenieſque ad duas haſce literas c, b, ſeptimo loco poſitas. Eſt ergo annus ille Biſſextilis, cum duplex litera occurrat, ſuperiorque litera c, Dominicam diem indicabit à principio anni illius vſque ad feſtum S. Matthiæ, inferior autem b, in reliqua parte anni.

Verum vt in annis, qui parum ab anno 1700. diſtant, facilior reddatur numeratio, & ne ſæpius ad principium tabellæ cogaris redire, componenda erit tabella quædam annorum hac arte. Ad annum 1582. à quo vſus tabellæ literarum Dominicalium incipit, addantur 28. & iterum 28. ad numerum compoſitum, & ſic deinceps, ita tamen, vt vltimus annus minor ſit anno 1700. ad quem vſus tabellæ literarum Dominicalium non peruenit. Itaque ſi annus, cuius litera Dominicalis quæritur, in hac tabella annorum continetur, erit prima litera tabellæ literarum Dominicalium Dominicalis eo anno. Si vero non continetur, ſumendus eſt in tabella annorum annus proxime minor, & ab eo numerandum in ſupradicta tabella literarum Dominicalium, initio facto à prima cellula, vſque ad annum propoſitum. Peruenietur enim hac numeratione ad literam Dominicalem, ita vt nunquam ad principium tabellæ redeundum ſit. Vt ſi annus propoſitus ſit 1638. qui in hac tabella reperitur, erit eo anno litera Dominicalis c, quæ prima eſt in tabella literarum Dominicalium. Si autem annus propoſitus ſit 1647. qui in hac tabella non continetur, numerandum erit in tabella literarum Dominicalium ab anno 1638. proxime minori vſque ad datum annum 1647. tribuendo nimirum annum 1638. primæ cellulæ, & ſequentem annum 1639. ſecundæ cellulæ, &c. Cadet enim hoc modo annus propoſitus 1647. in decimam cellulam literæ f, quæ tertia eſt poſt Biſſextum, & Dominicalis eo anno.

Anni à quibus tabella literarum Dominicalium incipit.
1582
1610
1638
1666
1694

Finito autem anno 1699. in cuius fine vſus ſuperioris tabellæ literarum Dominicalium terminatur, aſſumenda eſt ſequens tabella literarum Dominicalium, cuius vſus ab anno 1700. incipit, eſtque perpetua, ſi adiuncta tabula æquationis adhibeatur, hoc modo.

Tabella

Digitized by Google

Tabella literarum Dominicalium ab anno 1700. incluſiue perpetua, ſi quibuſque 400. annis tres Biſſexti omittantur.

I				II				III										
d	b	A	g	f	d	c	b	A	f	e	d	c	A	g	f	e	c	b
c				e				g				b				d		

A	g	e	d	c	b	g	f	e
	f				A			

Tabula æquationis ſupradictæ tabellæ literarum Dominicalium ab anno 1700. perpetuæ.

	Anni Domini		Anni Domini		Anni Domini		Anni Domini
I	1700	I	5700	I	9700	I	13700
II	1800	II	5800	II	9800	II	13800
III	1900	III	5900	III	9900	III	13900
I	2100	I	6100	I	10100	I	14100
II	2200	II	6200	II	10200	II	14200
III	2300	III	6300	III	10300	III	14300
I	2500	I	6500	I	10500	I	14500
II	2600	II	6600	II	10600	II	14600
III	2700	III	6700	III	10700	III	14700
I	2900	I	6900	I	10900	I	14900
II	3000	II	7000	II	11000	II	15000
III	3100	III	7100	III	11100	III	15100
I	3300	I	7300	I	11300	I	15300
II	3400	II	7400	II	11400	II	15400
III	3500	III	7500	III	11500	III	15500
I	3700	I	7700	I	11700	I	15700
II	3800	II	7800	II	21800	II	15800
III	3900	III	7900	III	11900	III	15900
I	4100	I	8100	I	12100	I	16100
II	4200	II	8200	II	12200	II	16200
III	4300	III	8300	III	12300	III	16300
I	4500	I	8500	I	12500	I	16500
II	4600	II	8600	II	12600	II	16600
III	4700	III	8700	III	12700	III	16700
I	4900	I	8900	I	12900	I	16900
II	5000	II	9000	II	13000	II	17000
III	5100	III	9100	III	13100	III	17100
I	5300	I	9300	I	13300	I	17300
II	5400	II	9400	II	13400	II	17400
III	5500	III	9500	III	13500	III	17500

Inuenturus literam Dominicalem cuiuslibet anni, qui non minor ſit anno 1700. Vide in tabula æquationis, qui numerus ex antiquis Romanorum notis ad ſiniſtram anni propoſiti, vel (ſi is in tabula deſcriptus non eſt) anni proximè minoris reperitur, eumque in tabella literarum Dominicalium perpetua nota. Si enim cellulę huius numeri antiqui Romani tribuas annum in tabula æquationis acceptum, ſequentem verò annum ſequenti cellulæ, & ita deinceps, donec ad annum propoſitum perueneris, redeundo ad principium tabellæ, ſi opus fuerit, incides in cellulam literæ Dominicalis, quam quæris. Quæ ſi fuerit ſimplex, annus propoſitus communis erit, ſi vero duplex, biſſextilis: exceptis annis illis centeſimis, in quibus dies intercalaris omittitur, quales ſunt omnes illi, & ſoli, qui in æquationis tabula expreſſi ſunt. In his enim quoniam communes ſunt, ex duabus literis inuentis inferior duntaxat aſſumenda eſt, relicta ſuperiore, quia hæc in anno præcedenti vſum habuit. In aliis centeſimis Biſſextilibus, cuiuſmodi ſunt omnes illi, qui in tabula æquationis notati non ſunt, vtraq; litera inuenta eſt accipienda, quemadmodum in aliis annis Biſſextilibus.

Exemplum. Anno 1710. reſpondet in tabula æquationis hic numerus antiquus I. quia cum dictus annus in tabula non contineatur, accipiendus eſt annus 1700. proxime minor, cui reſpondet numerus I. Igitur ſi ab anno 1700. in tabula inuento fiat numeratio in tabella literarum Dominicalium perpetua per cellulas, vſque ad annum propoſitum 1710. initio facto à prima cellula, ſupra quam nimirum ponitur idem numerus antiquus I. qui in æquationis tabula repertus eſt, reperietur litera Dominicalis e, ſecunda poſt Biſſextum, eritque annus 1710. communis, & ſecundus poſt Biſſextum. Rurſus anno 1912. reſpondet in tabula æquationis numerus antiquus III. Numerando igitur ab anno 1900. in tabula reperto in tabella literarum Dominicalium per cellulas, initio ſumpto à nona cellula, ſupra quam nimirum poſitus eſt antiquus numerus III. vſque ad annum 1912. inueniemus duas literas Dominicales g, f, eritque annus ille Biſſextilis. Præterea anno 1800. in tabula æquationis reſpondet antiquus numerus II. cui in tabella literarum Dominicalium reſpondent duæ literæ f, e, quarum inferior e, ſolum illi anno deſeruiet: quoniam annus eſt communis, & ſuperior litera f, fuit Dominicalis anno præcedente 1799. Poſtremo, anno 3600. reſpondet in tabula æquationis numerus antiquus III. prope annum 3500. proxime minorem. Si igitur ab anno 3500. in tabella literarum Dominicalium numerentur cellulæ, ſumpto initio à nona cellula huius numeri III. inuenientur duæ hæ literæ b, A, quarum vtraque accipienda eſt, quia annus ille centeſimus Biſſextilis eſt, cum in tabula æquationis non contineatur.

Hic autem vtendum erit quoq; artificio ſupra deſcripto, vt numeratio facilior reddatur. Nempe conſtruenda erit tabella annorum, quæ per continuā additionem 28 ad annum in tabula æquationis inuentū progrediatur. Vt in proximo exemplo ad annū 3500. deinde ad compoſitum numerū 3528. &c. ita tamen, vt vltimus numerus compoſitus minor ſit, quam 3700. Hoc enim anno alius numerus antiquus accipiendus erit in tabella literarum Dominicalium, vt ex tabula æquationis conſtat. Hac tabella annorum compoſita, ſtatim ſciemus, à quo anno inchoanda ſit numeratio in tabella literarum Dominicalium. Hac ratione, vt in proximo exemplo perſiſtamus, ſub numero antiquo III. numerationem auſpicabimur ab anno 3584. qui proxime minor eſt in tabella annorum, quam propoſitus annus 3600. qui cadet in cellulam duarum literam b, A, vt prius.

3500
3528
3556
3584
3612
3640
3668
3696

Immo eadem hæc tabella cuilibet centeſimo tabulæ æquationis adaptari poterit, ſi loco centeſimi 3500. accipiatur quilibet alius centeſimus: & in quouis centeſimo iuxta numerum I, vel II, numeratio incipiat ab ipſomet centeſimo, deinde à 28. 56. 84. poſt eum centeſimum: In quolibet vero centeſimo iuxta numerum III. ab ipſo quoque centeſimo, deinde à 28. 56. 84. poſt eum centeſimum, & à 12. 40. 68. 96. poſt proxime inſequentem centeſimum. quemadmodum in propoſita tabella incipienda eſt numeratio ab ipſo centeſimo 3500. iuxta numerum III. in tabula æquationis poſito, deinde à 28. 56. 84. poſt 3500. & à 12. 40. 68. 96. poſt 3600. qui centeſimum 3500. proxime inſequitur.

Facillima porro eſt conſtructio tabulæ æquationis. Progreditur enim per omnes annos centeſimos, qui Biſſextiles non ſunt, omiſſis centeſimis Biſſextilibus; quia in illis ordo literarum Dominicalium interrumpitur, in his vero non. Itaque poſt ternos quoſque centeſimos vnus annus centeſimus relinquitur in tabula, cum ille ſit Biſſextilis. Deinde, vt vides, numeri antiqui I. II. III. ordine repetuntur.

Ex his non difficile erit cuilibet, ex noſtra tabella perpetua decerpere tabellam particularem ſuo tempori deſeruientem. Si enim tabella 28. literarum Dominicalium componatur, principio ſumpto à cellula illius numeri antiqui, qui in tabula æquationis cuilibet anno centeſimo reſpondet, confecta erit tabella deſeruiens ab eo anno centeſimo vſque ad annum centeſimum, qui in tabula æquationis ſequitur, excluſiue: ita tamen, vt ex primis duabus literis anno illi centeſimo, à quo vſus tabellæ incipit, reſpondentibus inferior aſſumatur, relicta ſuperiori. Hac arte conſtructa eſt ſequens tabella, cuius vſus incipit ab anno 1800. duratque vſque ad finem anni 1899. hac lege, vt anno 1800. litera Dominicalis ſit e, inferior primarum duarum f, e, ſequenti deinde anno 1801. litera Dominicalis ſit d, &c.

Tabella literarum Dominicalium ab anno 1800. vſque ad annum 1900. excluſiue.

f	d	c	b	A	f	e	d	c	A	g	f	e	c	b	A	g	e	d
e				g				b				d				f		

c	b	g	f	e	d	b	A	g
	A				c			

Expedite quoque eandem literam Dominicalem cuiuſque anni perpetuo inueniemus tam ante correctionis annum, quam poſt, ex antiquo cyclo Solari, ſeu literarum Dominicalium 28. annorum, quo ad hanc vſque diem Eccleſia vſa eſt. Hic autem, vna cum tabula Æquationis, quæ per omnes annos centeſimos progreditur, ita vt quartus quiſque centeſimus ſit Biſſextilis, & tunc idem numerus antiquus repetatur, ita ſe habet.

Digitized by Google

Cyclus Solaris, ſeu literarum Dominicalium antiquus 28. annorum perpetuus.

V				VII				II				IV				VI		
g	e	d	c	b	g	f	e	d	b	A	g	f	d	c	b	A	f	e
f				A				c				e				g		

	I				III			
d	c	A	g	f	e	c	b	A
	b				d			

Tabula æquationis Cycli Solaris antiqui.

	Anni Domini			Anni Domini			Anni Domini	
V	1		VI	3100		VI	5000	
V	1582		VI	3200	Biſs.	VII	5100	
	Detractis x. diebus.		VII	3300		VII	5200	Biſs.
I	1582		I	3400		I	5300	
I	1600	Biſs.	II	3500		II	5400	
II	1700		II	3600	Biſs.	III	5500	
III	1800		III	3700		III	5600	Biſs.
IV	1900		IV	3800		IV	5700	
IV	2000	Biſs.	V	3900		V	5800	
V	2100		V	4000	Biſs.	VI	5900	
VI	2200		VI	4100		VI	6000	Biſs.
VII	2300		VII	4200		VII	6100	
VII	2400	Biſs.	I	4300		I	6200	
I	2500		I	4400	Biſs.	II	6300	
II	2600		II	4500		II	6400	Biſs.
III	2700		III	4600		III	6500	
III	2800		IV	4700		IV	6600	
IV	2900		IV	4800	Biſs.	V	6700	
V	3000		V	4900		V	6800	Biſs.

Inuenturus ergo literam Dominicalem quocunque anno dato; Vide in tabula æquationis, qui numerus antiquus ad ſiniſtram anni propoſiti, vel (ſi is in tabula non eſt deſcriptus) anni proxime minoris reperitur, eumque in cyclo Solari nota. Ab hoc enim incluſiue ſi numeres tot cellulas literarum Dominicalium, dextrorſum precedendo, & iterum, ſi opus fuerit, à principio cycli incipiendo, quot Vnitates in numero cycli Solaris currente (quem ex canone 3. inuenies) continentur, incides in cellulam literæ Dominicalis, quam quæris. Quæ ſi fuerit ſimplex, annus propoſitus communis erit; ſi vero duplex, Biſſextilis: exceptis illis annis centeſimis, in quibus intercalaris dies omittitur, cuiuſmodi ſunt omnes illi, ac ſoli, quibus in tabula æquationis ſyllaba [Biſſ.] appoſita non eſt. In his enim quoniam communes ſunt, inferior litera ex duabus inuentis aſſumenda eſt, relicta ſuperiori, quoniam hæc in præcedenti anno fuit Dominicalis. In centeſimis alijs Biſſextilibus, quales ſunt omnes illi, quibus ſyllaba [Biſſ.] adiuncta eſt, vtraque litera eſt accipienda, quemadmodum in alijs annis Biſſextilibus.

Exemplum. Anno 1699. reſpondet in tabula æquationis numerus antiquus. I. prope numerum 1600. proxime minorem. Cum ergo anno 1699. numerus cycli Solaris ſit 28. numerandæ erunt 28. cellulæ literarum Dominicalium, initio facto ab ea, ſupra quam numerus hic I. poſitus eſt, vſque ad d, quæ erit litera Dominicalis eo anno, tertia poſt biſſextum. Rurſus anno 1700. reſpondet in æquationis tabula numerus antiquus II. eſtque numerus cycli Solaris 1. In prima ergo cellula literarum Dominicalium ſub numero antiquo II. ex duabus literis d, c; inferior erit litera Dominicalis illius anni, quia communis eſt; & ſuperior litera d, fuit Dominicalis in præcedenti anno 1699. vt in proximo exemplo patuit. Poſtremo, anno 2000. reſpondet in tabula æquationis numerus antiquus IV. numerus autem cycli Solaris tunc eſt 21. Quare ſi numerentur 21. cellulæ literarum Dominicalium, initio facto à cellula huius numeri antiqui IV. inuenientur duæ hæ literæ b, A. quæ ambæ Dominicales erunt eo anno, cum biſſextilis ſit. Sed prior ratio expeditior eſt, cum Solari cyclo non egeat.

Digitized by Google

CANON V.

DE INDICTIONE.

INDICTIO eſt reuolutio 15. annorum ab 1. vſque ad 15. qua reuolutione peracta, iterum reditur ad vnitatem, initiumque ſumit quilibet annus huius cycli à Ianuario in bullis Pontificiis, ſicut de cyclo decennouennali Aurei numeri ſcripſimus. Et quoniam Indictionis frequens vſus eſt in Diplomatibus & ſcripturis publicis, facile annum Indictionis currentem quolibet anno propoſito inueniemus ex ſequenti tabella, cuius vſus perpetuus eſt, initium tamen ſumit ab anno correctionis 1582.

Tabella Indictionis ab anno correctionis 1582.

10	11	12	13	14	15	1	2	3	4	5	6	7	8	9

Nam ſi anno 1582. tribuas primum numerum, qui eſt 10. & ſequenti anno 1583. ſecundum numerum, qui eſt 11. & ſic deinceps vſq; ad annum propoſitum, redeundo ad principium tabellæ, quotieſcunq; eam percurreris, cadet annus propoſitus in Indictionem, quæ quæritur.

Quoniam vero moleſtum eſt, ac laborioſum, tot annos in dicta tabella percenſere, redeundo ſæpius ad eius principium, quouſque anni propoſiti Indictio reperiatur, præſertim ſi annus propoſitus longe ab anno 1582. abſit; confecimus hanc aliam tabulam, ex qua ſine magno labore Indictio cuiuſuis anni tam ante annum 1582. quam poſt, inuenietur hoc modo.

Tabula ad Indictionem cuiuslibet anni inueniendam.

An. Domini	Indictio Adde 3	Anni Domini	Indictio Adde 3	Anni Domini	Indictio Adde 3	Anni Domini	Indictio Adde 3
1	1	300	0	50000	5	7000000	10
2	2	400	10	60000	0	8000000	5
3	3	500	5	70000	10	9000000	0
4	4	600	0	80000	5	10000000	10
5	5	700	10	90000	0	20000000	5
6	6	800	5	100000	10	30000000	0
7	7	900	0	200000	5	40000000	10
8	8	1000	10	300000	0	50000000	5
9	9	2000	5	400000	10	60000000	0
10	10	3000	0	500000	5	70000000	10
20	5	4000	10	600000	0	80000000	5
30	0	5000	5	700000	10	90000000	0
40	10	6000	0	800000	5	100000000	10
50	5	7000	10	900000	0	200000000	5
60	0	8000	5	1000000	10	300000000	0
70	10	9000	0	2000000	5	400000000	10
80	5	10000	10	3000000	0	500000000	5
90	0	20000	5	4000000	10	600000000	0
100	10	30000	0	5000000	5	700000000	10
200	5	40000	10	6000000	0	800000000	5

Quære annum propoſitum in aſcripta tabula, vel proxime minorem, ſi is in tabula non reperitur: Deinde reſiduos annos, vna cum Indictionibus ad dexteram annorum collocatis. Si enim has omnes Indictiones in vnam ſummam collegeris eo ordine, vt in canone tam Aurei numeri, quam cycli Solaris docuimus, & tandem addideris 3. reiectis tamen ſemper 15. quoties poſſunt reijci, habebis Indictionem anni propoſiti. Quod ſi vltima ſumma poſt additionem 3. fuerit 15. ita vt abiectis 15. nihil relinquatur, erit Indictio 15. Id quod vno aut altero exemplo faciemus perſpicuum. Anno 2000. reſpondet in tabula Indictio 5. cui ſi addantur 3.

fiet Indictio 8. anni 2000. Item vt anno 1582. reperiatur Indictio, accipiendus eſt annus 1000. proxime minor, vna cum Indictione 10. deinde ex reliquis annis 582. annus 500. proxime minor, vna cum Indictione 5. qua ad priorem 10. adiecta, efficietur numerus 15. à quo ſi abijciantur 15. nihil ſupereſt. Poſt hæc ex reſiduis annis 82. ſumendus eſt in tabula annus 80. proxime minor, vna cum Indictione 5. quæ addita Indictioni 0. quæ proxime relicta fuerat, faciet numerum 5. cui ſi adiungatur Indictio 2. reſpondens reſiduis 2. annis, fiet numerus 7. Huic tandem ſi addantur 3. componetur Indictio 10. pro anno 1582. Poſtremo Indictio anni 3040. ita inuenietur. Indictio 0. reſpondens anno 3000. proxime minori addatur Indictioni 10. quæ reſiduis annis 40. reſpondet, habebiturque numerus 10. Cui ſi addantur 3. fiet Indictio 13. anni 3040.

Adduntur autem ſemper 3. vltimo numero, quia Chriſtus natus eſt anno quarto cycli Indictionis, fuitque anno Domini primo Indictio 4. & anno ſecundo Indictio 5. &c.

Compoſitio quoque huius tabulæ eadem eſt, quæ tabulæ ad Aureum numerum, & numerum cycli Solaris inueniendum; niſi quod hic reijcienda ſunt ſemper 15. ſi fieri poteſt, non autem 19. vel 28. vt ibi.

Verum abſque hac tabula perfacilis quoque eſt inuentio Indictionis cuiuslibet anni per præcepta Arithmetices hoc pacto. Anno Domini propoſito addantur 3. & compoſitus numerus per 15. diuidatur. Numerus enim ex diuiſione relictus (nulla habita ratione quotientis numeri, cum hic ſolum demonſtret, quot reuolutiones cycli Indictionis à Chriſto vſque ad annum datum tranſierint.) erit Indictio quæſita. Vt anno 1582. addo 3. fiuntque 1585. quæ partior per 15. remanentq; ex diuiſione 10. pro Indictione anni 1582. Item anno 1587. addo 3. efficiturque numerus 1590. quem diuido per 15. nihilque ſupereſt. Eſt ergo tunc Indictio 15.

CANON VI.

DE FESTIS MOBILIBVS.

QVONIAM ex decreto Sacri Concilij Nicæni Paſcha, ex quo reliqua feſta mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proxime ſuccedit xiiij. Lunæ primi menſis; (is vero apud Hebræos vocatur primus menſis, cuius xiiij. Luna vel cadit in diem Verni æquinoctij, quod die xxi. menſis Martij contingit, vel propius ipſum ſequitur) efficitur, vt ſi Epacta cuiuſuis anni inueniatur ex Canone 2. & ab ea in Calendario notata inter diem octauum Martij incluſiue, & quintum Aprilis incluſiue (Huius enim Epactæ xiiii. Luna cadit vel in diem æquinoctij Verni, id eſt, in diem xxi. Martij, vel eum propius ſequitur) numerentur incluſiue deorſum verſus dies quatuordecim, proximus dies Dominicus diem hunc xiiii. ſequens (ne cum Iudæis conueniamus, ſi forte dies xiiii. Lunæ caderet in diem Dominicum) ſit dies Paſchæ.

Exemplum. Anno 1583. iam emendato Epacta eſt vii. & litera dominicalis b. Quæro igitur hanc Epactam vii. in Calendario inter octauum diem Martij, & quintum Aprilis incluſiue, inuenioque eam è regione diei 24. Martij, à qua incluſiue deorſum verſus numero xiiii. dies, vt habeam xiiii. Lunam, quam video cadere in diem 6. Aprilis, poſt quem diem prima litera Dominicalis b. reperitur è regione diei 10. eiuſdem Aprilis. Paſcha ergo anno 1583. celebrandum erit die 10. Aprilis. Rurſus anno 1585. Epacta eſt xxix. & litera Dominicalis f. Et quoniam inuenio Epactam xxix. inter diem 8. Martij, & 5. Aprilis incluſiue poſitam eſſe è regione diei 1. Aprilis, à quo incluſiue ſi deorſum verſus numerem 14. dies, inuenio xiiii. Lunam die 14. Aprilis, quæ eſt Dominica, cum è regione illius ſit litera Dominicalis f. Ne igitur cum Iudæis conueniamus, qui Paſcha celebrant die xiiii. Lunæ, ſumenda eſt litera Dominicalis f, quæ ſequitur xiiii. Lunam, nempe ea, quæ è regione diei 21. Aprilis collocatur; atque adeo Paſcha eo anno celebrandum erit die 21. Aprilis. Item anno 1592. Epacta eſt xvi. & duplex litera Dominicalis e, d, cum annus ille ſit Biſſextilis. Si igitur ab Epacta xvi. quæ è regione diei 15. Martij ponitur inter diem 8. Martij & 5. Aprilis incluſiue, numerentur incluſiue dies 14. cadet xiiii. Luna in diem 28. Martij. Et quia tunc currit poſterior litera Dominicalis, nempe d, quæ poſt diem 28. Martii, id eſt, poſt xiiii. Lunam collocata eſt, è regione diei 29. Martii, celebrabitur eo anno Paſcha die 29. Martij.

Inuento autem die Paſchæ, facile alia feſta mobilia inuenientur. Si enim ante diem Paſchæ numerentur ſex Dominicæ in Calendario, habebitur prima Dominica Quadrageſimæ, & proxime præcedens feria quarta erit prima dies Quadrageſimæ, hoc eſt, dies Cinerum; quam proxime præcedit Dominica Quinquageſimæ, & ante hanc celebrabitur Dominica Sexageſimæ quam Dominica Septuageſimæ præcedit. Si vero poſt Dominicam Paſchæ in Calendario numerentur quinque Dominicæ, ſequentur quintam Dominicam ſtatim Rogationes, & proxime ſequens feria quinta erit Aſcenſio Domini: Septima autem Dominica poſt Paſcha erit dies Pentecoſtes, cui ſtatim ſuccedit Dominica Trinitatis, & feria quinta proxima celebrabitur feſtum Corporis Domini. Hac ratione anno 1592. cum Paſcha celebretur die 29. Martij, celebrabitur prima Dominica Quadrageſimæ die 16. Februarij, currente tunc litera Dominicali e: Dies autem Cinerum erit 12. Febr. & Dominica Septuageſimæ cadet in diem 26. Ianuarij. Rogationes autem erunt die 4. Maij, & Aſcenſio Domini die 7. Maij: Dominica vero Pentecoſtes die 17. Maij: & feſtum Trinitatis die 24. Maij; feſtum denique Corporis Domini die 28. Maij celebrabitur. Numerus vero Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum hac ratione inuenietur: Supputentur ante Natiuitatem Domini quatuor Dominicæ. Quarta enim Dominica ante Domini Natiuitatem eſt prima Dominica Aduentus. Quapropter ſi numerentur omnes Dominicæ poſt Pentecoſten vſque ad primam Dominicam Aduentus Domini excluſiue, habebitur numerus Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum Domini: quem tamen numerum breuius docebimus inueſtigare paulo infra.

Digitized by Google

Cæterum vt faciliùs omnia feſta mobilia inueniantur, compoſitæ ſunt duæ ſequentes tabulæ Paſchales, vna antiqua, & noua altera. Ex antiqua ita feſta mobilia reperientur. In latere ſiniſtro tabulæ accipiatur Epacta currens, & in linea literarũ Dominicaliũ ſumatur litera Dominicalis currens, infra tamen Epactam currentẽ, ita vt ſi litera Dominicalis currens reperiatur è regione Epactæ currẽtis, aſſumenda ſit eadem litera Dominicalis proxime inferior. Nam è regione huius literæ Dominicalis omnia feſta mobilia continentur. Vt in eiſdem exemplis; Anno 1583. Epacta eſt vij. & litera Dominicalis b. Si igitur in tabula antiqua ſumatur litera Dominicalis b, quæ primo loco infra Epactam vij. occurrit, reperietur è regione huius literæ Dominica Septuageſimæ die 6. Februar. dies Cinerum 23. Febr. dies Paſchæ 10. Aprilis; Aſcenſio Domini 19. Maij; Dies Pentecoſtes 29. Maij. & feſtum Corporis Domini 9. Iunij. Dominicæ autem inter Pentecoſten, & Aduentum tunc erunt 25. & Aduentus celebrabitur die 27. Nouembris, & ſic de cæteris. Item anno 1585. Epacta eſt xxix. & litera Dominicalis f, quæ in tabula reperitur è regione Epactæ xxix. Quare ſumenda eſt alia litera f, quæ proxime infra Epactam inuenitur, è regione cuius inuenies Septuageſimam die 17. Februa. diem Cinerum 6. Martij. & Paſcha die 21. April. &c.

Notandum autem eſt, quod quemadmodum in anno communi, cadente litera Dominicali è regione Epactæ in tabula antiqua, ſumitur eadem litera proxima infra Epactam, vt diximus: ita quoque in anno Biſſextili, ſi alterutra duarum literarum Dominicalium tunc currentium è regione Epactæ reperiatur, aſſumendæ ſunt aliæ duæ ſimiles literæ proxime inferiores, vt feſta mobilia inueniantur.

Ex tabula vero Paſchali noua ita eadem feſta mobilia reperientur. In cellula literæ Dominicalis currentis quæratur Epacta currens. Nam è directo omnia feſta mobilia deprehendentur. Vt anno 1585. in cellula literæ Dominicalis f, tunc currentis è regione Epactæ xxix. quæ eodem anno currit, habetur Septuageſima die 17. Febr. dies Cinerum 6. Martij, & Paſcha die 21. Aprilis, &c.

Sed ſiue antiqua, ſiue noua tabula paſchali vtamur, inuenienda ſunt omnia feſta mobilia in annis Biſſextilibus per literam Dominicalem poſteriorem, quæ nimirum currit poſt feſtum S. Matthiæ Apoſtoli, ne ſcilicet ambigamus, vtra duarum literarum pro hoc, aut illo feſto indagando accipienda ſit: ita tamen, vt Septuageſimæ, & diei Cinerum inuentæ in Ianuario, aut Februario addatur vnus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ currit prior litera Dominicalis, quæ in Calendario poſteriorem ſemper ſequitur: Poſt feſtum autem S. Matthiæ in Februario licet poſterior litera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita vt dies 24. Februarij dicatur 25. & dies 25. dicatur 26. &c. Quod ſi dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum eſt, quia tunc & litera poſterior currit, & dies menſis propriis numeris reſpondent, cum dies intercalaris Februario ſit additus. Immo niſi per poſteriorem literam inueſtigarentur, non inueniretur recte Septuageſima in anno biſſextili, currente Epacta xxiiij. vel xxv. & litera Dominicali d, c, vt in ſecundo ac tertio exemplo perſpicuum fiet pro annis 4088. 3784. Exempli gratia. Anno 2096. Biſſextili Epacta erit v. & literæ Dominicales A, g. Si igitur per poſteriorem literam, quæ eſt g, feſta mobilia inueſtigentur, reperietur Septuageſima die 11. Febr. & dies Cinerum 28. Febr. Si autem addatur vnus dies, cadet Septuageſima in diem 12. Febr. quæ eſt Dominica, & dies Cinerum in diem 29. Febr. quæ eſt feria quarta. Paſcha autem, & reliqua feſta in eos dies cadent, qui in tabula expreſſi ſunt. Item Anno 4088. Biſſextili Epacta erit xxiiij. & literæ Dominicales d, c. Si igitur per literam c, quæ poſterior eſt, inquirantur feſta mobilia, inuenietur Septuageſima die 21. Februar. & ſi addatur vnus dies, cadet in diem 22. Febr. quæ eſt Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10. Martij: quare nihil additur, &c.

Rurſus anno 3784 Biſſextili Epacta erit xxv. & literæ Dominicales d, c. Ergo iterum per poſteriorem c, reperietur Septuageſima die 21. Febr. hoc eſt, addita 1. die 22. Quod ſi per priorem literam d, in vtroque horum duorum annorum agendum eſſet, nihil efficeretur, cum infra Epactas xxiiij. xxv. litera d, indicet Septuageſimam die 15. Febr. quod falſum eſſet, cum eo anno poſterior litera c, Paſcha offerat die 25. April. ac proinde Septuageſima die 22. Febr. celebranda ſit, vt liquido conſtat, ſi à die Paſchæ Dominicæ retro numerentur vſque ad Septuageſimam.

Aduentus Domini celebratur ſemper die Dominico, qui propinquior eſt feſto Sanct. Andreæ Apoſtoli, nempe à die 27. Nouembris vſque ad diem 3. Decembris incluſiue: ita vt litera Dominicalis currens, quæ reperietur in Calendario à die 27. Nouembris incluſiue, vſque ad diem 3. Decembris incluſiue indicet Dominicam Aduentus. Vt v. g. ſi litera Dominicalis eſt g, Dominica Aduentus cadet in diem ſecundum Decembris; quia ibi eſt litera g, in Calendario, &c.

Numerus quoque Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum Domini ita breuiſſime inueſtigabitur. Vide quot Dominicæ ſint poſt Paſcha vſque ad feſtum S. Georgij incluſiue, quod cadit in diem 23. Aprilis. Nam tot Dominicæ addendæ ſunt ad 24. vt habeatur numerus Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum Domini. Vt quoniam, quando Paſcha celebratur die 26. Martij, ſequuntur quatuor Dominicæ vſque ad feſtum S. Georgij incluſiue, quod etiam tunc cadit in diem Dominicum, erunt 28. Dominicæ inter Pentecoſten & Aduentum Domini. Item quia quando Paſcha cadit in diem 3. Aprilis, ſequuntur duæ Dominicæ vſque ad feſtum S. Georgij incluſiue, erunt 26. Dominicæ inter Pentecoſten, & Aduentum Domini. Quod ſi nulla Dominica ſequatur diem Paſchæ vſque ad dictum feſtum incluſiue, vel ipſe dies Paſchæ cadat in illud feſtum, erunt 24. Dominicæ; ſi denique Paſcha celebretur poſt idem feſtum, erunt tantum 23. Dominicæ inter Pentecoſten, & Aduentum Domini.

Ex his omnibus facile intelligi poteſt, qua ratione vtraque tabula Paſchalis compoſita ſit.

Vtrique tabulæ Paſchali generali præpoſita eſt tabula temporaria multorum annorum, è regione quorum omnia feſta mobilia dicto citius inueniuntur. quæ quidem tabula ex tabulis paſchalibus excerpta eſt, ex quibus infinitæ aliæ erui poſſunt pro quibuſcunque annis.

In prio-

Digitized by Google

In priori porro tabula Paſchali antiqua reformata Epactis ad ſiniſtram præpoſuimus aureos numeros eodem ordine, quo ante annum emendatum collocari ſolebant, vt ex iis feſta mobilia inuenirentur. Hoc autem idcirco à nobis factum eſt, vt Paſcha, cæteraque feſta mobilia à concilio Nicæno vſque ad annum 1582. correctionis, quilibet indagare poſſit, quando id libuerit vel res poſtulauerit. Eodem autem prorſus artificio ex aureis numeris ita diſtributis feſta mobilia eruuntur, quo ex Epactis. Sit enim explorandum exempli cauſa, quando feſta hæc celebrata fuere anno 1450. Quoniam eo anno aureus numerus fuit 7. & litera Dominicalis d, ſi aureus numerus 7. in ſiniſtro latere accipiatur, & prima litera d, infra eum occurrens, reperietur è regione huius literæ d, Septuageſima die 1. Februarii; Dies Cinerum die 18. Febr. Paſcha die 5. Apr. Aſcenſio Domini die 14. Maii; Pentecoſte die 24. Maii; Corpus Chriſti die 4. Iunij; Dominicæ poſt Pentecoſten 26. & denique prima Dominica Aduentus die 26. Nouembris. & ſic de cæteris.

Digitized by Google

TABELLA TEMPORARIA FESTOrum Mobilium.

Anni Domini.	Lit. Domi.	Au. Nu.	Epactæ.	Septuageſima.	Cineres.	Paſcha	Aſcenſio.	Pentecoſtes.	Corpus Chriſti.	Dominicæ poſt Pentec.	Prima Dominica Aduent.
1582	c	6	xxvi							23	28 Nou.
1583	b	7	vii	6. Feb.	23. Feb.	10. Apr.	19. Maij	29 Maij	9 Iunii	25	27 Nou.
1584	A g	8	xviii	29. Ian.	15. Feb.	1. Apr.	10. Maij	20 Maij	31 Maii	27	2 Dec.
1585	f	9	xxix	17. Feb.	6. Mar.	21. Apr.	30. Maij	9 Iunij	20 Iunii	24	1 Dec.
1586	e	10	x	2. Feb.	19. Feb	6. Apr.	15. Maij	25 Maij	5 Iunii	26	30 Nou.
1587	d	11	xxi	25. Ian	11. Feb.	29. Mar.	7. Maij	17 Maij	28 Maii	27	29 Nou.
1588	cb	12	ii	14. Feb.	2. Mar.	17. Apr.	26. Maij	5 Iunij	16 Iunii	24	27 Nou.
1589	A	13	xiii	29. Ian.	15. Feb.	2. Apr.	11. Maij	21 Maij	1 Iunii	27	3 Dec.
1590	g	14	xxiiii	18. Feb.	7. Mar.	22. Apr.	31. Maij	10 Iunij	21 Iunii	24	2 Dec.
1591	f	15	v	10. Feb.	27. Feb.	14. Apr.	23. Maij	2 Iunij	13 Iunii	25	1 Dec.
1592	ed	16	xvi	26. Ian.	12. Feb.	29. Mar.	7. Maij	17 Maij	28 Maii	27	29 Nou.
1593	c	17	xxvii	14. Feb.	3. Mar.	18. Apr.	27. Maij	6 Iunij	17 Iunii	24	28 Nou.
1594	b	18	viii	6. Feb.	23. Feb.	10. Apr.	19. Maij	29 Maij	9 Iunii	25	27 Nou.
1595	A	19	xix	22. Ian.	8. Feb.	26. Mar.	4. Maij	14 Maij	25 Maii	28	3 Dec.
1596	gf	1	i	11. Feb.	28. Feb.	14. Apr.	23. Maij	2 Iunij	13 Iunii	25	1 Dec.
1597	e	2	xii	2. Feb.	19. Feb.	6. Apr.	15. Maij	25 Iunij	5 Iunii	26	30 Nou.
1598	d	3	xxiii	18. Ian.	4. Feb.	22. Mar.	30 Apr.	10 Maij	21 Maii	28	29 Nou.
1599	c	4	iiii	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.	20 Maij	30 Maij	10 Iunii	25	28 Nou.
1600	bA	5	xv	30. Ian.	16. Feb.	2. Apr.	11 Maij	21 Maij	1 Iunii	27	3 Dec.
1601	g	6	xxvi	18. Feb.	7. Mar.	22. Apr.	31 Maij	10 Iunij	21 Iunii	24	2 Dec.
1602	f	7	vii	3. Feb.	20, Feb.	7. Apr.	16 Maij	26 Maij	6 Iunii	26	1 Dec.
1603	e	8	xviii	26. Ian.	12. Feb.	30. Mar.	8 Maij	18 Maij	29 Maii	27	30 Nou.
1604	dc	9	xxix	15. Feb.	3. Mar.	18. Apr.	27 Maij	6 Iunij	17 Iunii	24	28 Nou.
1605	b	10	x	6. Feb.	23. Feb.	10. Apr.	19 Maij	29 Maij	9 Iunii	25	27 Nou.
1606	A	11	xxi	22. Ian.	8. Feb.	26. Mar.	4 Maij	14 Maij	25 Maii	28	3 Dec.
1607	g	12	ii	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.	24 Maij	3 Iunij	14 Iunii	25	2 Dec.
1608	fe	13	xiii	3. Feb.	20. Feb.	6. Apr.	15 Maij	25 Maij	5 Iunii	26	30 Nou.
1609	d	14	xxiiii	15. Feb.	4. Mar.	19. Apr.	28 Maij	7 Iunij	18 Iunii	24	29 Nou.
1610	c	15	v	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.	20 Maij	30 Maij	10 Iunii	25	28 Nou.
1611	b	16	xvi	30. Ian.	16. Feb.	3. Apr.	12 Maij	22 Maij	2 Iunii	26	27 Nou.
1612	A g	17	xxvii	19. Feb.	7. Mar.	22. Apr.	31 Maij	10 Iunij	21 Iunii	24	2 Dec.
1613	f	18	viii	3. Feb.	20. Feb.	7. Apr.	16 Maij	26 Maij	6 Iunii	26	1 Dec.
1614	e	19	xix	26. Ian.	12. Feb.	30. Mar.	8 Maij	18 Maij	29 Maii	27	30 Nou.
1615	d	1	i	15. Feb.	4. Mar.	19. Apr.	28 Maij	7 Iunij	18 Iunii	24	29 Nou.
1616	cb	2	xii	31. Ian.	17. Feb.	3. Apr.	12 Maij	22 Maij	2 Iunii	26	27 Nou.
1617	A	3	xxiii	22. Ian.	8. Feb.	26. Mar.	4 Maij	14 Maij	25 Maii	28	3 Dec.
1618	g	4	iiii	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.	24 Maij	3 Iunij	14 Iunii	25	2 Dec.
1619	f	5	xv	27. Ian.	13. Feb.	31. Mar.	9 Maij	19 Maij	30 Maii	27	1 Dec.
1620	ed	6	xxvi	16. Feb.	4. Mar.	19. Apr.	28 Maii	7 Iunij	18 Iunii	24	29 Nou.
1621	c	7	vii	7. Feb.	24. Feb.	11. Apr.	20 Maij	30 Maij	10 Iunii	25	28 Nou.
1622	b	8	xviii	23. Ian.	9. Feb.	27. Mar.	5 Maij	15 Maij	26 Maii	27	27 Nou.
1623	A	9	xxix	12. Feb.	1. Mar.	16. Apr.	25 Maij	4 Iunij	15 Iunii	25	3 Dec.
1624	gf	10	x	4. Feb.	21. Feb.	7. Apr.	16 Maij	26 Maij	6 Iunii	26	1 Dec.
1625	e	11	xxi	26. Ian.	12. Feb.	30. Mar.	8 Maij	18 Maij	29 Maii	27	30 Nou.
1626	d	12	ii	8 Feb.	25. Feb.	12. Apr.	21 Maij	31 Maij	11 Iunii	25	29 Nou.
1627	c	13	xiii	31. Ian.	17. Feb.	4. Apr.	13 Maii	23 Maij	3 Iunii	26	28 Nou.
1628	b A	14	xxiiii	20. Feb.	8. Mar.	23. Apr.	1 Iunij	11 Iunij	22 Iunii	24	3 Dec.
1629	g	15	v	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.	24 Maij	3 Iunij	14 Iunii	25	2 Dec.
1630	f	16	xvi	27. Ian.	13. Feb.	31. Mar.	9 Maij	19 Maij	30 Maii	27	1 Dec.
1631	e	17	xxvii	16. Feb.	5. Mar.	20. Apr.	29 Maij	8 Iunij	19 Iunii	24	30 Nou.

TABV-

Digitized by Google

TABVLA PASCHALIS

Antiqua Reformata.

Aur. Num.		Cyclus Epactarum	Lit. Domin.	Dominica Septuageſimæ	Dies Cinerum	Dies Paſchæ	Dies Aſcenſionis	Dies Pẽtecoſtes	Corpus Chriſti	Dominicæ poſt Pentecoſten	Prima Dominica Aduentus
				Ianuar.	Februa.	Martij.	Aprilis.	Maij.	Maij.		
16		xxiij									
5		xxij	d	18	4	22	30	10	21	28	29. No.
		xxj	e	19	5	23	1.Maij.	11	22	28	30
13		xx	f	20	6	24	2	12	23	28	1. Dec.
2		xix	g	21	7	25	3	13	24	28	2
		xviij	A	22	8	26	4	14	25	28	3
10		xvij	b	23	9	27	5	15	26	27	27. No.
		xvj	c	24	10	28	6	16	27	27	28
18		xv	d	25	11	29	7	17	28	27	29
7		xiiij	e	26	12	30	8	18	29	27	30
		xiij	f	27	13	31	9	19	30	27	1. Dec.
15		xij	g	28	14	1. Apri.	10	20	31	27	2
4		xj	A	29	15	2	11	21	1.Iunij.	27	3
		x	b	30	16	3	12	22	2	26	27. No.
12		ix	c	31	17	4	13	23	3	26	28
1		viij	d	1.Febr.	18	5	14	24	4	26	29
		vij	e	2	19	6	15	25	5	26	30
9		vj	f	3	20	7	16	26	6	26	1. Dec.
		v	g	4	21	8	17	27	7	26	2
17		iiij	A	5	22	9	18	28	8	26	3
6		iij	b	6	23	10	19	29	9	25	27. No.
		ij	c	7	24	11	20	30	10	25	28
14		j	d	8	25	12	21	31	11	25	29
3		*	e	9	26	13	22	1.Iunij.	12	25	30
		xxix	f	10	27	14	23	2	13	25	1. Dec.
11		xxviij	g	11	28	15	24	3	14	25	2
		xxvij	A	12	1.Mart.	16	25	4	15	25	3
19		xxvj	b	13	2	17	26	5	16	24	27. No.
8		xxiiij	c	14	3	18	27	6	17	24	28
			d	15	4	19	28	7	18	24	29
			e	16	5	20	29	8	19	24	30
			f	17	6	21	30	9	20	24	1. Dec.
			g	18	6	22	31	10	21	24	2
			A	19	8	23	1.Iunij.	11	22	24	3
			b	20	9	24.	2	12	23	23	27. No.
			c	21	10	25	3	13	24	23	28

TABVLA

Digitized by Google

TABVLA PASCHALIS

Literæ Dominicales.	Cyclus Epactarum.							Dominicæ inter Epiphan. & Septua.	Septuageſimā.	Dies Cinerum.
D	xxiij							1	18. Ian.	4. Feb.
	xxij.	xxj	xx	xix	xviij	xvij	xvj	2	25. Ian.	11. Feb.
	xv.	xiiij	xiij	xij	xj	x	ix	3	1. Feb.	18. Feb.
	viij	vij	vj	v	iiij	iij	ij	4	8. Feb.	25. Feb.
	j *	xxix	xxviij	xxvij	xxvj	25.xxv.	xxiiij	5	15. Feb.	4. Mar.
E	xxiiij	xxij						1	19. Ian.	5. Feb.
	xxj	xx	xix	xviij	xvij	xvj	xv	2	26. Ian	12. Feb.
	xiiij	xiij	xij	xj	x	ix	viij	3	2. Feb.	19. Feb.
	vij	vj	v	iiij	iij	ij	j	4	9. Feb.	26. Feb.
	*	xxix	xxviij	xxvij	xxvj	25. xxv	xxiiij	5	16. Feb.	5. Mar.
F	xxiij	xxij	xxj					1	20. Ian.	6. Feb.
	xx	xix	xviij	xvij	xvj	xv	xiiij	2	27. Ian.	13. Feb.
	xiij	xij	xj	x	ix	viij	vij	3	3. Feb.	20. Feb.
	vj	v	iiij	iij	ij	j	*	4	10. Feb.	27. Feb.
	xxix	xxviij	xxvij	xxvj	25. xxv	xxiij		5	17. Feb	6. Mar.
G	xxiij	xxij	xxj	xx				2	21. Ian.	7. Feb.
	xix	xviij	xvij	xvj	xv	xiiij	xiij	3	28. Ian.	14. Feb.
	xij	xj	x	ix	viij	vij.	vj	4	4. Feb.	21. Feb.
	v	iiij	iij	ij	j	*	xxix	5	11. Feb.	28. Feb.
	xxviij	xxvij	xvj	25.	xxv	xxiiij		6	18. Feb	7. Mar.
A	xxiij	xxij	xxj	xx	xix			2	22. Ian.	8. Feb.
	xviij	xvij	xvj	xv	xiiij	xiij	xij	3	29. Ian.	15. Feb.
	xj	x	ix	viij	vij	vj	v	4	5. Feb.	22. Feb.
	iiij	iij	ij	j	*	xxix	xxviij	5	12. Feb.	1. Mar.
	xxvij	xxvj	25.	xxv	xxiiij			6	19. Feb.	8. Mar.
B	xxiij	xxij	xxi	xx	xix	xviij		2	23. Ian.	9. Feb.
	xvij	xvj	xv	xiiij	xiij	xij	xj	3	30. Ian.	16. Feb.
	x	ix	viij	vj	vij	v	iiij	4	6. Feb.	23. Feb.
	iij	ij	j	*	xj	xxviij	xxvij	5	13. Feb.	2. Mar.
	xxvj	25	xxv	xxiiij	xxix			6	20. Feb.	9. Mar.
C	xxiii	xxii	xxi	xx	xix	xviii	xvij	2	24. Ian.	10. Feb.
	xvi	xv	xiiii	xiii	xii	xi	x	3	31. Ian.	17. Feb.
	ix	viii	vii	vi	v	iiii	iii	4	7. Feb.	24. Feb.
	ii	i	*	xxix	xxviii	xxvii	xxvj 25	5	14. Feb.	3. Mar.
	xxv	xxiiii						6	21. Feb.	10. Mar.

NOVA

Digitized by Google

NOVA REFORMATA.

Paſcha.	Rogationes.	Aſcenſio.	Pentecoſtes.	Trinitas	Corpus Chriſti.	Dñicę inter Pent. &I.Dñicã Augu.	Domin. inter Pẽte.&Aduentum.	Prima Dominica Aduentus.
22.Mar.	27.Apr.	30 Apr.	10 Maij	17 Maij	21 Maij	11	28	29. No.
29.Mar.	4.Maij	7 Maij	17 Maij	24 Maij	28 Maij	10	27	29
5.Apr.	11. Maij	14 Maij	24 Maij	31 Maij	4 Iunij	9	26	29
12.Apr.	18 Maij	21 Maij	31 Maij	7 Iunij	11 Iunij	8	25	29
19.Apr.	25 Maij	28 Maij	7 Iunij	14 Iunij	18 Iunij	7	24	29
23.Mar.	28 Apr.	1 Maij	11 Maij	18 Maii	22 Maii	11	28	30. No.
30.Mar.	5 Maij	8 Maij	18 Maij	25 Maii	29 Maij	10	27	30
6.Apr.	12 Maij	15 Maij	25 Maij	1 Iunij	5 Iunij	9	26	30
13.Apr.	19 Maij	22 Maij	1 Iunij	8 Iunij	12 Iunij	8	25	30
20.Apr.	26 Maij	29 Maij	8 Iunij	15 Iunij	19 Iunij	7	24	30
24.Mar.	29 Apr.	2 Maij	12 Maij	19 Maij	23 Maij	11	28	1. Dec.
31.Mar.	6 Maij	9 Maij	19 Maij	26 Maij	30 Maij	10	27	1
7.Apr.	13 Maij	16 Maij	26 Maij	2 Iunij	6 Iunij	9	26	1
14.Apr.	20 Maij	23 Maij	2 Iunij	9 Iunij	13 Iunij	8	25	1
21.Apr.	27 Maij	30 Maij	9 Iunij	16 Iunij	20 Iunij	7	24	1
25.Mar.	30 Apr.	3 Maij	13 Maij	20 Maij	24 Maij	10	28	2. Dec.
1.Apr.	7 Maij	10 Maij	20 Maij	27 Maij	31 Maij	9	27	2
8.Apr.	14 Maij	17 Maij	27 Maij	3 Iunij	7 Iunij	8	26	2
15.Apr.	21 Maij	24 Maij	3 Iunij	10 Iunij	14 Iunij	7	25	2
22.Apr.	28 Maij	31 Maij	10 Iunij	17 Iunij	21 Iunij	6	24	2
26.Mar.	1 Maij	4 Maij	14 Maij	21 Maij	25 Maij	10	28	3. Dec.
2.Apr.	8 Maij	11 Maij	21 Maij	28 Maij	1 Iunij	9	27	3
9.Apr.	15 Maij	18 Maij	28 Maij	4 Iunij	8 Iunij	8	26	3
16.Apr.	22 Maij	25 Maij	4 Iunij	11 Iunij	15 Iunij	7	25	3
23.Apr.	29 Maij	1 Iunij	11 Iunij	18 Iunij	22 Iunij	6	24	3
27.Mar.	2 Maii	5 Maij	15 Maij	22 Maij	26 Maij	10	27	27. No.
3.Apr.	9 Maii	12 Maij	22 Maij	29 Maij	2 Iunij	9	26	27
10.Apr.	16 Maii	19 Maij	29 Maij	5 Iunij	9 Iunij	8	25	27
17.Apr.	23 Maii	26 Maij	5 Iunij	12 Iunij	16 Iunij	7	24	27
24.Apr.	30 Maii	2 Iunij	12 Iunij	19 Iunij	23 Iunij	6	23	27
28.Mar.	3 Maii	6 Maij	16 Maij	23 Maij	27 Maij	10	27	28. No.
4.Apr.	10 Maii	13 Maij	23 Maij	30 Maij	3 Iunij	9	26	28
11.Apr.	17 Maii	20 Maij	30 Maij	6 Iunij	10 Iunij	8	25	28
18.Apr.	24 Maii	27 Maij	6 Iunij	13 Iunij	17 Iunij	7	24	28
25.Apr.	31 Maii	3 Iunij	13 Iunij	20 Iunij	24 Iunij	6	23	28

IANVA-

IANVARIVS.

Cyclus Epact.	Lit. Dominicales.		Dies Menſis.	
*	A	Kal.	1	*Circumciſio Domini.* duplex.
xxix	b	iiij	2	Octa. S.Stephani. duplex.cum comm.Octauarum S.Ioan.& SS.Innoc.
xxviij	c	iij	3	Oct.S.Ioannis. duplex. cum com. Oct. SS. Innoc.
xxvij	d	Pr.Non.	4	Octaua SS.Innocentum. duplex.
xxvj	e	Non.	5	Vigilia.
25 xxv	f	viij	6	*Epiphania Domini.* duplex.
xxiiij	g	vij	7	De Octaua Epiphaniæ.
xxiij	A	vj	8	De Octaua.
xxij	b	v	9	De Octaua.
xxj	c	iiij	10	De Octaua.
xx	d	iij	11	De Octaua. & comm. S.Higinii Papæ & mart.
xix	e	Prid. Idib.	12	De Octaua.
xviij	f	Idib.	13	Octaua Epiphaniæ. duplex.
xvij	g	xix	14	Hilarii Epiſc.& Conf. ſemid.cum comm. S.Felicis. Presb. & mart.
xvj	A	xviij	15	Pauli primi Eremitæ.ſemid.cum comm. S. Mauri. Abbatis.
xv	b	xvij	16	Marcelli Papæ,& mart.ſemid.
xiiij	c	xvj	17	*Antonij Abbatis.* duplex.
xiij	d	xv	18	*Cathedra S. Petri Romæ.* duplex & comm. S. Priſcæ Virg.& mart.
xij	e	xiiij	19	Marii, Marthæ, Audifax, & Abachum mart.
xj	f	xiij	20	*Fabiani & Sebaſtiani.* mart. dupl.
x	g	xij	21	Agnetis virg. & martyris. duplex.
ix	A	xj	22	Vincentii & Anaſtaſii mart. ſemid.
viij	b	x	23	Emerentianæ virg. & mart.
vij	c	ix	24	Timothei Epiſcopi,& mart.
vj	d	viij	25	*Conuerſio S. Pauli Apoſtoli.* dupl.
v	e	vij	26	Polycarpi Epiſcopi, & mart.
iiij	f	vj	27	Ioannis Chryſoſt. Epiſcopi & Confeſſ. duplex.
iij	g	v	28	Agnetis ſecundo.
ij	A	iiij	29	
j	b	iij	30	
*	c	Prid.Kal.	31	

FEBRVA-

Digitized by Google

FEBRVARIVS.

Cyclus Epact.	Lit. Dominicales.		Dies Menſis.	
xxix	d	Kal.	1	Ignatii Epiſcopi & mart. ſemid.
xxviij	e	iiij	2	*Purificatio B. Mariæ.* duplex.
xxvij	f	iij	3	Blaſij Epiſcopi & mart.
25.xxvj	g	Pr.Non.	4	
xxv xxiiij	A	Non.	5	Agathæ virginis & mart. ſemid.
xxiij	b	viij	6	Dorotheæ virginis & mart.
xxij	c	vij	7	Romualdi Abb. duplex.
xxj	d	vj	8	
xx	e	v	9	Apolloniæ virginis & mart.
xix	f	iiij	10	
xviij	g	iij	11	
xvij	A	Prid. Id.	12	
xvj	b	Idib.	13	
xv	c	xvj	14	Valentini Presbyteri & mart.
xiiij	d	xv	15	Fauſtini & Iouitæ martyrum.
xiij	e	xiiij	16	
xij	f	xiij	17	
xj	g	xij	18	
x	A	xj	19	Symeonis Epiſcopi & martyris.
ix	b	x	20	
viij	c	ix	21	
vij	d	viij	22	*Cathedra S.Petri Antiochiæ.* dupl.
vj	e	vij	23	Vigilia
v	f	vj	24	*Matthiæ Apoſtoli.* duplex.
iiij	g	v	25	
iij	A	iiij	26	
ij	b	iij	27	
j	c	Prid.Kal.	28	

In anno Biſſextili Februarius eſt dierum 29. & Feſtum Sancti Matthiæ celebratur 25. Februarij, & bis dicitur, ſexto Calendas, id eſt, die 24. & die 25. & litera Dominicalis, quæ aſſumpta fuit in menſe Ianuario, mutatur in præcedentem; Vt ſi in Ianuario litera Dominicalis fuit A, muteturin præcedentem, quæ eſt g, & cæt.

Digitized by Google

MARTIVS.

Cyclus Epact.	Lit. Dominicales.		Dies Menſis.	
*	d	Kal.	1	
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iiij	4	
xxvj	A	iii	5	
25. xxv	b	Pr.Non.	6	
xxiiij	c	Non.	7	*Sancti Thomæ de Aquino Confeſſ.* duplex, & comm. SS. Perpetuæ & Felicitatis martyrum.
xxiij	d	viij	8	
xxij	e	vij	9	Quadraginta Martyrum. ſemidupl.
xxj	f	vj	10	
xx	g	v	11	
xix	A	iiij	12	*Gregorij Papæ & Confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris.* dupl.
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid. Id.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiiij	f	xvj	17	
xiij	g	xv	18	
xij	A	xiiij	19	Ioſeph Confeſſoris. duplex.
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	Benedicti Abbatis. dupl.
ix	d	xj	22	
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	*Annunciatio Beatæ Mariæ.* duplex.
v	A	vij	26	
iiij	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iiij	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.Kal.	31	

Digitized by Google

APRILIS.

Cyclus Epact.	Lit. Dominicales.		Dies Menſis.	
xxix	g	Kal.	1	
xxviij	A	iiij	2	Franciſci de Paula Confeſſ. dupl.
xxvij	b	iij	3	
25. xxvj	c	Pr.Non.	4	
xxv xxiiij	d	Non.	5	
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iiij	10	
xviij	c	iij	11	Leonis Papæ & Confeſſ. duplex.
xvij	d	Prid. Id.	12	
xvj	e	Idib.	13	
xv	f	xviij	14	Tiburtii, Valeriani, & Maximi martyrum.
xiiij	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	Aniceti Papæ & mart.
xj	c	xiiij	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	
viij	f	xj	21	
vij	g	x	22	Soteris & Caii Pontificum, & martyrum ſemiduplex.
vj	A	ix	23	Georgii Martyris. ſemiduplex.
v	b	viij	24	
iiij	c	vij	25	*Marci Euangeliſtæ.* duplex.
iij	d	vj	26	Cleti, & Marcellini Pont. & martyrum. ſemiduplex.
ij	e	v	27	
j	f	iiij	28	Vitalis Martyris.
*	g	iij	29	Petri martyris. duplex.
xxix	A	Prid. Kal.	30	

Digitized by Google

MAIVS.

Cyclus Epact.	Lit. Dominicales.		Dies Menſis.	
xxviij	b	Kal.	1	*Philippi & Iacobi Apoſtolorum.* dupl.
xxvij	c	vj	2	Athanaſij Epiſcopi & Conf. dupl.
xxvj	d	v	3	*Inuentio S. Crucis.* duplex. & comm. SS. Alexandri, Euentii, & Theoduli mart. ac Iuuenalis Epiſc. & conf.
25. xxv	e	iiij	4	Monicæ viduæ.
xxiiij	f	iij	5	
xxiij	g	Pr. Non.	6	*Ioannis ante portam Latinam.* dupl.
xxij	A	Non.	7	Stanislai Epiſcopi & mart. dupl.
xxj	b	viij	8	Apparitio ſancti Michaelis. dupl.
xx	c	vij	9	Sancti Gregorij Theologi Epiſcopi, & Confeſſoris dupl.
xix	d	vj	10	Gordiani, & Epimachij martyrum.
xviij	e	v	11	
xvij	f	iiij	12	Nerei, Achilei, & Pancratii mart.
xvj	g	iij	13	
xv	A	Prid. Id.	14	Bonifacij martyris.
xiiij	b	Idib.	15	
xiij	c	xvij	16	
xij	d	xvj	17	
xj	e	xv	18	
x	f	xiiij	19	Pudentianæ virginis.
ix	g	xiij	20	
viij	A	xij	21	
vij	b	xj	22	
vj	c	x	23	
v	d	ix	24	
iiij	e	viij	25	Vrbani Papæ, & martyris.
iij	f	vij	26	Eleutherij Papæ, & martyris.
ij	g	vj	27	Ioannis Papæ, & martyris.
j	A	v	28	
*	b	iiij	29	
xxix	c	iij	30	Felicis Papæ, & martyris.
xxviij	d	Prid. Kal.	31	Petronillæ virginis.

IVNIVS

IVNIVS.

Cyclus Epact.	Lit. Dominicales.		Dies Menſis.	
xxvij	e	Kal.	1	
25. xxvj	f	iiij	2	Marcellini, Petri, & Eraſmi mart.
xxv xxiiij	g	iij	3	
xxiij	A	Pr.Non.	4	
xxij	b	Non.	5	
xxj	c	viij	6	
xx	d	vij	7	
xix	e	vj	8	
xviij	f	v	9	Primi & Feliciani martyrum.
xvij	g	iiij	10	
xvj	A	iij	11	*Barnabæ Apoſtoli*.duplex.
xv	b	Prid. Id.	12	Baſilidis, Cyrini,Naboris, Nazarij martyrum.
xiiij	c	Idib.	13	Antonij de Padua Confeſſ.duplex.
xiij	d	xviij	14	Baſilij Epiſcopi & Confeſſ.dupl.
xij	e	xvij	15	Viti,Modeſti, & Creſcentiæ mart.
xj	f	xvj	16	
x	g	xv	17	
ix	A	xiiij	18	Marci & Marcellini, martyrum.
viij	b	xiij	19	Geruaſij & Protaſij martyrum.
vij	c	xij	20	Siluerij Papæ & martyris.
vj	d	xj	21	
v	e	x	22	Paulini epiſcopi & Confeſſ.
iiij	f	ix	23	Vigilia.
iij	g	viij	24	*Natiuitas S.Ioannis Baptiſtæ*.dupl.
ij.	A	vij	25	De Octaua Natiu.S.Ioan.Bapt.
j	b	vj	26	Ioannis & Pauli Mart. ſemid.cum comm.octa.Natiuit.S.Ioan.
*	c	v	27	De Octaua Natiuit. S. Ioan.
xxix	d	iiij	28	Leonis Papæ & Confeſſ.ſemid.& comm.octau.& Vigiliæ.
xxviij	e	iij	29	*Petri & Pauli Apoſtolorum*. dupl.
xxvij	f	Prid.Kal.	30	*Commemoratio S.Pauli Apoſtoli*.dup.& comm.octa.S.Ioan.

Digitized by Google

IVLIVS.

Cyclus Epact.	Lit. Dominicales.		Dies Menſis.	
xxvj	g	Kal.	1	Oct. S.Ioan. Baptiſtæ.duplex & comm.octa. Apoſtolorum,
25. xxv	A	vj	2	*Viſitatio Beatæ Mariæ* duplex. cum comm. octa. Apoſtol.
xxiiij	b	v	3	De octaua Apoſtolorum.
xxiij	c	iiij	4	De octaua.
xxij	d	iij	5	De octaua.
xxj	e	Pr.Non.	6	Octa.Apoſtol.Petri & Pauli dupl.
xx	f	Non.	7	
xix	g	viij	8	
xviij	A	vij	9	
xvij	b	vj	10	Septem fratrum Mart.& SS. Ruffinæ ac Secundæ mart.ſem.
xvj	c	v	11	Pij Papę & mart.
xv	d	iiij	12	Naboris & Felicis mart. cum commem.Io. Gualberti Abb.
xiiij	e	iij	13	Anacleti Papæ & mart ſemidupl
xiij	f	Prid. Id.	14	Bonauenturæ Pont. & Confeſſ.& Eccleſiæ Doctoris.dupl.
xij	g	Idib.	15	
xj	A	xvij	16	
x	b	xvj	17	Alexii Confeſſ.
ix	c	xv	18	Symphoroſæ cum ſeptem filiis mart.
viij	d	xiiij	19	
vij	e	xiij	20	Margaritæ virg.& mart.
vj	f	xij	21	Praxedis virginis.
v	g	xj	22	*Mariæ Magdalenæ* duplex.
iiij	A	x	23	Apollinaris Epiſcopi & mart.ſem.
iij	b	ix	24	Vigilia & com.S.Chriſtianæ virg.& mar.
ij	c	viij	25	*Iacobi Apoſt.* dup. & comm.S.Chriſtophori mart.in Laudibus tantum.
j	d	vij	26	*Annæ matris B.Mariæ virg.* duplex.
*	e	vj	27	Pantaleonis mart.
xxix	f	v	28	Nazarii, Celſi, & victoris Papæ mar.& Innocentii Papæ & Confeſ. ſem.
xxviij	g	iiij	29	Marthæ virg.ſem.& com. SS. Felicis Papæ, Simplicii, Fauſtini, & Beatricis (mart.
xxvij	A	iij	30	Abdon, & Sennen mart.
25. xxvj	b	Prid.Kal.	31	

AVGV-

AVGVSTVS.

Cyclus Epact.	Lit. Dominic		Dies Menſis.	
xxv xxiiij	c	Kalen.	1	*Petri ad vincula.* dup.& comm.SS.Machab.mart.
xxiij	d	iiii	2	Stephani Papæ & martyris.
xxii	e	iii	3	Inuentio S. Stephani Protom. ſemid.
xxi	f	Pr. Non.	4	*Dominici Confeſſ.* dup.
xx	g	Non.	5	*Dedicatio S.M. ad Niues.* dupl.
xix	A	viii	6	*Transfiguratio Domini.* dupl.& comm. SS. Sixti Papæ, Feliciſſimi & Agapiti mart.
xviii	b	vii	7	Donati Epiſc. & mart.
xvii	c	vi	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart. ſemid.
xvi	d	v	9	Vigilia & comm. S.Romani mar.
xv	e	iiii	10	*Laurentij mart.* dupl.
xiiii	f	iii	11	De octaua S.Laur.cum comm.SS.Tiburtii,& Suſannæ martyrum.
xiii	g	Prid. Id.	12	De octaua,& comm. S.Claræ virg.
xii	A	Idib.	13	De octaua, & comm. SS.Hippolyti & Caſſiani mart.
xi	b	xix	14	De Octa. cum com.Vigiliæ & S. Euſebii Conf.
x	c	xviii	15	*Aſſumptio B.M.virg.* dupl.
ix	d	xvii	16	De octaua Aſſump.B.M. cum com.octa.S.Laur.
viii	e	xvi	17	Octaua S.Laur. & comm.octauæ Aſſump.
vii	f	xv	18	De octaua,& com.S.Agapiti mart.
vi	g	xiiii	19	De octaua.
v	A	xiii	20	Bernardi Abbatis dup. cum comm.Octauæ Aſſump.
iiii	b	xii	21	De octaua.
iii	c	xi	22	Octa. Aſſumpt. B. M. dupl. cum comm. S S. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani mart.
ii	d	x	23	Vigilia.
j	e	ix	24	*Bartholomæi Apoſtoli.* dupl. *Romæ celebratur die 25.*
*	f	viii	25	Ludouici Regis Franciæ Confeſſ.
xxix	g	vii	26	Zepherini Papæ & mart.
xxviii	A	vi	27	
xxvii	b	v	28	*Auguſtini Epiſcopi Conf. & Eccl. Doct.* dupl. & comm. S. Hermetis martyrum.
xxvi	c	iiii	29	*Decollatio S.Ioann.Baptiſtæ.* dupl.& comm.S.Sabinæ mart.
25 xxv	d	iii	30	Felicis, & Adaucti mart.
xxiiii	e	Pr. Kal.	31	

Digitized by Google

SEPTEMBER.

Cyclus Epact.	Lit. Domi nic.		Dies Men-ſis.	
xxiij	f	Kal.	1	Ægidij Abbatis & comm.SS.martyrum xii.Fratrum.
xxij	g	iii	2	
xxj	A	ij j	3	
xx	b	Pr. Non.	4	
xix	c	Non.	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	
xvj	f	vj	8	*Natiuitas B.Mariæ.* duplex.& comm.S.Adriani martyr. *in Laudibus tantum.*
xv	g	v	9	De oct.S.Mariæ.& comm.S.Gorgonij mart.
xiiij	A	iiij	10	De octaua.
xiij	b	iij	11	De octaua,& comm.SS.Prothi,& Hyacinthi mart.
xiij	c	Prid. Id.	12	De octaua.
xij	d	Idib.	13	De octaua.
xj	e	xviij	14	Exaltatio S.Crucis.dupl. cum comm.octauæ Nat.S.Mariæ.
x	f	xvij	15	Octaua Nat.B.Mariæ.dup.cum comm. S. Nicomedis mart.
ix	g	xvj	16	Cornelij & Cypriani Pont.& matt. ſemid.cum comm.SS.Euphemiæ, Luciæ,& Geminiani mart.
viij	A	xv	17	
vij	b	xiiij	18	
vj	e	xiij	19	Ianuarij Epiſc.& ſoc.mart.ſemid.
v	d	xij	20	Vigilia.& comm. S.Euſtachij,& ſociorum mart.
iiij	e	xj	21	*Matthæi Apoſtoli.* duplex.
iij	f	x	22	Mauritij & Sociorum mart.
ij	g	x	23	Lini Papæ & mart.ſemid.cum comm.Sanct.Theclæ Virg. & martyris.
j *	A	iij	24	
xxix	b	ii	25	
xxviij	c	vi	26	Cypriani,& Iuſtinæ mart.
xxvij	d	v	27	Coſmæ & Damiani mart.ſemid.
25 xxvj	e	iiij	28	
xxv xxiiij	f	iij	29	*Dedicatio S.Michaelis Archangeli.* duplex.
xxiij	g	Pr.Kal.	30	*Hieronymi Presb.Confeſſ.& Eccleſiæ Doctoris.* duplex.

Digitized by Google

OCTOBER.

Cyclus Epact.	Lit. Dominic		Dies Menſis.	
xxii	A	Kalen.	1	Remigii Epiſcopi & Confeſſ.
xxi	b	vi	2	
xx	c	v	3	
xix	d	iiii	4	*Franciſci Confeſſ.* duplex.
xviii	e	iii	5	Placidi & ſoc. martyrum.
xvii	f	Pr. Non.	6	
xvi	g	Non.	7	S. Marci Papæ & Confeſſ. cum comm. SS. Sergii, Bacchi, & Apuleii martyrum.
xv	A	viii	8	
xiiii	b	vii	9	Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii martyrum. ſemid.
xiii	c	vi	10	
xii	d	v	11	
xi	e	iiii	12	
x	f	iii	13	
ix	g	Prid. Id.	14	Calixti Papæ, & mart. ſemidupl.
viii	A	Idib.	15	
vii	b	xvii	16	
vi	c	xvi	17	
v	d	xv	18	*Lucæ Euangeliſtæ.* dupl.
iiii	e	xiiii	19	
iii	f	xiii	20	
ii	g	xii	21	Hilarionis Abbatis. & comm. SS. Vrſulæ & ſociarum virg. & martyrum.
			22	
j	A	xi		
*	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviii	d	viii	25	Chryſanti, & Dariæ martyr.
xxvii	e	vii	26	Euariſti Papæ & mart.
xxvi	f	vi	27	Vigilia.
xxv	g	v	28	*Simonis & Iudæ Apoſtolorum.* dupl.
xxiiii	A	iiii	29	
xxiij	b	iii	30	
xxij	c	Pr. Kal.	31	Vigilia.

NOVEM.

Digitized by Google

NOVEMBER.

Cyclus Epact.	Lit. Domi nic.		Dies Men- ſis.	
xxj	d	Kal.	1	*Feſtum omnium Sanctorum.* dupl.
xx	e	iiij	2	*Commemoratio omnium fidelium defunctorum.* dupl. & de octa. omnium S S.
xix	f	ii	3	De octaua.
xviij	g	Pr. Non.	4	De octaua.cum comm.SS.Vitalis & Agricolæ mart.
xvij	A	Non.	5	De octaua.
xvj	b	viij	6	De octaua.
xv	c	vjj	7	De octaua.
xiiij	d	vj	8	Octaua omnium S S. dupl. & comm. S S. Quatuor Coronatorum mart.
xiij	e	v	9	*Dedicatio Baſilicæ Saluatoris*.dupl.cum comm.S.Theodori mart.
xij	f	iiij	10	Tryphonis,Reſpicii,& Nymphæ martyrum.
xj	g	iij	11	*Martini Epiſcopi & Confeſſ.* dupl.& comm.S.Mennæ martyris.
x	A	Prid. Id.	12	Martini Papæ, & mart. ſemidupl.
ix	b	Idib.	13	
viij	c	xviij	14	
vij	d	xvij	15	
vj	e	xvj	16	
v	f	xv	17	Gregorii Thaumaturgi Epiſc. & Conf.
iiij	g	xiiij	18	*Dedicatio Baſilicarum Petri & Pauli.* dupl.
iij	A	xiij	19	Pontiani Papæ & Mart.
ij	b	xij	20	
j	c	xj	21	Præſentatio S. Mariæ. dupl.
*	d	x	22	Cæciliæ Virg. & mart. ſemid.
xxix	e	x	23	Clementis Papæ & mart.ſemidupl.cum comm. S.Felicitatis mart.
xxviij	f	viij	24	Chryſogoni mart.
xxvij	g	vii	25	*Catharinæ virg.& mart.*dupl.
25 xxvj	A	vi	26	Petri Alexandrini Epiſc.& mart.
xxv xxiiii	b	v	27	
xxiij	c	iiij	28	
xxii	d	iij	29	Vigilia & comm.S.Saturnini mart.
xxj	e	Pr.Kal.	30	*Andreæ Apoſtoli.* duplex.

DECEM-

DECEMBER.

Cyclus Epact.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.	
xx	f	Kal.	1	
xix	g	iiij	2	Bibianæ virg. & mart. commem.
xviij	A	iii	3	
xvij	b	Pr. Non.	4	Barbaræ virg. & mart. commem.
xvj	c	Non.	5	Sabbæ Abbatis. commem.
xv	d	viij	6	Nicolai Epiſcopi & Confeſſ. ſemid.
xiiij	e	vij	7	*Ambroſij Epiſcopi & Confeſſ. & Eccleſiæ Doct.* duplex.
xiij	f	vj	8	*Conceptio beatæ Mariæ.* dupl.
xij	g	v	9	
xj	A	iiij	10	Melchiadis Papæ & mart. comm.
x	b	iij	11	Damaſi Papæ & Confeſſoris. ſemid.
ix	c	Prid. Id.	12	
viij	d	Idib.	13	*Luciæ virginis & martyris.* duplex.
vij	e	xix	14	
vj	f	xviij	15	
v	g	xvij	16	
iiij	A	xvj	17	
iij	b	xv	18	
ij	c	xiiij	19	
j	d	xiij	20	Vigilia.
*	e	xij	21	*Thomæ Apoſtoli.* duplex.
xxix	f	xj	22	
xxviij	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia.
xxvj	b	viij	25	*Natiuitas D.N. Ieſu Chriſti.* dupl.
25 xxv	c	vii	26	*Stephani Prothomartyris.* duplex cum comm. octa. Natiuit.
xxiiii	d	vi	27	*Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ.* dupl cum comm. Octa.
xxiij	e	v	28	*Innocentum martyrum* dupl. cum comm. octauarum.
xxii	f	iiij	29	Thomæ Cantuar. Epiſc. & mart. ſemid. cum comm. octau.
xxj	g	iij	30	De Dominica infra octau. Natiuit. vel de octa. cum commem. octauarum.
19 xx	A	Pr. Kal.	31	*Siluestri Papæ & Confeſſ.* dupl. cum comm. octauarum.

CANON

Digitized by Google

CANON
IN CALENDARIVM GREGORIANVM
ANNI CORRECTIONIS MDLXXXII.

ANNO Domini MDLXXXII. vtendum eſt antiquo Calendario, quo ad hanc vſque diem Eccleſia Romana vſa eſt, vſque ad iiij. Nonas Octob. hoc eſt, vſque ad feſtum S. Franciſci incluſiue: Deinde vero aſſumendum eſt fragmentum hoc Calendarii continens tres vltimos menſes, quorum Octob. mutilus etiam eſt cum dies duntaxat 21. complectatur. Quoniam enim, vt Æquinoctium vernum ad diem 21. Martij, quo ipſum Patres Concilii Nicæni deprehenderunt, & à quo iam decem circiter dies verſus initium Martii receſſit, reſtituatur, ſancitum eſt à Gregorio XIII. Pontif. Max. vt poſt iiij. Non. Octob. omittantur x. dies; tranſiliendum ſtatim erit à iiij. Non. Octob. ad Idus Octob. ita vt celebrata feſtiuitate S. Franciſci, dies ſequens dicatur Idus Octob. ſiue dies Quintusdecimus Octob. in eoque celebretur feſtum SS. Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii Martyrum, cum commemoratione S. Marci Papæ & Confeſſ. & SS. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apulei Mart. Die vero proxima, quæ eſt 16. Octob. diciturque xvij. Calend. Nouemb. dies feſtus agatur S. Caliſti Papæ & Mart. Die deinde ſequenti, quæ eſt 17. Octob. diciturque xvi. Cal. Nouemb. dicatur officium, & Miſſa de Dominica xviii. poſt Pentecoſten, quæ erit Dominica tertia Octobris, mutata litera dominicali G. in C. Decimooctauo vero die Octob ſiue Quintodecimo Cal. Nouemb. celebretur feſtum S. Lucæ Euangeliſtæ; & ab hac die incluſiue reliqui feſti dies agantur, vt ſunt in Calendario deſcripti, vſque ad finem anni MDLXXXII. poſt quem, fragmentum hoc Calendarii nullum vſum amplius habebit, ſed Calendarium Perpetuum aſciſcendum erit, in quo omnes 12. menſes integri deſcripti ſunt. Quod etiam intelligas de aliis annis, in quibus correctio hæc fiet.

ITAQVE poſt detractionem x. dierum de menſe Octobri anni MDLXXXII litera Dominicalis erit C. Epacta autem erit xxvi. & litera Martyrologii erit G, maiuſc. vt in propriis Canonibus Calendarii, & Martyrologii docetur: adeo vt vbicumque in hoc fragmento Calendarii reperitur litera C, ibi dies Dominicus celebretur. Vbicumque autem Epacta xxvi. poſita eſt, ibi fiat Nouilunium, ſeu Luna i. Denique vbicumque in Martyrologio litera G, maiuſc. extiterit, ibi ſub ea ætas Lunæ deprehendatur. Anno autem MDLXXXIII. iam emendato adhibendi erunt Canones Calendarii Gregoriani perpetui. Erit enim tunc litera dominicalis b. Epacta autem vii. & litera Martyrologii g. minuſc.

QVID autem faciendum ſit in regionibus remotioribus, in quibus correctio fieri non poteſt anno MDLXXXII. ſed vel anno MDLXXXIII. vel MDLXXXIV. vel MDLXXXV. dicetur poſt finem huius fragmenti Calendarii.

OCTO-

Digitized by Google

OCTOBER.

Cui deſunt decem dies pro correctione Anni Solaris.

Cyclus Epact. Anni correction. MDLXXXII.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.	
xxii	A	Kal.	1	Remigii Epiſcopi & Confeſſ.
xxi	b	vi	2	
xx	c	v	3	
xix	d	iiii. Non.	4	*Franciſci Confeſſ.* duplex.
viii	A	Idib.	15	Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii martyrum. ſemiduplex. cum commemoratione S. Marci Papæ & Confeſſoris, & SS. Sergii, Bacchi, & Apuleii martyrum.
vii	b	xvii	16	Calixti Papæ, & mart. ſemiduplex.
vi	c	xvi	17	
v	d	xv	18	*Lucæ Euangeliſtæ.* dupl.
iiii	e	xiiii	19	
iii	f	xiii	20	
ii	g	xii	21	Hilarionis Abbatis. & comm. SS. Vrſulæ & ſociarum virg. & mart.
i	A	xi	22	
*	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviii	d	viii	25	Chryſanti, & Dariæ marty.
xxvii	e	vii	26	Euariſti Papæ & marty.
xxvi	f	vi	27	Vigilia
25 xxv	g	v	28	*Simonis & Iudæ Apoſtolorum.* dup.
xxiiii	A	iiii	29	
xxiii	b	iii	30	
xxii	c	Pr. Kal.	31	Vigilia

NOVEMBER.

ANNI CORRECTIONIS.

Cyclus Epact. Anni correction. MDLXXXII.	Lit. Domi-nic.		Dies Menſis.	
xxi	d	Kal.	1	*Feſtum omnium Sanctorum*. dupl.
xx	e	iiii	2	*Commemoratio omnium fidelium defunctorum*. dupl. & de oct. omnium SS.
xix	f	iii	3	De octaua.
xviii	g	Prid.	4	De octaua. & comm. SS. Vitalis & Agricolæ mart.
xvii	A	Non.	5	De octaua.
xvi	b	viii	6	De octaua.
xv	c	vii	7	De octaua.
xiiii	d	vi	8	Octaua omnium SS. dupl. & comm. SS. Quatuor Coronatorum mart.
xiii	e	v	9	*Dedicatio Baſilicæ Saluatoris*. dupl. & comm. S. Theodori mart.
xii	f	iiii	10	Tryphonis, Reſpicii, & Nymphæ martyrum.
xi	g	iii	11	*Martini Epiſcopi & Confeſſ*. dupl. & comm. S. Mennæ martyris.
x	A	Prid.	12	Martini Papæ, & mart. ſemidupl.
ix	b	Idib.	13	
viii	c	xviii	14	
vii	d	xvii	15	
vi	e	xvi	16	
v	f	xv	17	Gregorii Thaumaturgi Epiſc. & Conf.
iiii	g	xiiii	18	*Dedicatio Baſilicarum Petri & Pauli*. duplex.
iii	A	xiii	19	Pontiani Papæ & Martyris.
ii	b	xii	20	
i	c	xi	21	
*	d	x	22	Cæciliæ virg. & mart. ſemidupl.
xxix	e	ix	23	Clementis papæ & mart. ſemid. & comm. S. Felicitatis martyris.
xxviii	f	viii	24	Chryſogoni mart.
xxvii	g	vii	25	*Catherinæ virg. & mart*. duplex.
25 xxvi	A	vi	26	Petri Alexandrini Epiſc. & mart.
xxv xxiiii	b	v	27	
xxiii	c	iiii	28	
xxii	d	iii	29	Vigilia & comm. S. Saturnini mart.
xxi	e	Prid.	30	*Andreæ Apoſtoli*. duplex.

DECEM-

DECEMBER.

ANNI CORRECTIONIS.

Cyclus Epact. Anni correction. MDLXXXII.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.	
xx	f	Kal.	1	
xix	g	iiii	2	Bibianæ virg. & mart. commem.
xviii	A	iii	3	
xvii	b	Prid.	4	Barbaræ virg. & mart. commem.
xvi	c	Non.	5	Sabbæ Abbatis. commem.
xv	d	viii	6	Nicolai Epiſcopi & Confeſſ. ſemid.
xiiii	e	vii	7	*Ambroſii Epiſcopi Confeſſ. & Eccleſiæ Doct.* duplex.
xiii	f	vi	8	*Conceptio beatæ Mariæ* dupl.
xii	g	v	9	
xi	A	iiii	10	Melchiadis Papæ & mart. comm.
x	b	iii	11	Damaſi Papæ & Confeſſoris. ſemid.
ix	c	Prid.	12	
viii	d	Idib.	13	*Luciæ virginis & martyris.* duplex.
vii	e	xix	14	
vi	f	xviii	15	
v	g	xvii	16	
iiii	A	xvi	17	
iii	b	xv	18	
ii	c	xiiii	19	
i	d	xiii	20	Vigilia
*	e	xii	21	*Thomæ Apoſtoli.* duplex.
xxix	f	xi	22	
xxviii	g	x	23	
xxvii	A	ix	24	Vigilia
xxvi	b	viii	25	*Natiuitas D. N. Ieſu Chriſti.* dupl.
25 xxv	c	vii	26	*Stephani Prothomartyris.* duplex. & comm. octa Natiuit.
xxiiii	d	vi	27	*Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ,* duplex. & comme. Octau.
xxiii	e	v	28	*Innocentum martyrum.* dupl. & comm. octauarum.
xxii	f	iiii	29	Thomæ Cantuar. Epiſc. & mart. ſemid. & comm. octau.
xxi	g	iii	30	De Dominica infra octau. Natiuit. vel de octau. & comm. aliarum Octauarum.
19 xx	A	Prid.	31	*Syluestri Papæ & Confeſſ.* duplex. & comm. octauarum.

Digitized by Google

QVID OBSERVANDVM SIT, SI CORRECTIO CALENDARII non fiat anno MDLXXXII.

IDEM prorſus fragmentum Calendarii anni correctionis MDLXXXII. aſſumendum eſt, quocunque anno fiat correctio, & à iiii. Non. Octob. ſtatim ad Idus Octob. tranſeundum, vt dictum eſt: ſed feſta inter diem S. Franciſci, & diem S. Lucæ Euangeliſtæ celebranda erunt, vt ſequitur.

Si correctio inſtituatur anno MDLXXXIII. dies feſtiuitati S. Franciſci ſuccedens dicatur Idus Octob. ſiue dies 15 Octob. & in eo celebretur feſtum SS. Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii Mart. cum com. S. Marci Papæ & Confeſſ. & SS. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleii Mart. Die vero proxima, quæ eſt 16. Octob. diciturque xvii. Cal. Nouemb. fiat officium & Miſſa de Dominica xx poſt Pentecoſten, quæ erit Dominica tertia Octobris, mutata litera dominicali F, in B. Die deinde ſequenti, quę eſt 17. Octob. diciturque xvi. Cal. Nouemb. dies feſtus agatur S. Caliſti Papæ & Mart. Die vero 18. Octob. ſiue xv. Cal. Nouemb. celebretur feſtum S. Lucæ Euangeliſtæ; & ab hac die incluſiue reliqui feſti dies agantur, vt in Calendario ſunt deſcripti. Itaque anno MDLXXXIII. poſt detractionem x. dierum de menſe Octobri erit litera Dominicalis b, Epacta autem vii. & litera Martyrologii g, minuſc.

Si vero correctio inſtituatur anno MDLXXXIIII. Biſſextili, in quo literæ Dominicales ſunt E, D, primus dies feſtum S, Franciſci inſequens dicatur Idus Octob. ſiue dies 15. Octob. & in eo celebretur feſtum Sancti Marci Papæ & Confeſſ. & comm. SS. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleii martyr. Die vero proxima, quæ eſt 16. Octob. diciturque xvii. Cal. Nouemb. dies feſtus agatur SS Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii martyrum. Die autem ſequenti, quæ eſt 17. Octob. diciturque xvi. Cal. Nouemb. celebretur feſtum S. Caliſti Papæ & mart. Die vero 18. Octob. ſiue xv. Cal. Nouemb. celebretur feſtum S. Lucæ Euangeliſtæ. Sequenti deinde die 19. hoc eſt, xiiii. Calend. Nouemb. dicatur officium, & Miſſa de feria vi. Dominicæ xvii. poſt Pentecoſten. quæ eſt ſecunda Octob. Et die inſequenti, id eſt, xiii. Calen. Nouemb. fiat officium, & Miſſa de B. Virgine, vt in Sabbato fieri ſolet. Die autem 21. Octob. dicatur officium, & Miſſa de Dominica xviii. poſt Pentecoſten, quæ erit Dominica tertia Octobris, mutata litera Dominicali D, in G, vna cum commem. S. Hilarionis Abb. & SS. Vrſulæ, & ſociarum Virg. & mart. &c. Itaque anno MDLXXXIIII. poſt detractionem x. dierum de menſe Octobri erit litera Dominicalis G, Epacta autem xviii. & litera Martyrologii t.

QVOD ſi correctio inſtituatur anno M.D.LXXXV. primus dies poſt feſtum S. Franciſci dicatur Idus, vel dies 15. Octob. & in eo celebretur feſtum S. Marci Papæ & Confeſſ. cum comm. SS. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleii, Mart. Die vero 16. Octob. dies feſtus agatur SS. Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii Martyrum. Et die 17. Octob. fiat feſtum S. Caliſti Papæ & martyris. Die vero 18 feſtum S. Lucæ Euangeliſtæ celebretur. At die 19. officium, & miſſa dicatur de B. Virgine, quia ſabbatum eſt. Die autem 20. fiat officium, & Miſſa de Dominica xix. poſt Pentecoſten, quæ erit Dominica tertia Octobris, mutata litera Dominicali C, in F, & cet. Itaque anno MDLXXXV. poſt detractionem x. dierum ex menſe Octobri litera Dominicalis erit F, Epacta autem xxix. & litera Martyrologii N, maiuſc.

EX his facile intelligetur, quid faciendum ſit in quolibet alio anno, in quo fiet correctio, ſi diligenter obſeruetur dies Dominica, & litera Dominicalis, quæ aſſumenda eſt. Anno vero, qui annum correctionis inſequetur, vtendum erit Calendario Gregoriano Perpetuo, & adhibendi quoque Canones eiuſdem Calendarii.

FINIS.

ROMA-

Digitized by Google

ROMANI CALENDARII A GREGORIO XIII P. M. RESTITVTI EXPLICATIO.

CLEMENTIS VIII. P. M. IVSSV EDITA.

AVCTORE

CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI SOCIETATIS IESV.

CAPVT PRIMVM.

Quid in Sacris literis de Paſchæ celebratione præcipiatur, & quid de eadem à SS. Patribus, & Conciliis ſancitum ſit.

PRÆMISSO Compendio nouæ rationis reſtituendi Calendarium ad Principes Chriſtianos miſſo, vna cum Calendario Gregoriano perpetuo, accedamus iam ad ipſius Calendarii emendati atque correcti rationes explicandas: ac primum accurate doceamus, quid in ſacris literis de Paſchæ celebratione præceptum ſit, & quid de eadem SS. Patres, & Concilia decreuerint. Non pauci enim, quod rem hanc non ſatis intellexerint, ſine vlla cauſa correctionē iſtam Gregorianam reprehendere non ſunt veriti. Phaſe igitur ſiue Paſcha Hebræis præcipitur in Exodo cap. 12. his verbis: *Dixit quoque Dominus ad Moyſen, & Aaron in terra Ægypti. Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael, & dicite eis: Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas.* & paulo infra: *& ſeparabitis eum vſque ad quartam decimam diem menſis huius immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam.* & poſt pauca: *Eſt enim Phaſe (id eſt tranſitus) Domini.* & infra: *Habebitis autem hanc diem in monumentum, & celebrabitis eam ſolennem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno.* & Paulo poſt: *Primo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma vſque ad diem vigeſimam primam eiuſdem menſis ad veſperam.* Deinde Leuitici cap. 23. *Hæ ſunt ergo feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis. Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperam Phaſe Domini eſt, & quintadecima die menſis huius ſolennitas azymorum Domini eſt.* Item Numerorum cap. 9. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai anno ſecundo, poſtquam egreſſi ſunt de terra Ægypti, menſe primo, dicens: Faciant filii Iſrael Phaſe in tempore ſuo, quartadecima die Menſis huius ad veſperam iuxta omnes cæremonias, & iuſtificationes eius.* & aliquanto poſt: *Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens: Loquere filiis Iſrael. Homo qui fuerit immundus ſuper anima, ſiue in via procul in gente veſtra, faciat Phaſe Domino in menſe ſecundo, quartadecima die menſis ad veſperam.* Numerorum quoque cap. 28. habentur hæc verba: *Menſe autem primo, quartadecima die Menſis, Phaſe Domini erit, & quinta decima die ſolennitas.* Ex hiſce omnibus locis manifeſtum eſt, præceptum à Deo fuiſſe Hebræis, vt Phaſe, ſiue Paſcha celebrarent die quartadecima primi menſis ad veſperam.

Præceptum de Paſcha celebratione ex Scriptura ſacra.

Iudæi quando Paſcha celebrabāt ex præcepto diuino.

Menſis primus Iudæorum quis.

2 IS autem menſis Lunaris (menſibus enim Lunaribus Hebræi vtebantur) primus eſt, cuius dies xiiii. Lunæ (numerato etiam ipſo die Nouilunii, ſiue Neomeniæ) cadit vel in diem æquinoctii verni, vel poſt æquino-

Digitized by Google

ctium primo occurrit. Colligitur hoc non obſcure ex antiquioribus, & doctioribus Hebræis, qui ſemper Paſcha ſecundum Cyclum Lunarem in Luna xiiii. cadente in æquinoctium, vel ipſum proxime ſequente celebrandum eſſe tradiderunt. Cuius rei teſtis locupletiſſimus eſt Ioſephus Iudæus lib. 3. Antiquitatum Iudaicarum, cap.13.ſic ſcribens: *Menſe vero Xanthico, qui apud Nos Niſan appellatur, & eſt anni principium, quartadecima Luna, Sole oppoſito in Ariete, quo menſe liberati ſumus à ſeruitute Ægyptiorum, ſacrificium, quod tunc egredientes ex Ægypto fecerunt, immolare nos annis ſingulis, (quod Paſcha dicitur) celebrareque præcepit: & vtique celebramus illud per Tribus noſtras, nihil immolatorum in craſtinum reſeruantes.* Quibus verbis aperte docet, quartamdecimam Lunam primi Menſis, qua Iudæi Paſcha celebrabant, eſſe eam, quæ vel in æquinoctii diem cadit, vel quæ proxime æquinoctium conſequitur: nimirum cum Sol eſt vel in principio, vel in aliquo Arietis gradu.

IDEM ſenſiſſe Philonem Iudæorum doctiſſimum, & alios Iudæos antiquiores, clariſſimis verbis docet Anatolius Laodiceæ vrbis Syriæ Epiſcopus, qui circa annum Domini 280. annis ferme 45. ante Concilium Nicænum floruit, qui poſtquam docuerat, (vt auctor eſt Euſebius, lib.7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 29.) annum, quod ad Paſchæ celebrationem attinet, ab æquinoctio verno eſſe inchoandum, hæc ſubiungit. *Et ideo non parum delinquere dicimus eos, qui ante initium hoc noui anni* (id eſt, ante vernum æquinoctium) *Paſcha putant eſſe celebrandum. Sed nec à Nobis primum exordium ſumit hæc ratio, ſed ab antiquis Iudæis fuiſſe comprobata demonſtratur, & ante aduentum Chriſti obſeruata; ſicut euidenter docet Philo, & Ioſephus, ſed & horum antiquiores Agathobulus, & ab eo eruditus Ariſtobulus ex Paneade, qui vnus ex illis 70. ſenioribus fuit, qui miſſi fuerant à Pontificibus ad Ptolomæum Regem Ægypti, Hebræorum libros interpretari in Græcum ſermonem: quique multa ex traditionibus Moſi proponenti Regi, percunctantique reſponderunt. Ipſi ergo cum quæſtiones Exodi exponerent, dixerunt, Paſcha non prius eſſe immolandum, quam æquinoctium vernale tranſiret. Ariſtobulus vero etiam hoc addidit, in die Paſchæ non ſolum obſeruandum eſſe, vt Sol æquinoctium vernale tranſcendat, verum & Luna. Cum enim duo ſint æquinoctia, Veris ſcilicet, & Autumni, æquis ſpatiis dirempta, & quartadecima Menſis primi ſit ſtatuta ſolennitas poſt veſperam, quando Luna Soli oppoſita deprehenditur è regione, ſicut etiam oculis probare licet, inuenitur vtique vernalis æquinoctii partem Sol obtinens, Luna vero è contrario autumnalis. Legi in eorum libris, & aliis multa de his validiſſimis aſſertionibus expoſita, quæ euidenter oſtendunt, Paſchæ ſolennitatem omni genere poſt æquinoctium celebrandam.* Hæc Euſebius de Anatolio refert. Ex quibus liquet, vetuſtiores Hebræos ac peritiores ſumpſiſſe ex traditione Moyſis, eam Lunam xiiii. primi menſis, quæ vel in æquinoctium incidit, vel ipſum proxime ſequitur; ita vt Luna xiiii. æquinoctium antecedens reiecta ſemper fuerit, vt inutilis, & quæ ad vltimum potius menſem anni, quam ad primum ſpectaret. Atque hæc in ſacra & diuina ſcriptura, & à doctioribus Hebræis de Paſcha Moſaico ſancita ſunt.

Eccleſia cur maluerit Paſcha mobile eſſe quam fixum.

3 IAM vero tempore gratiæ poſt Legem Moſaicam, Eccleſia Catholica, etſi Ceremonialibus illis præceptis obſtricta non erat, propterea quod legalia omnia per mortem & reſurrectionem Ieſu Chriſti ceſſauerunt, atque vim ſuam amiſerunt, vt inter Sacros Doctores conuenit: voluit tamen Paſcha Chriſtianum, cuius Paſcha Hebræorum figura fuit, atque vmbra, vagum quoque eſſe, ac mobile, non autem ſtatum ac fixum; in eoque celebrando eadem, quæ Hebræi, obſeruare, hoc eſt, æquinoctium vernum, & Lunam xiiii. primi menſis, propter ſacramentum, & recondita myſteria, quæ in eiuſmodi celebratione Paſchæ reſurrectionis Dominicæ includuntur, vt copioſe à S. Auguſt. lib.2. ad inquiſitiones Ianuarii cap.1. & 2. ſcriptum eſt. Quare non audiendi ſunt, qui exiſtimant, (& ſane non defuerunt hoc tempore, qui ita ſentirent) Eccleſiam debere ſolennitatem Paſchæ peragere ſtato ſemper die inſtar aliarum celebritatum, quæ fixæ nuncupantur, atque immobiles, nulla habita ratione Lunæ primi menſis; hoc potiſſimum adducti argumento, vt Eccleſia ſe à difficultatibus & controuerſiis, quæ in Nouiluniis Paſchalibus oriri ſolent inter ſcriptores, liberet omnino, atque expediat. Non ſunt, inquam, audiendi, qui ita cenſent, (quamuis Eccleſia id ſuo iure vtens libere facere poſſet, & nemo eam ob id poſſet reprehendere, cum illud Paſchæ præceptum ſit ceremoniale, quod iam ceſſauit, vt dictum eſt,) quia nunquam eo ritu celebrandi Paſcha Eccleſia Catholica vſa eſt, ſed ſemper in eo celebrando motum Lunæ ac Solis obſeruauit; ſancitumque ita fuit ab antiquiſſimis, ſanctiſſimiſque Pontificibus Romanis, necnon à Concilio primo Nicæno confirmatum, & aliis quamplurimis, vt mox dicemus. Quam ob rem conſuetudo hæc tam vetuſta nullo modo ſine graui aliqua cauſa infringenda videtur.

Dominica prima poſt Lunã xiiii. primi mẽſis Paſcha Chriſtianũ celebrandũ eſſe.

4 CÆTERVM in hoc Eccleſia à Iudæorum more diſceſſit, quod Paſcha non in ipſa quartadecima Luna primi Menſis, vt Hebræi, ſed in Dominica, quæ quartam decimam Lunam primi menſis proxime conſequitur, celebrari iuſſit, propterea quod prima Dominica poſt Iudæorum Paſcha Dominus à mortuis reſurrexit. Quocirca quemadmodum Iudæi Paſcha celebrabant in decima quarta Luna, propter immolationem Agni, qui mortem Chriſti præfigurabat, ita nos in Paſcha reſurrectionis Chriſti memoriam, quæ Dominico die contigit, celebramus. Veruntamen quoties dies xiiii. Lunæ primi menſis in diem Dominicum cadit, toties ſolennitatem Paſchæ transferri præcipit in ſequentem diem Dominicum, in quem nimirum Luna xxi. primi menſis incidit. Cuius rei duæ potiſſimum cauſæ à Patribus, & Scriptoribus afferuntur. Primum, ne in Luna xiii. ieiunium Quadrageſimale ſoluatur, aut (ſi tunc non ſoluatur, ſed in xiiii. Luna, vt Patres antiqui volebant) ne die Dominico ieiunare cogamur cum Hæreticis Manichæis, & ſequenti die Lunæ feſta Paſchalia incipiant. Non licuiſſe autem ante Lunam xiiii. primi menſis ſoluere ieiunium, liquido conſtat ex Euſebio lib. 5 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 23. vbi ſic ait. *In Prouinciis Aſiæ quæſtio non minima exorta eſt, velut ex antiqua eorum conſuetudine deſcendens, quod quartadecima Luna putarunt omni modo Paſcha celebrandum, quando videlicet Iudæis præcipitur agnus immolari, veluti neceſſario confirmantes, quacunque die ſeptimanæ quartadecima Luna veniſſet, ſolui debere ieiunium, cum talis conſuetudo in nullis prorſus aliis vnquam obſeruata fuiſſet Eccleſiis.* Idem docet B. Ambroſius in Epiſtola ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos, his verbis. *Vnde ſi inciderit, ſicut futurum eſt proxime, quartadecima Luna menſis primi die Dominica, quia neque Dominica, ieiunare debemus, neque tertiadecima Luna, die ſabbati incidente, ieiunium ſoluere, (quod maxime die Paſſionis eſt exhibendum) in alteram hebdomadam celebritas Paſchæ eſt differen-*

Digitized by Google

differenda. Venerabilis etiam Beda libro de temporum ratione cap. 57. de eadem re ita ſcribit. *Conuenit itaque diligenter aduertere, vt quoties xiiij. Luna in Dominicum incurrit diem, in ſequentem ſeptimanam Paſchalem diem potius differamus, duplici hoc modo. Primum quidem, ne in xiiij. Luna inuenta in ſabbati die ſoluamus ieiunium, quod conſequens non eſt, quod nec ipſa lex præcipit: deinde ne Dominica die Luna xiiij. conſtituta ieiunare cogamur, indecentem rem, illicitamque facientes. Hoc enim Manichæorum ſectæ conſuetudo poſſedit. &c.* Deinde ne vnquam cum Iudæis Paſcha celebremus, aut cum Quartadecimanis Hæreticis congruamus, qui legem Moſaicam cum Euangelio obſeruandam eſſe docebant.

5 AT vero Paſcha celebrandum eſſe die Dominica, eaque prima poſt Lunam xiiij. primi menſis, nimirum poſt Paſcha Iudæorum, multis SS. Patrum auctoritatibus, & Conciliis Decretiſque confirmari poteſt. Primum quidem, celebrandum id non eſſe Luna xiiij. cum Iudæis, ſed Dominica die, ſtatuit Sanctus Pius Papa, & Martyr. decimus à B. Petro circa annum Domini 159. in Epiſtola Decretali, his verbis, vt habetur de Conſecr. Diſtin. 3. c. Noſſe. *Noſſe vos volumus, quod Paſcha Domini die Dominico annuis temporibus ſit celebrandum,* & Paulo poſt. *Vnde & nos Apoſtolica auctoritate inſtituimus, omnes idem ſeruare debere, quia & nos idem ſeruamus: nec debetis à capite quoquo modo diſcedere:*

Decretũ S. Pii Papæ Mart. de celebratione Paſchæ die Dominico

ET S. Victor Papa item & Martyr, quartusdecimus à B. Petro, circa annum Domini 198. in Epiſtola ad Theophilum Cæſarienſem Epiſcopum, quæ habetur Diſtinct. 3. de conſecr. cap. Celebritatem, decernit clarius, Paſcha celebrari debere non qualibet die Dominica, ſed ea, quæ Lunam xiiij. primi menſis ſequitur, ita ſcribens. *Celebritatem ſancti Paſchæ die Dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud eadem die ſolemniter celebrare mandamus: quia non decet, vt membra à Capite diſcrepent, aut aliter gerant. A quarta decima vero Luna primi menſis vſque ad vigeſimam primam eiuſdem menſis eadem celebretur feſtiuitas.*

Decretum S. Victoris Papæ de Paſchæ celebratione die Dominico poſt Lunam xiiij. primi menſis.

AD hæc, idem à variis Conciliis confirmatum eſt, atque ſancitum. Nam in Concilio primo poſt Apoſtolos, quod S. Victoris ſummi Pontificis, cuius proxime mentionẽ fecimus, hortatu in Cæſarea Palæſtinæ à compl rib. Epiſcopis celebratum eſt, cui præfuerunt Theophilus eiuſdem vrbis Epiſcopus Narciſſus Eps Hieroſolymorum, & Caſſius Eccleſiæ Tyri Epiſcopus, ita decretum eſſe, legimus apud Euſebium lib. 5. Eccleſiaſticę hiſtorię, c. 23. *Conuentus Epiſcoporum, & Concilia per ſingulas quaſque Prouincias conuocantur, prorogatiſque ad ſe inuicem Epiſtolis de ſingulis quibuſq. locis, vnum omnes Eccleſiaſticum dogma confirmant. Ne liceat aliquando, niſi in die Dominica, in qua Dominus ſurrexit à mortuis, Dominicum Paſchæ celebrare myſterium, & in hac ſola ſoluendum eſſe Paſchale ieiunium.* De hoc decreto idem Theophilus in Epiſtola ſynodali, vbi explicat apertius Paſcha eſſe die Dominica poſt Lunam xiiij. celebrandum, ita ſcribit. *Conſtitutum eſt in illa ſynodo, vt ab xi. Calend. Aprilis vſque ad xij. Calend. Maij Paſcha deberet obſeruari, & nec antea, nec poſtea cuicunque limites tranſgrediendi ſit facultas. Similiter. & de Luna præceptum Diuinum teneatur: mandatum per Moſen ſit vobis obſeruatum, à decima quarta Luna vſque ad vigeſimam primam. Has ergo ſeptem Lunas in Paſcha ſimiliter tenendo conſtat fuiſſe conſecratas. Quando ergo fit inter illum limitem, ab xi. Calend. Aprilis vſque ad xij. Maij dies Dominicus, & Luna ex illis ſeptem ſanctificatis, conuenit nobis Paſcha, vt iuſtum eſt, obſeruare in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Ex hac conſtitutione patet, eo tempore Paſcha celebrari ſolitum à die 22. Martij, vſque ad 20. Aprilis, cui tamen tempori additi poſtea ſunt quinque alij dies, primo menſe id neceſſario exigente: ita vt Paſcha celebrari poſſit vſque ad 25. Aprilis incluſiue. Primus enim menſis non eſt ille, in quo Sol totum Arietem percurrit, vt videntur voluiſſe Patres in illa ſynodo Cæſarienſi, ſed cuius Luna xiiij. cadit in aliquem dierum à 21. Martij incluſiue, in quo Æquinoctium fit, vſque ad 18. Aprilis incluſiue. Ex quo ſequitur, vt Paſcha rite celebrari poſſit die 25. Apr. vt paulo poſt dicemus.

Decretum concilij Cæſarienſis in Palæſtina de celebratione Paſchæ poſt Lunã xiiij. primi Mẽſis Epiſtola Cõcilij Nicæni de Paſchæ celebratione.

DEINDE in celeberrima illa ſynodo Nicæna, trecentorum octodecim Epiſcoporum ſanctitate, & innocentia vitæ inſignium, præſentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis à Sylueſtro Papa eo miſſis, & Conſtantino Magno, cuius ſumptibus eſt celebrata, ſolenni ritu decretum idem eſt, ſiue potius confirmatum, atque renouatum communi omnium conſenſu. De qua re in Epiſtola ab eadem ſynodo ad Eccleſiam Alexandrinam, & ad fratres Aegyptum, Libyam & Pentapolim incolentes miſſa, hæc extant verba, vt refert Socrates lib. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 6. atque Theodoretus lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 9. *Quod autem ad omnium conſenſum de ſacratiſſimo feſto Paſchatis celebrando attinet, ſcitote quod veſtris precibus controuerſia de ea re ſuſcepta prudenter, & commode ſedata eſt: ita vt omnes fratres, qui Orientem incolunt, quique Iudæorum conſuetudinem ante in eo feſto obſeruando imitari ſolebant, iam Romanos, nos, & omnes vos, qui eundem morem, quem nos, in illo recolendo à primis temporibus tenuiſtis, ſint conſentientibus animis in eodem celebrando deinceps ſedulo ſecuturi.* Ipſe quoque Imperator Conſtantinus Magnus elegantem Epiſtolam de eodem argumento ad Eccleſias ſcripſit, quæ quidem ab eiſdem ſcriptoribus affertur locis citatis.

Confirmatur decretum Cõcilij Nicæni de Paſchæ celebratione à Concilio Antiochẽo, Chalcedonẽſi, & aliis.

DENIQVE idem fuit poſtea ſtabilitum, & ſub pœna anathematis præceptum in ſynodo Antiochena, & in Concilio Chalcedonenſi 630. Epiſcoporum, quod ſub Leone Magno celebratum eſt, & in pleriſque aliis Conciliis.

Concilium Nicænũ cõfirmaſſe potius quam inſtituiſſe, Paſcha celebrandum eſſe die Dominica poſt Lunã xiiij.

ETSI autem verba illa Nicæni Concilij expreſſe non explicant, quo die ſacroſanctum Paſcha celebrandum ſit, ſed ſolum cum Iudæis non eſſe obſeruandum, indicare videntur; non obſcure tamen ex his intelligi poteſt, conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ ſanctionemque Pij, ac Victoris Romanorum Pontificum, qua Paſcha die Dominico à Luna xiiij. ad xxi. vſque celebrandum præcipitur, confirmatam eſſe, atque renouatam: quippe cum aperte ſignificent, omnes orientales, qui prius cum Iudæis Luna xiiij. Paſcha celebrabant, conſentientibus animis Romanorum morem, qui Dominico die poſt Lunam xiiij. idem perpetuo obſeruant, amplexatos eſſe. Atque hanc eſſe magni illius Concilij de Paſchæ celebratione ſententiam, immo in eodem Canonem ea de re editum eſſe innumerabiles pœne rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores docuerunt, è quibus Venerabilis Beda cum pluribus locis, tum præſertim lib. 3. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorum cap. 25. diſertis verbis idem confirmat, cum in quadam de Paſcha recte celebrando diſceptatione introducit Vuilfridum quendam, qui iuſſus à Rege dicere ſic exorſus eſt.

PAS-

Digitized by Google

Sententia Bedæ, Concilium Nicænum renouaſſe Eccleſiaſticũ Decretum de Paſcha celebratione poſt Lunam xiiij. primi menſis Dominico die.

PASCHA *quod facimus* (*Loquitur autem de Paſcha celebrando die Dominico poſt xiiij. Lunam, vt ex ſequentibus liquet*) *vidimus Romæ, vbi B. Apoſtoli Petrus & Paulus vixere, docuere, paſſi ſunt, & ſepulti, ab omnibus celebrari: hoc in Italia, hoc in Gallia, &c.* Deinde paulo poſt. *At vero Petrus cum Romæ prædicaret, memor quia Dominus prima Sabbati reſurrexit à mortuis, ac mundo ſpem reſurrectionis contulit, ita Paſcha faciendum intellexit, vt ſecundum conſuetudinem, ac præcepta Legis, xiiij. Lunam primi menſis, æque ſicut Ioannes, orientem ad veſperam ſemper expectaret: & hac exorta, ſi Dominica dies* (*quæ tunc prima ſabbati vocabatur*) *erat mane ventura, in ipſa veſpera Paſcha Dominicum celebrare incipiebat, quomodo & nos omnes hodie facere ſolemus: ſin autem Dominica non proximo mane poſt Lunam xiiij. ſed xvi. aut alia qualibet Luna vſque ad xxi. eſſet ventura, expectabat eam, & præcedente Sabbato veſpere ſacroſancta Paſchæ ſolemnia inchoabat, ſicque fiebat, vt Dominica Paſchæ dies non niſi à xv. Luna vſque ad xxi. ſeruaretur. Neque hæc Euangelica & Apoſtolica traditio Legem ſoluit, ſed potius adimplet, in qua obſeruandum Paſcha à xiiij. Luna primi menſis ad veſperam, vſque ad xxi. Lunam eiuſdem menſis ad veſperam præceptum eſt: in quam obſeruantiam imitandam, omnes S. Ioannis ſucceſſores in Aſia poſt obitum eius, & omnis per orbem Eccleſia conuerſa eſt: & hoc eſſe verum Paſcha, hoc ſolum fidelibus celebrandum, Nicæno Concilio non ſtatutum nouiter, ſed confirmatum eſt, vt Eccleſiaſtica docet hiſtoria.*

Sententia B. Ambroſii de celebratione Paſchæ ex decreto Cõcilij Nicæni.

BEATVS quoque Ambroſius in Epiſtola 83. ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos de eadem ſolennitate Paſchali ſic ſcribit. *Non mediocris eſſe ſapientiæ, diem celebritatis definire Paſchalis, & Scriptura diuina nos inſtruit, & eruditio Maiorum, qui conuenientes ad ſynodum Nicænam inter illa fidei, vt vera, ita admiranda Decreta, etiam ſuper celebritate memorata, congregatis peritiſſimis calculandi, decem & nouem annorum colligere rationem, & quaſi quendam conſtituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum* ἐννεαδεκαετηρίδα *nuncuparunt; ſequentes illud, quod non debeamus vana quadam opinione ſuper celebritate huiuſmodi fluctuare, ſed vera ratione comperta, ita omnium concurrat affectio, vt vna nocte vbique ſacrificium pro reſurrectione Domini deferatur.* Infra autem clarius exponens, quæ in Nicæna ſynodo decreta ſunt, hæc ſubiungit. *Duo autem ſunt obſeruanda in ſolemnitate Paſchæ, quartadecima Luna, & primus menſis, qui dicitur nouorum.* Et aliquanto poſt, cum docuiſſet Dominico die Paſcha eſſe celebrandum, ita rurſus ait. *Incipit autem menſis non ſecundum vulgarem vſum, ſed ſecundum conſuetudinem peritorum ab æquinoctio, qui dies eſt 12. Calend. Aprilis, &c.*

IN hac Epiſtola duo præcipue declarat S. Ambroſius; primum, Paſcha ex decreto Concilij Nicæni celebrandum eſſe Dominica die poſt xiiij. Lunam primi menſis, qui ab æquinoctio incipit. Quibus verbis explicat, primum menſem eſſe eum, cuius Luna xiiij. in æquinoctium incidit, id eſt, in diem xxj. Martij, vel proxime ſequitur. Cum enim dicit primum menſem ab æquinoctio incipere, & non ante, non vult Nouilunium primi menſis ab æquinoctio ſumi debere, ſed Lunam xiiij. Alioquin nunquam Paſcha celebrari potuiſſet ante diem 4. Aprilis; quippe cum hac ratione Luna xiiii. Paſchalis omnium prima in diem 3. Aprilis incideret: cum tamen aperte in eadem epiſtola doceat, ſuo tempore ex Concilij Nicæni ſententia, Paſcha menſe Martio eſſe celebratum. Voluiſſe autem eum, aſſumendum eſſe Dominicum diem poſt xiiij. Lunam, perſpicuum eſt. Nam in eadem epiſtola aſſerit, Paſcha in ſequentem hebdomadam differendum eſſe, quando Dominica dies in Lunam xiiij. incidit, vt ſupra ex eadem hac Ambroſij epiſtola tradidimus. Secundo loco docet, Patres Nicæni Concilij decreuiſſe, Lunam xiiij. primi menſis inquirendam eſſe per Cyclum Aurei numeri decennouennalem: quippe qui eius diſpoſitionem in Calendario peritiſſimis in calculandi arte, nimirum Euſebio Epiſcopo Cæſarienſi, & Alexandrinis Ægyptiis commiſerint.

Euſebio Cæſarienſi, & Alexandrinis curam à Nicæno Concilio datam eſſe Cycli aurei numeri.

QVOD idem planius Beda profitetur libro de temporum ratione, cap. 42. vbi in hunc modum ſcribit. *Decennouennalis circuli ordinem primus Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus, ob quartasdecimas Lunas feſti Paſchalis, ipſumque diem Paſchæ inueniendum compoſuit, eo quod Luna cuiuslibet ætatis poſt tantum temporis ad eundem redeat anni Solaris diem: non quod Ægyptus, vel cætera per Orientem Chriſti Eccleſia verum eatenus Lunæ curſum, vel diem neſcierit rite inuenire Paſchalem, ſed quia ea, quæ ipſis temporibus annuatim cum labore inueſtigata, & per Orbem mandata, ſæpius in quæſtionem venire ſolebant, facilius præfixa ſemel regula circulari, ſemper obſeruari, & ſine ſcrupulo ambigendi poterant ediſci.* Huc accedit, quod idem Beda lib. de ratione Computi c. 16. docet, Cycli decennouennalis ordinem primum Euſebium Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopum compoſuiſſe: Idemque repetit lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſt. gentis Anglorum cap. 22. ex Epiſtola Ceolfridi Abbatis ad Regem Naitanum, vbi hæc verba habentur. *Itaque per æquinoctialem Solis exortum, poſt completam diem primi menſis quartamdecimam, quæ cuncta ex lege obſeruanda accepimus, expectamus adhuc, monente Euangelio, in ipſa hebdomada tertia tempus diei Dominicæ, & ſic demum votiua Paſchæ noſtri feſta celebramus, vt indicemus, nos non cum antiquis excuſſum Ægyptiæ ſeruitutis iugum venerari, ſed redemptionem totius mundi, quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in Chriſti autem reſurrectione completa eſt, deuota fide ac dilectione colere, vt de reſurrectionis etiam noſtræ, quam eadem die Dominica futuram credimus, ſpe nos certiſſima gaudere ſignemus. Hic autem, quem vobis ſequendum monſtramus, computus Paſchæ decennouennali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc eſt, ipſis Apoſtolorum temporibus iam ſeruari in Eccleſia cœpit, maxime Romæ, & Ægypti, vt ſupra diximus, ſed per induſtriam Euſebij, qui à B. Martyre Pamphilo cognomen habet, diſtinctius in ordinem compoſitus eſt, vt quod eatenus per Alexandriæ Pontificem ſingulis annis per omnes Eccleſias mandari conſueuerat, iam deinde congeſta in ordinem ſerie Lunæ quartædecimæ, faciliime poſſet ab omnibus ſciri.* Ex his omnibus teſtimoniis liquido conſtat, Paſcha ex Eccleſiæ præcepto non alia die celebrandum eſſe, niſi Dominica prima poſt Lunam xiiii. primi menſis.

Morem celebrãdi Paſcha die Dominico poſt Lunã xiiij. primi mẽſis temporibus Apoſtolorum incepiſſe, eſſeque traditionem Apoſtolicam.

6. IAM vero hoc non eſſe nouum aliquod Pontificum, Conciliorumque Decretum, ſed ab exordio naſcentis Eccleſiæ morem hunc perpetuo viguiſſe Romæ, & apud pleraſque alias Eccleſias, vt non cum Iudæis Luna xiiii. ſed die Dominico Paſcha celebraretur, atque adeo ab Apoſtolis ita traditum eſſe, ſatis perſpicue ex nonnullis auctoritatibus, quas adduximus, colligi poſſe videtur: quippe cum in Epiſtola Nicæni Concilii diſertis verbis contineatur, morem illum celebrandi Paſcha Romanos, Alexandrinos, atque Ægyptios à primis temporibus tenuiſſe. Clarius id ex locis Bedæ intelligitur, cum dicat B. Petrum, cum Romæ prædicaret, Paſcha, ita eſſe faciendum intellexiſſe; eſſeque hanc conſuetudinem Euangelicam & Apoſtolicam traditionem: necnon ita ſeruari cœpiſſe in Eccleſia ipſis Apoſtolorum temporibus, maxime Romæ, & in Ægypto.

Clariſ-

Digitized by Google

Clariſſime vero idem affirmat Ceolfridus Abbas apud eundem Bedam lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorum cap. 22. vbi ſic habetur. *Si ergo fieri poſſet, vt ſemper in diem quintumdecimum primi menſis, id eſt, in Lunam xv. Dominica dies incurreret, vno ſemper eodemque tempore cum antiquo Dei populo, quanquam ſacramentorum genere diſcreto; ſicut vna, eademque fide, Paſcha celebrare poſſemus. Quia vero dies ſeptimanæ non æquali cum Luna tramite procurrit, decreuit Apoſtolica traditio, quæ per B. Petrum Romæ prædicata, per Marcum Euangeliſtam, & interpretem ipſius Alexandriæ confirmata eſt, vt adueniente primo menſe, adueniente in eo veſpera diei quartædecimæ, expectetur etiam dies Dominica à quintadecima vſque ad vigeſimamprimam diem eiuſdem menſis.*

EVSEBIVS quoque lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 22. teſtatur cæteras Eccleſias, Aſianis exceptis, per vniuerſum Orbem terrarum diſperſas conſuetudinem tenuiſſe, vt non alio die, quam eo, quo Saluator à mortuis reſurrexit, ieiunia diſſoluerentur. Præterea S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in omnibus ſermonibus Heortiſticis, qui plurimi ſunt, & in quibus ſolenne ieiunium quadrageſimale, diem feſtum Paſchæ, & Pentecoſtes populo indicebat quotannis, pronunciat ſemper Paſcha celebrari tali die menſis in Dominica, ſecundum Euangelicas, vel Apoſtolicas traditiones. Rurſus idem S. Cyrillus in Epiſtola ad Innocentium Papam I. (quam citant Ioannes Stoflerinus in Calendario Romano, propoſ. 32. ſub initium, & albertus Pighius libro de ratione Paſchalis celebrationis, & Calendarij reſtitutione, propoſ. 8.) ſic ait. *Sanctum Paſcha myſterium, eiuſque ſacra ſolennitas, ſicut eſt à Saluatore noſtro, & ab Apoſtolis tradita, illibata manſiſſet, ſi eam quorundam inſipientium peruerſitas inter cætera fidei ſacramenta minime contaminaſſet, &c.* Dubitandum autem non eſt, quin de Paſcha poſt Lunam xiiij. primi menſis in Dominica celebrando loquatur, cum ita celebrandum eſſe, conſtanter ſemper aſſeruerit, ex doctrina Theophili patrui ſui, & prædeceſſoris in Epiſcopatu Alexandrino, vt ex ſermonibus Heortiſticis patet, in quibus perpetuo Paſcha Dominico die celebrandum populo proponit.

POSTREMO euidenter hoc confirmatur ex Epiſtola Protherii Præſulis Alexandrini ad B. Leonem Papam I. qui per Martianum Imperatorem procurauerat, vt Epiſcopus Alexandrinus Cyclum Paſchalem Theophili accuratius explicaret. Ita enim ea in Epiſtola legitur, vt refert Venerabilis Beda libro de temporum ratione, cap. 42. & libello de æquinoctio ad Vuichenredum ipſo initio, & Ioann. Stoflerinus, atque Albertus Pighius locis citatis. *Lætificauerunt me literæ dilectionis tuæ, quas frater Coepiſcopus noſter Victorius pio apportauit officio. Oportebat enim, vt ab Alexandrinæ Eccleſiæ Præſule talia ſcripta ad ſedem Apoſtolicam mitterentur, quæ oſtenderent, magiſterio B. Petri Apoſtoli Paſchalis feſti computum ab initio per Beatum Marcum eius diſcipulum didiciſſe Aegyptios, quod etiam conſtat didiciſſe Romanos. &c.* Clariſſimum autem eſt, in hac Epiſtola verba fieri de Paſchæ celebratione poſt Lunam xiiij. primi menſis: quippe cum ita celebratum ſemper ſit Romæ, & Alexandriæ. Quare cum dicat Protherius, id Romanos quidem à Sancto Petro, Alexandrinos vero à S. Marco didiciſſe, liquet eum aſſerere, Paſcha hoc modo obſeruandum eſſe, ex traditione Apoſtolica.

Paſcha ſēper celebratum eſſe & celebrari debere Dominica prima poſt Lunā xiiij. etiam ſi ea Dominica in Lunam xv. incidat: contra quoſdā qui id negant.

SED vt magis confirmatum relinquatur, Paſcha celebratum eſſe ſemper, præſertim in Eccleſia Romana, ac celebrari debere Dominica proxima poſt Lunam xiiij. primi menſis, etiamſi ea Dominica in Lunam xv. incidat: quod nonnulli obſtinate hoc tempore, neſcio quo conſilio adducti, negare auſi ſunt, conſiderandas adhuc proponimus ſequentes auctoritates. Venerabilis Beda libro de temporum ratione, cap. 58. poſtquam docuit Dominicam diem, quæ poſt xiiij. Lunam occurrit, eſſe Paſchalem Dominicæ Reſurrectionis diem, paulo poſt ſubiungit. *Et ſi fieri poſſet, vt eadem omnibus annis Sabbati die Luna xiiij. contingeret, nihil noſtræ Paſchalis obſeruantiæ tempus à Legali diſcreparet. Nam & ipſi iuxta Legis edicta ſemper xiiij. Luna primi menſis ad veſperam immolantes, & comedentes agni immaculati carnem, ſanguinemque illius ad repellendum exterminatorem noſtris poſtibus aſpergentes, id eſt, quam Baptiſmi, & Paſchalium celebrantes ſolennia Miſſarum, ſpiritalem ſuperemus Aegyptum, atque illuceſcente mane, in Luna xv. eiuſdem menſis primum Azymorum diem intraremus, ſeptemque dies eiuſdem celebritatis legitimos à mane quintidecimi diei vſque in veſperum vigeſimiprimi menſis ipſius, id eſt, à Dominico Paſchæ vſque in Dominicum octauarum Paſcha debita cum veneratione compleremus. Sed quoniam Luna dies eadem diuerſas ſeptimanæ deuoluitur in ferias, inde fit, vt qui propter Reſurrectionem noſtri Redemptoris in Dominicum diem Paſchæ initium reſeruare docemur, aliquoties noſtra feſtiuitas ſeptimo poſt Legalium azymorum exordium die ſumat ingreſſum.* Nonne vident hoc loco contrarium ſentientes, Bedam apertiſſime docere Dominicum diem Paſchæ cadere poſſe in Lunam xv. atque tunc quidem rectiſſime Paſcha celebrari?

IDEM clariſſime tradit cap. 60. vbi ſic ait. *Nam cum in veteri Teſtamento tribus argumentorum indicijs Paſchale tempus ſit obſeruari præceptum; videlicet, vt poſt æquinoctium, vt menſe primo, vt tertia eius ſeptimana, id eſt, à veſpera xiiij. Lunæ, quod eſt initium xv. vſque in veſperam, id eſt, terminum xxi. celebretur; quarta in eiuſdem obſeruatione regula eſt nobis à tempore Dominicæ reſurrectionis impoſita, vt cum æquinoctio tranſcenſo, Lunam primi menſis xiiij. veſperi ortum facere viderimus, non ſtatim ad faciendum Paſcha proſiliamus, ſed Dominicum diem, quo ipſe Paſcha, id eſt, tranſitum de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de pœna ad gloriam reſurgendo facere dignatus eſt, expectantes, in ipſo tandem congrua Paſchæ ſolennia celebremus.* Et Paulo poſt. *Quoties ergo diem Dominicum mox, aduentante xiiij. Luna, habemus, nil noſtrum tempus Paſchale à Legali diſſonat, quamuis alijs ſacramentorum generibus eiuſdem Paſchæ ſolennia colimus. Quoties vero ſecundo, vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel ſexto, vel ſeptimo ab hinc die idem Dominicus occurrerit, ne ſic quidem Legem, aut prophetas ſoluimus, ſed Euangelicæ potius gratiæ ſacramentis adimplemus.* Quam quidem Eccleſiæ conſuetudinem ex Theophilo Alexandrino Epiſcopo quoque confirmat: Idemque cap. 61. & 62. & aliis ſæpe repetit, atque inculcat. Quin etiam lib. 4. cap. 5. hiſt. Eccleſ. tradit, decretum eſſe in Anglicano quodam Concilio coram rege, vt die Dominico poſt Lunam xiiij. primi menſis Paſcha celebraretur. Nec vero id decretum tunc ſolum, ſed etiam omnibus deinceps ſeculis obſeruatum eſt.

B. ISIDORVS Hiſpalenſis, qui floruit anno Domini circiter 630. lib. 1. de Eccleſiaſt. off. cap. 31. id ipſum oſtendit, cum ait. *In tertia hebdomada Lunæ Paſcha celebratur, id eſt, qui dies occurrerit Dominicus à quintodecimo in vigeſimum primum.* Ecce quam aperte docet, Paſcha celebrandum eſſe die Luna xv. ſi Dominica eſt. Si enim quis proterue affirmare velit, celebrandum eſſe Paſcha, ex ſententia B. Iſidori, Dominico die poſt Lunam xv. vſque ad Lunam xxi. cogetur omnino fateri, eo anno, quo dies Dominicus in Lunam decimamquintam incidit, aut nullum haberi Paſcha, cum vſque ad Lunam xxi. incluſiue nullus alius dies Dominicus occurrat, aut

certe

certe Paſcha celebrandum eſſe Luna xxii. quod non admittit B. Iſidorus: quippe, qui Dominicam Paſchæ vltra Lunam xxi. non extendat.

RABANVS deinde Archiepiſcopus Moguntinus, qui vixit anno circiter 855. lib. 2. de inſtit. Cler. cap. 39. eadem prorſus illa verba Iſidori repetit, enumeratque omnes terminos Paſchales, quos hodieque in Eccleſia à Concilio Nicæno acceptos obſeruari cernimus, hiſce verbis. *Initium primi menſis obſeruandum eſt ab octauo Iduum Martiarum, vſque in Nonarum Aprilium diem: quartadecima vero Luna Paſchæ à duodecimo Calendas Aprilis vſque in decimumquartum Calendas Maij quærenda eſt. Porro dies Paſchæ Dominica, ab vndecimo Calendas Aprilis, vſque in ſeptimum Calendas Maij: & hoc à Luna quintadecima, vſque ad vigeſimamprimam. Nunquam ergo contingere poteſt, vt Luna quartadecima primi menſis ante vernale Aequinoctium, quod fit in xij. Calendas Aprilis, eueniat.* Videſne Rabanum docere, Paſcha agi poſſe vndecimo Calendas Aprilis, hoc eſt, die xxij. Martij, poſt primam xiiij. Paſchalem, quam in die xxi. Martii collocat, ac proinde Luna xv? Et paulo infra recitat idem Rabanus illa verba Venerabilis Bedæ, quæ nos paulo ante recenſuimus ex lib. de temporum ratione cap. 58. & 60.

RVPERTVS Abbas Tuitienſis, qui ſcripſit anno fere 1124. lib. 6. de Diuin. off. cap. 27. loquens de Paſchate Chriſtianorum habet hæc verba. *Diuinæ namque auctoritatis eſt, & ex antiqua Lege Moyſi traditum, vt non celebretur ante primi menſis plenilunium, videlicet vbi primum plena Luna poſt vernale occurrit Aequinoctium.* Vbi à Paſchæ celebratione ſolum excludit Lunam xiiij. primi menſis, non autem Lunam xv. ſiue plenilunium.

GVLIELMVS Durantus in Rationali Diuinorum officiorum lib. 8. c. 12. diligenter exponit omnes 29. Lunas xiiij. Paſchales non ſemel, ſed ſæpius, non vno, ſed pluribus modis docens, in Eccleſia primam Lunam xiiij. Paſchalem eſſe xij. Calend. Aprilis, & vltimam xiiij. Calen. Maij: poſt quas ſemper Paſcha celebrari oporteat Dominico die, vbi etiam diſertis verbis affirmat, Paſcha Hebræorum ſemper celebrari in xiiij. Luna & in ſequenti Dominica adeſſe noſtrum Paſcha. Nunquam ergo excludit Lunam xv. ſi fuerit Dominica, quin in ea Paſcha poſſit peragi. Libro quoque 6. cap. 78. aſſerit iuſſu Domini Paſcha celebrandum eſſe in plenilunio, hoc eſt, non quidem ante plenilunium, ſed in aliquo ſeptem dierum tertiæ hebdomadæ, quæ incipit poſt Lunam xiiij. primi menſis in Luna xv. ſiue Plenilunio.

POSTREMO hoc ipſum communi conſenſu omnes Computiſtæ, quotquot de Paſchæ celebratione ſcripſerunt, conſtanter aſſeuerant, vt Io. de Sacroboſco in Computo Eccleſiaſtico: Io. Stoflerinus in Calendario Romano: Cãpanus in Computo Maiori: & Paulus Middelburgenſis Epiſcopus Foroſempronienſis in ſua Paulina (Ita n. inſcripſit immenſum illud volumen de recta Paſchæ celebratione, & de vero die Paſſionis D. Noſtri) pluribus locis, ſed præcipue non longe à principio lib. 12. hunc in modum ſcribit. *Nos ergo in ſupputatione Lunæ Paſchalis, diẽ oppoſitionis Luminariũ vocabimus Lunã xv. quæ ſi in die Dominico inciderit, eodem die Paſcha celebrandum annotabimus, iuxta Canonem à SS. Patribus in Nicæna ſynodo inſtitutum, quo Paſcha celebrari præcipitur die Dominico à xiiij. Luna vſque ad xxi. hoc eſt, die Dominico primo poſt xiiij. Lunam.* quo quid poterat dici clarius? Cum enim oppoſitionem Luminarium ſiue plenilunium, vocet Lunam xv. Solis luce clarius eſt, eum Lunam xiiij. non appellare plenilunium. At videant, qui Lunam xv. à ſolennitate Paſchali conantur excludere, quanta inter Patres & alios ſcriptores ſit conſenſio. Apud neminem eorum reperient, Paſcha celebrandum eſſe die Dominico poſt Lunam xv. primi menſis, ſed ſemper poſt Lunam xiiij. Et erit quiſquam qui exiſtimet, plus paucos hoſce aduerſarios, (ne dicam obtrectatores) quam omnes illos eruditiſſimos viros vidiſſe, qui à naſcentis Eccleſiæ primordiis ad noſtra vſque tempora per manus quaſi traditam ab Apoſtolis de Paſchæ celebratione doctrinam diligentiſſime conſeruarunt? Nam Campanus, qui vnus ex omnibus Computi ſcriptoribus quartamdecimam Paſchalem appellat plenilunium, id propterea facit, quia finis Lunæ xiiij. quando Iudæi Agnum comedere iubebantur, principium eſt Lunæ xv. ſiue Plenilunij, vel quia plerunque Luna xiiij. ex cyclo inuenta in diem Plenilunii incidit, propterea quod cyclus debet Lunam indicare primam, ſiue nouam, vno die poſt Nouilunium cæleſte: id quod diligentiſſime in Calendario Romano (quantum Cyclus permittit) obſeruandum curauimus. Argumento eſt, quod deinde idem Campanus aperte teſtatur, ac docet, Paſcha celebrandum eſſe die Dominico poſt Lunam xiiij. à Nouilunio Cycli.

EX his igitur omnibus conſtat, Paſcha recte ac legitime celebrari poſſe, immo vero ex decretis Patrum celebrandum omnino eſſe Luna xv. hoc eſt, in oppoſitione Luminarium, ſi tunc dies Dominicus ad fuerit. Atque hanc conſuetudinem videmus ſemper in Eccleſia tam orientali, quam occidentali conſeruatam eſſe. Semper namque primo Dominico die poſt Lunam xiiij. Paſcha ad noſtram vſque ætatem celebratum eſt. quod quoties à tẽporibus Nicæni Concilii vſque ad Gregorianã correctionẽ factitatũ ſit, paulo infra percẽſebimus.

7 VERVM enimuero auctoritates omnes, quas attulimus, intelligendas eſſe de Luna xiiij. à Nouilunio Cycli numeranda, vt Campanus docet, (hoc enim ſolum perfugium aduerſariis relinquitur, vt dicant, Lunam xiiij. numerandam eſſe poſt diem Nouilunii, quem Cyclus offert) liquido conſtat ex aureo numero in Calendariis Eccleſiaſticis inſcripto per Dionyſium Abbatem, quo ſemper vſa eſt Eccleſia vſque ad annum 1582. quo Calendarium eſt emendatum; & ex terminis Paſchalibus præfinitis, qui omnes cadunt in Lunæ diem xiiij. ab aureo numero propoſiti anni incluſiue ſupputatum. Ita inter aureum numerum xvi. qui diei octauo Martii præfixus erat, (Infra capite 9. cum de aureo numero in Calendario deſcribendo agemus, reperies Calendarium vetus cum aureis numeris, quo ante annum correctũ vſa eſt Eccleſia) & diem 21. eiuſdem, in quem cadit ex vſu Eccleſiæ eius numeri aurei quartadecima, vides interiectos eſſe dies 12. atque à die 8. incluſiue vſque ad diem 21. incluſiue numerari dies 14. Eademque ratio eſt de cæteris aureis numeris. Quis ergo tam proiectus erit ad audendum, vt nouo more atque inſtituto, à Nouilunio Cycli ad terminum Paſchalem præcipiat numerari dies 15.? Certe hoc eſſe contra Canones, Decreta Pontificum, & doctrinam Patrum, ex eo manifeſtiſſime conuincitur, quod cum à Concilio Nicæno ad hæc vſque tempora, primum nouilunium Paſchale diei octauo Martii tributum ſit, vt perpetuus Eccleſiæ vſus docet, ſi Paſcha poſt Lunam xv. à Nouilunio putatam, vt aduerſarii contendunt, celebrandum foret, nunquam potuiſſet celebrari die 22. Martii, cũ hic dies ſit ab illo nouilunio quintusdecimus; cum tamẽ à Concilio Nicæno ad correctionẽ vſque

Digitized by Google

vſque anni, decem Paſchata die 22. Martii celebrata ſint, ex centum ſeptuaginta quinque, quæ Luna xv. celebrata ſunt, vt paulo poſt oſtendam: Neque illud dicere poſſunt, nouilunium primum Paſchale collocandum eſſe in die 7. Martii, quia nemo vnquam hoc aſſeruit, neque vero ſeptimo die vllus aureus numerus fuit affixus, vt per eum Nouilunium ibidem indicaretur. Iam cum vltimum Nouilunium Paſchale in vſu Eccleſiæ ſemper inciderit in diem 5. Aprilis, ſi ab eo quindecim dies eſſent numerandi, ſtatuendus eſſet terminus Paſchalis ipſius in 19. Aprilis, ac proinde, ſi is foret Dominicus, transferendum eſſet Paſcha in 26. Aprilis, quod inauditum eſt ac nouum. Videtis igitur, (vos nouos Legiſlatores appello) quando Luna xiiii. vno die præuenit plenilunium, quod in Dominicum diem incidat. Paſcha in ipſo plenilunio celebrari ab Eccleſia, neque vnquam, hoc eſſe prohibitum, conuincetis: immo ſæpiſſime id factitatum eſſe à Concilio Nicæno vſque ad correctionem Gregorianam, reperietis. Id quod diſcere etiam facile potuiſſetis ex tabula antiqua feſtorum mobilium. Cum enim in ea præcipiatur Paſcha celebrandum in proxima Litera Dominicali ſub aureo numero, qui quidem Lunam xiiii. indicat, ſiue Paſcha Iudæorum; quis non videt, ſi Dominicalis litera infra aureum numerum proxime reperiatur, (quod non raro euenit) Paſcha celebrari Luna xv. hoc eſt, in plenilunio? Ac ne in cuiuſquam animo vel minimus ſcrupulus reſideat, atque tota res luce clarior ſit, collegi in Tabula, quam mox ſubiiciam, 157. annos, quibus Paſcha celebratum eſt ſtatim poſt Lunam xiiii. à Nouilunio numeratã, à quibus nonnullos annos reperies, in quibus Paſcha plenilunium anteceſſit præſertim prope Concilii Nicæni tempora, annis videlicet 326. 330. 346. 350. 370. 441. 475. 495. nimirum in ſpatio 170. annorum, quod infra cap. 18. numero 5. oſtendam, cum de Luna xiiii. verba faciemus. Neque vero Eccleſia de hiſce qualibuſcunque erroribus magnopere laborauit, quamuis eos viderit. Id modo cauit, vt Canon Concilii vbiuis terrarum æquabiliter ſeruaretur, quo Paſcha poſt Lunam xiiii. celebrari præcipitur, licet interdum, ſed raro, propter Cycli diſpoſitionem, ante Plenilunium ageretur. Ex quo efficitur, Cyclum, quoad eius fieri poteſt, ita ordinandum eſſe in Calendario, vt Lunæ xiiii. Paſchales vno tantum die, nunquam autem duobus, niſi rariſſimè, (cum id nullus Cyclus vitare poſſit, vt ſuo loco monſtrabo) anteuertant plenilunium. Id quod Cyclus Epactarum in Calendario Gregoriano exquiſitiſſime præſtat, cum in eo in 551. annis poſt correctionem anni 1582. numerandis, nimirum anno 2133 ſemel tantum Paſcha ante plenilunium medium celebretur, & in annis 3418. quindecies ſolum, vt cap. 18. Num. 7. & cap. 22. num. 4. trademus, vbi fuſius hac de re ſcripturi ſumus; cum tamen hoc ipſum in Cyclo aurei numeri Concilii Nicæni octies contigerit ſpatio 170. annorum, vt paulo ante dixi, atque id quidem prope eius Concilii tempora, quando Cyclus ille approbatus eſt: quanquam quatuor ex illis annis attigerint in die Paſchæ aliquo modo plenilunium medium, cum id ante Solis occaſum contigerit, vt ex tabella, quam cap. 18. num. 5. proponemus, liquet. quod quidem non eſſe abſurdum, cum id nullus Cyclus vitare poſſit, cap. 22. numero 4. docebimus.

SED ecce vobis annos 175 quibus Paſcha Luna xv. celebratum eſt, vt exemplo etiam cognoſcatis, quam temere conati ſitis conuellere ſtatum Paſchatis Chriſtiani, quod mouere non poſſetis. Ac ne de huius tabulæ fide quiſquam addubitet, conflata ea eſt ex Cyclo magno Dionyſiano 532. annorum, & ex antiqua Tabula feſtorum mobilium: Appoſui autem eiſdem annis aureos numeros, literaſque Dominicales reſpondentes, vt cuiuis planum fiat, tum Paſcha Luna xv. ſecundum Canones eſſe celebratum. Litera porro A, Aprilem; M, Martium ſignificat, iuxta diem Paſchæ deſcripta.

Anni Domini.	Aurei numeri.	Literæ Dominicales.	Paſcha.	Anni Domini.	Aurei numeri.	Literæ Dominicales.	Paſcha.
326	4	B	3 A	496	3	GF	14 A
330	8	D	19 A	499	6	C	11 A
340	18	FE	30 M	509	16	D	22 M
346	5	E	23 M	519	7	F	31 M
350	9	G	8 A	520	8	ED	19 A
370	10	C	28 M	523	11	A	16 A
374	14	E	13 A	536	5	FE	23 M
394	15	A	2 A	540	9	AG	8 A
398	19	C	18 A	543	12	D	5 A
401	3	F	14 A	560	10	DC	28 M
414	16	D	22 M	563	13	G	25 M
425	8	D	19 A	564	14	FE	13 A
441	5	E	23 M	567	17	B	10 A
445	9	G	8 A	570	1	E	6 A
465	10	C	28 M	584	15	BA	2 A
469	14	E	18 A	587	18	E	30 M
475	1	E	6 A	588	19	DC	18 A
489	15	A	2 A	590	2	A	26 M
493	19	C	18 A	594	6	C	11 A
495	2	A	26 M	604	16	ED	12 M

Digitized by Google

Anni Domini.	Aurei numeri.	Literæ Dominicales.	Paſcha.
614	7	F	31 M
618	11	A	16 A
638	12	D	5 A
658	13	G	25 M
662	17	B	10 A
665	1	E	6 A
682	18	E	30 M
685	2	A	26 M
689	6	C	11 A
709	7	F	31 M
713	11	A	16 A
733	12	D	5 A
743	3	F	14 A
753	13	G	25 M
757	17	B	10 A
760	1	FE	6 A
763	4	B	3 A
767	8	D	19 A
777	18	E	30 M
780	2	BA	26 M
783	5	E	23 M
784	6	DC	11 A
787	9	G	8 A
804	6	GF	31 M
807	10	C	28 M
808	11	BA	16 A
811	14	E	13 A
828	12	ED	15 A
831	15	A	2 A
835	19	C	18 A
838	3	F	14 A
848	13	AG	25 M
851	16	D	22 M
852	17	CB	10 A
858	4	B	3 A
862	8	D	19 A
872	18	FE	30 M
878	5	E	23 M
882	9	G	8 A
902	10	C	28 M
906	14	E	13 A
926	15	A	2 A
930	19	C	18 A
933	3	F	14 A
946	16	D	22 M
953	4	B	3 A
957	8	D	19 A
973	5	E	23 M
977	9	G	8 A
997	10	C	28 M
1001	14	E	13 A
1007	1	E	6 A
0021	15	A	2 A
1025	19	C	18 A
1027	2	A	26 M
1028	3	GF	14 A
1031	6	C	11 A
1041	16	D	22 M
1048	4	CB	3 A
1051	7	F	31 M

Anni Domini.	Aurei numeri.	Literæ Dominicales.	Paſcha.
1052	8	ED	19 A
1055	11	A	16 A
1068	5	FE	23 M
1072	9	AG	8 A
1075	12	D	5 A
1092	10	DC	28 M
1095	13	G	25 M
1096	14	FE	13 A
1099	17	B	10 A
1102	1	E	6 A
1116	15	BA	2 A
1119	18	E	30 M
1120	19	DC	18 A
1122	2	A	26 M
1126	6	C	11 A
1136	16	ED	22 M
1146	7	F	31 M
1150	11	A	16 A
1170	12	D	5 A
1190	13	G	25 M
1194	17	B	10 A
1197	1	E	6 A
1214	18	E	30 M
1217	2	A	26 M
1221	6	C	11 A
1241	7	F	31 M
1245	11	A	16 A
1265	12	D	5 A
1275	3	F	14 A
1285	13	G	25 M
1289	17	B	10 A
1292	1	FE	6 A
1295	4	B	3 A
1299	8	D	19 A
1309	18	E	30 M
1312	2	BA	26 M
1315	5	E	23 M
1316	6	DC	11 A
1319	9	G	8 A
1336	7	GF	31 M
1339	10	C	28 M
1340	11	BA	16 A
1343	14	E	13 A
1360	13	ED	5 A
1363	15	A	2 A
1367	19	C	18 A
1370	3	F	14 A
1380	13	AG	25 M
1183	16	D	22 M
1384	17	CB	10 A
1390	4	B	3 A
1394	8	D	19 A
1404	18	FE	30 M
1410	5	E	23 M
2414	9	G	8 A
1434	10	C	28 M
1438	14	E	13 A
1458	15	A	2 A
1462	19	C	18 A
1465	3	F	14 A

Digitized by Google

Anni Domini.	Aurei numeri.	Literæ Dominicales.	Paſcha.	Anni Domini.	Aurei numeri.	Literæ Dominicales.	Paſcha.
1478	16	D	22 M	1553	15	A	2 A
1485	4	B	3 A	1557	19	C	18 A
1489	8	D	19 A	1559	2	A	26 M
1505	5	E	23 M	1560	3	GF	14 A
1509	9	G	8 A	1563	6	C	11 A
1529	10	C	28 M	1573	16	D	22 M
1533	14	E	13 A	1580	4	CB	3 A
1539	1	E	6 A				

NEC vero id proprium Eccleſiæ Latinæ, ſiue occidentalis fuit, vt ſtatim poſt Lunam xiiii. à Nouilunio putatam Paſcha celebraret, ſi proxime inſequens dies ſit Dominicus: eundem perpetuo morem tenuit ac tenet Orientalis Eccleſia, quod patet ex tabulis, & regulis inueniendorum feſtorum mobilium, quibus orientales vtuntur, & quas tempore Gregorii xiij. Ignatius Patriarcha Antiochenus Romam attulit, nobiſq; omnibus, qui ad Calendarium corrigendum congregati eramus, inſpiciendas obtulit. Age vero, quis non videt, (id quod paulo etiam ante diximus) ſi Paſcha non poſſet celebrari Dominico die, qui in plenilunium, ſiue Lunam xv. incidit, illud celebrandum eſſe Luna xxij.? & quidem ſi dies 19. Aprilis foret Dominicus incidens in plenilunium Paſchale, differendum eſſe & in Lunam xxij. & in diem xxvi. Aprilis.? Atqui hoc nunquam eſt auditum, & prorſus Canonibus contrarium eſt, vt ex ijs, quæ diximus, liquet. Toto igitur cœlo errant, qui aſſerunt, in plenilunio Paſcha non poſſe celebrari.

8 HIS ita conſtitutis, Paſcha dominico die poſt Lunam xiiij. primi menſis celebrandum eſſe, explicandum paulo diligentius eſt, primum menſem eſſe eum, cuius Luna xiiij. in æquinoctii diem incidit, vel eundem proxime conſequitur, vt ſupra aſſeruimus. Non enim deſunt, qui primum menſem aliter definiendum cenſeant, (quod quidem illis per imprudentiam potius excidiſſe puto, quam vt mordicus ſententiam ſuam tueri velint.) eum videlicet menſem appellantes primum, cuius Nouilunium diei æquinoctii propinquius eſt. Sed hi maxime decipiuntur. Nam cum fieri poſſit, vt duo Nouilunia æqualiter ab æquinoctii die diſtent, vnum quidem ante, alterum vero poſt, ambigi poſſet, ac merito, vtrum illorum pro Paſchæ celebritate eligendum foret. Conſtituto enim, verbi gratia, æquinoctio in 21. die Martii, ſi plenilunium medium, ſiue oppoſitio Luminarium media (Mediis enim motibus potius, quam veris, hoc in negotio vtitur Eccleſia, vt cap. 4. oſtendemus.) incidat in meridiem diei 21. Martii, tanto interuallo à meridie diei 21. aberit Nouilunium medium, quod diem æquinoctii præcedit, quanto ab eodem diſtat Nouilunium Medium, quod eundem diem æquinoctii ſubſequitur; cum vtrumque à medio plenilunio abſit diebus 14. horis 18. min. 22. ſec. 2. fere, vt ſuo loco exponemus. Quocirca iure optimo ambigere quis poſſit, vtrum ex duobus illis Nouiluniis ad primum menſem ſpectet. Manifeſtius hoc ex Cyclo decennouennali aurei Numeri intelligetur, quo Eccleſia Catholica à Concilio Nicæno vſque ad hanc Calendarii correctionem vſa eſt. In eo namque aureus Numerus 8. poſitus erat & ad diem 6. Martii, & ad diem 5. Aprilis. Quare cum vterque dies æquali ſpatio à die 21. Martii remotus ſit, quod tam inter diem 6. & 21. Martij, quam inter diem 5. Aprilis, & 21. Martij dies 14. interiiciantur, ambiguum erit, num Nouilunium diei 6. Martij Paſchale ſit, an potius illud, quod die 5. Aprilis contingit.

Error quorundam in primo menſe definiendo.

IDEM quoque apparet ex Cyclo Epactarum noui Calendarij, quem quidem recte in eo diſtributum eſſe per menſium dies, poſtea demonſtrabimus. Cum enim epacta xxv. ordinaria appoſita quoque ſit & ad diem 6. Martij, & ad 5. Aprilis, orietur neceſſario eadem ambiguitas de primo menſe Paſchali eligendo: maiorque difficultas exiſtet, quando Epacta xxiiii. in vſu eſt, quod eius Nouilunium die 7. Martij contingens ſit æquinoctio, hoc eſt, diei 21. Martij propinquius, quam Nouilunium eiuſdem, quod die 5. Aprilis accidit: quippe cum inter diem 7. Martij, & 21. interponantur tantum dies 13. inter diem autem 5. Aprilis & 21. Martij interiecti ſint dies 14. Ex ſententia ergo eorum, qui ex Nouilunio primum Menſem arbitrantur eſſe metiendum, foret Nouilunium illud diei 7. Martij Paſchale, aliud vero in diem 5. Aprilis incidens reiiciendum eſſet, tanquam non Paſchale. quod omnino falſum eſt, & contra vſum vetuſtiſſimum Eccleſiæ Catholicæ, quæ Nouilunium diei 7 Martij reſpuit, atque ſequens, quod die 5. Aprilis accidit, Paſchale ſtatuit, non aliam ob cauſam, niſi quod prioris dies 14. cadat in diem 20. Martij ante æquinoctium, atque ob id ad vltimum menſem anni referendum ſit.

RECTIVS ergo primus menſis deſcribitur per Lunam xiiij. quæ vel in æquinoctij diem incidit, vel eum proxime conſequitur, vt & à nobis factum eſt, & ante nos à compluribus ſcriptoribus Eccleſiaſt. comprobatũ, præſertim à Venerabili Beda hac in re exercitatiſſimo cũ aliis in locis, tum in his paucis, quæ in confirmationem noſtræ ſententiæ adducenda cenſuimus. Libro ergo de temporum ratione c. 49. aduerſus Victorium quendam, qui aliter primum menſem, & Lunas quartasdecimas Paſchales ſupputabat, ita ſcribit. *Nos Ægyptiam calculandi diſciplinam, quã & tuo iudicio, (Alloquitur autem Victorium) & vniuerſalis Eccleſiæ conſenſu verior apparet, omnibus ſequendam nouimus: Initium videlicet primi Menſis ab octauo Iduum Martiarum vſque in Nonarum Aprilium diem: quartasdecimas vero Lunas Paſchæ à duodecimo Calendarum Aprilium vſque in decimumquartum Calendas Maias: Porro diem Paſchæ Dominicum ab vndecimo Calendarum Aprilium vſque in ſeptimum Calendarum Maiarum; & hoc in Luna xv. vſque in xxi. eſſe quærendum.* Quibus verbis aperte primam Lunam xiiii. Paſchalem Beda in die æquinoctij collocat, & vltimam in die 18. Aprilis; ac proinde vult primum menſem, id eſt, Paſchalem

Menſem primũ recte dicit eum, cuius Luna xiiij. in diẽ æquinoctij incidit, vel eum proxime ſequitur.

Digitized by Google

eſſe eum, cuius Luna xiiii. cadit vel in diem æquinoctij, vel ipſum proxime ſequitur. Idem apertius declarat cap. 43. eiuſdem libri in hunc modum: *Qui vtrique (anni ſcilicet communes & emboliſmici) ſicut ſupra dictum eſt ab exordio primi menſis, quem Hebræi Niſan vocant, hoc eſt, ab accenſione Lunæ Paſchalis initium ſumunt, cuius exordium menſis hac regula debet obſeruari: vt nunquam Luna Paſchæ xiiij. vernum præcedat æquinoctium, ſed vel in ipſo æquinoctio, hoc eſt, duodecimo Calendarum Aprilium, vel eo tranſgreſſo, legitima procedat. Vnde fit, vt ab octauo Iduum Martiarum die vſque in Nonarum Aprilium diem Lunaris anni ſint quærenda primordia. Ipſa autem Luna xiiij. cum primum xij. Calendas Apriles, cum nouiſſime xiiij. calendas Maias occurrendo, diem feſti Paſchalis ab xi. Calendas Aprilis vſque in vij. Calendas Maias faciat inquirendum.* Idem repetit cap. 57. his verbis. *Nam quæ poſt xiiij. Lunam Dominica dies occurrit, ipſa eſt Paſchalis Dominicæ Reſurrectionis dies, quæ quidem xiiij. Luna primum in æquinoctio, id eſt xij. Calendarum Aprilium, vltimum vigeſimo nono ab hinc die, id eſt, xiiij. Calendarum Maiarum ſub veſpere proceſſum terris oſtendit.* Denique cap. 60. hoc modo loquitur. *Cuius primi menſis, ſeptemque eius dierum azymorum nunc regula talis eſt, vt quæ poſt æquinoctium xv. Luna occurrerit, primi menſis intelligatur, & hæc quemcunque ſeptem dierum, vſque ad xxi. Dominicum acceperit, Paſchalis feſti gaudijs aptum porrigat.*

Tria in celebratione Paſchæ obſeruanda ex decretis Pontificum & Conciliorum. Æquinoctio verno diem 21. Martij à Niceno Concilio tributum eſſe.

9 ITAQVE cum tria, ex decretis SS. Pontificum, & Conciliorum, vt diximus, in recta Paſchę celebratione, vnde cętera mobilia feſta pendent, obſeruet Romana & Catholica Eccleſia: Æquinoctium vernum, Lunam xiiii. primi menſis, & primam Dominicam poſt illam Lunam xiiii. declarandum iam eſt, quam rationem Eccleſia ſecuta ſit, vt vbiuis locorum eodem tempore à fidelibus ſacra Paſchę ſolennitas perageretur, hoc eſt, vt tria illa, quę ad eius celebrationem neceſſaria eſſe diximus, ab omnibus eodem modo inquirerentur, ita vt nulla prorſus diſcrepantia in eis exiſteret.

10 PRIMVM igitur, ne cuiuis libera concederetur poteſtas errãdi in æquinoctio, & die xiiii. Lunę primi menſis, ac Dominico die ad celebrandum Paſcha definiendo, ſtatutum eſt à Patribus Concilij Nicæni, vt æquinoctio verno tribueretur dies 21. Martij, quo die tunc, aut circiter æquinoctium fiebat. Ex quo fit, vt illa dies xiiij. Lunę, quę antecedit diem 21. Martii, cenſeatur pertinere ad vltimum anni menſem, non autem ad primum, ac proinde apta non ſit ad Paſchę celebritatem: quę vero dies xiiij. Lunę in diem 21. Martij cadit, vel ſi non eum in diem incidit, quę poſt diem 21. Martij primo loco occurrit, legitima ſit ad Paſcha celebrandum. Ex his perſpicuum eſt omnia Nouilunia, ac ſola, quę ab 8. die Martij vſque ad 5 Aprilis contingunt incluſiue, eſſe Paſchalia, quę ſunt numero 29. nimirum 24. in poſterioribus 24. diebus Martij, & 5. in prioribus 5. Aprilis diebus. quamuis ante anni reſtitutionem in 29. illis diebus Eccleſia vſurpauerit tantummodo nouendecim Nouilunia, quod nouendecim aurei numeri, quibus vtebatur, dies ſolum 19 occuparent. Nunc vero poſt emendationem Calendarij, Epactę in ſingulis illis 29. diebus Nouilunium accidere poſſe oſtendunt. Eſſe autem omnia illa 29. Nouilunia, ac ſola Paſchalia, liquido conſtat, cum illorum 29. menſium Lunarium nulla dies xiiii. Lunę diem 21. Martij in quo æquinoctium conſtitutum eſt, antecedat, ſed cuiuſque dies xiiij. æquinoctij diem, quem diximus, conſequatur, primo Nouilunio excepto, cuius dies xiiij. in ipſum diem 21. incidit: cuiuſuis autem alterius Nouilunij diem 8. Martij antecedentis dies xiiij. æquinoctium prę ueniat, diem denique xiiij. Nouilunij cuiuslibet, quod diem 5. Aprilis ſubſequitur, altera iam dies xiiij. Lunę anteceſſerit Paſchalis, vt perſpicuum eſt. Quæ cum ita ſint, liquet Paſcha ſemper poſſe, ac debere celebrari in aliquo dierum à 22. Martij vſque ad 25. Aprilis: adeo vt primum Paſcha ac citimum celebrari poſſit die 22. Martij. poſtremum vero atque vltimum die 25. Aprilis: totaque ſolennitas Paſchalis latitudinem habeat 35. dierum, quorum priores 10. ad finem Martij, poſteriores autem 25. ad principium Aprilis pertineant. Nam quando dies 21. Martij eſt dies Sabbati, & in eundem dies xiiij. Lunę cadit, quæ prima Paſchalis eſt, erit ſequenti die Dominico, id eſt, die 22. Martij, ſolennitas Paſchę, atque ante hunc diem Paſcha celebrari rite non poteſt, neque vnquam ad hanc diem poſt Concilium Nicænum celebratum eſt. Quando item dies 18. Aprilis eſt dies Dominicus, & in eundẽ dies xiiii. Lunæ incidit, quæ poſtrema Paſchalis eſt, celebrabitur Paſcha proxime ſequenti die Dominico, nimirum die 25. Aprilis, poſt quem diem Paſcha ex decreto Concilij Nicæni ſine flagitio celebrari non poteſt. Atque hoſce terminos Paſchales Concilij Nicęni auctoritate conſtitutos accepimus, qui ex collocatione æquinoctij in 21. die Martij neceſſario colliguntur, vt diximus.

Quot diebus anni, & quibus Paſcha celebrari poſſit ex Niceni Concilij decreto.

Nouilunia per aureos numeros in Calẽdario diſpoſitos inueſtigata eſſe ante correctionẽ anni, vt omnes iiſdẽ diebus Neomenias celebrarent.

11 DEINDE vt in Nouiluniis, atque adeo in diebus xiiij. Lunæ nulla inter Chriſtianos amplius diſſenſio oriretur, quemadmodum à Concilio Nicęno vſque ad tempora ferme Iuſtiniani Imperatoris acciderat, ſed omnes eiſdem diebus primam diem Lunæ pronunciarent, diſpoſiti fuere à Dionyſio Abbate 19. aurei numeri ab Alexandrinis accepti per dies in Calendario tali artificio, vt quilibet ei diei cuiuſuis menſis præfigeretur, in quo Nouilunium accidebat illo anno, quo aureus ille numerus præfixus in vſu erat. Itaque currente aureo numero 1. fiebat toto eo anno Nouilunium in illa die cuiuſque menſis, cui præfixus erat aureus 1. Currente vero aureo numero 2. fiebat Nouilunium eo die, qui aureum numerum 2. pręfixum habebat; atque ita de cęteris: Ita vt Nouilunia in diuerſos ſemper dies cuiuſuis menſis inciderent, quemadmodum & omnes 19. aurei numeri diuerſis diebus menſium aſcripti erant; donec 19. anni eſſent tranſacti, poſt quos iterum aureus numerus erat 1. Nouiluniaque propterea ad eoſdem redibant dies, &c. Sed hac de re plura reperies, vbi de anno Lunari diſputabimus.

Cyclum literarũ Dominicaliũ eſſe inuẽtũ, vt in Dominico die celebrando nulla eſſet diſſenſio.

POSTREMO vt omnibus conſtaret, quando eſſet dies Dominica, inſtitutus fuit Cyclus Literarum Dominicalium continens 28. annos, vt litera Dominicali cuiuſuis anni cognita, nulla eſſet in dici Dominicæ atque adeo in ſolennitatis Paſchalis celebratione diuerſitas apud Chriſtianos.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT II.

Calendarium cur corrigi debuerit, & in quo eius correctio conſiſtat.

OMNIA, quæ in Paſchæ celebritate à fidelibus obſeruanda eſſe diximus, recte ſane ac ſapienter auctoritate Nicæni Concilij definita ſunt, & ab aliis Conciliis, ſummiſque Pontificibus confirmata. Verum quia æquinoctiũ vernum noſtra tẽpeſtate non amplius contingebat die 21. Martij, ſed 11. ferme die. Nouilunia item non recte per aureos numeros in Calendario collocatos indicabantur, ſed quatuor diebus, & amplius, ſerius, quam oportebat, (cuius rei cauſam ſuis locis aperiam) factum eſt, vt Paſcha ſæpenumero contra ſanctionem Concilii Nicæni vſque ad hoc tempus celebratum ſit. Nam quoniam, vt ſupra diximus, primus menſis Lunaris, atque adeo Paſchalis eſt ille, cuius dies xiiij. Lunæ vel in diem æquinoctii Verni cadit, vel ipſum proxime ſequitur; æquinoctium autem Vernum hoc tempore ante correctionem Calendarij circa diem 11. Martij contingebat: ſequitur, vt omnes Lunæ xiiij. à die 11. Martii vſque ad 20. fuerint ex præſcripto Concilii Nicæni Paſchales, hoc eſt, primi menſis, quas tamen, tanquam eas, quæ ad vltimum menſem ſpectarent, & æquinoctium antecederent, Eccleſia ſemper reſpuit; propterea quod æquinoctium Vernum diei 21. Martii cum Concilio Nicæno affixit. Ex quo factum eſt, vt quotieſcunque Lunæ dies xiiij. diem 10. Martii ſequebatur, & 21. diem antecedebat, (quod quidem accidit, quotieſcunque in vſu fuit aliquis ex his aureis numeris 3. 6. 8. 11. 14. 19.) hac noſtra tempeſtate ante Calendarij reſtitutionem, Paſcha menſe ſecundo celebratum ſit. atque hic error in dies obſcure ſerpens longius progreſſus eſſet, niſi remedium per anni correctionem eſſet adhibitum: adeo vt progreſſu temporis, omnes Lunæ xiiij. Paſchales reiectæ eſſent, tanquam inutiles, ſemperque Paſcha in ſecundo menſe, immo tandem in tertio, quarto, &c. atque in ipſa æſtate fuiſſet celebratum: quod fuiſſet ſane abſurdiſſimum, & Patrum decretis omnino contrarium. Eueniſſet autem hoc ſucceſſu temporis, quia æquinoctium perpetuo verſus menſium initium aſcendiſſet per vnum diem ſpatio 134. annorum, vt paulo poſt docebimus. Hinc enim effectum eſſet, vt quando æquinoctium à die 21. Martij diebus 29. receſſiſſet, aut pluribus, nimirum poſt annum 4100. nullum Paſcha in primo menſe fuiſſet celebratum.

2 DEINDE propter quatuor illos dies, & amplius, quibus Nouilunia, vt diximus, ſerius, quam res poſtulabat, per aureos numeros in Calendario indicabantur, ſæpe accidebat, vt Paſcha celebraretur Luna xxv. quando nimirum Luna xiiij. per aureum numerum inuenta, quę verius erat Luna xviij. incidebat in diem Dominicum, ac proinde Paſcha in ſequentẽ Dominicũ diem differebatur. Hoc autẽ manifeſte repugnat Decretis ſummorum Pontificum, & Concilij Nicæni, quæ ſemel, atque iterum inculcant, Paſcha celebrandum eſſe à Luna xiiij. primi menſis excluſiue, vſque ad xxi eiuſdem incluſiue. Sane ab anno 1500. vſq; ad annũ 1582. quo correctum eſt Calendarium, hoc eſt, in ſpatio 83. annorum, feſti dies Paſchæ 54. fuerunt non rite celebrati, & tantum 29. rite. Et niſi reſtitutum eſſet Calendarium, in reliquis 17. annis vſque ad annum 1600. duodecies Paſcha perperam celebratum eſſet, quinquies duntaxat recte. Atque eiuſmodi error, niſi remedio aliquo ei eſſet occurſum, maior deinceps euaſiſſet: Ita contigiſſet, vt ſacroſanctum Paſcha Luna xxx. atque adeo in Nouilunio ipſo, ſiue Luna j. & Luna ij. iij. &c. celebraretur. Quæ res quantum incommodi ſecum allatura fuerit, & quam abſona atque abſurda, ne dicam ridicula, fuerit euaſura, nemo eſt, qui non videat.

EX hoc errore æquinoctii verni, & Lunæ xiiij. factum eſt, vt Paſcha ſæpiſſime celebratum ſit 7. aut 28. aut 35. diebus tardius hoc ſeculo, quam Decreta Patrum præcipiunt. Id quod vſuuenit hiſce annis, 1565. 1568. 1576. 1579. Idemque eueniſſet, ſi emendatum non fuiſſet Calendarium, annis 1595. 1598. 1603. 1606. 1614. & pleriſque aliis, in quibus omnibus erratum eſſet in Paſchæ celebratione diebus 35. & eo amplius, vt annos omittam, in quibus vel vigintiocto, vel ſeptem dierum error commiſſus eſſet, quod perſpicue apparebit ex capite 22. vbi Paſchæ ſolemnitates, aliaque feſta mobilia annorum 3401. ab anno 1600. ad annum vſque 5000. ſupputauimus, cum erroribus, qui ſecundum vſum Eccleſiaſticum commiſſi eſſent, ſi Calendarium vetus retentum fuiſſet; ex quibus omnibus feſti dies Paſchæ tantum 265. ſecundum Calendarium antiquum reperiuntur legitimi, alii vero 3136. contra Patrum Decreta celebrati, & quidem 581. cum errore 35. dierum, ac 881. cum errore 42. dierum & 49. cum errore 49. dierum: vt illa Paſchata omittam, quæ errorem habent 7. 14. & 28. dierum, quæ plurima ſunt. Immo (quod abſurdius eſt) poſt annum 2698. nullum amplius Paſcha legitimum reperitur, qui quidem error in plures dies progreſſu temporis excreuiſſet, niſi correctum eſſet Calendarium.

4 PRAETER hæc incommoda, & abſurda in Paſchæ ſolemnitate peragenda, multa alia in aliis rebus fuiſſent conſecuta, ſi Calendarii emendatio inſtituta non fuiſſet. Primum enim Natalis dies Redemptoris noſtri, qui à primis Patribus prope ſolſtitium hyemale celebrabatur, ad æquinoctium vernum; Incarnationis autem dies eiuſdem, qui die 25. Martij prope æquinoctium vernum celebratus ſemper fuit, relicto æquinoctio verno, ad ſolſtitium æſtiuum; dies denique Natalis S. Ioannis Baptiſtæ, qui prope æſtiuum ſolſtitium à veteribus colebatur, ad autumnale æquinoctium prolapſurus fuiſſet. quæ omnia abſurda ſunt, & abſona. Nam quod præcurſor filij Dei tempore ſolſtitij æſtiui natus ſit, & quod ipſe filius Dei carnem ſumere voluerit æquinoctii verni tempore, & prope hyemale ſolſtitium naſci, myſterio carere putandum non eſt, ſed ex ordinatione diuina ita ab æterno ſtatutũ fuiſſe, omnino eſt exiſtimandum: id quod multi ex SS. Patribus

Aequinoctium, Nouiluniaque tẽpore, quo Calẽdariũ à Gregorio corrigebatur, non eiſdem diebus contigiſſe, quib. tẽpore Concilii Nicæni fiebant.

Quæ lunationes ex Conc. Nic. Paſchales reiectæ fuerint, tanquam non Paſchales ante correctionem Calẽdarii, propter errorẽ æquinoctij.

Quãdo Paſcha in mẽſe ſecundo ante correctionem celebratum ſit propter æquinoctij errorem.

Niſi Calẽdarium fuiſſet correctum, accidiſſet poſt aliquot annos Paſcha ſemper in ſecũdo menſe, tertio quarto, &c. celebrari, propter æquinoctii verſus initia menſium aſcenſum.

Quãdo Paſcha ante correctionẽ celebratũ ſit Luna xxv, ob Nouiluniorũ per aureos numeros inuentorũ errorem.

Niſi correctum fuiſſet Calẽdarium, Paſcha celebrari contigiſſet, Luna ii. iij, &c. ob errorem Nouiluniorum, quæ per aureos numeros inquirebantur.

Ob errorem æquinoctii, & Lunæ xiiij. ex aureis numeris inuentæ, ſæpe in celebritate Paſchæ contigiſſe errorem 7. aut 28. aut 35. dierum ante emendationem Calẽdarij.

Committi contigiſſet in Paſchæ celebratione poſt multos annos errorem 42. dierum & amplius, niſi correctum eſſet Calendarium.

Incommoda Hiſtoriarum, temporum, & præcipuarum anni celebritatum, ſi Calendarium emendatum non eſſet.

Digitized by Google

affirmant, eleganterque docent. Solemnitates igitur quæ in harum rerum memoriam Eccleſia Catholica inſtituit, iiſdem anni temporibus peragendæ ſunt, quibus diuina voluntate præordinatæ fuerunt. Noſtra vero ætate, antequam Calendarium corrigeretur, longe aliter celebrabantur: ſiquidem omnes dies feſti, quos immobiles appellamus, decem diebus integris à locis, in quibus à primis Patribus fuerunt collocati, receſſerant: quot nimirum diebus æquinoctia, atque ſolſtitia ſedes ſuas à Concilio Nicæno ad noſtra vſque tempora in Calendario anteuerterant.

HVC accedit, quod noſtris temporibus ante anni reſtitutionem Nouilunia, ætasque Lunæ in Eccleſiis nunquam recte fuerit pronunciata, propter aurei numeri imperfectionem, quod ferendum non erat; cum in primitiua Eccleſia menſium Lunarium magna ſemper habita fuerit ratio: quippe cum in Martyrologio vna cum die menſis Solaris etiam dies Lunaris menſis, (qui mos adhuc in Eccleſia laudabiliter conſeruatur) conſueuerit pronunciari.

POSTREMO propter imperfectam Solaris anni magnitudinem, qua Eccleſia ſemper vſa eſt, menſes omnes in Calendario retrocedebant, hoc eſt, tempus illud anni, quod nunc nomine menſis Iunij intelligitur, & in quo ſolſtitium æſtiuum continetur, pedetentim verſus menſem Maium prorepebat, ita vt, retrocedente menſe Iunio, ſolſtitium æſtiuum progreſſu temporis futurum fuiſſet in menſe Maio: dies Caniculares in Iunio, qui nunc in Iulio reperiuntur. Ver, quod nunc eſt in Martio, in Februario: ſolſtitium denique hybernum, quod in Decembri nunc contingit, in Nouembri. Deinde durante adhuc iſto errore, æſtiuum ſolſtitium prolapſurum fuiſſet in Aprilem; Dies caniculares in Maium: Ver in Ianuarium; hybernum denique ſoſtitium in Octobrem; & ſic deinceps omnia hæc in alios atque alios menſes fuiſſent progreſſa. Ex quo ſequeretur, non ſolum celebritates dierum feſtorum à ſuis ſedibus, vt diximus, deturbari, verum etiam omnem ordinem Eccleſiaſticum in diuinis officiis perſoluendis hactenus obſeruatum, mirum in modum ſubuerti atq; immutari. Sunt n. ita ordinata, ac diſtincta diuina officia, vt certis anni temporibus certæ quædam lectiones, hiſtoriæue in horis canonicis ex ſacra ſcriptura recitentur, quæ quidem per certos etiam menſes quoſdam ſunt diſpoſitæ. Cum ergo menſes omnes ex vna in aliam, atque aliam anni partem, nullo puncto temporis intermiſſo migrarent, vt dictum eſt, ſi Calendarium manſiſſet non correctum, atque emendatum, quis non videt, Lectiones, hiſtoriaſque ex Scriptura ſacra alio anni tempore recitandas fuiſſe, quam quo inſtitutæ reperiuntur? Quod etiam multo magis de quibuſdam Prophetiis, quales potiſſimum ſunt illæ, quæ in quatuor temporibus in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio leguntur, dicendum eſt. Omitto, ſi Calendarium non fuiſſet reſtitutum hiſtorias, tam diuinarum, quam humanarum rerum, & Chronographias, obſcurandas fuiſſe, quæ tanta cura, diligentiaque à noſtris Maioribus conſcriptæ fuerunt, & quarum cognitio non parum adiumenti commoditatiſque publice priuatimque afferre ſolet. Non minus quoque perturbarentur ea, quæ in Antiquorum libris de Agricultura, & Nautica ſcripta ſunt. Non raro enim præcipitur, hoc in iſto menſe eſſe factitandum, & illud in alio, his aut illis diebus anni inſtituendam eſſe nauigationem, in aliis vero nauigationem eſſe periculoſam; quæ omnino amplius non ſeruarentur, cum menſes, vt dictum eſt, mutaſſent anni partes, quæ quidem omnes ad æquinoctium, quod in Martio fiebat, referuntur. Eadem ratione falſo ſextus menſis à Martio nominaretur Sextilis, & inſequentes, September, October, Nouember, ac December: quippe cum amplius ordinem illum ab æquinoctio Verno, quod primo menſi debetur, & quod à Martio receſſiſſet, non ſeruarent.

Neceſſitas correctionis Calendarij.

5 IGITVR, vt incommoda hæc omnia, atque abſurda, quæ recenſuimus, vitarentur, & ne in maiora incideret poſteritas, neceſſarium omnino fuit, vt annus & Calendarium emendaretur, hoc eſt, vt æquinoctium vernum in priſtinam ſuam ſedem à Patribus Concilij Nicæni ei tributam, nimirum in diem 21. Martij reſtitueretur, Nouiluniaq; per numeros in Calendario diſpoſitos ita monſtrarentur, vt eorũ plenilunia (maior enim ratio pleniluniorum, quam Nouiluniorum, habetur ab Eccleſia, propter Paſchæ ſolemnitatem, vt ſuo loco dicetur) ab illis, quæ calculus Aſtronomorum ſecundum medium motum exhibet, quoad eius fieri poteſt, non diſcreparent. Quoniam vero æquinoctium in ſuam ſedem reſtitui non potuit, niſi per aliquot dierum exemptionem, factum eſt, vt cyclus Solaris, ſiue Literarum Dominicalium ad hoc vſque tempus in Eccleſia Dei vſitatus neceſſario interrumpendus fuerit: quod etiam eueniet, quotieſcunque ad æquinoctium in ſua ſede retinendum dies ex anno demetur. Oportuit ergo Cyclum hunc ita quoque innouare, vt per eum quocunque anno propoſito Litera Dominicalis non ſecus poſt correctionem Calendarij, atque ante, poſſet inueniri, licet ex anno nonnunquam dies eximatur. Itaque in his tribus, æquinoctij reſtitutione, & in propria ſede retentione; Nouiluniorum emendatione, atque innouatione Cycli Solaris, totum negotium correctionis Calendarij conſiſtit. Quæ recte à Gregorio XIII. inſtaurata eſſe, & qua ratione id factum ſit, in ijs, quæ ſequuntur, planum faciemus.

In tribus correctionẽ Calendarij conſiſtere, & quæ illa ſint.

CAPVT III.

Æquinoctium Vernum cur ad diem 21. Martij potiſſimum, & qua ratione reuocatum ſit.

Sententiæ variæ de æquinoctij reſtitutione.

EORVM qui de Calendarij emendatione ſcripſerunt, variæ de Æquinoctij reſtitutione fuerunt ſententiæ. Quidam enim illud relinquendum eſſe cenſebant eo die, quo correctionis tempore reperiebatur, die videlicet 11 Martij. Alij autem ad diem 25. eiuſdẽ menſis reuocandum eſſe aſſeuerabant, hoc eſt, ad diem Dominicæ incarnationis: propterea quod arbitrabantur, incarnationem æterni filij Dei æquinoctio verno factã eſſe. Pleriq; demum prudentiori conſilio reſtituendũ contendebant ad diem 21. Mar. vbi Nicæni Concilij tẽpore fere deprehẽdebatur. Atq; horũ opinionẽ merito Gregorius XIII. amplexus eſt, quippe quæ

Digitized by Google

quæ minus nouitatis, ac mutationis contineat, quod ex incommodis aliarum ſententiarum perſpicuum fiet. Nam ſi æquinoctium circa diem 11. Martij relictum eſſet, vbi ante correctionem erat, aut ad diem 25. Martij eſſet reuocatum, aut ad alium quemcunque diem, à die 21. Martii diuerſum, oportuiſſet Eccleſiam immutare omnes terminos Paſchales auctoritate Concilij Nicæni conſtitutos, omniaque Breuiaria ac Miſſalia renouare; cum omnia hæc ita ſint digeſta, atque ordinata, ac ſi æquinoctium vernum die 21. Martij perpetuo contingeret: quę res quantam perturbationem allatura fuerit fidelibus, ſi vidiſſent, Paſcha, & alia feſta mobilia aliis diebus nunc, quam olim ab antiquis Patribus, celebrari, nemo eſt, qui dubitet: præſertim vero, cum non exiguum detrimentum hominibus Eccleſiaſticis importaret, propter innumerabilium ferme librorum Eccleſiaſticorum iacturam, & immenſos ſumptus, qui coemendis nouis libris ad Dei cultum pertinentibus neceſſarij eſſent. Habent enim pleræque Eccleſiæ, ac Monaſteria horum librorum bibliothecas multis aureorum millibus æſtimatas, quæ omnes inutiles factæ eſſent. Huc accedit, quod cum omnes Eccleſiæ Orientales, quę numeroſæ ſunt, & quarum ratio maxime habenda erat, Canonem de Paſcha celebrando in Concilio Nicæno confirmatum religioſiſſime cuſtodiant, non potuit vernum æquinoctium maiore omnium Eccleſiarũ cõmodo ad alium diẽ reuocari, quã ad diem 21. Martij, vbi tempore Nicæni Concilij reperiebatur. Hac enim ratione Decretum de celebratione Paſchæ à Patribus in eo Concilio ſancitum permanſit intactum prorſus, atque illæſum. Poſtremo quoniam cum maior pars Martyrum, Doctorum, Confeſſorum, ac Virginum, quorum ſolennitates grata memoria pie veneratur Eccleſia, circa tempora Nicæni Concilij floruerit; Martyrum quidem paulo ante ſub Decio, & Diocletiano crudeliſſimis Eccleſiæ Dei perſecutoribus, Confeſſorum vero ipſo Concilij tempore, vel paulo poſt, temporibus Baſilij, Gregorij Nazianzeni. Ioan. Chryſoſtomi, Damaſceni, Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi, Leonis, Gregorij Magni, & quando ſolitudines Aegypti, ac Paleſtinæ innumera Monachorum, & Anachoretarum multitudine ſub Paulo, Antonio, atque Hilarione, ſanctiſſimis Eremitis, refertæ erant; non potuit æquinoctium ad magis conueniens tempus reuocari, quam ad Concilij Nicæni tempora, vt feſti Sanctorum dies congruis temporibus quotannis recurreret, ac celebraretur, hoc eſt, non longe ab illis, quibus in terra vixerunt, Eccleſiãq. Catholicã exemplis ac doctrinis illuſtrarunt. Nam ſi vel ad tempus Incarnationis Dominicæ reductum eſſet, vel eo in loco, vbi ante correctionem deprehendebatur, retentum, fuiſſent omnium illorum Sanctorum tempora confuſa, atque perturbata.

Quam ſententiam in reſtituendo æquinoctio Greg. xiij. ſecutus ſit.

Incommoda aliarum opinionum de æquinoctii reſtitutione.

Aequinoctium vernum qua ratione ad diem 21. Martii reſtitutũ ſit.

2 RESTITVTVM porro eſt æquinoctium à Gregorio xiij. Pont. Max. ad diem 21. Martij per exemptionem decem dierum ex menſe Octobri anni 1582. (qui propterea annus correctionis dicetur, celeberrimuſque inter annos exiſtet apud poſteros) ita vt poſt quartum diem Octobris, qui B. Franciſco ſacer eſt, loco diei quinti aſſumptus fuerit ſtatim quintuſdecimus, decem interiectis eo anno prorſus omiſſis. Hac etenim ratione factum eſt, vt vernum æquinoctium anno 1583. inſequenti contigerit, & aliis deinceps futurum ſit, decem diebus ſerius, quam ante hanc correctionem; ac proinde cum ipſum antea fieret circa diem 11. Martij, idem nunc prope diem 21. accidere cernatur, quemadmodum Concilij Nicæni temporibus.

Ann. 1582. dicendũ ẽe annũ correctionis propterea quod in eo facta eſt correctio Calendarii à Gregor. xiij.

3 FACTA quoque eſt hæc reſtitutio per ablationem decem dierum ſimul ex vno menſe, nimirum ex Octobri, non autem per omiſſionem decem dierum intercalarium in 40. annis, aut per detractionem eorundem 10. dierum ex 10. menſibus, detrahendo ſingulos dies ex menſibus ſingulis, quod nonnulli optabant; tum quia multa occurrere potuiſſent in 40. annis, quæ correctionem impedirent, præſertim propter frequentem Summorum Pontificum in tot annorum ſpatio mutationem; tum etiam quia ſæpius Cyclus Dominicalium literarum interrumpendus fuiſſet, quod incommodum extitiſſet, qui tamen in hac noſtra reſtitutione ſemel tantum, ſed neceſſario, interruptus eſt.

Cur decem dies ſimul exẽpti ſint ex anno 1582. non autem ſinguli ex ſingulis annis aut menſibus.

SI quis porro roget, vnde factum ſit, vt æquinoctium ſedem ſuam priſtinam, hoc eſt, diem 21. Martij deſeruerit, & ad diem 11. eiuſdem menſis aſcenderit, intelligat huius rei cauſam eſſe, quod Iulius Cæſar, quem Eccleſia Catholica Romana eſt ſecuta, plus æquo vnius anni magnitudini tribuerit. Conſtituit enim annum Solarem dierum 365. & horarum 6. Et quia in anno Ciuili ac Politico, qui dies duntaxat integros complectitur, (neque enim in eo horæ deſcribi poſſunt, quæ poſt dies ſuperſunt, ne varium ſemper anni initium fieret) omittebat ſex illas horas, quæ in quatuor annis diem integrum efficiunt, decreuit, vt quarto quouis anno dies vnus ex 24. horis conflatus intercalaretur, fieretque tunc annus dierum 366. quem Biſſextilem appellarunt. Annus autem Solaris verus, quem Tropicum vocant, tantus non eſt, ſed aliquot horæ minutis minor, cõplectẽs ſecũdũ Tabulas Alphõſi Hiſpaniæ Regis dies 365. & horas tantũ 5. min. 49. ſec. 16. quæ quidẽ anni magnitudo media quodammodo eſt inter maximam, & minimã anni magnitudinẽ. Nam vt cap. 6. fuſius dicemus, Aſtronomi peritiores obſeruarunt annos Solares eſſe inæquales; & maximum quidem annum fuiſſe Hipparchi, ac Ptolemæi temporibus affirmant, minimum vero ætate Albategnij, & medium quodammodo circa Alphonſi Regis tempora extitiſſe, atque nunc iterum ad maximam fere perueniſſe magnitudinem. Itaque annus Romanus, qui apud Eccleſiam in vſu eſt, ſuperat Alphonſinum annum, quem medium ferme inter maximum & minimum eſſe diximus, minutis 10. & ſecundis 44. vnius horæ. Ex quo fit, vt totidem minutis ſecundiſque quolibet anno Iuliano æquinoctia, ſolſtitiaque ſedes ſuas anticipent; quia quando Sol proprio motu, ſecundum tabulas Alphonſinas, ad idem punctum æquinoctij, aut ſolſtitij, à quo receſſerat, reuertitur, deſunt ad annum Iulianum complendum illa, quæ diximus, min. 10. & ſec. 44. vnius horæ. Quocirca ſecundum eaſdem tabulas, æquinoctia, ſolſtitiaque in annis ferme 134. vno die integro, & in annis 402. diebus circiter tribus ſedes ſuas præcurrent. Quod ſi anni magnitudo, qua vtitur Eccleſia, omni ex parte congrueret motui Solis annuo, nulla cerneretur æquinoctiorum ſolſtitiorumq. anticipatio, ſed eiſdem anni diebus recurrerent.

Aequinoctium cur ſedem ſuã anticipet in Calendario.

Anni magnitudo ſecũdum Iulium Cæſarem. & Eccleſiam.

Anni magnitudo ſecundũ Alphonſinos.

Ann. quãdo fuerit maximus & quando minimus, & quando medio ſe habuerit modo.

Annus Romanus ſiue Eccleſiaſticus quãto maior ſit anno Alphõſino.

In quot annis æquinoctiũ anticipet vnũ diẽ ſecundum annũ Alphonſinum.

QVOD ſi quis ſcire etiam cupiat, cur exemptio illa decem dierum ex anno 1582. in menſe Octobri facta ſit, & non potius ex aliquo anno centeſimo, vel ex aliquo alio Biſſextili, non quidem in Octobri, ſed in quouis alio menſe; (hoc enim curioſo alicui faceſſere poſſet negotium) ratio in promptu eſt. Potuerunt quidẽ decẽ illi dies ex quocũque anno eximi, atque etiã ex quolibet mẽſe, ſed delectus eſt præcipue annus 1582.

Correctio Calẽdarii

quia

Digitized by Google

cur in anno 1582. & in Octobri potius inſtituta ſit.

quia tunc omnia ad correctionem neceſſaria fuerunt primum expedita, atque abſoluta. Reſponſa enim Imperatoris, omnium Regum, Principum, Rerumque publicarum, & præcipuarum Vniuerſitatum ad Summum Pontificem iam allata fuerant, & à Mathematicis ad emendationem conuocatis quam diligentiſſime examinata. Quare ne diutius reſtauratio Calẽdarii, quã omnes Principes Chriſtiãi, & Reſpub. mirifice collaudarant, atq; approbarãt, differretur, viſum eſt Põtifici Max. annũ 1582. correctioni tantopere expetitæ deſtinare.

QVOD autem in Octobri potius factum id fuerit, quam in alio menſe, cauſa nulla fuit alia, neque aliud hac in re myſterium quærendum eſt, quam quod is menſis ad negotium hoc aptiſſimus iudicatus eſt, quippe qui plures dies Sanctorum celebritatibus vacuos haberet. Ex quo factum eſt, vt decem dies ex eo exempti minorem perturbationem, confuſionemque in Diuinis officiis perſoluendis apud homines Eccleſiaſticos pepererit. Nam licet in Februario, Martio, & Aprili pauci etiam feſti Sanctorum dies celebrantur, tamen quia in eos menſes incidunt Septuageſima, Quadrageſima, & tempus Paſchale, iudicatum eſt eos non eſſe decem diebus priuandos, vt tempora illa, quæ ſumma religione ab Eccleſia celebrantur, continuato ordine ſine vlla interruptione percurrerentur, præſertim quia ſi, exempli cauſa, Septuageſima tunc celebrata eſſet ſecundum Calendarium nouum die 14. Februarij, omiſſis decem præcedentibus diebus, extitiſſent tantum quatuor Dominicæ poſt Epiphaniam, & reliquæ duæ ante aduentum non potuiſſent interponi, cum eo anno Dominicæ ſolum 24. poſt Pentecoſten futuræ fuiſſent.

Cur anno 1583. in Regionibus remotiorib. correctio fieri iuſſa ſit in Februario potius, quã in alio menſe.

6 QVIA vero nonnullæ Prouinciæ ex Octobri anni 1582. nondum decem dies exemerant, quod ad eas tam cito exemplaria noui Calendarii perferri non potuerant, optimo conſilio factũ eſt, vt anno inſequenti 1583. non expectato Octobri, decem dies ex Februario eximerentur; ne diutius populi illi in dierum numeratione ab Eccleſia Romana diſſentirent. Etſi enim eo anno, qui nondum Calendarium emandauerant, eodem, quo nos, die Paſcha celebraturi erant, tamen in dierum numero diſſenſiſſent, cum nos decimo die Aprilis, illi autem vltimo Martii agerent Paſcha. Non eſt igitur, quod ſollicitus quis ſit, aut anxius in exquirenda cauſa, cur anno potiſſimum 1582. Summus Pontifex reſtaurationem Calendarij fieri voluerit menſe Octobri, anno vero 1583. menſe Februario.

7 SVNT tamen nonnulli, qui intelligere ſe, & ſapere plus, quam cæteros arbitrantes, vt correctionem hanc Gregorianam aliquo modo carpant, aſſerere non verentur, ideo factum fuiſſe exemptionem decem dierum ex Octobri anni 1582. & non ex Februario: quia ſi eo anno ante Paſcha facta fuiſſet Calendarij reſtitutio, celebratum fuiſſet Paſcha contra Patrum decreta, & ſanctiones: Ac ne hoc in initio ſtatim correctionis ab omnibus animaduerteretur, dilatam fuiſſe emendationem in Octobrem. Qua in re mirum in modum decipiuntur, & toto (quod dicitur) aberrant cœlo. Nam ſecundum Calendarium nouum, ſi ante Paſcha incepiſſet, legitime Paſcha ſecundum Canones fuiſſet celebratum, quod in veteri Calendario contra Patrum decreta celebratum fuit. Quoniam enim anno 1582. aureus numerus fuit 6. qui Epactam exhibuiſſet xxvj. ſi decem dies ex Februario fuiſſent ablati; quæ terminum Paſchalem, id eſt, Lunam xiiij. in die 17. Aprilis reponit, nimirum in Sabbato. Quare ſequenti die Dominica in diem 18. incidente, Paſcha celebratum fuiſſet poſt plenilunium tam medium, quam verum; cum medium plenilunium ex tabulis Ioan. Magini factum tunc fuerit, die 17. Aprilis hor. 8. ferme poſt meridiem, verum autem eodem die hor. 15. fere poſt meridiem: quæ omnia Canonibus conſona ſunt. At eo ipſo anno ante correctionem Paſcha celebratum eſt Luna xxii. hoc eſt, quarta hebdomada, contra Patrum Conciliorumque Sanctiones: quod ſecundum nouum Calendarium Luna xv. cycli, hoc eſt, in principio tertiæ hebdomadæ, in qua ſola legitime poteſt Paſcha celebrari, peractum fuiſſet, vt diximus.

Calendariũ nouum ſi anno 1582. in Feb. correctum fuiſſet, exhibuiſſet rectius Paſcha, quam vetus.

CAPVT IIII.

Eccleſia cur poſthabitis motibus veris apparentibusue, medios tantum, ſiue æquales, aut potius cyclos in mobilium ſolemnitatum celebratione vſurpet.

Eccleſiam medios duntaxat motus conſiderare, ob multas cã.

RESTITVTO in priſtinam ſedem æquinoctio, in qua à Concilii Nicæni patribus deprehenſum, & collocatum eſt, præſcribenda quoque fuit ratio, ac via, qua idem æquinoctium in ſua ſede, quoad eius fieri poteſt, retineretur, ne vt antea, locum ſuum deſerens, verſus menſium initia pedetentim, ſenſimque progrediatur, atque adeo Calendarium in eoſdem errores conijciat. Quæ ratio, vt planior fiat, paulo diligentius explicandum erit prius, quales motus Eccleſia conſideret, atque in celebritatum mobilium cultu adhibeat. Hoc enim expoſito, liquido conſtabit, quam temere & ſine cauſa nonnulli veros motus in Eccleſiam inuehere conati ſint. Eccleſia namque poſthabitis veris Lunæ, ac Solis motibus, quippe qui ad Aſtronomos magis pertineant, ſolos medios, & æquales, ſiue potius cyclos conſtanti, æquabiliq; ordine progredientes conſiderat. Cuius rei multiplex ratio afferri poteſt.

1. Cauſa. Quia medii motus ſunt æquales & vniformes ac proinde ad captũ vulgi accommodati: veri autem motus inæquales ſunt & irregulares.

PRIMVM quia motus veri inequales ſunt, modo velociores, modo tardiores; medii autem motus ſunt ſemper æquales, atque vniformes: ac proinde hi facili negotio in cyclum redigi poſſunt, non autem illi. Cum ergo ad inueſtigationem æquinoctii, Nouilunii, ac Plenilunii Paſchalis, tradendæ ſint regulæ faciles, quæ ſine magno labore à quolibet, Aſtronomiæ etiam omnino rudi, & ignaro, percipi, ac teneri poſſint ſine cognitione tabularum Aſtronomicarum, ne vniuerſus populus Aſtronomiam cogatur perdiſcere, quod nouum, atque inauditũ eſt, & factu prorſus impoſſibile; recipiendi fuerunt motus medii potius, quã veri, præſertim quia facilius in veris, apparentibuſq; motibus, quam in mediis, & æqualibus error poteſt admitti. Neq; vero magni refert, veros motus re ipſa in cæleſtibus corporibus exiſtere, medios autem cogitatione tantum, atque arte eſſe excogita-

excogitatos ab Aſtronomis, vt videlicet veros per medios inueſtigent. Nam Eccleſia obſtricta non eſt, neque vnquam fuit, exquiſitis aſtrorum legibus, motibuſque; ſed ſatis eſt illi, ſi Solis aut Lunæ motus pingui quadam (vt aiunt) Minerua aſſequatur, dummodo non multum à vero recedat. Id quod antiquiſſimus vſus à primitiua Eccleſia ad noſtram vſque ætatem continuatus, atque perductus euidenter demonſtrat.

2 DEINDE quia, ſi veris motibus Eccleſia vti vellet, perpetuum extaret ſeminarium diſcordiarum, atque rixarum inter Chriſti fideles in Sacroſancti Paſchæ celebratione, propter tabularum Aſtronomicarum varietatem, & diſcrepantiam, diuerſaſque motuum hypotheſes; cum alii has, alii illas tabulas ſequendas eſſe contenderent: ſicut hodie videmus alios tabulas Alphonſinas, alios vero Prutenticas ex Nicolai Copernici doctrina erutas, in motibus aſtrorum diſquirendis vſurpare. Ex quo efficeretur, vt diuerſi diuerſa æquinoctia, Nouiluniaque obſeruarent, atque adeo Paſcha non eodem tempore celebrarent, quod valde abſonum foret, & abſurdum, ne dicam pernicioſum.

2. Cauſa. Ne ſeminarium perpetuum rixarum & diſcordiarum excitetur in Eccleſia ſi veri motus obſeruarentur, ob tabularum Aſtronomicarum varietatem.

3 TERTIO quoniam ad hanc vſque diem nullæ tabulæ conditæ ſunt ab Aſtronomis, per quas veri ſtellarum motus ad omne tempus certo, & ſine vllo errore inquiri poſſint, & cognoſci; ſed quilibet obſeruationibus ſui temporis congruentes tabulas ſemper confecit, quæ longo deinde tempore elapſo deficere à vero deprehenſæ ſunt: propterea quod ne vnius quidem motus cæleſtis periodus exquiſite, ac penitus cognita adhuc ſit, & explorata. Nam Ptolemæus Aſtronomorum Dux, & princeps, ac ſolertiſſimus cœleſtium motuum indagator confecit ſane ante annos 1470. plus minus, tabulas ſuis obſeruationibus congruentes, quibus eo tempore motus cœlorum certiſſime, & ſine vlla dubitatione ſupputabantur. His deinde, quoniam experientia docuerat, eas non amplius motus cœleſtes accurate exhibere, ſucceſſerunt tabulæ aliæ dictæ Alphonſinæ, quod ſumptibus, ac cura, diligentiaque Alphonſi Regis Hiſpaniæ ante annos circiter 360. ab Aſtronomis conditæ ſint; quibus ea tempeſtate certius, quam per tabulas Ptolemæi motus inueniebantur. In harum tandem locum repoſitæ ſunt noſtro hoc tempore tabulæ Nicolai Copernici, quæ Prutenicæ vulgo appellantur, propterea quod omnium fere Aſtronomorum conſenſu cum phænomenis cæleſtibus longe exquiſitius conueniunt, quam Alphonſinæ. Atque ita fortaſſe poſt multa ſecula poſteri noſtri alias motuum cœleſtium periodos deprehendent ſuis obſeruationibus, nouaſque propterea hypotheſes conficient, atque adeo pro tabulis Prutenicis nouas alias ſubſtituent. Quis enim pro certo affirmare audeat, tabulas Prutenicas omni tempore cœlorum motibus conſenſuras eſſe, cum videat tabulas Ptolemæi præſtantiſſimi Aſtronomi, & qui merito omnibus antefertur, mancas nunc eſſe, & imperfectas, quæ illis tamen temporibus fuerunt abſolutiſſimæ? Præſertim cum Prutenicæ tabulæ incertis admodum hypotheſibus, nedum abſurdis, & à communi hominum opinione abhorrentibus, ac quibus omnes Philoſophi naturales repugnant, fundatæ ſint? Huc accedit, quod nondum vna integra periodus anomaliæ præceſſionis æquinoctiorum, in qua Copernicus omnem inæqualitatem Solaris anni fundat, perfecta eſt, atque abſoluta: vt merito dubitare quis poſſit de veritate tabularum ex illa anomalia extructarum, & an, abſoluta vna periodo, altera ſequens præcedenti ſit omni ex parte reſponſura. Quæ cum ita ſint, quis erit tam impudens, & audax, qui Dei Eccleſiam aſtringere velit tam incertis ac fallacibus Aſtronomorum præceptis, ac tabulis? Certe opinor, nemo, niſi forte quis dicere velit, Eccleſiam debere nunc has, nunc illas amplecti tabulas, prout hoc, vel illo tempore motibus cælorum eas congruere animaduerterit: quod nihil aliud eſſet, quam omnia in dubium reuocare; quippe cum vix inter Aſtronomos conſtaret, quibuſnam tabulis magis fidendum eſſet: quemadmodum hac etiam ætate videmus, excellentiſſimos eſſe Mathematicos, qui in motu Solis ac Lunæ Alphonſinis tabulis magis credendum eſſe cenſent, quam Prutenicis.

3. Cauſa. Quia nullæ tabulæ ad hanc vſque diem extructæ ſūt quæ veros motus ſine errore exhibeant ad multos annos.

Prutenicæ tabulæ quæ hodie ab omnibus vſurpantur, cur incertæ iudicari poſſint.

MEMINI ſane, inſignem quendam Mathematicum propria obſeruatione per exquiſita inſtrumenta deprehendiſſe anno 1586. (adhibita accurata diligentia) æquinoctium vernum, hoc eſt, ingreſſum Solis in Arietem accidiſſe die 10. Martii hor. 9. min. 2. poſt meridiem, ſecundum vetus Calendarium: quod tabulæ Alphonſinæ ſex propemodum horis citius exhibent. Prutenicæ vero tabulæ horis fere 13. tardius; vbi manifeſto apparet, Alphonſinum calculum ad obſeruationem ſupradictam propius accedere, quam Prutenicum, ſiue Copernianum. Ex Calendario nouo incidit idem æquinoctium obſeruatum in diem 20. Martii hor. 9. poſt meridiem, ac proinde ſequenti diei 21. aſcriptum fuit, vt vel hinc liquido etiam appareat, præclare cum hac Calendarii correctione actum eſſe, vt decem dies ex anno 1582. eximerentur ad æquinoctium in diem 21. Martii reſtituendum. Ille idem Mathematicus in lib. 1. ſuorum progymnaſmatum Aſtronomiæ inſtaurandæ affirmat, ex Hipparchi, & aliorum vetuſtiorum inuentis colligi poſſe, ipſiſſimam anni æquinoctialis quantitatem, vniuerſaliter conſiderando, continere dies 365. hor. 5. min. 49. fere, vt Alphonſini aſſerunt.

Recte ad reſtituendum æquinoctiū in diem 21. Martii, exemptos fuiſſe 10. dies, cōfirmatur obſeruationibus cuiuſdam recētioris Mathematici.

Tabulas Aſtronomicas magni faciendas eſſe, etiamſi longo tempore durare nequeāt.

VT ergo diſſidium hoc Aſtronomorum, atque diſcordia tolleretur è medio, prudentiſſimo conſilio Eccleſia tabulas verorum motuum curioſitati Aſtronomorum relinquens ſemper reſpuit, atque motus medios, qui æquales, & vniformes ſunt, aut potius Cyclos mediis motibus maxime conſentientes ad mobilium feſtorum dierum ſolemnia adhibendos eſſe iudicauit.

NEC vero hæc à me ideo allata ſunt, quod putem, tabulas Aſtronomicas omnino reiiciendas eſſe, tanquam falſas & futiles: omni enim laude dignos ſemper exiſtimaui Aſtronomos, qui variis temporibus maximo labore, ac ſtudio aſtrorum motus obſeruarunt, atque ad eoſdem facile ſupputandos, licet non omnino exquiſite, ita tamen, vt parum à vero abſint, tabulas varias mira induſtria elaborarunt, atque poſteris tranſmiſerunt. Sed hoc ſolum contendo, Eccleſiam non eſſe ad curioſas Aſtronomorum ſubtilitates alligandam, cum eædem tabulæ diu durare nequeant, ſed aliæ atque aliæ pro temporum varietate ſint adhibendæ, vt diximus. Neque hoc dignitati, ac præſtantiæ Aſtronomiæ nobiliſſimæ ſcientiæ quicquam detrahit, immo eam potius mirifice cōmendat, quod tam accurate tantā motuum varietatē nobis ob oculos propoſuerit, vt quam proxime veritatem ipſam attingamus. Et quid mirum, Aſtronomos non poſſe perfecte motus cœlorum tanto interuallo à nobis diſſitorum intelligentia conſequi, cum ne vnius quidem ſubſtantiæ, quamuis minimæ, in hiſce inferioribus abſolutam cognitionem philoſophi hactenus adipiſci potuerint?

Tabularū Aſtronomicarum inconſtantia, vnde proueniat.

ET certe videtur mihi Deus Opt. Max. cœlorum, atq; ſtellarum architectus ſapientiſſimus de induſtria

planetarum, ſtellarumque motus tantis voluiſſe difficultatibus inuoluere, quas nemo mortalium ſuo ingenio expedire, & explicare poſſit, (quis enim ab orbe condito ad noſtra vſque tempora tam excellens in Aſtronomia repertus eſt, qui periodos cœleſtium motuum ita definierit, vt poſt aliquot annorum ſecula à vero nihil diſcederent, propter minutias quaſdam in cuiuslibet planetæ periodo abundantes, aut deficientes, quæ in magno temporis interuallo non leuem errorem inducunt?) vt nimirum ſemper inueniamus, quod in tam admirabili nobiliſſimorum corporum artificio, & in tam conſtanti eorum motuum harmonia, & concordia admiremur, perpetuiſque laudibus eorum conditorem, atque motorem celebremus: vt potiſſimum propter cœlorum immenſam molem, eorumque ordinem, ac motus, in quibus ſemper ſupereſſe videtur, quod ſumma diligentia à ſolertiſſimis rerum cœleſtium perſcrutatoribus inquiratur, ſcriptum eſſe poſſit exiſtimari ab Eccleſiaſte c. 3. *Et mundum tradidit diſputationi eorum.* ne videlicet aliquando, ſi perfecte cœlorum numerum, ordinem, & motum intellexiſſent homines, deſinerent opera Dei inquirere, & admirari, atque adeo ingenia, ſublata exercendi cauſa, ceſſatione quodammodo torperent.

4. cauſa Quia etiamſi Aſtronomicæ tabulæ extarent abſolutiſſimæ, fruſtra tamen veri motus adſciſcerẽtur, ob Meridianorum varietatem.

4 QVARTO Eccleſia veros motus negligit, aſſumitque medios, ſeu potius Cyclos, quoniam etiamſi tabulæ Aſtronomicæ extarent abſolutiſſimæ, & ab omni errore purgatiſſimæ, ita vt omni vitio carerent, fruſtra tamen, & ſine vlla neceſſitate, aut vtilitate in diebus feſtis mobilibus celebrandis exquiſita illa, & curioſa ſupputatio horarum, ac minutiarum ſecundum veros motus adhiberetur. Nam quanquam accuratiſſime & æquinoctium vernum, & Plenilunia Paſchalia ex motibus veris ſupputarentur, regionum tamen, ac Meridianorum varietas efficeret, vt labor ille inutilis ac vanus redderetur. Quando namque Romæ v. g. æquinoctium vernum cadit in meridiem diei 21. Martii, incidet idem quibuſdam orientalioribus populis in eundem diem 21. ſub occaſum Solis, aliis in mediam noctem ſequentem eius diei; atque ideo ſequenti diei 22. tribuendum erit, &c. Similiter ſi tunc Plenilunium verum contingat Romæ die 22. Martii circa meridiem, accidet idem apud priores populos orientaliores ſub Solis occaſum, apud poſteriores vero circa mediam noctem, &c. Quare ſi eo anno dies 22. Martii fuerit Dominicus, celebrabitur quidem Romæ Paſcha ſecundum Patrum & Conciliorum ſanctiones, apud orientaliores vero populos præſertim remotiores, ſi verum motum ſpectare debent, celebrari non poterit, propterea quod illis æquinoctium fit die 22. & Plenilunii tempus nondum aduenit. Conſtat autem ex Patrum decretis, neque in ipſo die æquinoctii Paſcha legitime celebrari poſſe, ſed neceſſarium eſſe, vt æquinoctii dies anteceſſerit, neque ante plenilunium, ne in Luna xiiii. aut ante xiiii. celebretur. Et quoniam in Concilio Nicæno ſancitum eſt, vt omnes eo menſe, ac die Paſcha celebrent, quo id Eccleſia Romana obſeruat, idemque poſtea confirmatum eſt in Concilio Arelatenſi, & Carthaginenſi quarto, clariſſimeque à S. Ambroſio pluribus verbis in Epiſtola ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos aſſeritur: liquido colligitur, Eccleſiam in Paſchæ celebratione rationem veri motus luminarium habere non poſſe.

5. Cauſa Quia antiquiſſima Eccleſia cõſuetudo eſt in obſeruatione mediorum motuum, non autem verorum, quæ ſine cauſa vrgẽti mutari nõ debet.

Non multum referre, quod ad Paſcha diẽ feſtum ſpectat, ſi æquinoctium nõ ſemper in ipſum diem 21. Martii incidat.

5 QVINTO propter antiquiſſimam conſuetudinem, qua medii motus, ſeu potius Cycli, in Eccleſia, veris motibus neglectis, in vſu ſemper fuerunt, & quæ ſine vrgenti aliqua neceſſitate mutari non debet. Nam Eccleſiam æquinoctium verum ſecundum verum motum non obſeruaſſe, euidenter ex decreto SS. Patrum in Nicæno concilio edito demonſtratur, quo per vniuerſum terrarum orbem ſtatuerunt, die 21. Martii æquinoctium eſſe obſeruandum. Perſpicuum autem eſt, æquinoctium neque ſecundum verum motum, neque ſecundum medium, ad vnicum diem poſſe aſtringi, atque alligari. Si enim anno, qui biſſextilem proxime antecedit, id contingat die 21. neceſſe eſt, idem anno ſequenti biſſextili propter diem intercalarem Februario additum, incidere in diem 20. Item ſi in anno biſſextili fiat æquinoctium circa meridiem alicuius diei, accidet idem neceſſario anno, qui biſſextilem proxime conſequitur, ſub occaſum Solis eiuſdem diei, & altero poſt biſſextilem anno ſub ortum Solis alterius diei, propter ſex illas horas, quæ in ſingulis annis communibus omittuntur; quando quidem in illis dies duntaxat 365. integri numerantur; cum tamen ſex propemodum horæ in quolibet anno ſuperſint. Ex quibus perſpicue concluditur, Decretum illud neque ad verum, neque ad medium motum poſſe referri, ſed ſolum ad diem 21. Martii, quo fere eo tempore æquinoctium fieri ſolebat, etſi ſecundum calculum Aſtronomicum interdum ante eum diem, vel paulo poſt contingere deprehenderetur. ne ſcilicet apud quoſdam æquinoctium obſeruaretur die 21. apud alios vero alio die, Aſtronomicas tabulas conſulere vellent, ac proinde diuerſis temporibus Paſcha celebraretur, quod foret abſurdum.

Deum per Moyſen præcepiſſe obſeruationẽ primi menſis, & 10. diei, & 14 ruſtico ſiue ſimplici quodã modo, & ad captum vniuerſi populi Iſraelitici accommodato

NEQVE vero magni intereſt, (quod ad ſolennitatem Paſchalem attinet) ſiue æquinoctium in ipſum diem 21. Martii incidat, ſiue eum antecedat, ſiue ſubſequatur, dummodo ab eo non longe abſit. Non enim Eccleſia tam accuratis, ſubtilibuſque Aſtronomorum præceptis vnquam aſtricta fuit, cum neque Hebræis ipſis, quibus omnia cæremonialia erant, præceptum fuerit, vt verum, aut medium æquinoctium in Paſchæ ſolemnitate obſeruarent, ſed tantum tempus, quo dies, iudicio ſenſus, noctibus æquales fiunt: quod quidem triduum, aut quatriduum, ſine magna differentia, complecti ſolet.

COLLIGITVR hoc ſatis aperte ex ſacra ſcriptura. Præcepit enim Deus per Moyſen Paſchæ celebritatem. Exod. 12. his verbis. *Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni, &c.* Et aliquanto poſt. *Et ſeruabitis eum* (agnum ſcilicet) *vſque ad quartam decimam diem menſis huius.* Vbi ſemper inculcantur voces hæ, *iſte, huius.* quibus ſignificari videtur, Deum noluiſſe immutare conſuetam anni, ac menſium Hebræorum formam, & numerationem, ſed mutationem tantum ſeptimi menſis in primum; ac ſi diceretur: menſis iſte, qui hactenus in Ægypto à vobis ſecundum vulgarem anni vſum, non autem ſecundum Aſtronomicum calculum, ſeptimus eſt habitus & nominatus, deinceps erit vobis primus totius anni, in eoque Paſcha celebrabitis. Neque dici poteſt, Moyſi inſtructo à Deo ignotam tunc fuiſſe veram vtriuſque anni tam Solaris quam Lunaris magnitudinem quia hoc ridiculum eſſet; ſed dicendum potius eſt, Moyſen locutum eſſe ad ſenſum vulgi Aſtronomiæ ignari, quandoquidem ad vniuerſum cętum filiorum Iſrael verba faciebat, appellaſſeque primum menſem more non Aſtronomico, quando videlicet Sol primum punctum Arietis ingreditur, ſed ritu, modoque admodum vulgari, & plane ruſtico, hoc eſt, Abib, Hebraice, & ἀβίβ Græce, quod latine ſonat menſem nouorum, ſiue frugum; quoniam verno tempore nouæ fruges in Ægypto colliguntur.

Eccleſiam non eſſe valde ſollicitã de veris aut mediis Nouiluniis, Pleniluniiſque, cum in iis inueſtigandis vſa ſemper ſit cyclis.

IAM vero neque in Nouiluniis, Pleniluniiſque inueſtigandis Eccleſiam multum laborare de vero, aut me-

aut medio motu, ex eo conſtare poteſt, quod in iis perquirendis inde vſque à principio vſa ſemper eſt cyclis lunaribus, ſiue decemnouennalibus, qui nullo modo poſſunt veris, aut mediis motibus, omni ex parte congruere; cum ſecundum cyclos, Lunationes complectantur dies integros, quæ tamen & ſecundum verum, & ſecundum medium motum, præter dies integros, horas aliquot, horarumque fragmenta continent. Adde quod in annis biſſextilibus Lunationes vno die ſunt tardiores in cyclo poſt diem intercalarem, cuius ratio haberi non poteſt, niſi pluribus iam annis elapſis, vt infra patebit, cum rationem cycli decemnouennalis aurei numeri exponemus. Ac quidem, quod ad cyclum Lunarem attinet, imitatur Eccleſia ea in re non ſolum Hebræos, Alexandrinos, & Romanos verum etiam Chaldæos, Arabes, Athenienſes, & omnium fere ætatum populos, qui omnes ad Nouilunia perquirenda Cyclis Lunaribus multo tempore ante Chriſti aduentum, ac poſt, vſi ſunt, quos omnes Paulus Middelburgenſis lib. 2. Paulinæ explicat.

Eccleſia in Cyclo Lunari vſurpando imitari omnem antiquitatē.

6 SEXTO deinque confirmatur idem auctoritate multorum Aſtronomorum, omniumque, qui de rebus ad Romanum Calendarium pertinentibus ex Eccleſiæ conſuetudine ſcripſerunt, inter quos præcipue eſt Campanus in principio ſui Computi maioris, vbi aſſerit. *Computum eſſe ſcientiam numerationis, & diuiſionis temporum (eius vtor verbis) ſecundum vulgares obſeruantias.* Et cap. 15. docet, *Computiſtas veris Lunationibus, propter earum difficilem varietatem, Aſtronomis relictis, de mediis ſolum, propter earum vniformitatem, negotiatos eſſe.*

6. Cauſa. Quia idem faciendum eſſe teſtantur varii Scriptores, & Computiſtæ.

IOANNES quoque Stoflerinus in ſuo Calendario Romano propoſ. 34. litera Z. maiuſcula, docet, vniuerſalem Eccleſiam à Concilio Nicæno in hodiernum vſque diem, Cyclum aurei numeri ab Alexandrinis acceptum, qui eo prius vſi ſunt, pro Paſchæ celebratione vſurpaſſe. Et paulo infra affirmat, aureos numeros in Calendario inſcriptos indicare dies mediocrium coniunctionum luminarium, &c. Et Aliquanto poſt ſcribit, Orthodoxam Eccleſiam, præſertim Latinam, ante Nicænam Synodum, ad Paſcha per Lunam xiiii. inquirendum, vſam eſſe cyclo Lunari conſueto, & à Iulio Cæſare inſtituto. Idemque pluribus aliis locis repetit.

PAVLVS item à Middelburgo Epiſcopus Foroſempronienſis, in ſua Paulina lib. 10. circa medium, paulo ante tabulam æquinoctiorum, poſt longam diſputationem de anni magnitudine varia, & inæquali, ſcribit his verbis. *Hæc tamen diuerſa quantitas anni Solaris non impedit operationem noſtram pro norma Paſchalis ſolennitatis conſcribenda, quia Eccleſia Romana in Paſchali ſupputatione non obſeruat motus diuerſos, vel extremos, propter ipſorum varietatem, ſed medios duntaxat, & vniformes. Media autem anni quantitas inter maximam & minimam eſt dierum 365. hor. 5. min. 49. ſec. 16.* Et mox ſubiungit. *Quamobrem omiſſo hoc ſcrupulo æquationis anni Solaris Aſtrologis neceſſario, deſcribemus hic æquinoctia vernalia pro primo menſe, & Paſchali norma competentia, iuxta ſupputationem ex tabulis Alphonſinis deductam, &c.*

7 Ex his omnibus credo, ſatis eſſe confirmatum, neque diem verni æquinoctii, neque Lunas xiiii. Paſchales examinari debere per Ephemerides, & Aſtronomicas veri aut medii motus tabulas, vt fruſtra nonnulli, neſcio qua auctoritate nixi, contendunt, ſed ſatis eſſe, ſi per regulas populares, perceptu faciles, & adhuc in Eccleſia vſitatas, cuiuſmodi ſunt cycli, inquirantur. Non negarim tamen, medios motus ex Aſtronomicis tabulis depromptos, non autem veros (quod hi inæquales ſint, illi autem æquales) maximo eſſe vſui ad diiudicandum, quinam cyclus ex omnibus in Calendario diſpoſitus rectiſſime Lunas xiiii. Paſchales exhibeat. Hæc quæ hoc capite expoſita ſunt, confutant, refelluntque omnia argumenta, quæ aduerſus Calendarium nouum à nonnullis parum in Computo Eccleſiaſtico exercitatis obiici ſolent: quippe quæ omnia Calendarium per veros motus, aut medios examinent. quod ad rem non facit.

Medios motus vtiles eſſe ad diiudicandum quinam cyclus è pluribus rectius Lunas xiiii exhibeat in Calēdario.

CAPVT V.

Qua intercalandi ratio adhibita ſit, vt æquinoctium prope diem 21. Martij, ad quem eſt reuocatum, retineatur.

1 NE æquinoctium vernum progreſſu temporis diem 21. Martii, ad quem reſtitutum eſt, iterum deſerat, & verſus principium menſis progrediatur, vt ante Calendarii correctionem inſtituta eſt hæc intercalandi ratio, vt ſeruata quidem conſueta ratione intercalandi vnum diem quarto quoque anno, non omnes anni centeſimi in poſterum biſſextiles ſint, (licet ſecundum conſuetam annorum biſſextilium rationem omnes biſſextiles eſſe deberent) ſed primi tres centeſimi poſt annum 1600. fiant communes, dierum videlicet tantum 365. quales ſunt anni 1700. 1800. 1900. quartus autem inſequens cēteſimus, id eſt, 2000. biſſextilis permaneat, dierum nimirum 366. Item tres centeſimi proximi 2100. 2200. 2300. eodem modo communes fiant, & quartus centeſimus proximus 2400. biſſextilis perſiſtat. Atque ita deinceps, eodem ſemper ordine ſeruato. Huius intercalationis ratio, quoniam à pleriſque, etiam non vulgariter peritis rem minus diligenter, quam par eſt, conſiderantibus, acriter oppugnatur, paulo plenius explicanda eſt hoc loco, maxime cum ſit vnum ex præcipuis capitibus huius correctionis; vt omnes intelligant, nullam aliam intercalandi rationem potuiſſe iniri commodiorem; ac proinde iniuria eam à nonnullis reprehendi. Quod vt planius fiat, dicenda prius pauca erunt de varia anni magnitudine diuerſis temporibus ab Aſtronomis deprehenſa. Atque vt hinc exordium ſumatur; Annus Solaris duplex eſt, Aſtronomicus, & Ciuilis.

Qua intercalandi ratio adhibita ſit, vt æquinoctium prope 21. diem Martii conſeruetur.

ASTRONOMICVS annus eſt ſpatium temporis, quo Sol proprio motu totum Zodiacum percurrit ab occaſu in ortum, initio ſumpto ab aliquo puncto certo, vt à principio Arietis, donec ad idem reuertatur. Quod quidem temporis ſpatium præter dies 365. integros complectitur 5. horas, & inſuper aliquot horæ minuta. vt ex Aſtronomorum obſeruationibus ſatis apparet, & mox docebimus.

Aſtronomicus annus quid.

Ciuilis annus quid.

3 CIVILIS annus ex diebus tantum integris conſtat, modo ex 365. & appellatur communis, modo ex 366. & biſſextilis, ſiue intercalaris dicitur. Neque aliter annus Ciuilis ſupputari poteſt, quam per integros dies, neglectis horis, horarumque fragmentis, cum ad vſum populi, ac vulgi, quod non percipit anni numerationem per dies cum horis, & horarum minutiis, inſtituendus ſit: & talis ſupputatio anni neque in Calendario poſſit diſponi, neque idonea ſit, aut accomodata ad mercimonia, aut commercia, aliaqua ciuilia negotia peragenda, vel ad dies feſtos colendos, ſacraſque Eccleſiæ ceremonias ritę obeundas; propterea quod annus ita dinumeratus modo à meridie, modo ab occaſu Solis, modo à media nocte, modo à Solis ortu, & modo denique ab aliquo alio momento diei initium ſumit; in Calendario autem neque horæ, neque minutiæ horarum, ſed dies duntaxat integri collocantur. Exempli gratia. Annus 1600. ſi horarum, & minutorum ratio habeatur, incipit ſecundum Ephemerides Ioan. Antonii Magini, die 20. Martii hor. 8. min. 49. ſec. 33. poſt meridiem. Annus deinde proximus 1601. die 20. hor. 14. min. 45. ſec. 36. poſt meridiem. Annus vero 1602. die 20. hor. 20. min. 41. ſec. 20. à meridie. Annus autem 1603. die 21. hor. 2. min 37. ſec. 20. poſt meridiem. Annus denique 1604. initium iterum ſumit à die 20 Martii, hor. 8. min. 33. poſt meridiem. Vbi vides, annum nunquam eodem temporis momento incipere, quæ res nullo modo poteſt ad vſum populi eſſe idonea, niſi omnes velimus Aſtronomia eſſe inſtructos: quod & ridiculum eſt, nec fieri vllo modo poteſt.

Annum Aſtronomicũ non ſemper ab eodem momento eiuſdem diei incipere.

Neceſſariã eſſe cognitionem anni Aſtronomici, vt annus Ciuilis æquetur.

4 ETSI autem hæc deſcriptio in dies, horas, fragmentaque horarum non poſſit, vt diximus, ad vſum vulgi transferri, neceſſaria tamen eſt eius cognitio, vt annus Ciuilis ex diebus integris conſtans poſſit interdum æquari modo per additionem, modo per detractionem vnius diei, qui ex omiſſis horis, earumque fragmentis conflatur, vt cum anno Aſtronomico, quantum fieri poteſt, congruat, & Sol iiſdem fere temporibus anni æquinoctia, ac ſolſtitia conficiat.

Quartus quiſque annus cur biſſextilis ſit.

Æquinoctium, ſi omnes anni eſſent communes in 1460. annis percurrerẽt omnes dies anni.

HANC enim ob cauſam Eccleſia quarto quoque anno ex inſtituto Iulii Cæſaris vnum diem intercalarem ad annum adiungit, vt fiat dierum 366. cum alii tres antecedentes anni dies tantummodo 365. complectantur. Nam cum Eccleſia maxime receptam Iulii Cæſaris rationem ſecuta conſtituat annum Aſtronomicum dierum 365. & horarum 6. in anno autem Ciuili comprehendantur dies duntaxat 365. fit, vt primo anno Ciuili ad annum Aſtronomicum explendum deſint horæ 6. in ſecundo 12. in tertio 18. & in quarto 24. quæ vnum diem Naturalem conſtituunt. Quare neceſſe eſt, annum quartũ, ne horæ illæ 24. negligantur, conſtituere dierum 366. alioquin æquinoctia, ac ſolſtitia tunc vno die ſerius contingerent, quam in Calendario notantur, & poſt alios quatuor annos, duobus diebus tardius, & ſic deinceps, ita vt in 120. annis vno menſe integro, id eſt, totis diebus 30. verſus finem anni prolaberentur, &c. atque ad priores ſedes non reuerterentur, niſi poſt 1460. annos, in quo ſpatio temporis vernum æquinoctium per ſingulos menſes, atque adeo dies in orbem iret: quæ res quantam temporum confuſionem allatura eſſet, quis non videt?

Intercalatio vnius diei quarto quoque anno maior eſt, quam oportet, & quare.

Quid faciendum ne æquinoctiũ anticipet.

5 SED quoniam Solaris annus ab Aſtronomis aliquanto minor obſeruatus eſt, quam dierum 365. horarum 6. efficitur, vt plus, quam oporteat, quarto quouis anno intercaletur, cum horæ & fragmenta, quibus Aſtronomicus annus Ciuilem ſuperat, in quatuor annis ad vnum diem integrum non excreſcant. Quare niſi fragmentorum illorum, quæ in quoque quadriennio ad diem integrum conficiendum deſunt, ratio habeatur, ita vt quando ad integrum diem excreuerint, vnus dies ex anno eximatur, hoc eſt, ab intercalatione ſemel ceſſetur, progredientur paulatim æquinoctia, & ſolſtitia verſus principia menſium, quemadmodum ante correctionem Calendarii contigit: quod ne in poſterum eueniat, hoc remedium excogitatum eſt, vt annus aliquis, qui deberet eſſe biſſextilis, fiat communis dierum tantum 365. nõ autem intercalaris dierum 366. vt fuſius infra dicetur. Vt ſatis mirari non poſſim, quid in mentem Dioni hiſtorico venerit cum lib. 43. circa medium ait, ſi quarto quoque anno fiat intercalatio, neceſſe eſſe, ſpatio 1461. annorum vnum diem extra ordinem intercalare. Hoc enim verum non eſt, niſi annus ſtatuatur dierum 365. hor. 6. min. 0. ſec. 59. $\frac{47}{487}$ quam anni magnitudinem apud neminem me legiſſe memini. Vt autem ſtatuere poſſimus, quot annorum ſpatio fragmenta horarum, quæ ad ſex horas complendas in quolibet anno Aſtronomico deſunt, vnum diem integrum conficiant, atque adeo dies vnus intercalaris omitti, attente diligenterque conſideranda ſunt, quæ de anni magnitudine per celebriorum Aſtronomorum obſeruationes memoriæ prodita ſunt.

Anni magnitudo ex Ptolemæo.

6 RELICTIS igitur vetuſtioribus Aſtronomis, Ptolemæus anno circiter 130. poſt Chriſtum natum ſuis obſeruationibus deprehendit anni magnitudinem dierum 365. horarum 6. minus parte trecenteſima vnius diei, id eſt, vltra dies integros, hor. 5. min. 55. ſec. 12.

Anni magnitudo ex Albategnio

ALBATEGNIVS circa annum Domini 880. nimirum annis 750. poſt Ptolemæum, inuenit annum continere dies 365. hor. 5. min. 46. ſec. 24.

Anni magnitudo ſecundũ Alphonſinos.

ALPHONSINÆ tabulæ, quæ circa annum Domini 1250 conditæ ſunt, ſtatuunt annum conſtare ex diebus 365. hor. 5. min. 49. ſec. 16.

HÆ ſunt celeberrimæ de magnitudine anni Solaris ſententiæ, ex quibus conſtat, annum Solarem eſſe modo maiorem, modo minorem, quandoquidem à peritiſſimis Aſtronomis diuerſus, ac varius variis temporibus eſt obſeruatus. Ac veteres quidem Aſtronomi coniectura admodum probabili ducebantur ad ſuſpicandum, annum Solarem non poſſe ſemper eſſe eiuſdem magnitudinis, tum propter apparentem motum Solis inæquabilem, & irregularem, tum vero ob irregularem motum octauæ ſphæræ: ſed quoniam hæc res plene cognoſci non poteſt, niſi multis ſeculis elapſis, nihil certi nobis de annorum Solarium inæqualitate reliquerunt.

Copernici de anni inæqualitate obſeruationes.

7 VNVS poſt hominum memoriam Nicolaus Copernicus egregius noſtræ ætatis Mathematicus, conferendo diligentiſſime ſuas obſeruationes cum obſeruationibus Hipparchi, Ptolemæi, Albategnii, & Alphonſinorum, auſus eſt ſolertia ſane incredibili, adhibitis nouis hypotheſibus, incrementum hoc, & decrementum anni Solaris demonſtrare, & anni inæqualitatem ad certam, definitamque normam redigere: inuenitque per calculum ex ſuis hypotheſibus depromptum, annum Solarem, cum ad maximam magnitudinem excreuerit, paulo eſſe maiorem eo, quem Ptolemæus comperit, dierum nimirum 365. hor. 5. min. 55. ſec. 57. ter. 40. cum vero maxime decreuerit, paulo minorem eſſe eo, quem Albategnius reperit, hoc eſt, dierum 365. hor. 5. min. 42. ſec. 55. ter. 7. ita vt magnitudo anni Alphonſini media propemodum ſit

inter

Digitized by Google

inter maximam, ac minimam anni magnitudinem. De qua annorum inæqualitate plura capite inſequenti ſcribemus.

In quot annis dies intercalaris omittendus eſſet ſecundum annũ Ptolemæi.

8 QVÆ cum ita ſint, difficile ſane fuit Gregorio xiii. Pontifici prudentiſſimo ſtatuere, quam intercalandi viam præſcriberet, vt vernum æquinoctium in 21. die Martii, vel prope retineretur. Nam anni Ptolemaici magnitudo exigebat, vt trecenteſimo fere quoque anno vnus dies intercalaris omitteretur; propterea quod annus ille trecenteſima parte vnius diei minor ſit, quam annus Iulianus, vel Eccleſiaſticus, dierum. 365. hor. 6. atque idcirco trecentorum annorum ſpatio æquinoctium vno die à ſede ſibi in Calendario conſtituta ad initium menſis promoueatur. At ſecundum Albategnii annum, vnus ferme dies intercalaris omittendus eſſet centeſimo quoque anno, quod in tanto annorum ſpatio æquinoctium, ſecundum magnitudinem illius anni, vno die ſedem ſuam fere anticipet in Calendario. Denique ſi haberetur ratio anni Alphonſini, ceſſandum ſemel eſſet ab intercalatione vnius diei ſpatio 134. fere annorum. Atque hęc varietas intercalandi in dies creſceret prout anni magnitudo varia inter maximum ac minimum annum exiſteret. Quo igitur ſe verteret Pontifex, aut quam viam ſibi proponeret ſequendam?

In quot annis ſecundũ Albategnii annum ceſſandum eſſet ab intercalatione.

In quot annis Alphonſinus annus requirat omiſſionem vnius diei intercalaris.

9 PROPOSITÆ ſunt ei à præſtantibus Aſtronomis, qui huic negotio præerant duæ potiſſimum viæ. Altera quidem, vt pro inæqualitate anni Solaris, modo maiori interuallo annorum, modo minori, dies intercalaris vnus eximeretur, prout annus maior, aut minor ex Copernici calculo (Hunc enim aliis præferendum cenſebant) exiſteret: Altera vero, vt poſthabita anni inæqualitate, ratio intercalandi ad annum Alphonſinum, qui inter maximum & minimum medius quodammodo eſt, accommodaretur. Vtraque via in Compendio nouæ rationis reſtituendi Calendarium ad Principes Chriſtianos, Reſpublicas, atque Vniuerſitates celebriores miſſa eſt anno Domini 1577. vt re diligenter, ac diu, multumque conſiderata deliberarent, vtra potiſſimum aptior, conuenienciorque videretur, vt eam ſummus Pontifex, velut totius Orbis Chriſtiani conſenſum, ſua auctoritate comprobaret. Compendium illud, de quo diximus, quia frequens eius mentio facienda eſt, & ne eius memoria pereat, initio huius operis iiſdem prorſus verbis, quibus ad Principes miſſum eſt, nulla re mutata, propoſuimus. Perlecto illo Compendio, matureque conſiderato, omnes, vno aut altero ad ſummum excepto, rem totam arbitrio Pontificis permiſerunt, qui poſteriorem tandem rationem, conſilio Aſtronomorum delegit, has potiſſimum ob cauſas.

Duæ viæ intercalandi ad æquinoctium in die 21. Martii retinendum.

Quæ intercalandi ratio delecta ſit.

10. PRIMVM quoniam Eccleſia in Paſchæ celebratione regulare quid, & vniforme, quod ſtatum ſit, & à vero non longe abſit, potius, quam accuratam Aſtronomorum ſupputationem ſequi debet, cum annorum, menſium, aliorumque temporum dimenſiones ad captum vulgi accommodatæ eſſe debeant. Quare prior via intercalandi nulla ratione adhibenda videtur, propterea quod incerta eſt, irregularis, atque inæqualis, quippe in qua vno tempore pluribus annis omitti deberet dies intercalaris, alio vero paucioribus, quod quid aliud eſſet, niſi conìicere populum Chriſtianum vniuerſum in laqueos inexplicabiles; cum perpetuo dubius, atque incertus futurus eſſet, quando intercalaris dies foret omittendus? Neque enim dici poteſt, Eccleſiam populo debere proponere tabulam intercalationis, in qua anni deſcripti ſint, quibus intercalatione vtendum non ſit: quia inter Aſtronomos excitaretur incendium diſcordiarum, ſeditionumque intolerabilium, cum quilibet ſuum calculum obtruderet in hoc negotio ſequendum; quandoquidem, vt proximo cap. diximus, hic illas tabulas, ille vero has contendat eſſe aſſumendas. Quam enim obſecro aliam ob cauſam poſt Concilium Nicænum ad tempora vſque Iuſtiniani Imperatoris, tot diſſidia, atque contentiones in Paſcha celebrando inter Græcos, & Latinos extiterunt, niſi quod eo in Concilio Patres illi ſanctiſſimi non propoſuerunt certum aliquem cyclum quem tota Eccleſia obſeruaret, ſed curam eam Euſebio Epiſcopo Cæſarienſi, atque Alexandrinis demandarunt? Hinc enim factum eſt, vt Latini ſecundum vnum Cyclum, & Græci ſecundum alterum contenderent Paſcha eſſe celebrandum, donec tempore Iuſtiniani Senioris Dionyſius Abbas Romanus Cyclum Alexandrinorum Calendario Romano inſcriberet, quem omnes deinceps Eccleſiæ concordibus animis ſequerentur: quod & factum eſt tum ab Eccleſia Orientali, tum Occidentali, vſque ad Gregorianam hanc correctionem. Niſi ergo Gregorius xiii. Pontifex prudentiſſimus æquabilem quandam, & regularem intercalationis formulam præſcripſiſſet, ſed Aſtronomis curam eam reliquiſſet liberam, vt ex vero motu tabulas conficerent, quæ annos deſcriptos continerent, quibus ab intercalatione ceſſandum eſſet: quis non videt, perpetuas rixas & diſſenſiones inter Aſtronomos futuras fuiſſe, cum ſuum quiſque calculum Eccleſia obtruderet? Sed iam ſuperiore cap. ſatis ſuperque demonſtraſſe videor, motus veros ab Eccleſia non eſſe recipiendos. Vna igitur ac definita magnitudo anni eligenda fuit, vt ſecundum eam ratio inſtitueretur, qua intercalatio certo quodam annorum ſpatio intermitteretur. Ita namque & vulgo, ac rudi populo magis eſt conſultum, & omnis materia diſcordiarum inter Aſtronomos è medio penitus ſublata.

1. Cauſa Cur in correctione Calendarii media anni magnitudo aſſumpta ſit.

Annum inæqualem aptum non eſſe ad intercalandi rationẽ inſtituendã.

QVARE cum annus ſit inæqualis, maximus, minimus, & mediocris ſiue medius, non poterit ad hanc rem aſſumi maximus, quia nimis raro intercalatio omitteretur, id eſt, ſemel trecenteſimo quoque anno. Et quamuis ratio hæc eo tempore, quo annus in maximam magnitudinem excreuiſſet, motui Solis exquiſite reſponderet, plurimum tamen diſtaret à vero, cum idem annus minimam obtineret magnitudinem.

Maximus ann⁹ cur ad æquationẽ anni ſolaris non ſit idoneus.

EANDEM ob cauſam neque minimus huic rei idoneus eſſe poteſt, propterea quod nimis crebram omiſſionem diei intercalaris expoſcit, & ſolum motui Solis reſponderet eo tempore, quo annus minimus circumageretur.

Minimus annus cur ad æquationem anni ſolaris aptus non ſit.

SOLVS ergo annus inter maximum, & minimum medius, cuiuſmodi eſt Alphonſinus, ad hoc munus aptus erit: quia ſiue maior aliquo tempore annus fuerit deprehenſus, ſiue minor, quam mediocris, parum à vero aberrare poterimus. ſi pro magnitudine anni illius medii, mediocriſue, omiſſionem diei intercalaris inſtituamus: cum neque nimis raro, neque nimis crebro dies intercalaris è medio tollatur, ſed media quædam ſemper ratio ſeruetur: adeo vt ratio hæc intercalandi ſeipſam emendet, atque corrigat. Nam quando æquo crebrius intercalaris dies omittitur vno tempore, compenſatur hic error tempore alio, quando ſcilicet rarius dies intercalaris eximitur, & contra.

Medius annus, id eſt Alphonſinus cur ſolus ad annum ſolarem æquandum aptus ſit.

Ratio intercalationis ad medium annum inſtituta quo pacto ſeipſam emendet.

ID quod perſpicuum erit ex calculis annorum aliquot ad finem cap. 6. vbi luce clarius apparebit, æquationem æquabilem ad ſolum annum mediocrem, non autem ad minimum, ſiue maximum poſſe inſtitui:

quippe

Digitized by Google

quippe cum horum annorum æquationes æquinoctium poſt aliquot annos longiſſime è propria ſede, ſtatione ue exturbent, æquatio vero illius anni, videlicet medii, idem circa 21. diem Martii, quæ eſt eius ſedes propria, ita conſeruet, vt ab eo non longe poſſit euagari, etiam ad plurima annorum millia.

Nihil incommodi, quod alicuius momẽti ſit, ſequi ex intercalatione pro medio anno inſtituta.

NEQVE aliud incommodum (ſi incommodum dici poteſt) ex hac intercalationis omiſſione ſecundum mediam anni magnitudinem inſtituta ſequi poteſt, quam quod anno maximo citius quam opus eſt, diem intercalarem eximamus, atque idcirco æquinoctium aliquantulum à die 21. Martii verſus finem menſis recedat, Eccleſiaſticumque æquinoctium diei 21. affixum contingat ante verum: Anno vero minimo tardius, quam æquum eſt, diem intercalarem omittamus, ac proinde æquinoctium deſerat diem 21. Martii, progrediaturque verſus menſis initium, ita vt Eccleſiaſticum æquinoctium poſt cæleſte, ſeu verum accidat. Hoc autem non eſſe abſurdum, ſed potius conſuetudini Eccleſiæ maxime conſentaneum, ex iis, quæ ſequuntur, intelligetur.

2. cauſa Cur in correctione Calẽdarii magnitudo anni medii aſſumpta ſit.

Similitudo inter medias Luminarium coniunctiones, & æquationem ad annum medium inſtitutam.

11 DEINDE poſterior hæc ratio magis probata eſt, quia vt proximo cap. pluribus argumentis probauimus, Eccleſia vſa ſemper eſt mediis motibus, ſeu potius cyclis, in Nouiluniis, & Lunis xiiii. ad rectam Paſchæ celebrationem inueſtigandis, veris motibus exquiſitiori Aſtronomorum perſcrutationi relictis; quod medii motus ſint ſemper æquales & vniformes; veri autem inæquales ac difformes, modo mediis maiores, & modo minores. Æquum igitur, & conſentaneum eſſe videtur, vt ad æquinoctium in ſua ſede retinendum adhibeat quoque anni magnitudinem, quæ inter maximam, & minimam media eſt, cum par vtrobique ratio eſſe videatur. Nam quemadmodum coniunctiones Luminarium mediæ veras nunc antecedunt, nunc vero ſubſequuntur, ita etiam æquinoctium, quod annus inter maximum & minimum medius exhibet, vno tempore præcedet, vero ſubſequente, alio autem tempore poſt verum accidet, vt paulo ante diximus.

Dubitatio quod interdũ Paſcha reiiciatur in ſecundũ menſem, nõ nunquã vero primum mẽſem præueniat, ſi æquatio pro medio anno inſtituatur.

QVOD ſi quis obiiciat, ex eo, quod æquinoctium verum non ſemper in die 21. Martii, vbi illud Eccleſia ſtatuit, ſed interdum vel ante, vel poſt contingat, neceſſario effici, vt nonnullæ Lunæ xiiii. pertineant ad primum menſem, ſintq; Paſchales, ex Decretis, & ſanctionibus Patrum, & Concilii Nicæni, & tamen reiiciantur tanquam non Paſchales, & ad vltimum menſem ſpectantes; propterea quod ante diem 21. Martii, in quo putat Eccleſia æquinoctium fieri, Lunæ illæ xiiii. exiſtunt, licet in ipſum diem æquinoctii, quod tum fortaſſis diem 21. antecedit, incidant, vel ipſum etiam ſubſequantur: Rurſus vt nonnullæ Lunæ xiiii. non ſint Paſchales, ſecundum eadem Decreta, & ſanctiones Patrum ac Nicæni Concilii, ad vltimum menſem pertineant, quæ tamen ab Eccleſia legitimæ ad Pacha celebrandum, & primi menſis cenſeantur; propterea quod in diem 21. Martii æquinoctio deſtinatum incidunt, vel eum ſub ſequuntur, etſi æquinoctium vernũ, quod tum fortaſſis poſt diem 21. contingit, præcedant; quorum vtrumque abſurdum eſſe videtur, cum priores Lunæ xiiii. Paſcha in ſecundum menſem reiiciant ex primo, poſteriores autem idem in duodecimo, atque vltimo menſe ante primum exhibeant celebrandum.

Solutio dubitationis, nouum non eſſe, vt interdum Paſcha celebretur vel in ſecundo menſe, vel in vltimo, propter annos communes & biſſextiles.

SI quis, inquam, ſic obiiciat, reſpondendum eſt, hoc non eſſe abſurdum, neque nouum in Eccleſia Dei. Nam æquinoctium vno die non poteſt contineri, ſed duos ſibi depoſcit dies, propterea quod ſi in anno biſſextili aliquo contingat v. g. die 20 Martii circa meridiem, idem ſequenti anno accidet ſex horis tardius, nimirum die 20. ſub occaſum Solis, propter ſex illas horas, quæ in anno quolibet poſt biſſextum omittuntur. Deinde proximo anno, die 20 circa mediam noctem, & alio anno inſequenti, die 21. ſub ortum Solis, ac tandem ſequenti anno, qui iterum biſſextilis eſt, ad priorem diem 20. circa meridiem regredietur, propter diem intercalarem anno adiectum. Cum igitur æquinoctium duos dies requirat, Eccleſia autem vnicum diem æquinoctio ſemper aſſignauerit, videlicet 21. Martii, vt omnes Chriſti fideles eodem vbique die Paſcha celebrent, proxima ſcilicet Dominica poſt Lunam xiiii. quæ cadit vel in diem æquinoctio attributum, hoc eſt, in 21. Martii, vel eum proxime ſequitur, non autem antecedit. vt ſupra docuimus; non potuit vllo tempore, neque ipſius Concilii Nicæni temporibus, quando Canon Paſchalis primum confirmatus eſt, atque à generali Concilio editus, euitari, quin interdum Paſcha celebraretur vltimo menſe, vel ſecundo. quod ita planum efficiam.

Paſcha neceſſario celebratũ eſſe interdũ & in ſecundo menſe & in vltimo, etiam ipſis Concilii Nicæni temporibus.

FAC æquinoctium circa tempora Concilii Nicæni, quod à Patribus in die 21. Martii conſtitutum eſt, contigiſſe vere die 21. & 22. Martii, quemadmodum id tabulæ Nicolai Copernici, ſiue Prutenicæ nobis demonſtrant, ex quibus reperimus, æquinoctium anno Domini 324. biſſextili contigiſſe die 21. Martii circa meridiem, ac proinde anno tertio poſt biſſextum, anno videlicet 327. die 22. ſub ortum fere Solis. Hoc poſito, quotieſcunque tunc anno tertio poſt biſſextum Luna xiiii. incidit in diem 21. Martii, (quod quidem, currente aureo numero 16. ante Calendarii correctionem ſemper accidebat) celebratum eſt Paſcha vltimo menſe, cum Luna illa xiiii. æquinoctium præceſſerit, atque in ipſum æquinoctium Paſcha inciderit, ſi forte tunc dies 22. fuit Dominica. Ponamus deinde æquinoctium circa idem tempus Nicæni Concilii occupaſſe diem 20. & diem 21. Martii. quod cum Alphonſinis tabulis magis congruit, cum eæ æquinoctium anno 324. biſſextili in die 20. Martii horis ferme 22. ante meridiem reponant. Hoc, inquam, ſi recipimus, quotieſcunque eo tempore Luna xiiii. in anno biſſextili in diem 20. Martii incidit, reiectum eſt Paſcha in menſem ſecundum, cum illa Luna xiiii. vere Paſchalis fuerit, propterea quod vel in æquinoctium incidit, vel ipſum ſecuta eſt, & tamen eam Eccleſia reſpuerit, tanquam vltimi menſis, non aliam vtique ob cauſam, quam quod diem 21. æquinoctio aſſignatum anteceſſerit. Idem nunc poſt correctionẽ contingat quoq; neceſſe eſt, quotieſcunq; Epactæ xxiv. xxiii. ſunt in vſu. Nam cadente æquinoctio in diem 20. Martii, & currente Epacta xxiiii. eſſet Luna xiiii. huius Epactæ ſedem habens in die 20. Martii, Paſchalis, ex Decretis Patrum, & Concilii Niceni, quæ tamen reiicitur, & alia ſecundi menſis recipitur. Incidente autem æquinoctio in diem 22. Martii, & currente Epacta xxiii. ſumitur Luna xiiii. huius Epactæ in diem 21. cadens pro Paſchali, cum tamen ex Decretis Patrum ad vltimum menſem pertineat, propterea quod ante æquinoctium exiſtit.

Eccleſiam Decretis Patrum non repugnare etſi interdũ Paſcha celebrat vel in vltimo menſe vel in ſecundo, eũ hoc nullo modo vitari poſſit.

12 EX his liquido apparet, nouum non eſſe in Eccleſia, vt Paſcha vel in vltimo menſe, vel in ſecundo celebretur, propter æquinoctium vni diei affixum, quod duos dies poſtulat. Neque vero in hoc Eccleſia à Decretis Patrum, & Concilii Nicæni diſcedere putanda eſt: quia Decreta illa non ita ſeuere accipienda ſunt, vt velint Eccleſiam ex tabulis Aſtronomicis æquinoctium debere explorare; ſed ita ſolum ſunt intelligenda, vt Eccleſiam præcipiant in Paſchæ celebratione obſeruare debere diem æquinoctio aſcriptum

licet

Digitized by Google

licet nonnunquam æquinoctium antecedat illum diem, vel ſubſequatur, dummodo non longe ab eo recedat.

13. QVOCIRCA recte dici poteſt, æquinoctium duobus poſſe modis accipi: vno, prout vere in rerum natura exiſtit, & ab Aſtronomis conſideratur; alio, prout in Calendario affigitur ad certum aliquem diem, & ab Eccleſia ad Paſcha rite celebrandum adhibetur. Illud Aſtronomicum, ſiue verum, hoc Eccleſiaſticum, ſiue Politicum dicatur. Et quamuis Eccleſiaſticum hoc æquinoctium debeat ad Aſtronomicum illud, ac verum, quantum fieri poteſt, referri, iuſtas tamen ob cauſas poteſt vnum ab altero diſcrepare. Iuſtiſſima autem cauſa, quare Eccleſiaſticum æquinoctium à naturali, ac vero interdum differat, eſt concordia fidelium, atq; conſenſus, propter quem Eccleſia æquinoctium vnico diei aſcripſit, vt nimirum in orbe Chriſtiano vniuerſo eodem die coniunctis animis Sacroſanctum Paſchæ diem omnes agitarent: quæ ſane concordia vix, aut ne vix quidem, retineri poſſet, ſi æquinoctium, habita ratione veri motus, ad duos, aut etiam plures dies alligaretur, vt ex iis, quæ diximus, conſtat. Itaque tametſi Eccleſia in Paſchæ celebritate libere, ac ſponte (nullis etenim legibus ad hoc faciendum aſtringitur, vt ſupra cap. 1. diximus) æquinoctium, & curſum Lunæ ſibi obſeruandum proponat, ob maiorem nimirum myſteriorum, quæ in ſanctiſſima Paſſione, ac Reſurrectione Dominica continentur, explicationem: magis tamen cordi ei eſt pax fidelium, atque concordia: adeo vt ſi caſu aliquo detrimentum accipiendum ſit vel in æquinoctio, motuque Lunæ, vel in concordia fidelium, exoptet magis, Paſcha eodem die ab omnibus celebrari, etiamſi non perfecte æquinoctium, curſuſque Lunæ teneatur, quam vel minimam conſenſionem fidelium in eo celebrando dirimi, aut perturbari. Quis enim merito Eccleſiam reprehendat, vel erroris inſimulet, ſi non nihil à perfecta æquinoctii atque lunæ xiiii. obſeruatione deflectat, vt tranquillitas, & pax inter fideles in Paſcha omnium feſtorum fidelium celeberrimo agendo conſeruetur? Æquinoctium enim & Lunam xiiij. libere, & ſolum, propter congruentiam quandam, ac ſimilitudinem cum Paſcha Hebræorum in hoc negotio conſiderat, vt capit. 1. docuimus; pacem vero credentium, atq; concordiam, ex præcepto diuino tueri, atq; conſeruare debet.

Aequinoctium duplex, Aſtronomicũ ſeu verum, & Eccleſiaſticum ſiue politicum.

Eccleſiam libere obſeruare æquinoctiũ, & Lunam in Paſche ſolemnitate, & cur obſeruet.

Eccleſiæ magis cordi eſſe pacẽ fidelium in Paſcha celebratione, quã accuratã æquinoctij, & curſus Lunæ obſeruationem.

14. DENIQVE medium annum potiſſimum in hac re ſecuta eſt Eccleſia, quoniam etſi propter diei intercalaris intermiſſionem pro magnitudine anni media inſtitutam, poſt aliquot ſeculorum decurſum accideret, æquinoctium non perſiſtere in die 21. Martii, ſed vel verſus finem menſis prolapſum eſſe, vel progreſſum verſus initium, per nouas obſeruationes deprehenderetur, quod ob Aſtronomicarum tabularum inconſtantiam, mutabilitatemq; contingere poſſe, non negamus; (quemadmodum enim tabulæ Ptolemæi, & Alphonſi Regis deprehenſæ iam ſunt à veris motibus nonnihil deflexiſſe, quamquam illis temporibus, quando conditæ ſunt, eos rectiſſime exhiberent, ita nobis tabularum Prutenicarum ex Copernici doctrina erutarum perpetuitatem polliceri non poſſumus.) Etſi, inquam, æquinoctium è ſua ſede diſceſſiſſe comperiretur, nullo tamen negotio ad diem 21. poterit reuocari, ſi ex Decreto Pontificis Romani, vnus aut alter dies, vel etiam plures, ſi opus ſit, extra ordinem in aliquo anno intercalentur, ſi forte verſus finem menſis prolapſum deprehenderetur: aut ex anno aliquo eximantur, ſi verſus initium menſis proceſſiſſet: pro multitudine ſcilicet dierum, quibus æquinoctium à die 21. receſſiſſe animaduerteretur. Hac enim ratione ad 21. diem reſtitueretur, nec quicquam in Epactis Calendarii propterea immutandum erit, ſed ſolum æquationes tabulæ expanſæ Epactarum paulo aliter erunt diſponendæ. quod qua ratione fieri debeat, ſuo loco, cum de Epactarum æquatione verba faciemus, declarabimus.

3. Cauſa. Cur in correctione Calendarij media anni magnitudo aſſumpta ſit.

Aequinoctiũ, ſi poſt aliquot annos diẽ 21. Martij omnino deſeruiſſet, quo pacto ad eundem poſſit reuocari.

15. ATQVE in hoc excellentia, ac perpetuitas Calendarii Gregoriani conſiſtit, quod ad quamcunq; intercalandi formam, hoc eſt, ad quamuis anni magnitudinem accommodari poſſit, nulla Cycli Epactarum facta in Calendario mutatione: quæ res in nullum alium Cyclum Lunarem quadrare poteſt, cum mutata intercalationis ratione, Cycli quoque in Calendario diſpoſitio mutanda ſit neceſſario, vt infra, cum de Epactarum tabula expanſa agemus, copioſe explicabimus. Quod quidem plerique non intelligentes, temere inconſiderateque perpetuitatem Gregoriani Calendarii oppugnant. Non enim Calendarium Gregorianum ideo appellatur perpetuum, & nulli vnquam mutationi obnoxium, quod, vt falſo aduerſarii interpretantur, talis in eo intercalandi formula ſit præſcripta, vt per eam æquinoctium in 21. die Martii ita retineatur, vt ab eo non recedat. Hoc enim nunquam diximus, & quidem fieri nulla ratione poteſt, ſi annus Ciuilis ex diebus integris conſtans, & intercalandi modus facilis, ac regularis, vt decet, non autem Aſtronomicus annus ex diebus, horis, horarumque fragmentis conſtitutus, & irregularis intercalationis forma populo rudi proponenda ſit. Quis enim tam ſtupidus, atque hebes ſit, modo ſit rebus Aſtronomicis vel leuiter tinctus, qui hoc ſibi perſuadeat, cum experientia quotidiana nos doceat, ne in quatuor quidem annorum interuallo, propter ſex horas quotannis omiſſas, æquinoctium in eodem die poſſe conſiſtere? Sed eam ob cauſam perpetuum, nulliq; mutationi obnoxium diximus Calendarium hoc nouum, quod etiamſi à poſteris alia anni magnitudo fortaſſis fuerit deprehenſa, proinde alia quoque intercalationis regula ſecundum eam inſtituenda ſit, (quod quidem poſſe accidere, ingenue fatemur, propter anni magnitudinem incertam, & inæqualem; Ob hanc enim cauſam in Compendio reſtitutionis Calendarii, duæ intercalandi formulæ Principibus Chriſtianis, & Mathematicis propoſitæ ſunt.) Calendarium tamen ipſum, quod ad diſpoſitionem Epactarum ſpectat, intactum prorſus ſit permanſurum. Id quod non contingeret, ſi aureus numerus, quocunque etiam modo per dies diſpoſitus, in Calendario relictus eſſet, quod nonnulli optabant: quippe cum non ſolum, ſi alia, atque alia intercalatio pro diuerſis anni magnitudinibus inſtitueretur, ſed etiam ſeruata eadem ſemper intercalandi forma, ſecundum annum Alphonſinum, à nobis propoſita, tricies oportuiſſet aureum numerum in Calendario immutare, atq; idcirco triginta Calendaria diuerſa, (quod eſſet intolerabile) condenda fuiſſent, propter anticipationem Lunæ, vt infra cap. 15. patebit.

Perpetuitas, ac perfectio Calẽdarij Gregor. in quo conſiſtat.

Calendarium nouum nõ dici perpetuũ, quã ſi nunquã à die 21. Martij æquinoctiũ recedere poſſit.

Fieri non poſſe, vt æquinoctiũ in eodẽ die perſiſtat, ob ſex horas quotannis omiſſas.

Quare Calendarium nouũ dicatur perpetuum.

16. ITAQVE cum in hoc correctionis negotio anni Alphonſini magnitudo delecta ſit, ſecundum quam ad æquinoctium in eodem die conſeruandum, forma intercalandi inſtituatur, tanquam magis vniformis, magiſque ad ſenſum vulgi accommodata, explicemus iam, qua ratione omiſſio diei intercalaris centeſimo quoque anno poſt annum 1600. quadringenteſimo quoque excepto, de qua ad initium huius capitis dictum eſt, ad hanc anni magnitudinem quadret. Etenim cum, vt cap. 3. oſtendimus, æquinoctium in annis 134. ferme vnum diem anticipet, ita vt ſi nunc diei 21. adhæreat, poſt 134. annos ad diem 20. progreſſurum ſit, efficitur,

Digitized by Google

citur, vt ſi quouis anno 134. poſt annum 1600. dies intercalaris omittatur, conſtituendo modo annum 132. modo annum 136. (quoniam annus 134. biſſextilis non eſt) communem, dierum ſcilicet 365. non autem biſſextilem, vt fieri deberet, ſi annus Iulianus, ſiue Eccleſiaſticus maior, minorue non eſſet, quam dierum 365. & horarum 6. Efficitur, inquam, vt æquinoctium ad diem 21. reuertatur, quemadmodum ex omiſſione decem dierum anno 1582. facta, quibus à 21. die verſus principium menſis Martii diſceſſerat, ad eundem 21. reſtitutum eſt. Sed quoniam varietas hæc, qua modo anno quolibet 132. modo quouis anno 136. intercalatio omitti deberet, facile obliuioni tradi poſſet, quod anni huiuſmodi nulla inſigni nota ſint affecti, electi ſunt ad hanc rem anni potius centeſimi, cum hi magis ſint conſpicui, & non tam facile in illis negligentia aliqua, aut obliuio poſſit obrepere, præſertim quod omnes centeſimi ſint Iubilæis dedicati, vt propterea Eccleſiæ Catholicæ filiis ſint notiſſimi, atque expectatiſſimi. Cum enim in annis 134. vt dictum eſt, æquinoctium anticipet vnum diem, anteuertet idem ſedem ſuam in Calendario ſpatio 402. annorum, tribus diebus.

Cur anni centeſimi ad æquandum annũ Solarẽ ſint delecti.

Qua ratione omiſſio diei intercalaris in centeſimis annis, quadringenteſimo quouis excepto, ad annum Alphonſinum quadret.

17. Quare ſi quolibet ſpatio quadringentorum annorum tres intercalares intermittantur, hoc ſeruato ordine; vt primi tres centeſimi poſt 1600. annum. (annus enim 1600. æquatione nondum indiget, cum tunc propter vicinitatem anni 1582. quo Calendarium eſt correctum, æquinoctium diem integrum anticipare non potuerit, ſed adhuc die 21. contingat) ſint communes, & non biſſextiles, quadringenteſimus autem quiſq; biſſextilis ſit; conſeruabitur æquinoctium circa diem 21. Martii, perinde ac ſi centeſimo trigeſimo quarto quoq; anno dies intercalaris omitteretur.

In quot annis æquinoctium per vnũ diem à 21 Martij verſus finem menſis prolapſurum ſit, ſi annus Alphonſinus ſemper medium locum teneret inter maximũ, & minimũ annum.

ITAQVE etſi in poſterum quartus quiſque annus (tribus in medio relictis) de more adhuc ſit biſſextilis, hi tamen anni 1700. 1800. 1900. biſſextiles non cenſebuntur, (quamuis in biſſextilium numero contineantur) ſed communes, annus autem 2000. erit biſſextilis. Eodemque modo anni 2100. 2200. 2300. communes fient, & annus 2400. biſſextilis, atque ita deinceps eodem ſemper ſeruato ordine, donec compertum ſit, æquinoctium ita à 21. die Martii diſceſſiſſe, vt ad eum reuerti non poſſit, niſi extra ordinem intercalatio per Decretum Summi Pontificis fiat, aut omiſſio vnius, pluriumue dierum in aliquo anno, vt ſupra oſtendimus. Nam quod duos illos annos, qui vltra 400. ſuperſunt neglexerimus, nemo mirari debet: quippe cum in multis annorum millibus, nimirum in annis 26800. propemodum vix vnius diei errorem poſſint efficere, etſi eorum ratio non habeatur: qui tamen error, ſi ad vnum diem excreuerit, facile per intercalationem extraordinariam vnius diei in aliquo anno communi corrigetur; quod tunc dies ille anno reſtituendus ſit, qui ſine neceſſitate exemptus eſt. Non cenſuimus tamen, habendam eſſe rationem duorum illorum annorum, ne ratio intercalandi redderetur obſcurior: præſertim, quia poſteri poſt annum Domini 28400. id eſt, circa annum 26800. poſt correctionem, ſi tamdiu mundus durabit, facile æquinoctium in ſuam ſedem reſtituent, vt diximus. Huc accedit, quod ratio noſtra intercalandi ſecundum annum Alphonſinum inſtituta eſt, de quo certi eſſe non poſſumus, num tanto tempore medium ſemper locum inter maximum, & minimum annum retenturus ſit. Quare merito hanc curam poſteris relinquimus, vt mature conſiderent, quæ tunc æquatio ſit inſtituenda, ſi forte alia anni magnitudo fuerit deprehenſa. Hic autem numerus annorum 26800. ita colligitur. Si in 134. omittitur 1. dies intercalaris, in 2. annis deberent omitti $\frac{2}{134}$ id eſt, $\frac{1}{67}$ vnius diei: atque hac minutia præuenimus omiſſionem intercalationis in 400. annis. Igitur ſi $\frac{1}{67}$. vnius diei expoſcit 400. annos; dies 1. requiret 26800. annos. Atque hoc verum quidem eſt, ſi vere annus eſt D. 365. hor. 5. min. 49. ſec. 16. Sed hac de re vide quoq;, quæ cap. 14. Num. 1. ſcripſimus.

Similitudo inter intercalationẽ quadringenteſimo quoq; anno, & intercalationem quarto quoque anno conſuetam.

18. PORRO conſideratione dignum videtur, rationem hanc intercalationis in centeſimis annis inſtitutam, perſimilem eſſe conſuetæ intercalandi formulæ quarto quoque anno, atque ideo facile à populo memoria poſſe retineri. Quemadmodum enim quartus quiſque annus poſt Chriſtum natum biſſextilis ſemper fuit, & erit, (centeſimis quibuſdam exceptis) alii autem omnes anni communes, ita poſt annum 1600. quadringenteſimus quiſque annus biſſextilis erit, reliqui vero omnes anni centeſimi communes. Item quemadmodum inter annos non centeſimos, ij tantum biſſextiles ſunt, quos quaternarius numerat, quales ſunt anni 4. 8. 12. 16. 20. 24, 28. 32. 1588. 1592. 1596. 3416. 3420. 3424. &c. ita quoque poſt correctionem, ex annis centeſimis ij duntaxat, quorum centenariorum numerum quaternarius numerat, biſſextiles erunt, quales ſunt anni 1600. 2000. 2400. 3600. 9200. &c. Nam omnes hos centenariorum numeros 16. 20. 24. 36. 92. quaternarius metitur, vt patet.

Dubitatio quod æquatio non recte videatur adhiberi in centeſimis annis, qua quouis an. 134 fieri deberet.

VERVM dicet aliquis. (& ſane non pauci ita ſibi perſuadent.) Hæc intercalaris diei omiſſio in annis centeſimis, maxime quidem ad captum vulgi, & ad memoriam eſt accommodata, ſed minus idonea ad æquinoctium in 21. die Martii conſeruandum videtur. Nam cum ad retinendum æquinoctium in eodem die, omittendus ſit vnus dies intercalaris, pro anni Alphonſini magnitudine, ſingulis quibuſque 134. annis, vt ſupra oſtenſum eſt, fit, vt in æquatione, quæ per centeſimos annos progreditur, in primo centeſimo per omiſſionem diei intercalaris præueniatur iuſta ac legitima æquatio annis 34. in ſecundo vero centeſimo, annis 68. & in tertio centeſimo, annis 102. quæ res non videtur æquinoctium in ſua retinere ſede, ſed ab ea potius deturbare.

Solutio ſuperioris dubitationis.

ATTAMEN ſi rem paulo attentius conſiderare quis velit, intelliget profecto, hac noſtra æquatione, ſi anni magnitudo tanta vtique eſſet, quantam nobis tabulæ Alphonſinæ præbent, æquinoctium rectius in ſua ſede conſeruari, quam ſi quouis anno 134. ea fieret. quod ita planum erit. Statuamus æquinoctium, v. g. contingere aliquo anno in die 21. Martii, ſex horis ante ortum Solis, hoc eſt, media nocte antecedente. Hoc poſito, idem poſt annos $33\frac{1}{2}$. anteuertet eam mediam noctem ſex horis, fietque circa occaſum Solis diei 20. propterea quod in annis 134. vnum diem anticipat, ideoque annis $33\frac{1}{2}$. quartam partem diei, hoc eſt, ſex horas. Poſt annos vero 67. eadem de cauſa, idem in meridie eiuſdem diei 20. reperietur. Et poſt $100\frac{1}{2}$. annos, in ortu Solis eiuſdem diei 20. Ita vt poſt ſpatium 100. annorum, æquinoctium à prima ſibi aſſignata ſede receſſerit verſus initium menſis per tres quartas partes diei, hoc eſt, per horas 18. Quod ſi hoc anno centeſimo dies intercalaris non eximatur, ſed expectetur annus 134. vt nonnullis rem non recte perpendentibus placet, excreſcet hic receſſus verſus menſis initium ad 24. horas, æquinoctiumque ante diem 20. media nocte accidet,

Digitized by Google

accidet, antequam dies anno 134. eximatur; ſemperque hoc eueniet quolibet ſpatio 134. annorum. At ſi primo centeſimo anno ſubtrahatur dies intercalaris, etiamſi anticipatio æquinoctii nondum ad integrum diem, ſed ad horas duntaxat 18. excreuerit, deducetur æquinoctiū ex ortu Solis diei 20. in ortum Solis diei 21. diſtabitque ſex horis verſus finem menſis à puncto primum aſſignato, non autem horis 18. verſus principium menſis. Deinde in ſecundo centeſimo, cum primum æquinoctium ad meridiem diei 20. peruenerit, reſtituetur idem, per ſubtractionem diei intercalaris, in meridiem diei 21. diſtabitque horis 12. à prima ſede. At vero in tertio centeſimo, cum iam æquinoctium attigerit Solis occaſum diei 20. reuocabitur idem, per alterius diei exemptionem, ad Solis occaſum diei 21. atque à prima ſede horis 18. diſtabit. Deinceps autem ſenſim diſtantia hæc imminuetur, donec in quarto centeſimo per 18. horas imminuta ſit, (quod centeſimo quoque anno æquinoctium horis 18. ſedem ſuam anteuertat) atque idcirco in prima rurſus ſede, hoc eſt, in media nocte ante diem 21. exiſtat, cum quarto illo centeſimo dies intercalaris non omittatur, ſed de more intercaletur.

VIDES ergo, ſi dies vnus quolibet anno 134. excerperetur, (quod non paucis, vt diximus, viſum eſt expedire) æquinoctium ſemper receſſurum verſus principium menſis à ſede ſibi aſſignata, vt receſſus hic prope annum 134. ad diem fere integrum excreſceret. quod quidem ter in ſpatio quadringentorum annorum contingeret. Secundum vero noſtram æquationem in centeſimis annis inſtitutam, non poſſe diſtantiam æquinoctii è prima ſede ſua continere vnquam 24. horas, ſed ad ſummum 18. & hoc ſemel in toto quadringentorum annorum ſpatio; atque idcirco rectius conſeruari æquinoctium ad diem 21. ſi in centeſimis annis fiat æquatio, quam ſi annus 134. expectetur.

Aequationem in cẽteſimis annis adhibitam eodem modo conſeruare æquinoctiũ in eodem die, quo per intercalationẽ quarto quoque anno conſeruatur.

19. ADDE quod noſtra hæc æquatio in centeſimis annis adhibita non ſolum, vt antea dictum eſt, ad ſolitam intercalandi rationem quadriennalem conformatur, ſed eadem prorſus eſt ratio in vtraque, quod ad cõſeruationem æquinoctii in eadem ſede attinet. Nam ſicut primo anno poſt biſſextum æquinoctium verſus finem menſis prolabitur ſex horis; ſecundo horis 12. & tertio horis 18. propter ſenas horas in ſingulis annis communibus omiſſas; anno denique quarto ob intercalationem vnius diei prope anni initium, non expectatis 24. horis expletis, in eandem ſedem reſtituitur: ita in quolibet ſpatio quadringentorum annorum accidit, ſi primi tres centeſimi fiant communes, & quartus intercalaris, vt ex dictis liquido conſtat. Itaque hæc iure reprehendi non poteſt, quin illa quoq; damnetur.

Aequationem in annis centeſimis adhibitam perſimilem eſſe æquationi Arabũ in anno Lunari.

20. QVID, quod eandem propemodum rationem intercalandi Arabes in anni Lunaris æquatione ſequuntur? Nunquam enim expectant, donec ex horis omiſſis dies integer confletur, ſed quotieſcunque ex illis horis maior numerus, quam 12. componitur, inſtituunt annum intercalarem, adijcientes vnum diem anno Lunari dierum 354. quem Emboliſmum appellant. Qua de re legendus eſt Campanus in Computo maiori, & Paulus Middelburgenſis lib. 2. ſuæ Paulinæ. Sed vt planius percipiatur, non potuiſſe commodiorem, & vero magis ſimilem æquationis viam iniri, quam eam, quæ hoc cap. à nobis explicata eſt, afferemus in medium argumenta, ſeu potius cauillationes quorundam, aduerſus eam æquandi Solaris anni rationem. Verum prius in ſequenti capite explicanda paulo diligentius erit tota periodus Anomaliæ æquinoctiorum, & inæqualitatis annorum, ſecundum hypotheſes Nicolai Copernici, quandoquidem hæ magis hodie ſunt receptæ ab Aſtronomis. Hinc enim clariſſime apparebit, & formulam æquationis præſcriptam aptiſſimam eſſe, & aduerſarios, quicunque illi ſint, in ea oppugnanda fruſtra tempus terere.

CAPVT VI.

De periodo anomaliæ Aequinoctiorum, & inæqualitatis annorum, ex Nicolai Copernici doctrina.

1.

QVONIAM ad funditus euertendam Solaris anni æquandi formulam proximo capite explicatam, temere affirmant nonnulli, qui ſe egregios Aſtronomos prædicant, æquinoctium vernum, ſi ea adhibeatur, ex die 21. Martii non ita poſt multa annorum millia ad 27. vſq; prolapſurum, & ad diem 21. amplius non rediturum, adduntque medium æquinoctium hoc tempore in diem 23. Martii incidere, atque æquinoctium verum à medio tum progrediendo, tum regrediendo, toto quatriduo diſcedere poſſe; operæ pretium me facturum exiſtimo; ſi ad coarguendam horum vaticinatorum inſcitiam, pro huius operis inſtituto, breuiter proponam hoc cap. ob oculos æquinoctia tam vera, quam media totius periodi anomaliæ æquinoctiorum, atque annorum Solarium inæqualitatis ex tabulis Prutenicis, quæ apud omnes fere iam ſolæ in pretio ſunt, & ex quibus aduerſarii omnia ſua argumenta confingunt, atque depromunt. Ita enim calumniæ eorum, quas in æquatione æquinoctiorum, quæ in nouo Calendario præſcribitur, oppugnanda adhibent, omnibus fient manifeſtæ; planumque efficietur, æquinoctium vernum, adhibita noſtra intercalandi formula, non tanto ſpatio à die 21. receſſurum, quanto iſti falſo, ac temere ipſum digreſſurum vaticinantur.

2. ET quoniam Nicolaus Copernicus, ex cuius doctrina Prutenicæ tabulæ extructæ ſunt, ſtatuit periodum anomaliæ præceſſionis æquinoctiorum confici ſpatio 1717. annorum Ægyptiorum, qui conſtituunt annos Iulianos, quibus nunc vtimur, 1717. & dies 302. partiemur totum hunc orbem, & reuolutionem in 8. partes præcipuas, primum quidem in 4. quadrantes, ſingulos deinde quadrantes in binas partes æquales, vt tempus cuiuslibet harum 8. partium æqualium complectatur annos 214. dies 174. ac horas 15.

Digitized by Google

Periodus Anomaliæ æquinoctiorum quãdo inciperet ante Chriſti ortum. Radix periodi anomaliæ æquinoctiorum. Periodus anomaliæ æquinoctiorũ quo anno Chriſti iterũ incæptura ſit.

3. HABVIT autem hæc reuolutio anomaliæ ſuum initium annis 63. completis, & diebus 227. horis 20. ac min. 42. ante Chriſtum natum: propterea quod tanto temporis interuallo æqualis ſiue medius motus eius anomaliæ conficit arcum à Copernico aſſignatum pro Epocha, ſiue Radice ipſius, ad initium annorum Domini: quæ Radix continet Sig. 0. Grad. 6. Min. 40. Sec. 27. Ter. 28. Quart. 6. Si igitur annis 63. & diebus 227. horis 20. ac min. 42. ante Chriſti ortum elapſis, adijciantur anni 1715. & dies 302. totius circuitus, ac reuolutionis, ſiue quod idem eſt, tempus illud ante Chriſtum natum ex integra hac reuolutione ſubducatur, (non aliter, ac ſi quis vellet v. g. tribus diebus ante principium anni adiungere 10. dies, is conficeret 7. dies anni, ſubtrahendo nimirum 3. ex 10.) conperiemus eandem anomaliam denuo reuolutionem ſuam inchoare anno Domini 1653. labente, die 25. Martii ſecundum Calendarium nouum, cum prioris reuolutionis principium incidiſſet in 18. diem Maii, ſi tunc annus Iulianus fuiſſet in vſu. Hinc per additionem continuam annorum 1715. & dierum 302. colligentur anni, in quibus eadem reuolutio ad caput redibit. At vero per continuam additionem annorum 214. dierum 174. hor. 15. conflabuntur anni, in quibus eadem reuolutio illas octo partes totius periodi æquales occupabit, vt in ſubiecta formula factum eſt, in qua duæ reuolutiones integræ ſunt deſcriptæ. Prima initium habet ab anno 63. expleto ante Chriſti Natiuitatem, finemque ſortitur anno Domini 1653. labente: à quo anno altera periodus incipit, terminaturque anno Domini 3369. labente. In his autem aſcripſimus quoq; dies menſium, in quibus fere anomalia octo partes totius reuolutionis occupat.

Quando Anomalia æquinoctiorum in qualibet octo partium exiſtat.	*Anni Domini. labentes.*	*Dies menſium.*
In principio reuolutionis, ſeu primi quadrantis.	63. ante Chriſtum natum expleto, & 1653.	18. Maii. 25. Martii.
In medio primi quadrantis	151. & 1867	8. Nouemb. 18. Septemb.
In fine primi quadrantis, & principio ſecundi.	366. & 2082	2. Maii. 12. Martii.
In medio ſecundi quadrantis.	580. & 2296	23. Octob. 5. Septemb.
In fine ſecundi quadrantis, & principio tertij.	795. & 2511	16. Aprilis. 28. Febr.
In medio tertii quadrantis.	1009. & 2725	8. Octobr. 24. Auguſti.
In fine tertii quadrantis, & principio quarti.	1224. & 2940	31. Martii. 15. Febr.
In medio quarti quadrantis.	1438. & 3154	22. Septemb. 11. Auguſti.
In fine quarti quadrantis, ſeu totius reuolutionis, & principio nouæ reuolutionis.	1653. & 3369	25. Martii. 2. Febr.

Aequinoctiũ verum ac mediũ, quando ſimul fiant, & quando maxime inter ſe differant, & quãdo mediocris ſit eorum differentia.

4. ÆQVINOCTIVM verum ac medium inter ſe non differunt, ſed ſimul eodem tempore fiunt, quando anomalia eſt tam in principio ſuæ reuolutionis, quam in fine ſecundi quadrantis, hoc eſt, in principio tam primi, quam tertii quadrantis: quia tunc æquatio præceſſionis nulla eſt. Maxima autem inter vtrumque æquinoctium differentia eſt, cum anomalia finem tum primi, tum tertii quadrantis poſſidet in ſua reuolutione: quia æquatio præceſſionis tunc maxima eſt. Differentia denique inter vtrumque æquinoctium in medio cuiuſque quadrantis mediocris eſt; quod tunc æquatio præceſſionis medio modo ſe habeat; adeo vt in tota periodo anomaliæ bis vtrumque æquinoctium ſimul fiat, & bis maxime alterum ab altero differat, quater autem eorum differentia in mediocritate quadam conſiſtat.

Annus tropicus quãdo ſit maximus, quãdo minimus, & quãdo mediocris.

RVRSVS annus tropicus, ſeu vertens, maximus eſt, quando anomalia & in principio ſuæ reuolutionis, & in fine exiſtit, ſcilicet in initio primi quadrantis, & in fine quarti. Minimus autem eſt, cum eadem anomalia in medio ſuæ reuolutionis conſtituitur, hoc eſt, in fine ſecundi quadrantis, ſiue in principio tertij. In aliis denique locis anomaliæ, mediocris eſt. Atque huius varietatis cauſa eſt, quia præceſſio æquinoctiorum vnius anni, quæ ſemper ab anno ſidereo æquali (qui continet dies 365. hor. 6. min. 9. ſec. 39. ex Thebitii, & Copernici ſententia) ſubtrahenda eſt, vt anni tropici magnitudo relinquatur, tam in ſuæ reuolutionis principio, quam in fine tardiſſima eſt: in medio autem velociſſima: aliis denique in locis medio modo ſe habet inter tardiſſimum, ac velociſſimum motum. Itaque in tota periodo anomaliæ præceſſionis æquinoctiorum annus ſemel maximus eſt, ſemel minimus & ſæpius mediocris; ita tamen, vt ſemper duorum annorũ à minimo anno vtrinq; æqualiter diſtantiũ magnitudines ſint inter ſe æquales. Quæ omnia in tabula inſequenti continentur,

vbi

Digitized by Google

vbi tempus veri ac medij æquinoctij, quando anomalia circa octo illa loca totius reuolutionis ab anno 1653. inchoatæ exiſtit, ſupputatum eſt, vna cum anni vertentis magnitudine. Facta autem eſt ſupputatio ad annos biſſextiles, qui propinquiores ſunt annis, in quibus anomalia in octo illis locis exiſtit, (excepto anno 1653. qui principium eſt reuolutionis, & ad quem calculus ſubductus eſt, licet non ſit biſſextilis) quod in biſſextilibus annis minor varietas cernatur in Solis ingreſſu in primum gradum Arietis. Calculus quoque ad æquationem Calendarij reſtituti, quæ per 400. annos progreditur, accommodatus eſt. Negleximus tamen horas in æquinoctiis, quod ſatis eſſe viſum ſit, ſi dies verni æquinoctii cum tempore ante, vel poſt meridiem, aut mediam noctem ſcriberetur, horis omiſſis.

Anno 1653. quando reuolutio anomaliæ præceſſionis æquinoctiorum incipit.

Æquinoctium { verum / medium } fiet { 20. Martij poſt med. noct. / 20. Martii poſt med. noct.

Annus tropicus continebit dies 365. hor. 5. min. 55. ſec. 37. ter. 40. quæ anni magnitudo fuit etiam anno 63. ante Chriſti Domini ortum: & ſecundum quam æquinoctium diem vnum anticipat annis ferme 329.

Anno 1868. cum anomalia erit iuxta medium primi quadrantis ſuæ reuolutionis.

Æquinoctium { verum / medium } fiet { 21. Martii poſt med. noct. / 20. Martii circa ortum Solis.

Annus tropicus continebit dies 365. hor. 5. min. 53. ſec. 52. quæ anni magnitudo conuenit etiam tempori circa annum Domini 151. & ſecundum quam æquinoctiũ anticipat diem vnum annis propemodum 231.

Anno 2080. obtinente anomalia finem ferme primi quadrantis, & principium ſecundi ſuæ reuolutionis.

Æquinoctium { verum / medium } fiet { 21. Martij circa occaſum Solis. / 20. Martii poſt mer.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 49. ſec. 16. ter. 29. quæ anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum Domini 366. & ſecundũ quam anticipatio æquinoctii per vnum diem requirit annos fere 134.

Anno 2296. cum anomalia circa medium ſecundi quadrantis ſuæ reuolutionis verſabitur.

Æquinoctium { verum / medium } fiet { 21. Martii poſt merid. / 20. Martii ſub occaſum Solis.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 44. ſec. 46. ter. 59. quæ anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 580. & ſecundum quam anticipat æquinoctium vnum diem annis fere 94.

Digitized by Google

Anno 2512. quando anomalia erit iuxta finem ſecundi quadrantis, & in principio fere tertij, videlicet in medio totius reuolutionis.

Æquinoctium	verum	fiet	21. Martij ante merid.
	medium		21. Martii ante merid.

Annus tropicus eſt dierum 365. hor. 5. min. 42. ſec. 55. ter. 7. quæ anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 795. & ſecundum quam, vt æquinoctium anticipet vnum diem, requiruntur fere anni 84.

Anno 2724. anomalia occupante medium ferme tertij quadrantis ſuæ reuolutionis.

Æquinoctium	verum	fiet	20. Martii poſt med. noct.
	medium		21. Martii circa occaſum Solis.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 44. ſec. 46. ter. 59. quæ anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 1009. & ad anticipationem æquinoctii per vnũ diem poſtulat ferme annos 94.

Anno 2940. verſante anomalia in fine prope tertij quadrantis ſuæ reuolutionis, & principio fere quarti.

Æquinoctium	verum	fiet	19. Martii poſt med. noct.
	medium		21. Martij circa ortum Solis.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 49. ſec. 16. ter. 29. quæ anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum Domini 1224. poſtulatque annos propemodum 134. vt æquinoctium anticipare poſſit vnum diem.

Anno 3156. cum anomalia erit fere in medio quarti quadrantis ſuæ reuolutionis.

Æquinoctium	verum	fiet	20. Martii circa occaſum Solis.
	medium		21. Martii circa merid.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 53. ſec. 52. quæ anni magnitudo extitit etiam circa tempora anni Domini 1438. & ſecundum eam, vt æquinoctium anticipet vnum diem, requiruntur propemodum anni 231.

Anno 3368. quando anomalia tenebit fere finem totius reuolutionis, hoc eſt, in fine quaſi quarti quadrantis verſabitur.

Æquinoctium	verum	fiet	21. Martii circa merid.
	medium		21. Martii circa merid.

Annus tropicus erit dierum 365. hor. 5. min. 55. ſec. 37. ter. 40. quæ anni magnitudo conuenit etiam in tempora circa annum Domini 1653. & circa annum 63. ante Chriſti ortum: requirit autem annos fere 329. vt æquinoctium anticipet vnum diem. Et ſi annus haberet ſemper hanc magnitudinem, omittenda eſſet intercalatio biſſextilis conſueta quolibet anno 329.

EX his facile conijci poteſt, quanta confuſio oriretur in orbe Chriſtiano vniuerſo, ſi æquatio æquinoctij ſecundum verum motum eſſet inſtituenda, quippe quæ ſæpiſſime in ſpatio 1715. annorum mutanda eſſet, pro varia anni magnitudine, quæ mirum in modum eo in ſpatio continenter creſcit, atque decreſcit. Quæ res magnam omnibus Eccleſiis ſolicitudinem inijceret, ſiquidem perpetuo ambigerent, num hoc, vel illo anno biſſextili intercalaris dies omittendus eſſet, cogerenturque ea de re Aſtronomorum ſententias explorare quotannis. Quod abſurdum eſſet omnino, & ad hoc vſque tempus inauditum.

Confuſio inter Chriſtianos, ſi æquatio æquinoctij ad motum verum inſtitueretur.

5 SIMVL illud conſtat, nullam æquationem anni Solaris, quæ præcipiat certis, ſtatiſque ſemper temporibus diem intercalarem eſſe omittendum; (qualis eſt noſtra, ſtatuens, vt quadringentis quibuſque annis tres dies intercalares eximãtur) omni ex parte quadrare poſſe vero motui Solis, ita vt æquinoctium perpetuo apud diem 21. Martij retineat, atque conſeruet: propterea quod ſecundum verum motum modo plures anni requiruntur, modo pauciores, quibus æquinoctium per vnum diem in Calendario verſus initium menſis progrediatur. Fruſtra igitur à quibuſdam noſtra hæc æquatio oppugnatur, quod vero motui ad vnguem non reſpondeat, cum hoc nulla ratione fieri poſſit in vlla æquatione æquabili, ac vniformi; qualem decet Eccleſiam inſtituere, & cuiuſmodi noſtram eſſe conſtat, vt ex dictis manifeſtum eſt.

Aequatione vniformi fruſtra à nonnullis impugnari, [illegible]

6 CONSTAT præterea, æquinoctium vernum in tota proxime futura periodo quæ ab anno 1653. incipit, finemque habebit anno 3369. à ſua ſede non multo longius, quam ſpatio vnius diei in vtramuis partem declinaturum, etiamſi æquatio intercalationis noui Calendarij adhibeatur; vt recte Alphonſini anni magnitudo, quæ media quodammodo eſt inter maximam, ac minimam, aſſumpta ſit, ex qua intercalationis formula præſcribatur: quandoquidem ea formula & æquabilis eſt, & vniformis, atque ad vulgi captum accommodatiſſima, & quæ æquinoctium circa diem 21. Martij, in quo eius ſedes conſtituta eſt, ita detineat, vt ab eo non procul recedere poſſit, ſed modo cum antecedat, modo ſubſequatur, modo denique in ipſum diem 21. incurrat.

[illegible] à 21. Martij [illegible] inſtituto ad [illegible] Alphonſinū, qui medius eſt.

7 POSTREMO colligitur ex his, quæ diximus, in tota vna periodo anomaliæ æquinoctiorum diſcrimen inter verum, mediumque æquinoctium ad duos integros dies nunquam excreſcere, immo neque ad ſeſquidiem: quod tamen per calumniam quidam totum quatriduum poſſe conficere affirmant: qua in re cum doctrina Copernici, quam tamen ipſi magnopere iactant, manifeſtiſſime pugnant. Hoc autem ita quoque planum fiet. Æquinoctium verum ac medium ſimul eodem temporis momento fiunt, (vt ſupra Numer. 4. dictum eſt) quoties æquatio præceſſionis nulla eſt, quod quidem fit, anomalia præceſſionis obtinente principium, vel medium, vel finem ſui ambitus, ac reuolutionis: Plurimum vero alterum ab altero diſtat, cum eadem æquatio maxima eſt, complectiturque in tabulis Prutenicis grad. 1. min. 11. ſec. 22. ter. 30. quod quidem fit, quoties anomalia verſatur in principio ſecundi quadrantis, & quarti ſuæ reuolutionis. Porro quando duo hæc æquinoctia inter ſe differunt, medium quidem antecedit, & verum ſequitur, hoc eſt, æquinoctium medium contingit ante verum, quando æquatio præceſſionis æquinoctiorum mediæ præceſſioni adimitur, vt vera præceſſio colligatur: quod quidem fit, quotieſcunque duplicata anomalia ſemicirculo minor eſt, id eſt, quando anomalia æquinoctiorum nondum ſecundum quadrantem totius periodi confecerit. Medium vero æquinoctium ſequitur, & verum præcedit, hoc eſt, æquinoctium verum ante medium accidit, quãdo æquatio præceſſionis æquinoctium mediæ præceſſioni adijcitur, vt vera præceſſio componatur: quod quidem vſu venit, quandocunque anomalia duplicata maior eſt ſemicirculo, videlicet, quando anomalia æquinoctiorum iam tranſierit ſecundum quadrantem totius periodi. Tanto autem tempore vnum æquinoctium alterum præcedit, aut ſequitur, quantum ſatis eſt, vt vel motu ſuo vero arcum æquationis præceſſionis æquinoctiorum percurrat. Quoniam vero maxima æquinoctiorum æquatio nunquam excedit, vt dictum eſt grad. 1. min. 11. ſec. 22 ter. 30. & motus Solis diurnus nullo tempore minor eſt quam grad. 0. min. 56. ſec. 46. efficitur, vt tempus inter verum, ac medium æquinoctium nunquam excedat diem 1. & hor. 6. aut paulo amplius, etiam tum, cum motus Solis tardiſſimus eſt, & æquinoctiorum æquatio maxima: vt vehementer mirer, quid in mentem venerit nonnullis, cum veluti ſomniantes dixerunt, differentiam inter vtrumque æquinoctium ad totum quatriduum poſſe excreſcere, mediumque æquinoctium hoc ſeculo contingere die 23. Martij; cum tamen ab anno Chriſti Domini 1653. vſque ad annum 3368. vna tota reuolutione anomaliæ diem 21. nũquam fere tranſgrediatur, vt ex ſuperiori calculo manifeſtum eſt.

Differētiā inter verū ac medium æquinoctiū non attingere diem vnum cum ſemiſſe.

Aequinoctiu mediū quando antecedat, aut ſequatur verum.

Quantum ſit maximū diſcrimen inter verum ac medium æquinoctiū.

8. SED videor mihi videre cauſam erroris iſtorum Mathematicorum. Ratiocinati ſunt, opinor, de medio, ac vero æquinoctio, ſicut de media, ac vera coniunctione, ſeu oppoſitione Luminarium ſolemus. Putauerunt enim tum demum æquinoctium fieri medium, quando linea medij motus Solis cum puncto medij æquinoctij coniungitur, quemadmodum media coniunctio, oppoſitioue Solis, ac Lunæ accidit, quando lineæ mediorum motuum Solis ac Lunæ coniunguntur, vel opponuntur. Ex quo fit, vt ſi punctum æquinoctij medij exiſtat tunc inter punctum veri æquinoctij, & corpus Solare, æquinoctium verum à medio abſit maiori interuallo, quam proſthaphæreſis, ſiue æquatio præceſſionis æquinoctiorum poſtulat; quanquam nec ſic ad totum quatriduum peruenire poſſit hæc diſtantia, cum æquatio Solis ſiue orbis nunquam duos integros gradus contineat.

Quid deceperit nõnullos, vt putauerint æquinoctiū medium à vero abeſſe poſſe toto quatriduo.

SED hallucinati ſunt lyncei iſti Mathematici. Alia enim ratio eſt æquinoctij medij, & alia coniunctionis, vel oppoſitionis Luminarium mediæ. Æquinoctium ſiquidem medium fit, cum primum Sol punctum medij æquinoctij attigerit, vt Aſtronomi docent. Eraſmus enim Reinholdus Aſtronomus peritiſſimus in tabulis Prutenicis, quas extruxit, Præcepto 22. ita ſcribit. *Non dubium eſt, Solem conficere vernum æquinoctium, cum tanto interuallo adhuc præcedit primam ſtellam Arietis, quantum interiectum eſt inter ipſam vernam ſectionem vtriuſque circulorum, æquinoctialis, atque obliqui, & eandem ſtellam.* Intelligendum autem hoc eſſe tam de verna ſectione media, quam de vera, colligitur ex 10. Præcepto, vbi differentiam inter medium, & apparens æquinoctium appellat Proſthaphæreſim, ſeu æquationem æquinoctiorum, quæ maxima ſcrupulorum eſt 71. primorum, & ſecundorum 22. cum ſemiſſe vnius ſecundi. Multo clarius idem docet Ioſephus Moletius celebris Aſtronomus in tabulis Gregorianis à ſe editis, Canone 13. cum ſic ait. *Fit æquinoctium*

Aequinoctiū mediū quando fiat.

apparens, quando Sol ingreditur punctum ſectionis Ecliptica, & Æquatoris apparentis: medium vero, quando Sol intrat punctum ſectionis Æquatoris medij, & Ecliptica. Et ideo æquinoctium verum fit, quando Sol antecedit primam Arietis ſtellam tanto ſpatio, quanta eſt vera præceßio æquinoctiorum ad datum tempus: Medium autem, quando Sol antecedit tanto interuallo primam Arietis ſtellam, quantus eſt arcus mediæ præceßionis. Differentia inter hæc duo æquinoctia eſt tempus reſpondens Proſthaphæreſi æquinoctiorum.

Aequinoctium medium non fieri, quando linea medij motus Solis cum pũcto medij æquinoctij coniũgitur.

Non igitur medium æquinoctium fiet, quando linea medij motus Solis punctum medij æquinoctij occupat, vt perperam Mathematici iſti noui videntur velle, ſed quando Sol ipſe punctum illud poſſidet, vt nos ex Aſtronomorum doctrina tradidimus. Nam ſi medium fieret æquinoctium, quando Sol medio ſuo motu ſectionem vernam mediam obtinet, non ſemper ſimul fierent verum, ac medium æquinoctium, quando Proſthaphæreſis æquinoctiorum nulla eſt; quod raro admodum tũc verus Solis motus à medio non differat. Hoc autem cum omnibus Aſtronomis pugnat; quippe qui omnes doceant, medium æquinoctium vna cum vero contingere, quando proſthaphæreſis præceſſionis æquinoctiorum nulla eſt.

Quare quidam Aſtronomus putauerit æquinoctiũ verũ prolapſurũ ad diem 27. Martij.

9 VERVM proferamus calculum ad annos aliquot vlteriores, vt appareat, quam temerarius, atque inconſideratus in hoc quoque vnus ex iſtis Mathematicis fuerit, qui ineptiſſime aſſeruit, æquinoctium prolapſurum ante annum Domini 15000. ad diem 27. Martij, ſi ratio æquandi anni Solaris in nouo Calendario præſcripta ſeruetur, quod quidem (vt reor) non ex calculo aliquo Aſtronomico aſſeruit, ſed ex falſa illa opinione, qua æquinoctium medium die 23. Martii accidere exiſtimauit, vtrumque æquinoctium à medio diſtare poſſe toto quatriduo. Hinc enim, & non aliunde colligitur, verum æquinoctium prolapſurum aliquando ad diem 27. Martii, & progreſſurum ad diem 19. vſque. Hoc autem fictitium eſſe, ac falſum, calculus ſubiectorum annorum euidenter demonſtrat.

Aequinoctium ergo vernum fiet.

Anno Domini	Die Martii	
4709	21	poſt med. noct.
5084	21	ante med. noct.
5209	23	circa med. noct.
6004	23	ſub occaſum Solis.
10020	23	poſt med. noct.
15002	21	poſt med. noct.
15004	20	circa med. noct.
15102	21	poſt med. noct.
15202	21	poſt med. noct.
15604	22	poſt med. noct.
15804	23	circa med. noct.
20004	20	poſt merid.
20005	20	poſt med. noct.

VBI eſt, obſecro, in his 13. annis vſque ad 20005. annum, æquinoctium die 27. Martii? Ego certè reperio, id vltra biduum, aut triduum, & paulo amplius à die 21. non abeſſe, etiamſi verum æquinoctium ex Tabulis Prutenicis, adhibita ſemper formula æquationis Calendarii Gregoriani, ſupputetur. Sed videlicet acutus ille Mathematicus, homo ſimplex, & ad recte facta calumniandum natus, neminem fore exiſtimauit, qui ad eius vaticinationem de prolapſione æquinoctii ad 27. diem excutiendam in futura ſecula numerando progrederetur.

Calẽdariũ nouum eſſe perfectum, etiamſi tabulæ Prutenicæ veris motibus adhuc conſentirent poſt annos 20000.

QVOD ſi poſt tantum annorum interuallum (ſi mundus tam diu duraturus eſt) conſtaret, tabulas Prutenicas adhuc congruere motibus cœleſtibus, quis non videt, ſi in Eccleſiaſtico Computo regulare quid, atque æquabile, ad feſta mobilia ex motibus cœlorum cognoſcenda, eſt proponendum rudi populo, (quod omnino eſſe neceſſarium, abunde capit. 4. & aliis in locis à nobis oſtenſum eſt,) aptiſſimam eſſe noſtram intercalandi rationem, quæ ad anni magnitudinẽ mediam accommodata per 400. annos progreditur? Hac enim intercalationis formula adhibita, æquinoctium ſuapte ſponte ad diem 21. Martii redit, licet propter anni Solaris inæqualem magnitudinem, ſiue propter æquinoctiorum præceſſionem inæqualem ſoleat interdum à die 21. aliquantum vltro citroquè euagari: vt iure optimo ęquatio hęc noſtra ęquinoctium circa diem 21. Martii conſeruare dici poſſit.

Cur æquinoctiũ per æquationẽ noui Calendarij frequẽtius poſt diẽ 21. Martij contingat in cœlo, quam ante diem 21.

10. NON eſt tamen prætereundum hoc loco, æquinoctium, ſi æquatio noſtra ad Alphonſinum annum, ſiue medium inſtituta adhibeatur, frequentius conſequi diem 21. menſis Martii, quam anteuertere, maioreque interuallo ab eodem die 21. verſus menſis finem recedere, quam verſus principium menſis. Quoniam enim, vt dictum eſt, minimus annus requirit annos 84. ad æquinoctii anticipationem per vnum diem, Alphonſinus autem, ſiue medius poſtulat annos 134. & maximus annos 329. fit vt maior ſit velocitas, qua æquationem maximo anno debitam præuenimus, quam tarditas, qua æquationem minimo anno reſpondentem prorogamus. Quare cum annus fere eſt maximus, deuoluetur quidem æquinoctium ad poſteriores dies menſis, quod plures dies intercalares per noſtram æquationem medii anni omittantur, quam res exigit; & quando annus fere minimus eſt, æquinoctium ad priores dies menſis regredietur, non tanta tamen celeritate, quanta ad finem menſis eſt prolapſum, propterea quod non tot dies intercalares per æquationem noſtram anni Alphonſini retenti ſunt, qui propter annum minimum debuiſſent omitti, quot prius omiſſi ſunt, quos maximus annus retinendos eſſe præſcribebat. Sed hæc res tanti momenti cenſeri non debet, vt propterea alia æquatio inſtituenda

Digitized by Google

tuenda ſit, cum nulla alia tam facilis excogitari poſſit, quæ æque bene, ac noſtra, æquinoctium diu in eadem ſede conſeruet, præſertim cum ſecundum noſtram æquinoctium ſuopte nutu ad diem 21. reuertatur, ibidemque rectius retineatur, quam ſecundum aliam æquationem quamcunque.

QVOD vt planum fiat, euidentiuſque adhuc appareat, neceſſario aſſumptum eſſe annum Alphonſinum, qui medius eſt, vt æquatio ſtata, ac determinata præſcriberetur, non autem annum minimum maximumue, vt cap. 5. tradidimus, ſupputauimus æquinoctium v.g. anni 5084. adhibita æquatione tum ſpatio quouis annorum 84. quos minimus annus requirit ad anticipationem æquinoctij per vnum diem, tum ſpatio quolibet annorũ 329. quos maximum annum poſtulare diximus, vt æquinoctium anticipet vnum diem. Itaque ſi prior æquatio vſurpetur, ablati erunt anno 5084. (decem illis, qui anno correctionis exempti ſunt, annumeratis) dies omnino 51. incidetque æquinoctium in 7. ferme diem Aprilis, diebus ſcilicet 17. poſt diem 21. Martij. Si autem poſterior æquatio adhibeatur, ablati erunt omnino dies duntaxat 21. æquinoctium vero cadet in diem fere 7. Martij, nimirum 14. diebus propemodum ante diem 21. Martij. At noſtra æquatione adhibita, omiſſi ad eum annum vſque erunt dies 36. & æquinoctium die 21. Martij ante mediam noctem fere continget, vt ex proximo calculo ſuperiorum 13. annorum manifeſtum eſt. Vides igitur, æquinoctium ex minimi anni æquatione à die 21. Martij verſus poſteriores menſes nimis magno interuallo recedere; ex æquatione vero anni maximi nimis longe verſus initium menſis ab eodem die 21. relabi: quod tamen æquatio medij anni circa eundem diem 21. ſatis apte congruenterque conſeruat, atque tuetur.

EODEM pacto calculus indicabit, æquationem ad quemcumque alium annum inſtitutam, præterquam ad medium, æquinoctium è propria ſede, quam ei die 21. Martij fiximus, longius, quam oportet, deturbare. Patet hoc ex anni magnitudine dierum 365. hor. 5. min. 53. ſec. 2. ter. 37 quæ annos ferme 207. ad anticipationem vnius diei poſtulat, ac proinde apta eſſe videri poſſit, vt ad eam æquatio præſcriberetur, cum anni 207. medium pene locum obtineant inter annos 84. & 329. quos minimum annum, ac maximum requirere diximus, vt æquinoctium anticipet vnum diem in Calendario. Videamus ergo, an hæc æquatio tam bene æquinoctium ad diem 21. conſeruet, quam noſtra. Igitur calculus docet, anno 2940. exempli cauſa, quo per hanc æquationem exempti erunt dies 18. in vniuerſum, æquinoctium fieri die 18. Martij ſub ortum Solis nimirum 3. diebus, & eo amplius, ante diem 21. Martij; anno vero 10020. quo, eadem æquatione adhibita, ablati erunt omnino dies 51. æquinoctium cõtingere die 1. Martij ſub ortum etiam Solis, diebus ſcilicet 20. & eo amplius, ante diem 21. Martij. Conferamus iam hæc æquinoctia cum æquinoctijs eorundem annorum ex noſtra æquatione, comperiemuſque eam (etſi anni 134. quibus ſecundum eam vnum diem anticipat ęquinoctium non obtineant medium locum inter annos 84. & 329. quos minimus & maximus annus ad vnius diei anticipationem exigunt) tanto interuallo æquinoctium ex ſede propria non detrudere; cum anno 2940. æquinoctium exhibeat die 19. Martij poſt mediam noctem: anno vero 10020. idem reijciat in diem 23. Martij poſt mediam noctem.

Aequationem quamcunq; præter eã, quæ ad annum Alphonſinum inſtituitur, deturbare æquinoctiũ è propria ſede longius quam oportet.

EX quo efficitur, noſtram æquationem à nemine iure reprehendi poſſe, cum nulla aptior afferri poſſit, niſi quis inæquabilem atque irregularem pro varia anni magnitudine, variis temporibus dicat adhibendam eſſe, quod iamdudum ab vſu, & conſuetudine Eccleſiæ excluſimus.

Aequationem ad medium annũ inſtitutam iure non poſſe reprehendi.

CAPVT VII.

Soluuntur dubitationes variæ de æquali anni Solaris formula in Calendario nouo præſcripta.

TAMETSI ex ijs, quę ſuperioribus duobus capitibus ſcripſimus, facili negotio refutari poſſunt omnia, quæ aduerſus Gregorianam anni correctionem (quod ad æquinoctij reſtitutionem ad diem 21. Martij, eiuſque in eodem conſeruationem attinet) afferri poſſunt: vt tamẽ veritas magis appareat, non inutile fuerit, difficultates nonnullas, quas vel illi, qui omni ſtudio huic correctioni contradicunt, afferre ſolent, vel quæ alicui occurrere poſſent, hoc loco proponere, eaſque diſſoluere.

PRIMVM igitur ad conuellendum funditus nouum hoc Calendarium, anxio ac ſolicito animo apud ſe non pauci exquiruut, quaſnam tabulas Aſtronomicas Gregoriana hæc Calendarij emendatio, ſequatur, Alphonſinaſne, an Prutenicas, an vero aliquas alias. Et vero quaſcunque tandem approbet, videntur prima noui Calendarij fundamenta vacillare, propterea quod nullarum, inquiunt, tabularum ad hanc diem editarum calculus cum cœlo exacte congruit: quippe quæ incertæ ſint, & ſtrenuum aliquem reſtitutorẽ deſiderent: atque hanc communem eſſe omnium Mathematicorum querelam affirmant. Ex quo colligunt, Calendarium nouum nulla ratione eſſe perfectum, aut perpetuum, ac proinde neque omnibus ſeculis ſine vlla mutatione duraturum, cum eius fundamentum minime firmum ſit.

1. Argumẽtum aduerſus Calendarium nouum.

RESPONDETVR, in hoc correctionis negotio tabulas Prutenicas, tanquam hac ætate celebriores, ac probabiliores eſſe adhibitas. Hinc enim factum eſt, vt cum doceant interdum plures annos quam 134. requiri, vt æquinoctium anticipet vnum diem in Calendario, interdum vero pauciores; æquatio anni Solaris ad mediã anni magnitudinem inſtituta ſit, perinde ac ſi ſingulis ſpatijs annorum 134. vno die verſus principium menſis æquinoctium progrederetur; vt hac mediocritate nimia illa tarditas, ac velocitas anni maximi, ac minimi quodammodo compenſaretur.

Solutio. Prutenicas tabulas ad Calendarium reſtituendum eſſe adhibitas.

Neque vero diuturnitati, aut conſtantiæ Calendarij varietas, atque inconſtantia tabularum Aſtronomicarum officit. Nam vt cap. 5. diximus, perfectio, ac perpetuitas Calendarij non conſiſtit in eo, vt motibus cœle-

Incõſtãtiã tabularum

Digitized by Google

Aſtronomicarum non obeſſe perfectioni ac perpetuitati Calendarij.

cœleſtibus ad vnguem omni tempore reſpondeat, æquinoctiumque in die 21. Martii ita fixum ſit, atque ſtabilitum, vt ab eo nũquam, etiam noſtra, vel alia quacumque adhibita æquatione, poſſit dimoueri, cum hoc fieri nullo modo poſſit, cum ob tabularum mutabilitatem, quaſcunque tandem ſequi velimus, tum vero maxime, ſi via quædam media, æquabilis, ſiue regularis, & ad vulgi captum accommodata deligenda ſit, vt ratio poſtulat. & in Calendario emendato obſeruatum eſt: ſed in eo potius excellentia, ac perpetuitas Calendarii exiſtit, vt ſupra dictum eſt, quod in eo Cyclus Epactarum eo artificio ſit diſpoſitus, vt nihil vnquam in eo futuris ſeculis immutandum ſit, ſed intactum prorſus Calendarium ſit permanſurum, etſi per intercalationem aut omiſſionem diei vnius, aut etiam plurium, ex Decreto ſummi Pontificis, æquinoctium ad diem 21. Martii reuocandum erit, ſi forte longius ab eo ita prolapſum comperiatur, vt ad eum ſua ſponte, ſine hoc remedio, reuerti nequeat. De hac porro Calendarii perpetuitate, excellentiaque vberius poſtea agemus, vbi Lunaris anni æquationem explicabimus, quo loco etiam docebimus, qua ratione Nouilunia quoque ac Plenilunia, ſi opus ſit, corrigi poſſint, nulla prorſus in Cyclo Epactarum, qui Calendario inſcriptus eſt, mutatione facta.

Perfectio Calendarij in quo conſiſtat.

HVC accedit, quod, vt proximo cap. dictum eſt, æquinoctium ſecundum noſtram æquationem, & tabulas Prutenicas, etiam poſt 20000. annos ad diem 21. Martij regreditur, (quod obſeruatione digniſſimum eſt: Præſtantiam enim noui Calendarii mirifice commendat) licet interim modo ad 23. modo ad 19. diem euagatum ſit: quod abſurdum non eſt, cum nulla æquatio anni Solaris æquabilis ac vniformis æquinoctium poſſit in ipſo die 21. perfecte, planeque conſeruare, ac retinere: neque Eccleſia in anno Politico, & Ciuili Aſtronomicas ſubtilitates conſectari cogitur, quamuis interdum à veris motibus cœleſtibus diſſideat, vt eodem capite proximo oſtendimus; ſed ſatis eſt, vt diem vnum præfigat æquinoctio Politico, ſiue Eccleſiaſtico, ad quem certis temporibus, ſi quando ab eo longius diſceſſerit, per auctoritatem Pontificis Romani reſtituatur, quod tamen perraro accidere, ſuperiorum annorum calculus clariſſime docet.

2. Argumẽtum aduerſus Calendarium nouum.

DEINDE videtur Calendarii noui perfectioni aduerſari, quod ne præſentium quidem, quibus iam viuimus, annorum æquinoctia in diem 21. Martij incidant, vt omiſſio 10. dierum non videatur æquinoctium omnino in diem 21. Martij reduxiſſe. Nam hoc noſtro tempore ipſum incidit omni intercalari anno non in 21. ſed in 20. Martij, vt anno 1584. erat illud in die 20. hor. 10. fere poſt mer. Anno 1596. idem erat in die 20. hor. 9. poſt mer. Anno 1612. erit hora 8. poſt mer. eiuſdem diei 20. & ſic conſequenter. Quin etiam poſt annum 1640. non ſolum in annis intercalaribus, ſed in ijs etiam, qui primi ſunt poſt intercalares, aſcendet æquinoctium in eundem diem 20. Martij. Nam anno 1645. qui non eſt biſſextilis, ſed primus poſt biſſextilem, accidet æquinoctium die 20. Martii, hor. 12. min. 24. poſt mer. Anno vero 1697. qui primus eſt etiam poſt biſſextilem, idem cadet in diem 20. Martii hor. 9. poſt meridiem. Itaque ab anno 1640. incurrent omnium biſſextilium, & omnium proximè poſt eos ſequentium annorum, æquinoctia in diem 20. Martii, vſque ad annum 1700. Et quãquam omiſſione diei intercalaris anno 1700. aliquid horum reſtituetur, reſtitutio tamen iſta (vt aduerſariorum quidam per calumniam obijcit) videtur tantum verſuræ ſolutio. Nam æquinoctia annorum biſſextilium, & primorum poſt eos, reducentur quidem, expunctione diei intercalaris anni 1700. in diem 21. Martij, ſed hoc ipſo modo tranſponentur æquinoctia annorum ſecundorum, & tertiorum poſt biſſextiles in diem 22. Martij. Et hæc permutatio, atque viciſſitudo videtur tolli non poſſe, donec tandem non ita poſt multos annos æquinoctia omnium tam biſſextilium, quam trium ſequentium annorum, diem 21. Martij omnino deſerant.

Solutio.

HVIC dubitationi occurrendum eſt, perperam ac malitioſe aduerſarios per eam probare, æquinoctium per 10. dierum exemptionem, æquationemque noſtram, præſentibus annis non congruere. Anni enim 1584. 1596. 1512 qui exempli cauſa ponuntur, omnes ſunt biſſextiles. Quare mirum nõ eſt, æquinoctium in illis, propter diem intercalarem additum, verſus diem 20. Martij à 21. die procedere: quanquam iure optimo diei 21. aſcribi etiam poſſit, cum in omnibus illis annis poſt Solis occaſum contingat, nimirum hor. 10. 9. & 8. poſt meridiem. Et vero omnibus Aſtronomis cognitum eſt, duos minimum dies æquinoctio tribuendos eſſe, propter annos communes, & biſſextiles, etiamſi intercalatio quarto quoque anno adhibita exquiſitiſſime anno Solari congrueret, hoc eſt, annus vere eſſet dierum 365. hor. 6. Vt hinc quoque perſpicue appareat, aduerſarios eſſe callidos potius, ac veteratores, quam iuſtos rerum exiſtimatores, & nodum (ſicut eſt in prouerbio) in ſcirpo quærere: quippe, qui calumnientur id, quod rectiſſime factum eſt. Nam æquinoctium, quod ad annos præſentes attinet, recte ad 21. diem Martij reuocatum eſt, cum in annis intercalaribus ad diem 20. aſcendat: id quod intercalationis ratio poſtulat. Quod autem poſt annum 1640. magis ſemper, ac magis verſus anni principium progreſſurum ſit æquinoctium, quippe cum in annis etiam poſt biſſextiles primis in diem 20. Martij incurrat, id mirifice omiſſionem diei intercalaris anno 1700. faciẽdam comprobat, vt nimirum hoc modo in annis poſt biſſextiles, æquinoctium ad diem 21. retrahatur.

Reſtitutionem æquinoctij ad diẽ 21. Martij per omiſſionem diei intercalaris anno 1700. non eſſe verſuræ ſolutionẽ, vt quidam calũniatur.

NEQVE vero reſtitutio hæc diei intercalaris anni 1700. eſt tantum verſuræ ſolutio, vt aduerſariorũ quidam calumniatur. Nam etſi futuris annis poſt annum 1700. ob ipſam diei exemptionem, æquinoctium annorum, qui ſecundi ſunt, ac tertij poſt biſſextiles, transferatur in diem 22. Martij, & longo poſt tempore in 23. etiam diem, non tamen vitio verti hoc poteſt noſtræ æquationi, ſed inæqualitati anni Solaris. Cum enim, vt ſupra oſtenſum eſt, æquatio anni debeat eſſe æquabilis, regulariſque, vt ab omnibus poſſit facile percipi, anni autem magnitudo inæqualis ſit, modo maior, modo minor, fit vt, ſi adhibeatur æquatio mediæ anni magnitudini congruens, quæ ſola æqualis eſt, & vniformis (quemadmodum vſus Eccleſiæ poſtulat) æquinoctium non poſſit in die 21. Martij perpetuo conſeruari, vt proximo cap. oſtendimus, ſed à 21. die modo ad 22. & 23. diem deuoluatur, modo ad diem 20. & 19. tranſcendat. Deuoluetur autem ad diem 22 & 23. quando anni magnitudo maxima erit, atque idcirco plures anni, quam 134. ad anticipationem vnius diei requirentur, vt hoc noſtro ſeculo fere contingit, accidetque continenter vſque ad annum 2080. propterea quod toto hoc tempore annus vertens maior eſt Alphonſino, vt ex antecedente cap. liquet. Sed inde ad 21. diem regredietur, cum annus vertens minor fiet Alphonſino, quod tunc pauciores annos quam 134. ad vnius diei anticipationem æquinoctium deſideret. At vero ex die 21. ad 20. & 19. Martij progredietur æquinoctium, quando propter minimam anni magnitudinem, vt diximus, ad 21. diem regreſſum erit, & annus adhuc minor reperietur, quam annus Alphonſi-

Aequinoctium ob anni inæqualitatẽ in vtramq; partem à die 21. Martij recedere.

Aequinoctiũ quãdo ex die 21. ad 22 & 23. deoluatur, et quã-

Digitized by Google

Alphonſinus. Quam primum autem annus efficietur maior, retrocedet æquinoctium ad diem 21. ex die 19. & 20. Dies ergo 21. Martij æquinoctio aſſignatus mediũ quodammodo locum tuetur inter diem 23. & 19. ad quos vſque ita excurrit æquinoctium, vt vltra excurrere vix poſſit, ne plurimorum quidem ſpatio ſeculorum, ſed inde pedetentim ad diem 21. vltro regrediatur, vt proximo cap. oſtenſum eſt. Itaque hæc aut verſura non eſt, aut ſi quo modo verſura dici poteſt, non decoctoris ad perdendam, ſed prudentis patrisfamilias ad conſtituendam rem familiarem verſura, temporis cauſa, putanda eſt.

ad 21. reuertatur. Item quando ex die 21. ad 20. & 19. recedat, & quando inde ad 21. regrediatur.

QVOD ſi quis inſtet, atque vrgeat, ex hac æquinoctij ad diem 23. Martij, & ad 19. excurſione (quam vitari non poſſe nos aſſerimus) effici, vt Paſcha poſſit & in vltimo menſe, & in ſecundo celebrari, quod abſurdum eſſe videtur. Reſpondeo primum, perraro hoc poſſe accidere. Etſi enim æquinoctium ad diem 22. vel 23. deuoluatur, nunquam tamen propterea Paſcha in vltimo menſe celebrabitur, niſi cum Epacta xxiij. vel xxij. erit in vſu, quod raro vſu venit, cum non in quolibet cyclo decennouennali Epactarum vtraque Epacta xxiij. vel xxij. in vſum veniat, ſed ex omnibus 30. Epactarum Cyclis, de quibus poſtea, in octo duntaxat. Nam ex reliquis 22. cyclis, Epacta xxiij. reperitur ſola in 11. cyclis, & Epacta xxij. in alijs 11. vt infra ex tabula Epactarum expanſa patebit. Huc accedit, quod hic error, ſi quando ex natura cycli occurrat, ſæpenumero per literam Dominicalem tollitur, ita vt Paſcha poſt æquinoctium, ac proinde in primo menſe celebretur, etiamſi illæ Epactæ in vſu ſint, ſuaſque Lunas xiiij. in menſem duodecimum conijciant. Pari ratione, quamquam æquinoctium ad diem 20. vel 19. Martij progrediatur, nunquam tamen idcirco Paſcha in ſecundum menſem reiicietur, niſi Epacta xxiiij. vel xxv. currente, quod etiam perraro fiet.

Diem 21. Mar. æquinoctio aſſignatum medium locũ habere inter 23. diem & 19. ad quos vſque excurrere poteſt æquinoctium, cũ inde ſponte ſua ad diẽ 21. redeat.

DEINDE fac vtrumque accidere, nouum tamen id in Dei Eccleſia, & inuſitatum non eſt, cum id ipſum neceſſario quoque contigerit ipſius Concilij Nicæni temporibus, quando Decretum de legitima Paſchæ celebratione conditum, vel potius confirmatum eſt, vt ſupra cap. 5. demonſtrauimus. Quin etiam, quanquam annus Solaris æquatione non egeret, ſed æquinoctium ſemper diebus 21. & 20. Martij affixum eſſet, atque vetus Calendarium retineretur, reiiceretur tamen Paſcha neceſſario in ſecundum menſem, quotieſcunque, æquinoctio in diem 20. Martij incidente, (quod in annis biſſextilibus neceſſario poſſe euenire, ſupra oſtendimus) Luna xiiij. in eundem 20. Martij diem caderet. Nec vero quiſquam in hoc Eccleſiam Catholicam iure reprehendet, quod nonnunquam Paſcha celebret in primo, vel ſecundo menſe, quando id ratio Cycli, vel dies æquinoctio præfixus ita exigit, cum nullo modo vitari id poſſit, vt propterea error nequaquam dici mereatur: præſertim vero, quod Eccleſia iam à iugo legis Moſaicæ ſit liberata. Nonne enim ante Calendarij correctionem, maxime hoc ſeculo, (vt de aliis annis præteritis taceam) Paſcha frequentiſſime in ſecundum menſem, & in quartam inſuper tam primi menſis quam ſecundi hebdomadam fuit reiectum, & tamen nemo propter hoc Eccleſiam auſus eſt condemnare? Satis eſt, vt Eccleſia Paſcha ex Patrum, ac Conciliorum Decretis celebret, ſeruato certo quodam die æquinoctij, licet non ſemper in eo contingat, & adhibito Cyclo Lunari ad Lunas xiiij. inquirendas, quanquam interdum hæ etiam à vero motu diſcrepent. Solum animos Aſtronomorum ſolicitos habuit, atque anxios ante correctionem, quod viderent, errorem hunc in dies ſemper maiorem futurum, & nunquam à medio ſublatum iri, niſi annus corrigeretur.

Paſcha raro in vltimum, vel ſecundum menſem in nouo Calendario incurrere.

Nouum nõ eſſe, vt interdũ Paſcha in vltimum, vel ſecundum menſem incidat.

Errorem dici non debere, ſi nonnunquam Paſcha celebretur in 2. menſe, cum id vitari nequeat, propter duos dies, quos æquinoctiũ poſtulat ſiue nouum Calen. recipiatur, ſiue vetus retineatur.

EGO quidem cum alijs viris doctiſſimis iuxta, ac grauiſſimis permultis in ea ſemper fui ſententia, vt exiſtimarem, æquinoctium ab Eccleſia non debuiſſe corrigi, atque adeo eam id correcturam non fuiſſe, quanquam ad diem 11. vſque Martij excurrerit, ſi inibi curſum inhibuiſſet, & ſponte ſua, nulla adhibita æquatione, ad diem 21. regredi cœpiſſet. Tantum abeſt, vt nimis ſit ſolicita de vero æquinoctij die, licet interdum, eo non obſeruato, Paſcha in vltimum vel ſecundum mẽſem incurrat, dummodo dies, quem æquinoctio præſcripſit medium obtineat locum inter terminos, ad quos vltro citroque æquinoctium euagatur. Quanto magis nunc contenti eſſe debemus æquatione facta, ſpatio quolibet 400. annorum adhibenda ſecundum mediam anni magnitudinem omnium facillima, quæ æquinoctium à ſede conſtituta, hoc eſt, à die 21. Martij, non longius amoueri patitur, quam duorum vel trium ad ſummum dierum interuallo? Certe vix aliam æquandi rationem æquabilem vniformemque quis inſtituerit, quæ idem præſtet. Quod teſtimonio omnium, qui huic correctionis operi interfuerunt, confirmari poteſt: quippe quibus nulla alia, etiam poſt longam, diuturnamque inquiſitionem, toto ferme decennio, occurrere potuit.

Calend. correctionem deſideratum non fuiſſe, ſi æquinoct. ad diẽ 21. Mart. progreſſum ſponte ſua ad 21 regredi cepiſſet, nullo adhibito remedio.

IAM vero ſi contingat, (poſſe autem contingere poſt plurima annorum millia, nõ poſſum ſane negare, neque vllus eorum, qui ad annum corrigendum conuocati fuere à Pontifice, negauit, propter tabularum Aſtronomicarum incertam perpetuitatem) æquinoctium diem 21. Martij omnino deſerere aliquando, ſiue verſus finem menſis, ſiue verſus initium progrediendo, ita vt in deſtinatam ſibi ſedem non poſſit remeare, quod ex aduerſariis vnus quidam nobis ominatus eſt, dictum iam ſæpius eſt, qua ratione per intercalationem, vel omiſſionem aliquot dierum extraordinariam, ex edicto Summi Pontificis, ad diem 21, ſit reſtituendum. Id quod perpetuitati Calendarij non repugnat, vt diximus.

PORRO diſſimulandum non videtur, progreſſum regreſſumque iſtum æquinoctij locum ſolum habere in tabulis Prutenicis, præuiſumque multo ante fuiſſe ab ijs, qui Calendarium iuſſu Summi Pontificis emendarunt, vt ex Compendio nouæ rationis reſtituendi Calendarij ad Principes Chriſtianos miſſo intelligi poteſt, in quo tam æqualis, regulariſq; æquatio ad magnitudinẽ anni mediam accommodata, quam inæqualis, irregulariſque ex Copernici doctrina deſcripta eſt. Retenta autem eſt prior, (poſteriore reiecta) tanquam facilior, & ad Eccleſiæ vſum accommodatior, vt dictum eſt ſupra. Quod ſi forte Prutenicæ tabulæ tam certæ non ſint, vt diu durare poſſint, ſed Alphonſinæ motui Solis rectius reſpondeant, vt plerique Aſtronomorum affirmare videntur, non erit huic progreſſui, regreſſuique æquinoctij vllus locus, ſed per longam ſeculorum ſeriem in aſſignata ſibi ſede permanebit, ad quam iterum reſtituendum erit, ſi quando ab ea diſceſſerit, quemadmodum ſupra diximus. Quæ cum ita ſint, fruſtra quidam tam acerbe, & contumelioſe in Calendarij noui reſtitutionem inuehuntur, cum nihil ei opponant, obiiciantue, quod non ante editum Calendarium fuerit præuiſum.

Receſſum æquinoctij à die 21. locum ſolũ habere in tabulis Prutenicis.

3 SOLET quoque non paucis videri hæc ratio æquandi anni Solaris, quadringentis annis circumſcripta, vitioſa

3. Argumentum

Digitized by Google

aduerſus Calendarium nouum.

vitioſa,& imperfecta,propterea quod ad ſuperiora tempora retracta non reſpondet motibus cœleſtibus. Nam cum decem dies anno 1582. ſimul ablati ſint, vt æquinoctium ad diem 21. Martij reſtitueretur, vbi tempore Concilij Nicæni extitiſſe creditur; deberet ſanè hæc æquatio, ſi adhibita fuiſſet, offerre 10. dies exemptiles; quod falſum videtur, cum ſolum 9. exhibeat. Quia enim annus 1600. biſſextilis remanet, remanſiſſent quoque biſſextiles hi anni 1200.800.400.& ſolũ in annis 1500.1400.1300.1100.1000.900.700.600.500.auferẽdus fuiſſet dies intercalaris, ac propterea ſolum 9. dies debuiſſent eximi,& non 10.ideoque æquinoctium eius Concilij temporibus in 20.diem Martij,& non in 21.incidiſſet.quod verum non eſt.

Solutio.

DICENDVM tamen eſt, æquationem noſtram non neceſſario reſpondere debere omnibus annis præteritis, quemadmodum neque omnibus futuris congruere poteſt exquiſite, vt ſupra diximus, propterea quod ea æquabilis eſt,& vniformis, annus vero inæqualis. Hinc enim fit, vt anno exiſtente maximo, non toties intercalatio eſſet intermittenda, quoties id æquatio noſtra præcipit: eodem vero minimo exiſtente, ſæpius dies intercalaris eſſet omittendus, vt ſupra dictum eſt. Et quoniam medio fere tempore inter ortum Chriſti Domini, & annum correctionis 1582. anno videlicet circiter 880. quo Albategnius vixit, anni magnitudo reperta fuit omnium minima, ac proinde anticipatio æquinoctij velociſſima, mirum non eſt, æquationem noſtram exquiſite non congruere temporibus Nicæni Concilij, cum circa tẽpora Albategnij crebrius fuiſſet dies intercalaris eximendus, quã annis quibuſq; 134. Quemadmodũ etiã annis proxime futuris, quia nunc annus fere maximus eſt, rarius omittẽdus eſſet dies intercalaris, ſi ęquatio vero motui deberet prorſus reſpondere. Quod quia nõ fit, propter æquationem noſtram vniformem, conſequens neceſſario, vt propter nimis crebram dici intercalaris exemptionem annis 1700. 1800. 1900. faciendam, æquinoctium à die 21. Martij verſus finem menſis prolabatur, vt ſupra oſtendimus. Satis eſt, vt æquatio æquinoctium non longe à vero æquinoctio exhibeat, ſiue præteritis ea annis accommodetur, ſiue futuris: ita tamen, vt nonnunquam cum retroactis, futuriſque annis conſentiat: id quod perbelle æquatio noui Calendarii præſtat. Nam mirifice ea temporibus Ptolemæi reſpondet, qui circa annum Domini 130. floruit, cum exhibeat tunc æquinoctium vernum die 22. Martij, propter 11. dies, qui ablati fuiſſent vſque ad correctionis annum, in annis 200.300.500. 600.700.900.1000.1100.1300. 1400.1500. (reliqui enim anni centeſimi 400.800.1200. biſſextiles permanſiſſent) ſi tunc æquatio noſtra fuiſſet in vſu: quo quidem die fere Ptolemæus id fieri obſeruauit. Rurſus eadem æquatio exquiſite valde æquinoctium nonnullis annis futuris in die 21. Martij conſeruat, nimirum circa annos Domini 1653.2080.2296.2512. 2724.3156.3368.15004. quibus temporibus æquinoctium circa diem 21. Martij contingere ſuperiore cap. planum fecimus. Recte igitur æquatio noſtra & præteritis, & futuris annis congruere dicenda eſt, cum eius æquinoctium in medio quodammodo progreſſus, regreſſuſque veri æquinoctij exiſtat, hoc eſt, modo ante verum, modo poſt, modo denique cum eo contingat, inſtar mediorum Nouiluniorum cum veris nouilunijs collatorum.

Aequationem noui Calendary exquiſite reſpondere nonnullis annis præteritis, ac futuris, licet non omnibus, quod ſatis eſt.

Aequatio noui Calen. quo pacto ad tempora Conc. Nic. retracta exhibeat 10. dies eximendos.

QVIN etiam neque omnino verum eſt, quod aduerſarij aſſerunt, æquinoctium, ſi æquatio retroactis annis accommodetur, cadere in diem 20. Martij tempore Concilij Nicæni. Nam ſi noſtra æquatio recte reuocetur ad annos anteactos, inueniemus dies 10. eximendos offerri ad eius Concilij tempora. Nam anno 300. à quo parum annus illius Concilij abfuit, eximendus fuiſſet quoque dies vnus, ſi tunc æquatio hæc in vſu fuiſſet, ac proinde æquinoctium exhiberetur circa illud tempus die 21. Martij: adeo vt non ſolum annis, quibus Ptolemæus vixit, ſed temporibus etiam Nicæni Concilij, quod non multo poſt Ptolemæi ætatem celebratum eſt, noſtra congruat æquatio. Malitioſe ergo,& vafre aduerſarij ſe gerunt, cum æquationem noſtram ad annum duntaxat 500. retrahunt, cum eam ad annum 300. retrahere deberent, qui proprior fuit Concilio, quam annus 500.

Aequatio noui Calen. ſi à Nic. Conc. incepiſſet, quo pacto 10. dies offerat eximendos vſque ad annum 1600.

QVOD ſi vrgeant aduerſarij, quamuis æquatio ad retroacta tempora reducta eximat 10. dies vſque ad annum 300. incluſiue, qui vicinus fuit Concilio Nicæno, tamen ſi eadem æquatio à tempore Concilij Nicæni incepiſſet,& ad noſtra vſque tempora eſſet producta, eximeret duntaxat 9. dies, vt tertium argumentum volebat: Occurrendum eſt, hoc non eſſe abſurdum, propter cauſam paulo ante allatam, quia nimirum tempore interiecto annus fuit minimus. Dici quoque poteſt, aliter tunc quadringenteſimos annos fuiſſe diſponendos. Nã quia tunc æquinoctium, anno videlicet 300. & tempore Concilij, incidit in diem 21. Martij, omittendus fuiſſet dies intercalaris anno 400. vt æquinoctium in ſua ſede detineretur, atque idcirco vſque ad annum 1600. incluſiue eximi oportuiſſet dies 10. in hiſce cẽteſimis 400. 500. 600.800.900.1000.1200.1300.1400.1600. manente quarto quoque centeſimo, quales fuiſſent 700.1100.1500. biſſextili.

Neceſſariã fuiſſe 10. dierum exemptionẽ, vt æquinoctium ex die 11. in 21. reſtitueretur, ſiue æquatio 10. dies præbeat eximendos vſque ad Cõc. Nic. ſiue non.

SED vt vt eſt, ſiue noſtra æquatio anno Cõcilij Nicæni reſpondeat, ſiue nõ, certum eſt apud omnes, & ratum, decem dies omnino eximendos fuiſſe, vt æquinoctium ex die 11. Martij, ad quem progreſſum fuerat, ad 21. reuocaretur: quemadmodum ſi ad diem 25. Incarnationis Dominicæ (quod non pauci optabant) reuocandum fuiſſet, eximi oportuiſſet dies 14. tametſi ab Incarnatione Domini ad noſtra vſque tempora æquinoctium non tot diebus ſedem ſuam anteuerterit; quippe cum ex obſeruationibus Ptolemæi liquido conſtet, tempore Incarnationis verbi Dei æquinoctium in 23. diem Martij incidiſſe.

Reſponſio generalis ad omnia argumẽta, quæ contra æquationẽ æquinoctij afferri poſſunt.

4 ATQVE hæc dicta ſint aduerſus argumenta, quæ æquationem noui Calendarij aliquo medio labefactare videre poſſint. Ad quæ tamen,& omnia alia quæcumque tandem afferri poſſunt, reſpondere licebit, ſi dicamus, cuncta argumenta ſumi ex vero motu eoque ex tabulis Prutenicis deprompto, qui valde inæqualis eſt, ac irregularis, nullique Cyclo accommodari poteſt, ac propterea apta non eſſe ad noſtram æquationem euertendam. Æquatio enim noſtra nititur motu medio, qui æqualis eſt: ita vt ſtabilitate ſua, & æqualitate belle atque concinne compenſet veri æquinoctij progreſſionem, regreſſionemque inæqualem, atque irregularem, ad plurima annorum millia, æquinoctiumque nunquam à vero longius, quam duobus ad ſummum diebus, aut paulo amplius recedere ſinat, modo illud anteuertendo, modo ſubſequendo: quod quidem ſatis eſt ad Paſcha rite celebrandum ex Decreto Eccleſię, quę in temporum ſupputatione motus medios ac regulares, aut potius Cyclos, veris inæqualibuſque motibus curioſitati, ac diligentiæ Aſtronomorum relictis, ex antiquiſſima conſuetudine adhibet, atque conſiderat.

Quomodo intelliga-

CVM autem dicimus, ęquationem noſtram medio ęquinoctio congruere, non autem vero, non eſt intelligen-

ligẽdum ęquinoctium medium, vt Aſtronomi medios motus accipiunt, ſed ęquinoctium anni medij, ſiue Alphonſini, quod ſemper fere, noſtra ęquatione adhibita diei 21. Martij adhęrebit.

tur, æquationem noui Calendarij medio æquinoctio congruere.

5. QVOD ſi forte longo temporis interuallo acciderit, (quod fieri poſſe, ingenue fatemur, propter Aſtronomicarum tabularum inconſtantiam) vt æquinoctium noui Calendarii plus æquo à vero æquinoctio diſceſſerit, reſtituendum erit, vt ſæpe dictum eſt, ad diem 21. Martij, per intercalationem, vel intercalationis omiſſionem extra ordinem adhibendam, & deinceps vel eadem æquandi formula, quæ prius retinenda, vel certe alia illi tempori aptior, ex Aſtronomorum ſententia, præſcribenda, ita tamen, vt in Calendario, quod ad Epactarum diſpoſitionem attinet, nulla mutatio fiat. Qua ratione, etſi æquinoctium aliquando reſtitutione egeat, aut æquationis ratio mutanda ſit, Calendarium tamen ipſum in Bulla Gregorii XIII. perpetuum appellatur, atque eiuſmodi, quod ad quamcunque anni magnitudinem, per interruptam, aut variatam æquationem accommodari poſſit, cum ipſum interim cum Epactis intactum, atque ſtabile, immutabileque prorſus permaneat, vt planius infra in æquatione Lunæ explicabitur.

Calend. nouũ cur perpetuũ dicatur à Pontifice.

QVOCIRCA quod tandem argumentum excogitari poterit, quod aduerſus Calendarium eo, quo dictum eſt, modo perpetuum vim vllam habeat? Quamquam enim æquatio Solaris anni longo tempore æquinoctium in 21. die non ita conſeruet, vt emendatione non indigeat, non tamen propterea Calendarium vitioſum exiſtimari debet, aut imperfectum, cum nulla re in eo mutata, æquinoctium nullo negocio, per æquationem aliquo modo variatam, ſi ita viſum fuerit, emendari poſſit. Atque alio certe modo, quam dictum eſt, nullum Calendarium conſtrui poteſt, quod aut perpetuum ſit, aut diuturnum, quippe cum omnia, quæ Aſtronomi de anni Solaris magnitudine, & inæqualitate ſubtiliter, & acute tradiderunt, incerta ſint, ac dubia: vt de nulla eius æquatione, ſiue ea ad motum medium, ſiue ad verum inſtituatur, conſtantem, aut perpetuam, diuturnamue nobis veritatem poſſimus polliceri.

Nullũ Calen. alio modo conſtrui poſſe, quam quo Gregorianũm eſt conſtructũ, quod ſit perfectũ, perpetuũq; aut diuturnũ.

6. QVOD ſi æquatio aliqua Solaris anni, cum cyclo Lunari per dies Calendarii diſpoſito, eo artificio inſtituatur, vt nihil vnquã in Calendario ſit innouandũ, etſi error aliquis in æquinoctio in ſede conſtituta conſeruando deprehendatur, ita vt æquationem anni Solaris oporteat mutari ea ratione, quam ſupra tradidimus; tum demum præclare cum Calendario actum erit, ita vt perfectum, abſolutumque recte, ac iure optimo cenſeri poſſit. Cuiuſmodi eſt Calendarium nouum à Gregorio XIII. Pontifice Maximo anno 1582. diuulgatum, vt partim ex iis, quæ dicta ſunt, liquet, partim vero & multo quidem euidentius ex ijs, quæ dicenda ſuperſunt, apparebit. Hæc ſi ſyncero, tranquilloque animo ij, quibus Calendarium nouum minus probatur, perpenderent, profecto non tot verba, & conuicia in nouum Calendarium tam temere & inconſiderate euomerent. Et vero nullo negotio poteſt quilibet omnia hæc ex Compendio reſtitutionis Calendarii ad Chriſtianos Principes miſſo intelligere, vbi apertiſſime declaratur, Cyclum Epactarum ad quamcunque anni magnitudinem accommodari poſſe, adeo vt eo in Calendario deſcripto, intercalationiſque ratione quadringenteſimo quoq; anno, vt explicatum eſt, & eius etiam Cycli æquatione, de qua infra diſſeremus, adhibita, ita in poſterum anni atque menſes conſenſuri ſint cum Solis ac Lunæ ratione, vt nulla deinceps varietas aut diſſenſio, quæ alicuius momenti ſit, poſſit exiſtere. Quod ſi quando acciderit, vt diſcrepantia aliqua oriatur, poſſe omnia facillima ratione in ſuum ſtatum reſtitui, idem Compendium luculenter teſtatur. Eam namque ob cauſam in eo duplex tabella æquationis Epactarum conſtructa eſt, vna Alphonſino anno, qui medidius eſt & æqualis, congruens, altera reſpondens anno Copernici inæquali atque irregulari: vt nemo iure nobis poſſit objicere, nos non præuidiſſe, quæ contra Calendarium opponi poſſent, aut non intellexiſſe, quatenus id poſſit dici perpetuum, & nulli vnquam mutationi obnoxium.

Quid requiratur, vt Calendarium aliqd abſolutum, & diuturnum dici poſſit.

SED de Calendarii noui explicatione, quod ad æquinoctium ſpectat, ſatis hoc loco. Æquationem enim noſtram per quadringentos annos progredientem omnibus aliis, quæ excogitari poſſunt, antecellere, quamuis ex iis, quæ hactenus dicta ſunt, liquido conſtare poſſit, clarius tamen ex cap. 22. id apparebit, vbi eam calculo Aſtronomico ſubijciemus ab anno 1600. vſque ad annum 5000. Quo loco ſatis apparebit, noſtram hanc æquationem anni Solaris, vna cum Lunaris anni æquatione, de qua poſtea, à Decretis Conciliorum, Pontificumque non recedere. Id quod nulli alii æquationi, quæ inſtitui poſſet, conuenire poteſt, vt clare conſtabit, ſi quæcunq; alia æquatio per calculum Aſtronomicum examinetur. Quamobrem ad anni Lunaris explicationem iam aggrediamur, vbi natura Cycli decennouennalis aurei numeri aperienda, vna cum Cyclo Epactarum: Et cur amotis aureis numeris è Calendario, in eorum locum Epactæ ſint ſubſtitutæ. Deinde de Cyclo Solari, ſiue litterarum Dominicalium, deque feſtorum mobilium inuentione agendum erit. Ad extremum denique regulas quaſdam faciles ad computum Eccleſiaſticum pertinentes breuiter perſcribemus.

CAPVT VIII.

Quo pacto Cyclus Decennouennalis aurei numeri annos 19. Solares exæquet.

Annus Lunaris Ciuilis quid, & quotuplex, & quãtus. Annus Lunaris tam communis, quam Emboliſmicus, plenus & cauus quid.

1

ANNVS Lunaris, quemadmodum de Solari cap. 5 diximus, duplex eſt, Ciuilis vnus vel Politicus, Aſtronomicus alter. Ciuilis ex diebus integris conſtat, & bipertitus eſt; Communis, atque Emboliſmicus. Communis continet dies modo 354. modo (quod raro euenit) 353. quorum ille plenus, hic cauus, ſeu deficiens appellari ſolet; atque vterque 12. Lunationes comprehendit. Emboliſmicus autem continet plerumque dies 384. interdum vero (ſed rarius) 383. Et prior quidem plenus, poſterior vero cauus eodem modo dicitur; atque vterq; 13. Lunationibus continetur. Neque

Digitized by Google

aliter Lunaris annus Ciuilis, quam per integros dies in Calendario diſponi poteſt, aut ſupputari, quemadmodum neque Solaris, cuius rei rationem abunde cap. 5. reddidimus. Eadem enim ratio anni Solaris in Lunarem conuenit.

Annus Lunaris Aſtronomicus quid, & quantus, tam communis, quã Emboliſmicus.

2 ANNVS Lunaris Aſtronomicus medius, æqualiſue (de vero namque, quod admodum inæqualis ſit, ac varius, & ad Aſtronomos pertineat, nihil hoc loco dicendum eſt) præter dies integros, complectitur horas aliquot, horarumque fragmenta. Vt annus communis 12. Lunationum, ex tabulis Prutenicis, quæ hodie certiores habentur, continet dies 354. Minuta dierum 22. ſec. 1. ter. 35. quar. 19. hoc eſt, dies 354. hor. 8. min. 48. ſec. 38. ter. 7. quar. 36. Emboliſmicus vero 13. Lunationum, dies 383. Minuta dierum 53. ſec. 51. ter. 43. quar. 16. id eſt, dies 383. hor. 21. min. 32. ſec. 41. ter. 18. quar. 24. Vna autem Lunatio, ſiue menſis Lunaris, ſecundum medium curſum, hoc eſt, interuallum temporis ab vno Nouilunio medio ad aliud, complectitur dies 29. Minuta dierum. 31. ſec. 50. ter. 7. quar. 57. nimirum dies 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 10. quar. 48. quamuis Lunaris menſis magnitudo à Ptolemæo, & Nicolao Copernico paulo maior ſtatuitur, & ab Alphonſinis, & pleriſque Computiſtis paulo minor. Ptolemæus ſiquidem eum ſtatuit dierum 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 12. Alphonſini autem eundem conſtituunt dierum 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 2. Ego, diuidendo per elongationem Lunæ à Sole vnius diei, quæ in tabulis Prutenicis continet grad. 12. min. 11. ſec. 26. ter. 41. quar. 29. quin. 57. ſex. 49. ſept. 37. totum circulum grad. 360. reperio menſem Lunarem D. 29. hor. 12. min. 44. ſec. 3. ter. 10. quar. 38. quin. 9. ſex. 20. ſept. 5. Sed ſuperiorem, quæ hac maior eſt 10. quartis, in ſequentibus aſſumemus. Quæ fortaſſis cauſa fuit, vt tabulæ Prutenicæ mediam quantitatem elegerint, tanquam magis veriſimilem. Hinc colligitur, dimidiatum menſem Lunarem comprehendere dies 14. minuta dierum 45. ſec. 55. ter. 3. quar. 58. hoc eſt, dies 14. hor. 18. min. 22. ſec. 1. ter. 35 quar. 24. Quartam vero eiuſdem menſis Lunaris partem, dies 7. minuta dierum 22. ſec. 57. ter. 31. quar. 59. id eſt, dies 7. hor. 9. min. 11. ſec. 0. ter. 47. quar. 36. Etſi autem numeratio iſta menſis Lunaris per dies, horas, horarumque fragmenta, in Calendario, quod dies ſolum integros continet, deſcribi non poteſt, eius tamen cognitio perneceſſaria eſt, vt menſes Lunares Ciuiles, ſiue Politici ita inſtituantur, vt cum anno Solari poſſint congruere. Quod qua ratione per Cyclum aurei numeri decennouennalem fiat, explicemus.

Menſis Lunaris Aſtronomici magnitudo ſecundũ motũ mediũ.

Semiſſis menſis Lunaris, & quarta pars quanta.

Meton Athenien. inuentor Cycli decennouennalis aur. num.

Annus Metonicus decennouennalis.

3 EX antiquiſſimis igitur Aſtronomis, quibus curſus Lunaris, eiuſque cum Solaribus annis concordia, curæ fuit, repertus eſt Meton Athenienſis, qui floruit circa Olympiadem 86. annis propemodum 431. ante Chriſti Natalem diem. Hic prodidit, in 19. annis Solaribus menſes Lunares 235. compleri. Vnde totum illud temporis ſpatiũ 19. annos Solares cõplectens annus magnus ἐννεαδεκάτηρις, hoc eſt, decẽnouennalis Metonicus eſt appellatus. Qui numerus adeo placuit, vt Athenis, & in alijs inſignioribus vrbibus in foro præfigeretur, & à Romanis aureus diceretur: qui etiam vſque ad correctionem Gregorianam vulgo receptus fuit, quod per ipſum exiſtimarent certo ordine conſtare principia, & fines menſium. Et quoniam in 19. annis quatuor biſſexti continentur, ſuperſuntque tres anni; In annis autem 38. nouem biſſexti, duoque anni ſuperſunt; & in annis 57. quatuordecim biſſexti, cum vno anno ſuperfluo; In annis denique 76. nouendecim biſſexti præciſe, aſſumpſit hoc ſpatium 76. annorum (qui numerus ex ductu 19. in 4. gignitur) Hipparchus, qui annis ferme 128. ante Chriſtum Dominum, & Olympiade 162. floruit, ideoque à Ptolemæo, alijſque ſcriptoribus, idem ſpatium, periodus Callippica dicta fuit, in qua 940. Lunares menſes explentur. Sed neque annus Metonicus, neque periodus Callippica, exquiſite cum annis Solaribus conuenit, vt ex iis, quæ mox ſubiungemus, liquido conſtabit.

Periodus Callippi annorum 76.

Menſis Lunaris Ciuilis magnitudo.

4 IN Cyclo decennouẽnali conſtituitur menſis Lunaris Ciuilis, dierum 29. hor. 12. duntaxat, omiſſis horũ fragmentis. Quoniam vero in Calendario horæ deſcribi non poſſunt diſponuntur numeri Cycli decennouennalis ad Nouilunia inquirenda eo artificio per dies anni, vt Lunationes, hoc eſt, menſes Lunares, alternis contineant dies 30. & 29. Ita enim fit, vt 12. horas, quæ antecedenti Lunationi 30. dierũ plus æquo tribuuntur, inſequens Lunatio 29. dierum auferat, duæque Lunationes complectantur dies 59. duodecim vero menſes Lunares dies 354. qui annum Ciuilem Lunarem conſtituunt; atque idcirco annus Lunaris Ciuilis communis differat 11. diebus ab anno Solari communi dierum 365. Ex quo efficitur, vt Nouilunia inſequentis anni contingant plerunque (Nam nonnunquam hic ordo interrumpitur, Cyclo decennouennali id exigente, vt ſequenti capit. 9. dicemus) 11. diebus prius, quam Nouilunia anni ſuperioris, ita vt, ſi verbi gratia Nouilunium aliquod ſit die 29. alicuius menſis quouis anno, idem anno inſequenti futurum ſit die 18. eiuſdem menſis; anno tertio, die 7. atque ita deinceps, donec 19. anni compleantur, poſt quos Nouilunium illud iterum in diem 29. incidet: propterea quod omnes menſes Lunares in 19. annis Solaribus comprehenſi tot dies, atque horas fere complectuntur, quot Solares anni 19. conſtituuntur. Nam anni 19. Solares (ſi cuilibet, ex Iulij Cæſaris inſtitutione, tribuas dies 365. horas 6.) continent dies 6939. hor. 18. in quibus conficiuntur Lunationes 235. & aliquid amplius, ſecundum curſum Lunæ medium; totidemque Lunationes Ciuiles in iiſdem annis 19. Solaribus includuntur, Lunationes namque 235. mediæ exigunt dies 6939. & horas inſuper 16. duntaxat, min. 32. ſec. 27. ter. 18. quar. 0. ita vt anni 19. Solares ſuperent 235. Lunationes medias hora 1. min. 27. ſec. 32. ter. 41. quar. 0. Quo fit, vt Nouilunia media, tranſactis 19. annis Solaribus, contingant quidem eiſdem diebus menſium, quibus ante annos 19. fiebant, non autem eiſdem prorſus horis, ſed aliquanto prius, ea nimirum, quam diximus ſeruata exceſſus ratione. Tantulum eſt temporis ſpatium, quo Luna ſedes ſibi in Calendario conſtitutas in 19. annis anteuertit. Ex quo fit, vt in 76. annis hoc eſt, in quatuor Cyclis decennouennalibus, eaſdem ſedes Luna anticipet horis 5. min. 50. ſec. 10. ter. 44. quar. 0. ac tandem in annis $312\frac{1}{2}$. die ferme toto: licet Computiſtæ cum Hipparcho velint, Lunam vna die ſuas ſedes anteuertere in 304 annis propterea quod vnam Lunationem cõſtituunt minorem, quam nos, vt diximus. Sed verius, vt docuimus, Luna anticipat vno die ſedes ſuas in annis $312\frac{1}{2}$. Nam ſecundum quantitatem vnius Lunationis ſupra poſitam in annis $312\frac{1}{2}$. ſuas ſedes anteuertit per hor. 23. min. 59. ſec. 52. ter. 49. quæ à die integro deficiunt hor. 0. min. 0. ſec. 7. ter. 11. duntaxat, ad quæ anticipanda requiruntur adhuc dies 23. hor. 17. ita vt Luna vere anticipet diem vnum in annis $312\frac{1}{2}$. diebus 23. hor. 17. quod dixerim contra quoſdam, qui mordicus cum Hipparcho contendunt defendere Lunam

Lunationes in Calend. cur ſint alternis dierum 30. & 29.

Nouilunia cur quolibet anno contingant plerumque 11. diebus priusquam proxime antecedente anno.

An. 19. Solares quot dies contineant.

In 19. annis Solaribus fiunt Lunationes 235.

Quanta ſit differentia inter annos 19. Solares & 235. Lunationes medias.

Quanta ſit anticipatio Lunæ in 19. annis, & quanta in 76. Lunationes anticipant vnũ diẽ annis 312. cũ ſemiſſe, non autem in annis 304. vt nonnulli volũt.

Digitized by Google

Lunam anticipare vnum diem in 304. annis. Licet autem cap. 11. in tabula æquationis Epactarum æquationem Lunæ, quam ſtatuimus fieri in annis 312 $\frac{1}{2}$. præueniamus diebus 23. hor. 17. hi tamen dies, & horæ neglectæ vix in annis 48143 6. ad 100. annos excreſcunt, ac proinde vix errorem in Lunationibus 8. horarum efficiunt, vt in eodem cap. 11. Num. 11. monebimus. Hinc factum eſt, vt Nouilunia à Concilio Nicæno ad noſtram vſque ætatem quatriduo, & eo amplius, ad menſium initia fuerint progreſſa.

In 19. annis contineri 235. Lunationes Ciuiles.

5. CONTINERI autem in 19. annis Solaribus Lunationes etiam Ciuiles 235. in planum faciemus. Quoniam in anno quolibet exiſtunt 12. Lunationes 30. & 29. alternæ, quæ conſtituunt dies 354. habebuntur in 19. an. Lunationes 228. & inſuper dies 209. conflati ex 11. diebus, quib. Solaris annus Lunarē, vt ſupra diximus, ſuperat. Ex his 209. diebus conſtituuntur 7. Lunationes extraordinariæ, quæ Emboliſmicæ dicuntur, ſex quidem dierum 30. ſingulæ, & vna dierum 29. vt infra dicemus. Atque hæ 7. Lunationes extraordinariæ illis 228. adiectæ conficiunt numerum 235. Lunationum. Recte ergo Cyclus Lunæ comprehendere dicitur annos Solares 19. cum in hoc ſpatio temporis compleantur 235. Lunationes, quot nimirum in eodem interuallo ſecundum medium Lunę curſum fieri poſſunt, niſi quod manet illa differentia, quam diximus, horæ 1. min. 27. ſec. 32. ter. 41. quar. 0.

Quo pacto Lunationes ciuiles 235. in 19. annis contentæ expleant totidē Lunationum mediarum tempus, etſi in qualibet omittantur mi. 44. ſec. 3. ter. 11. vnius horæ.

6. SED doceamus paulo accuratius, quo pacto Lunationes 235. Ciuiles in annis 19. Solaribus comprehenſæ expleant tempus totidem Lunationum Aſtronomicarum ſecundum motum medium. Nam cum in ciuilibus omittantur horarum fragmenta, nimirum min. 44. ſec. 3. ter. 11. fere vnius horæ in qualibet Lunatione, non videntur Aſtronomicis Lunationibus Ciuiles æquari poſſe. Veruntamen fragmenta illa relicta belliſſime compenſari, per dies biſſextiles, & 7. Lunationes extraordinarias, hinc cognoſces. Lunationes Ciuiles 235. quas in 19. annis Solaribus contineri diximus, ſi cuilibet tribuantur dies 29 $\frac{1}{2}$. hoc eſt, ſi eas alternis conſtituamus dierum 30. & 29. (ꝗ Cyclum poſtulare affirmauimus) conficiunt dies 6932. & horas 12. Totidem vero Lunationes Aſtronomicæ dies 6939. horas 16. m. 32. ſec. 27. ter. 18. quar. 0. Ad explendũ ergo hoc tēpus deſunt Lunationib. 235. Ciuilib. dies 7. & horæ 4. $\frac{1}{2}$ & paulo amplius: qui defectus ita ſuppletur. In toto Cyclo decennouennali, præter dies integros annorum Solarium ſuperſunt horæ 114. collectæ ex 6. horis quolibet anno omiſſis, quæ conſtituunt dies 4. intercalares, & horas 18. Dies ergo 4. in 4. annis biſſextilibus tribuuntur quatuor Lunationibus Februarii 29. dierum, vt contineant dies 30. Propter enim diem additum, qui in Calendario notatus non eſt, augetur Lunatio illa includens dictum diem intercalarem vno die, ita vt, ſi fuerit dierum 29. efficiatur dierum 30. ſi vero habuerit dies 30. fiat dierum 31. contra Lunationum naturam, ac conditionem, quod tamen vitari non poteſt, vt poſtea cap. 17. dicetur. Auctæ igitur iam ſunt Lunationes Ciuiles quatuor diebus, ſic vt deſint ſolummodo dies 3. & horæ 4 $\frac{1}{2}$. & paulo amplius: quem defectum ita quoque ſupplemus. Quoniam ex 7. Lunationibus Emboliſmicis, ſiue extraordinariis, prioribus ſex tribuimus 3. dies, cum ſingulas conſtituerimus dierum 30. ita vt omnes ſex ſuperent 6. Lunationes ordinarias dierum 29 $\frac{1}{2}$. ſexies duodecim horis, hoc eſt, tribus diebus; deerunt nobis iam horæ duntaxat 4 $\frac{1}{2}$. & paulo amplius. immo quia Lunationi ſeptimæ, & vltimæ extraordinariæ, quæ in Cyclo continet dies tantum 29 dedimus horas 12. quas non habet; (Eam enim, ſicut & alias, conſtituimus dierum 29 $\frac{1}{2}$. quando omnes Lunationes 235. Ciuiles comprehendere diximus dies 6932. & horas 12.) deerunt horæ 16 $\frac{1}{2}$. & paulo amplius, quæ reſtituuntur per horas illas 18. quas in 19. annis, præter 4. dies intercalares ſupereſſe diximus, remanebitq; eadem illa differentia horæ 1. min. 27. ſec. 32. ter. 41. qua anni Solares 19. ſuperant Lunationes 235. medias. Apte igitur & concinne Cyclus decennouennalis Lunæ annis 19. Solaribus congruit, cum Lunationes 235. Ciuiles in iis comprehenſæ expleant ferme tempus totidem Lunationum Aſtronomicarum mediocrium, vt expoſuimus.

QVOD liquidius fortaſſe, clariuſque ita percipietur. Lunationes 228. Ciuiles in 19. annis Solaribus comprehenſæ, ſi cuilibet anno tribuamus 12. Lunationes alternis dierum 30. & 29. conſtituunt dies 6726. quibus ſi addantur dies 209. ex 11. diebus, qui præter 12. Lunationes in quolibet anno Solari ſuperſunt, collecti, fiet ſumma dierum in vniuerſum 6935. quibus rurſus ſi adijciantur 4. dies intercalares, & 18. horæ in 19. annis ſolaribus contentæ, efficientur dies 6939. horæ 18. quot in annis ſolaribus reperiuntur. Itaque etiamſi 235. Lunationes, vnamquamque ſtatuendo dierum 29 $\frac{1}{2}$. vltima excepta, quæ ſolum 29. dies habet, conſtituant dies tantummodo 6932. inſeruntur tamen, atque adduntur extra ordinem in vniuerſo ambitu Cycli decennouennalis reliqui dies 7 $\frac{1}{4}$. qui colliguntur partim ex 4. diebus intercalaribus, & horis 18. partim ex 3. diebus, quos plus æquo ſex Lunationibus extraordinariis tribuimus, vt efficiatur numerus dierum 6939. horarum 18. quot fere ad 235. Lunationes medias Aſtronomicas complendas requiruntur. Differt enim hoc tempus 235. Lunationum ab illo annorum 19. Solarium, hora duntaxat 1. min. 27. ſec. 32. ter. 41. vt ſupra dictum eſt. Atque hi dies 7 $\frac{3}{4}$. extra ordinem inſiti ſupplent propemodum minuta illa 44. ſec. 3. ter. 10. quar. 48. vnius horæ, quæ in quaque Lunatione Ciuili omittuntur, & 12. alias horas, quas poſtremæ Lunationi extraordinariæ detraximus; quippe quam dierum ſolum 29. conſtituimus, cum tamen aliæ omnes contineant dies 29 $\frac{1}{2}$. ſex prioribus extraordinariis exceptis, quarum ſingulæ 30. diebus conſtant. Nam min. 44. ſec. 3. ter. 10. quar. 48. in 235. Lunationes multiplicata efficiunt dies 7. horas 4. min. 32. ſec. 27. ter. 1. quar. 20. quibus ſi adiungantur 12. illæ horæ in vltima Lunatione extraordinaria omiſſæ, fit numerus dierum 7. hor. 16. min. 32. ſec. 27. ter. 1. quar. 20. qui à numero dierum 7. hor. 18. differt tantum hora 1. min. 27. ſec. 32. ter. 58. quar. 40. quantam fere differentiam ſupra diximus eſſe inter 235. Lunationes Aſtronomicas ſecundum curſum Lunæ medium, & 19. annos Solares. Definiuimus enim differentiam eam hor. 1. min. 27. ſec. 32. ter. 41. ita vt diſcrimen ſolum ſit hor. 0. min. 0. ſec. 0. ter. 17. quar. 40. quod nullius eſt momenti.

Vnde in 19. annis ſuppleantur min. 44. ſec. 3. ter. 11. quæ in quaque Lunatione Ciuili omittuntur, vna cũ 12. horis vltima Lunationi extraordinariæ ademptis.

HIC igitur eſt calculus Cycli Lunaris 19. annorum, ſiue Aurei numeri, tantopere ab omnibus decantatus, quem mirabili ſane artificio Meton Athenienſis circa Olympiadem 86. excogitaſſe perhibetur, vt merito apud omnes fere Nationes ad Nouilunia indaganda receptus ſit.

CAPVT IX.

Quo pacto Aurei Numeri in Calendario diſponantur: & cur, iis amotis, in eorum locum Epactæ ſubſtitutæ ſint.

I

Aureorum numerorũ deſcriptio in Calendario.

CVM veteres comperiſſent Nouilunia tranſactis 19. annis ad eoſdem dies reuerti, deſcripſerunt in Calendario totidem numeros ab 1. vſque ad 19. quos aureos dixerunt (fortaſſis ob vtilitatem eorum in Nouiluniis perquirendis, vel vt aliis placet, quia aureis literis notabantur) iuxta eos dies, in quibus quolibet annorum 19. ſpatio Nouilunia contingebant, ita vt 1. ei diei præfixerint, in quo, currente aureo numero 1. Nouilunium fiebat: Et 2. illi diei, in quem Nouilunium incidebat, currente aureo numero 2. & ſic de cæteris. Qua tamen in re diligenter obſeruarunt, vt Lunationes eſſent alternis 30. & 29. dierum & vt Nouilunia vnius anni præuenirent antecedentis anni Nouilunia plerunque 11. diebus, propter illos 11. dies, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. ſuperat.

Quis ordo inter aur num. ſit in Calẽdario.

2. EX hac deſcriptione aureorum numerorum emerſit inter illos ordo, & ſeries eiuſmodi, vt in Calendario non ſeruent ordinem naturalem numerorum, ſed maior fere numerus anteeat proxime minorem 11. diebus, propter illos 11. dies, quibus annus Solaris Lunarem excedit: ita vt collocato v.g. aureo numero 1. prope diem aliquem cuiuslibet menſis, proxime maior aureus numerus 2. eum præcurrat verſus principium menſis, vndecim diebus, decem videlicet diebus interpoſitis: propterea quod anno inſequenti Nouilunium eiuſdem menſis vndecim diebus antecedit ſuperioris anni Nouilunium. Ita quoque aureum numerum 19. in Calendario antecedit verſus initium menſis vndecim diebus aureus numerus 1. qui proxime ſequitur aureum numerum 19. in ſerie numerorum naturali. Eademque ratio eſt in cæteris aureis numeris. Raro admodum antecedit maior proxime minorem decem tantum diebus, & multo rarius duodecim: quod tamen interdum contingit natura Cycli decennouennali id ita poſtulante.

Quomodo ſequẽs aur. num. à proxime antecedente gignatur, & contra.

3. HINC fit, vt in Calendario quilibet aureus numerus ſequens conſtituatur per additionem octonarii ad antecedentem aureum numerum, abiectis tamen 19. ſi ſumma maior fuerit, quam 19. vel (quod idem eſt) per ſubtractionem 11. ex antecedente aureo numero, additis prius 19. ſi ſuperior aureus numerus maior, quam 11. non fuerit, vt ſubtractio fieri poſſit. Rurſus efficitur, vt viciſſim antecedens quiſque aureus numerus formetur per additionem 11. ad ſequentem, abiectis tamen 19. ſi maior fuerit ſumma, quam 19. Vel (& in idem recidit) per detractionẽ 8. ex aureo numero ſequenti, additis prius 19. ſi ſequens numerus maior non fuerit, quã 8.

Minor. au. nu. in Calend. maiorem antecedentẽ plerumque ſequitur proxime, maior vero minorẽ nõ proxime.

4. EX eadem diſpoſitione aureorum numerorum in Calendario ſequitur huiuſmodi inter eos colligatio, vt ſequens, ſi minor eſt, quam antecedens, antecedentem ſequatur proxime, non proxime autem, ſed in tertio loco, relicto nimirum vno die vacuo, ſi maior. Quod tamen quibuſdam in locis Calendarii non ſeruatur, ſed interdum, etſi raro, maior proxime etiam ſequitur minorem, Cyclo decennouennali id neceſſario ita exigente, vt Lunationes nimirum conſtituantur ferme alternæ 30. & 29. dierum. Itaque cognito aureo numero, qui in principio Ianuarii ſcribitur, ſiue primo die id fiat, ſiue ſecundo (Tempore Concilii Nicæni ponebatur aureus numerus 3. ad primum diem Ianuarii: nunc autem poſt Calendarii correctionem, ſi aurei numeri in Calendario eſſent deſcribendi, præfigendus eſſet aureus numerus 9. ſecundo diei) formabuntur ab eo omnes alii aurei numeri inſequentes, per additionem 8. vel detractionem 11. vt dictum eſt, ſeruato hoc ordine, vt minor maiorem ſequatur proxime, maior autem minorem non proxime, paucis locis in Calendario exceptis, de quibus mox nonnihil dicemus. Item cognito aureo numero, qui vltimus eſt in Decembri, ſiue poſtremum diem is occupet, ſiue penultimum, formabuntur ab eo omnes alii aurei numeri antecedentes, per additionem 11. vel ſubtractionem 8. &c. Sed quoniam vnica regula pro illis locis, in quibus maior numerus minorem ſequitur proxime, tradi non poteſt, propterea quod non ſemper idem aureus numerus in principio Ianuarii, aut fine Decembris ponitur, ſed alius alii ſuccedit, quoad omnes aurei numeri Ianuarii principium occupauerint, æquatione Lunæ id ita poſtulante, vt infra dicemus: facilius eoſdem aureos numeros in Calendario digeremus beneficio Epactarum in Calendario deſcriptarum, quarum diſpoſitio & facillima eſt, & immutabilis, vt paulo poſt docebimus.

Qua ratione ex primo au. nu. Calendarij aut ex poſtremo, omnes alij Calendario inſcribantur.

Quibus in locis maior au. nu. minorẽ ſequatur proxime in Calend. veteri.

5. NON videtur tamen prætermittenda aureorum numerorum diſpoſitio in Calendario, quo ante correctionem Gregorianam vſa eſt Eccleſia, & quo nunc poſt correctionem vteretur, ſi in eo aurei numeri, non autem Epactæ, deberent diſponi: vt intelligatur, quibus in locis maior aureus numerus minorem ſequatur proxime. Poſito ergo numero 3. ad primum diem anni, vt tempore Nicæni Concilii factum eſt, formabuntur omnes alii numeri aurei per continuam additionem 8. reiectis ſemper 19. quando ſumma maior fuerit, quam 19. & poſito minore proxime ſub maiore, maiore vero ſub minore non proxime, paucis hiſce locis exceptis, vt Lunationes fiant alternis 30. & 29. dierum. Die 3. Februarii ſcribatur numerus 19. proxime ſub minore 11. & die 6. Aprilis, 4. Iunii & 2. Auguſti, numerus 16. proxime ſub minore 8. Item die 3. Octobris, & 1 Decembris, numerus 13. proxime ſub minore 5. Poſtremo diſpoſitis hoc ordine omnibus aureis numeris, promoueatur in Iulio, & omnibus aliis quinque menſibus inſequentibus, vſque ad finem anni, aureus numerus 19. ad ſuperiorem diem, vt proxime ſub minore numero 11. collocetur: atque in eiſdem menſibus, numerus minor 8. ſcribatur non proxime ſub 19. ſed vno die vacuo relicto. Non me fugit, Campanum, & alios nonnullos in Decembri non apponere numerum 13. ad primum diem, ſed ad ſecundum, vna cum aureo numero 2. ſed quia huic rei alii omnes reclamant, quod abſurdum ſit, in vno Cyclo decennouennali duo Nouilunia in eundem diem incidere, qualia ſunt ab aureis numeris 13. & 2. indicata, cum hæc ex Campani diſpo-

diſpoſitione cadant in diem 2. Decembris: immo & ipſa etiam ratio Lunationum contrarium docet, vt paulo infra explicabimus hoc eodem ca. Num. 9. maluimus cum alijs Computiſtis deſcribere numerum 13. ad diem. 1. Decembris proxime ſub minore 5. vltimo diei Nouembris affixo. Hoc igitur modo aurei numeri ex ſententia Concilij Nicæni in Calendario ante correctionem ſunt collocati.

6. HOC vero tempore poſt correctionē ita eſſent collocandi, ſi eis vti vellemus ad Nouilunia inquirenda. Deſcripto aureo numero 9. ad diem 2. Ianuarij, formarentur alij omnes per continuam additionem 8. vt prius, hiſce locis, propter Lunationes alternas 30. ac 29. dierum, exceptis. Ad diem 5. Februarij, 5 Aprilis 3. Iunij, 1. Auguſti, 29. Septembris, & 27. Nouembris, ſcribendus eſſet aureus numerus 14. proxime poſt minorem aureum numerum 6. Item vltimo die Decembris ſtatuēdus aureus numerus 19. proxime ſub minore 11. Sed age, vt hoc diſcrimen magis appareat, vtrumque Calendarium cum Aureis numeris eo, quo diximus, modo digeſtis, ante oculos proponamus.

Quibus in locis maior aur. nu. minorē ſequatur pximè in Calendario nouo huius temporis, ſi au. nu. in eo forent deſcribendi.

SEQVITVR CALENDARIVM ECCLESIASTICVM, QVO ECCLESIA A CONCILIO NICÆNO

vſque ad anni correctionem à Gregorio XIII. factam vſa eſt.

Digitized by Google

Ianuarius.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies menſis.
iii	A	Calend.	1
	b	iiij	2
xi	c	iij	3
	d	Prid.	4
xix	e	Non.	5
viii	f	viii	6
	g	vii	7
xvi	A	vi	8
v	b	v	9
	c	iiii	10
xiii	d	iii	11
ii	e	Prid.	12
	f	Idus.	13
x	g	xix	14
	A	xviij	15
xviii	b	xvii	16
vii	c	xvi	17
	d	xv	18
xv	e	xiiii	19
iiii	f	xiii	20
	g	xii	21
xii	A	xi	22
i	b	x	23
	c	ix	24
ix	d	viii	25
	e	vii	26
xvii	f	vi	27
vi	g	v	28
	A	iiii	29
xiiii	b	iii	30
iii	c	Prid.	31

Februarius.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies menſis.
	d	Calend.	1
xi	e	iiij	2
xix	f	iij	3
viij	g	Prid.	4
	A	Non.	5
xvi	b	viij	6
v	c	vij	7
	d	vj	8
xiij	e	v	9
ij	f	iiij	10
	g	iij	11
x	A	Prid.	12
	b	Idus.	13
xviij	c	xvj	14
vii	d	xv	15
	e	xiiij	16
xv	f	xiij	17
iiij	g	xij	18
	A	xj	19
xii	b	x	20
j	c	ix	21
	d	viij	22
ix	e	vij	23
	f	vj	24
xvii	g	v	25
vj	A	iiij	26
	b	iij	27
xiiii	c	Prid.	28

Martius.

Aur. num.	Lit. Dominic		Dies Menſis.
iii	d	Calend.	1
	e	vi	2
xi	f	v	3
	g	iiii	4
xix	A	iii	5
viii	b	Prid.	6
	c	Non.	7
xvi	d	viii	8
v	e	vii	9
	f	vi	10
xiii	g	v	11
ii	A	iiii	12
	b	iii	13
x	c	Prid.	14
	d	Idib.	15
xviii	e	xvii	16
vii	f	xvi	17
	g	xv	18
xv	A	xiiii	19
iiii	b	xiii	20
	c	xii	21
xii	d	xi	22
j	e	x	23
	f	ix	24
ix	g	viii	25
	A	vii	26
xvii	b	vj	27
vi	c	v	28
	d	iiii	29
xiiii	e	iii	30
iii	f	Prid.	31

Aprilis

Aprilis.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.
	g	Calend.	1
xj	A	iiij	2
	b	iii	3
xix	c	Prid.	4
viij	d	Non.	5
xvj	e	viij	6
v	f	vij	7
	g	vj	8
xiij	A	v	9
ij	b	iiij	10
	c	iij	11
x	d	Prid.	12
	e	Idus.	13
xviij	f	xviij	14
vij	g	xvij	15
	A	xvj	16
xv	b	xv	17
iiij	c	xiiij	18
	d	xiij	19
xij	e	xij	20
j	f	xj	21
	g	x	22
ix	A	ix	23
	b	viij	24
xvij	c	vii	25
vj	d	vi	26
	e	v	27
xiiij	f	iiij	28
iij	g	iij	29
	A	Prid.	30

Maius.

Aur. num.	Lit. Dominicales.		Dies Menſis.
xj	b	Calend.	1
	c	vj	2
xix	d	v	3
viij	e	iiij	4
	f	iii	5
xvj	g	Prid.	6
v	A	Non.	7
	b	viij	8
xiij	c	vij	9
ij	d	vj	10
	e	v	11
x	f	iiij	12
	g	iij	13
xviij	A	Prid.	14
vij	b	Idib.	15
	c	xvij	16
xv	d	xvj	17
iiij	e	xv	18
	f	xiiij	19
xij	g	xiij	20
j	A	xij	21
	b	xj	22
ix	c	x	23
	d	ix	24
xvij	e	viij	25
vj	f	vij	26
	g	vj	27
xiiij	A	v	28
iij	b	iiij	29
	c	ij	30
xj	d	Prid.	31

Iunius.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies menſis.
	e	Calend.	1
xix	f	iiij	2
viii	g	iii	3
xvi	A	Prid.	4
v	b	Non.	5
	c	viii	6
xiii	d	vii	7
ii	e	vi	8
	f	v	9
x	g	iiii	10
	A	iii	11
xviii	b	Prid.	12
vii	c	Idus.	13
	d	xviii	14
xv	e	xvii	15
iiij	f	xvi	16
	g	xv	17
xii	A	xiiii	18
j	b	xiii	19
	c	xii	20
ix	d	xi	21
	e	x	22
xvii	f	ix	23
vi	g	viii	24
	A	vii	25
xiiii	b	vi	26
iii	c	v	27
	d	iiii	28
xi	e	iii	29
	f	Prid.	30

Digitized by Google

Iulius.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies menſis.
xix	g	Calend.	1
viii	A	vj	2
	b	v	3
xvi	c	iiij	4
v	d	iij	5
	e	Prid.	6
xiii	f	Non.	7
ii	g	viii	8
	A	vii	9
x	b	vi	10
	c	v	11
xviii	d	iiii	12
vii	e	iii	13
	f	Prid.	14
xv	g	Idus.	15
iiii	A	xvii	16
	b	xvi	17
xii	c	xv	18
i	d	xiiii	19
	e	xiii	20
ix	f	xii	21
	g	xi	22
xvii	A	x	23
vi	b	ix	24
	c	viii	25
xiiii	d	vii	26
iii	e	vi	27
	f	v	28
xi	g	iiii	29
xix	A	iii	30
	b	Prid.	31

Auguſtus.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies menſis.
viij	c	Calend.	1
xvi	d	iiij	2
v	e	iij	3
	f	Prid.	4
xiij	g	Non.	5
ij	A	viij	6
	b	vij	7
x	c	vj	8
	d	v	9
xviij	e	iiij	10
vii	f	iij	11
	g	Prid.	12
xv	A	Idus.	13
iiij	b	xix	14
	c	xviij	15
xii	d	xvij	16
j	e	xvj	17
	f	xv	18
ix	g	xiiij	19
	A	xiij	20
xvii	b	xij	21
vj	c	xj	22
	d	x	23
xiiii	e	ix	24
ii *	f	viij	25
	g	vij	26
xi	A	vj	27
xix	b	v	28
	c	iiij	29
viij	d	iij	30
	e	Prid.	31

September.

Aur. num.	Lit. Dominic		Dies Menſis.
xvi	f	Calend.	1
v	g	iiii	2
	A	iii	3
xiii	b	Prid.	4
ii	c	Non.	5
	d	viii	6
x	e	vii	7
	f	vi	8
xviii	g	v	9
vii	A	iiii	10
	b	iii	11
xv	c	Prid.	12
iiii	d	Idus.	13
	e	xviii	14
xii	f	xvii	15
j	g	xvi	16
	A	xv	17
ix	b	xiiii	18
	c	xiii	19
xvii	d	xii	20
vi	e	xi	21
	f	x	22
xiiii	g	ix	23
iii	A	viii	24
	b	vii	25
xi	c	vi	26
xix	d	v	27
	e	iiii	28
viii	f	iii	29
	g	Prid.	30

Digitized by Google

October.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.
xvi	A	Calend.	1
v	b	vi	2
xiii	c	v	3
ii	d	iiii	4
	e	iii	5
x	f	Prid.	6
	g	Non.	7
xviii	A	viii	8
vii	b	vii	9
	c	vi	10
xv	d	v	11
iiii	e.	iiii	12
	f	iii	13
xii	g	Prid.	14
i	A	Idus.	15
	b	xvii	16
ix	c	xvi	17
	d	xv	18
xvii	e	xiiii	19
vi	f	xiii	20
	g	xii	21
xiiii	A	xi	22
iii	b	x	23
	c	ix	24
xi	d	viii	25
xix	e	vii	26
	f	vj	27
viii	g	v	28
	A	iiii	29
xvi	b	iii	30
vj	c	Prid.	31

Nouember.

Aur. num.	Lit. Dominic		Dies menſis.
	d	Calend.	1
xiii	e	iiij	2
ii	f	iij	3
	g	Prid.	4
x	A	Non.	5
	b	viii	6
xviii	c	vii	7
vii	d	vi	8
	e	v	9
xv	f	iiii	10
iiii	g	iii	11
	A	Prid.	12
xii	b	Idus.	13
j	c	xviij	14
	d	xvii	15
ix	e	xvi	16
	f	xv	17
xvii	g	xiiii	18
vi	A	xiii	19
	b	xii	20
xiiii	c	xi	21
iii	d	x	22
	e	ix	23
xi	f	viii	24
xix	g	vii	25
	A	vi	26
viii	b	v	27
	c	iiii	28
xvi	d	iii	29
v	e	Prid.	30

December.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies menſis.
xiij	f	Calend.	1
ij	g	iiij	2
	A	iij	3
x	b	Prid.	4
	c	Non.	5
xviij	d	viij	6
vii	e	vij	7
	f	vj	8
xv	g	v	9
iiij	A	iiij	10
	b	iij	11
xii	c	Prid.	12
j	d	Idus.	13
	e	xix	14
ix	f	xviii	15
	g	xvii	16
xvii	A	xvj	17
vj	b	xv	18
	c	xiiij	19
xiiii	d	xiij	20
iii	e	xij	21
	f	xj	22
xi	g	x	23
xix	A	ix	24
	b	viij	25
viij	c	vij	26
	d	vj	27
xvi	e	v	28
v	f	iiij	29
	g	iij	30
xiii	A	Prid.	31

In hoc

Digitized by Google

Aureū numer. primū Ianuarij nō formari per additionem 8. ad vltimum aur. num. Decembris.

Aureos numer. in Calendario deſcriptos, rationem Cycli non ſeruare.

In hoc Calendario vides profecto, ſingulos aureos numeros duodecies poſitos eſſe, toties nimirum, quot in anno Lunari communi Lunationes continentur, exceptis iis ſeptem numeris, qui poſt diem 20. Decembris tertiodecimo loco ſunt repetiti, qui videlicet priores quoque dies Ianuarii occupant. Quodſidcirco te monitum volo, ne putes, aureos numeros, inſtar Cycli, in Calendario diſponi, vt ſcilicet Aureus numerus primi diei Ianuarii formetur ab aureo numero vltimo anni per additionem 8. ad ſuperiorem aureum numerum, qui vltimus eſt in Decembri. Hæc enim generatio ſequentium aureorum numerorum per additionem 8. ad ſuperiores aureos numeros ceſſat omnino in fine anni, ac denuo incipit in principio anni ab eodem aureo numero, à quo prius incepit, nulla habita ratione aurei numeri, qui vltimus eſt menſe Decembri: quia aurei numeri in Calendario deſcripti rationem Cycli ſeruare non poſſunt. Idem prorſus cernitur in Calendario, quod ſequitur, vbi aurei numeri ita diſpoſiti ſunt, vt Nouilunia indicent ab anno reſtituto vſque ad annum 1700. non ſecus atq; ab Epactis eadem Nouilunia in nouo Calendario monſtrantur.

SEQVITVR CALENDARIVM ECCLESIASTICVM, QVO POST ANNI CORRECTIONEM A GREgorio XIII. factam Eccleſia vti deberet vſque ad annum 1700. ſi aurei numeri pro Epactis in eo deſcripti eſſent.

Ianuarius.

Ianuarius.

Aur. num.	Lit. Domi nic.		Dies menſis.
	A	Calend.	1
ix	b	iiij	2
	c	iii	3
xvii	d	Prid.	4
vi	e	Non.	5
	f	viii	6
xiiii	g	vii	7
iii	A	vi	8
	b	v	9
xi	c	iiii	10
	d	iii	11
xix	e	Prid.	12
viii	f	Idus.	13
	g	xix	14
xvi	A	xviii	15
v	b	xvii	16
	c	xvi	17
xiii	d	xv	18
ii	e	xiiii	19
	f	xiii	20
x	g	xii	21
	A	xi	22
xviii	b	x	23
vii	c	ix	24
	d	viii	25
xv	e	vii	26
iiij	f	vi	27
	g	v	28
xii	A	iiii	29
j	b	iii	30
	c	Prid.	31

Februarius.

Aur. num.	Lit. Do-mi-nic.		Dies Menſis.
ix	d	Calend.	1
	e	iiij	2
xvij	f	iii	3
vj	g	Prid.	4
xiiij	A	Non.	5
iij	b	viij	6
	c	vij	7
xj	d	vj	8
	e	v	9
xix	f	iiij	10
viij	g	iij	11
	A	Prid.	12
xvj	b	Idus.	13
v	c	xvj	14
	d	xv	15
xiij	e	xiiij	16
ij	f	xiij	17
	g	xij	18
x	A	xj	19
	b	x	20
xviij	c	ix	21
vij	d	viij	22
	e	vii	23
xv	f	vi	24
iiij	g	v	25
	A	iiij	26
xij	b	iij	27
j	c	Prid.	28

Martius.

Aur. num.	Lit. Do-minicales.		Dies Menſis.
	d	Calend.	1
ix	e	vj	2
	f	v	3
xvij	g	iiij	4
vj	A	iii	5
	b	Prid.	6
xiiij	c	Non.	7
iij	d	viij	8
	e	vij	9
xj	f	vj	10
	g	v	11
xix	A	iiij	12
viij	b	iij	13
	c	Prid.	14
xvj	d	Idib.	15
v	e	xvij	16
	f	xvj	17
xiij	g	xv	18
ij	A	xiiij	19
	b	xiij	20
x	c	xij	21
	d	xj	22
xviij	e	x	23
vij	f	ix	24
	g	viij	25
xv	A	vij	26
iiij	b	vj	27
	c	v	28
xij	d	iiij	29
j	e	iij	30
	f	Prid.	31

Aprilis.

Digitized by Google

Aprilis.

Aur. num.	Lit. Domi nic.		Dies Menſis.
ix	g	Calend.	1
	A	iiij	2
xvij	b	iii	3
vj	c	Prid.	4
xiiij	d	Non.	5
iij	e	viij	6
	f	vij	7
xj	g	vj	8
	A	v	9
xix	b	iiij	10
viij	c	iij	11
	d	Prid.	12
xvj	e	Idus.	13
v	f	xviij	14
	g	xvij	15
xiij	A	xvj	16
ij	b	xv	17
	c	xiiij	18
x	d	xiij	19
	e	xij	20
xviij	f	xj	21
vij	g	x	22
	A	ix	23
xv	b	viij	24
iiij	c	vii	25
	d	vi	26
xij	e	v	27
j	f	iiij	28
	g	iij	29
ix	A	Prid.	30

Maius.

Aur. num.	Lit. Dominicales.		Dies Menſis.
	b	Calend.	1
xvij	c	vj	2
vj	d	v	3
	e	iiij	4
xiiij	f	iii	5
iij	g	Prid.	6
	A	Non.	7
xj	b	viij	8
	c	vij	9
xix	d	vj	10
viij	e	v	11
	f	iiij	12
xvj	g	iij	13
v	A	Prid.	14
	b	Idib.	15
xiij	c	xvij	16
ij	d	xvj	17
	e	xv	18
x	f	xiiij	19
	g	xiij	20
xviij	A	xij	21
vij	b	xj	22
	c	x	23
xv	d	ix	24
iiij	c	viij	25
	f	vij	26
xij	g	vj	27
j	A	v	28
	b	iiij	29
ix	c	iij	30
	d	Prid.	31

Iunius.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies menſis.
xvii	e	Calend.	1
vi	f	iiij	2
xiiii	g	iii	3
iii	A	Prid.	4
	b	Non.	5
xi	c	viii	6
	d	vii	7
xix	e	vi	8
viii	f	v	9
	g	iiii	10
xvi	A	iii	11
v	b	Prid.	12
	c	Idus.	13
xiii	d	xviii	14
ii	e	xvii	15
	f	xvi	16
x	g	xv	17
	A	xiiii	18
xviii	b	xiii	19
vii	c	xii	20
	d	xi	21
xv	e	x	22
iiij	f	ix	23
	g	viii	24
xii	A	vii	25
j	b	vi	26
	c	v	27
ix	d	iiii	28
	e	iii	29
xvij	f	Prid.	30

Digitized by Google

Iulius.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.
vi	g	Calen.	1
	A	vi	2
xiiii	b	v	3
iii	c	iiii	4
	d	iii	5
xi	e	Prid.	6
	f	Non.	7
xix	g	viii	8
viii	A	vii	9
	b	vi	10
xvi	c	v	11
v	d	iiii	22
	e	iii	13
xiii	f	Prid.	14
ii	g	Idus.	15
	A	xvii	16
x	b	xvi	17
	c	xv	18
xviii	d	xiiii	19
vii	e	xiii	20
	f	xii	21
xv	g	xi	22
iiii	A	x	23
	b	ix	24
xii	c	viii	25
i	d	vii	26
	e	vi	27
ix	f	v	28
	g	iiii	29
xvii	A	iii	30
vi	b	Prid.	31

Auguſtus.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.
xiiii	c	Calend.	1
iii	d	iiii	2
	e	iii	3
xi	f	Prid.	4
	g	Non.	5
xix	A	viii	6
viii	b	vii	7
	c	vi	8
xvi	d	v	9
v	e	iiii	10
	f	iii	11
xiii	g	Prid.	12
ii	A	Idib.	13
	b	xix	14
x	c	xviii	15
	d	xvii	16
xviii	e	xvi	17
vii	f	xv	18
	g	xiiii	19
xv	A	xiii	20
iiii	b	xii	21
	c	xi	22
xii	d	x	23
i	e	ix	24
	f	viii	25
ix	g	vii	26
	A	vi	27
xvii	b	v	28
vi	c	iiii	29
	d	iii	30
xiiii	e	Prid.	31

September

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.
iii	f	Calend.	1
	g	iiii	2
xi	A	iii	3
	b	Prid.	4
xix	c	Non.	5
viii	d	viii	6
	e	vii	7
xvi	f	vi	8
v	g	v	9
	A	iiii	10
xiii	b	iii	11
ii	c	Prid.	12
	d	Idus.	13
x	e	xviii	14
	f	xvii	15
xviii	g	xvi	16
vii	A	xv	17
	b	xiiii	18
xv	c	xiii	19
iiii	d	xii	20
	e	xi	21
xii	f	x	22
i	g	ix	23
	A	viii	24
ix	b	vii	25
	c	vi	26
xvii	d	v	27
vi	e	iiii	28
xiiii	f	iii	29
iii	g	Prid.	30

Digitized by Google

October.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.
	A	Calen.	1
xi	b	vi	2
	c	v	3
xix	d	iiii	4
viii	e	iii	5
	f	Prid.	6
xvi	g	Non.	7
v	A	viii	8
	b	vii	9
xiii	c	vi	10
ii	d	v	11
	e	iiii	22
x	f	iii	13
	g	Prid.	14
xviii	A	Idus.	15
vii	b	xvii	16
	c	xvi	17
xv	d	xv	18
iiii	e	xiiii	19
	f	xiii	20
xii	g	xii	21
i	A	xi	22
	b	x	23
ix	c	ix	24
	d	viii	25
xvii	e	vii	26
vi	f	vi	27
	g	v	28
xiiii	A	iiii	29
iii	b	iii	30
	c	Prid.	31

Nouember.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.
xi	d	Calend.	1
	e	iiii	2
xix	f	iii	3
viii	g	Prid.	4
	A	Non.	5
xvi	b	viii	6
v	c	vii	7
	d	vi	8
xiii	e	v	9
ii	f	iiii	10
	g	iii	11
x	A	Prid.	12
	b	Idib.	13
xviii	c	xviii	14
vii	d	xvii	15
	e	xvi	16
xv	f	xv	17
iiii	g	xiiii	18
	A	xiii	19
xii	b	xii	20
i	c	xi	21
	d	x	22
ix	e	ix	23
	f	viii	24
xvii	g	vii	25
vi	A	vi	26
xiiii	b	v	27
iii	c	iiii	28
	d	iii	29
xi	e	Prid.	30

December.

Aur. num.	Lit. Dominic.		Dies Menſis.
	f	Calend.	1
xix	g	iiii	2
viii	A	iii	3
	b	Prid.	4
xvi	c	Non.	5
v	d	viii	6
	e	vii	7
xiii	f	vi	8
ii	g	v	9
	A	iiii	10
x	b	iii	11
	c	Prid.	12
xviii	d	Idus.	13
vii	e	xix	14
	f	xviii	15
xv	g	xvii	16
iiii	A	xvi	17
	b	xv	18
xii	c	xiiii	19
i	d	xiii	20
	e	xii	21
ix	f	xi	22
	g	x	23
xvii	A	ix	24
vi	b	viii	25
xiiii	c	vii	26
	d	vi	27
iii	e	v	28
	f	iiii	29
xi	g	iii	30
xix	A	Prid.	31

7 CAVSA vero, cur ſequens aureus numerus formetur ab antecedente per additionem 8. vel detractionem 11. Item antecedens ab inſequente per additionem 11. vel ſubtractionem 8. & cur aurei numeri in Calendario non ſcribantur continuato ordine, ſed fere ſemper inter binos ſinguli dies relinquantur vacui, hæc eſt. Octo anni Solares, cuilibet tribuendo dies 365. hor. 6. comprehendunt 2922. dies, in quibus fiunt 99. fere Lunationes Solum vltimæ Lunationi deeſt dies 1. horæ 12. min. 41. ſec. 15. ter. 9. Nam 99. Lunationes ſecundum medium Lunæ curſum, poſtulant dies 2923. hor. 12. min. 41. ſec. 15 ter. 9. Igitur Lunationes poſt 8. annos elapſos non incipiunt iiſdem diebus, quibus ante 8. annos Nouilunia fiebant, ſed vno & dimidiato die tardius. Quare poſt quemuis aureum numerum ſcribitur in Calendario aureus numerus octo vnitatibus illo maior, vt ſignificet, poſt 8. annos Nouilunia non in eos dies, quibus antecedens aureus numerus aſcriptus eſt, incidere, ſed in illos, quibus ſequens aureus numerus ab antecedente per additionem 8. formatus præfigitur. Et quoniam, ſi ſequens aureus numerus antecedentem proxime inſequatur, Lunatio ſequentis aurei numeri anticipatur 12 horis, & amplius, ſcribendus erit alter aureus numerus ſequens non proxime poſt illum, ſed vno die vacuo relicto, ne eius Lunatio die integro, & amplius anticipetur. Ita vt hic aureus numerus tertius à primo, à quo per additionem 16. formatur, tertio poſt eum loco ſcribatur, quemadmodum & eius Lunatio tribus circiter diebus tardius, quam illius, incipit. Hæc eſt cauſa, cur ſequens aureus numerus componatur ex additione 8. ad antecedentem, ponanturque ſimul bini, inter binos ſingulis diebus vacuis relictis, præter paucos quoſdam numeros aureos, qui eum ordinem propter æquationem Lunæ neceſſariam interrumpunt.

Cur ſequẽs aureus numerus ab antecedente formetur per additionem 8. vel ſub tractionẽ 11. Antecedẽs vero à ſequenti per additionẽ vel ſubtractionem 8. Et cur nõ continuato ordine ſcribãtur aurei numeri in Calẽdario.

8 CVR autem maiorem aureum numerum minor proxime ſequatur potius, quam maior minorem, quod tamen æque bene fieri poterat, caſu quodam accidiſſe videtur. Quoniam enim Luna in quolibet die anni maior eſt 11. diebus, quam in eodem die anni ſuperioris, propter illos 11. dies, quibus Solaris annus Lunarem ſuperat, fit vt quemuis aureum numerũ in Calendario antecedat aureus numerus ſequentis anni 11. diebus, vt nimirũ 11. diebus prius contingat tunc, Lunã eſſe primam, quã anno antecedente. Hinc factũ eſt, vt minor aureus numerus proxime ſub maiore plerumque ſcriberetur, maior autem ſub minore non proxime: quod potius illi diſpoſitioni aurei numeri, & caſui cuidam fortuito tribuendum videtur, quam certæ alicui rationi, quæ cogat minorem proxime ſub maiore ſcribi potius, quam maiorem ſub minori, cum vtrouis modo ratio Lunationum conſtaret Atque hæc dicta ſint de cauſa, cur ſequens aureus numerus à præcedenti formetur per additionem 8. & cur aurei numeri non ſeruent continuatum ordinem.

9 EXPLICEMVS iam etiam rationem, cur antecedens aureus numerus ab inſequenti formetur per additionem 11. quæ ita ſe habet. Vndecim anni Solares continent 4017. dies, & 18. horas, in quibus perficiuntur Lunationes 136. ſupereſtque dies 1. hor. 14, min. 8. ſec. 47. ter. 4. Nam 136. Lunationes exigunt dies tantummodo 4016. hor. 3. min. 51. ſec. 12. ter. 56. Igitur Nouilunia poſt 11. annos transfactos non cadunt in eoſdem dies, quibus ante 11. annos fiebant, ſed vno die & dimidiato fere citius. Quare ante quemlibet aureum numerum ponitur in Calendario numerus aureus vndecim vnitatibus illo maior, vt ſignificet, poſt 11. annos Nouilunia non in eoſdem dies incidere, quibus ante 11. annos contingebant, ſed incipere prius, nimirum illis diebus, quibus antecedens aureus numerus à ſequenti per additionem 11. formatus aſcribitur. Ex quo colligitur, non recte à Campano, & aliis nonnullis ad diem 2. Decembris duos hoſce aureos numeros 13. & 2. apponi: quandoquidem poſt 11. annos, ſi currente aureo numero 2. Nouilunium incidit in diem 2. Decembris, idem neceſſario contingat vno die & dimidiato fere prius, vt dictum eſt. Itaque cum iam conſtet, numerum aureum quemcunque ſequentem octo vnitatibus maiorem eſſe antecedente, & antecedentem quemuis maiorem eſſe inſequente vndecim vnitatibus, manifeſte colligitur, ſequentem ab antecedente formari poſſe vel per additionem 8. vel per ſubtractionem 11. antecedentem vero ab inſequente tum per additionem 11. tum per detractionem 8. Atque hinc factum eſt, vt antiqui ſcriptores Cyclum decennouennalem, quem ἐννεαδεκαετηρίδα vocarunt. in ὀγδόαδα, & ἐνδέκαδα diſtinxerint, quandoquidem tota eius progreſſio atque ordo in Calendario conſtituitur ex additione ſubtractioneue 8. vel 11. vt expoſuimus, & ὀγδόας quidem cum 11. diebus, quibus Solaris annus Lunarem ſuperat, totum Cyclum decennouennalem, ἐνδεκάς vero cum decennouennali Cyclo perfectam Lunationem 30. dierum conficit.

10 DISPOSITIS 19. aureis numeris in Calendario, ea arte, quam deſcripſimus, non erat difficile cognoſcere tempus Nouilunii cuiuslibet menſis, hoc eſt, quo die dicenda eſſet Luna prima. Eo namque die Luna pronuntiabatur prima, ſiue Nouilunium dicebatur contingere, cui aureus numerus propoſito anno currens præfixus erat: atque hinc Luna xiiii. Paſchalis, & ex hac Paſcha cum aliis feſtis mobilibus inueſtigabatur.

Quomodo ex aureis num. in Calendario diſ poſitis Nouilunia inueſtigãtur

11 ATQVE hæc quidem omnia, quæ de aurei numeri diſpoſitione, atq; vſu tradidimus, ſubtiliter valde, & magno ingenio excogitata ſunt à veteribus, ſed ea accuratior Aſtronomorum obſeruatio non vſquequaque vera eſſe deprehendit. Non enim Nouilunia, transfactis 19. annis Solaribus, ad eaſdem prorſus ſedes reuertuntur, ſed paulo ante ita vt quolibet ſpatio 19. annorum ſedes priſtinas præueniant hora 1. min. 27. ſec. 31. ter. 55. ſpatio vero quatuor Cyclorum decennouennalium, hoc eſt, 76. annorum, horis 5. min. 50. ſec. 7. ter. 40. ac tandem annis 312½. die ferme integro, vt proximo cap. oſtenſum eſt, atque adeo à Concilii Nicæni temporibus ad noſtram vſque ætatem, verſus initia menſium ad quatuor dies, & amplius, progreſſa ſint. Ex quo factum eſt, vt ad Nouilunia inquirenda per aureos numeros Concilii Nicæni (poſito nimirum aureo numero 3. in Ianuarii principio) ante correctionem Calendarii, aſcendendum fuerit à loco aurei numeri propoſito anno currentis vſque ad quintum diem incluſiue: quod quidem nonnulli hiſce quinque ſyllabis facere conſueuerant. IN COELIS EST HIC: vel iſtis, HIC NOVA LVNA: vel his, IN COELO LVNA.

Nouilunia quantũ anticiparint à tempore Cõcilii Nicæni vſque ad annum correctionis.

Quo pacto aurei numeri in veteri Calendario mutãdi fuiſſent, vt Nouilunia indicarent tam ante correctionẽ quam poſt.

12 ITAQVE vt aurei numeri ante correctionem Nouilunia recte indicarent, promouendi fuiſſent omnes per quinque dies, tribus vacuis inter loca antiqua, & noua relictis, ita vt aureus numerus 19. qui ante correctionem quintum diem Ianuarii occupabat, primo diei aſcribendus fuiſſet, & ſic de cæteris, ſeruata tamen ea lege, vt Lunationes alternæ conſtituerentur 30. & 29 dierum, vti factum eſt ante Calendarii emendationem in Breuiariis, ac Miſſalibus à Pio V. correctis. Atque hoc quidem modo aurei numeri diſpoſiti recte Nouilunia indicaſſent iis annis, qui ante reſtitutionem proxime anteceſſerunt. Promotis autem hac ratione aureis

I 2 numeris

Digitized by Google

numeris verſus initia menſium, ſi retineri debuiſſent in Calendario poſt correctionem, hoc eſt, poſt 10. dierum exemptionem, amouendi rurſus fuiſſent verſus menſium fines decem diebus, ita vt 9. dies aureos numeros ante correctionem anni promotos, & eoſdem poſt correctionem poſtpoſitos vacui relinquerentur, ſeruatis iiſdem Lunationibus alternis 30 & 29. dierum. Hac enim ratione poſt anni reſtitutionem recte aurei numeri Nouilunia ſecundum medium motum monſtrarent. Nos tamen in præcedenti Calendario eoſdem aureos numeros plerumque vndecim diebus deorſum detruſimus ab iis locis, in quæ promoti fuiſſent per has ſyllabas: *In cælis eſt hic.* quia cũ aurei numeri tempore Concilii Nicæni nimis cito indicauerint Nouilunia, vt cap. 11. Num. 5. dicemus, ac proinde ita promoti eadem monſtrarent eodem modo, detrudendi fuerunt per 11. dies, vt ex vſu Eccleſiæ, rectius, hoc eſt tardius Nouilunia arguerent. quod tamen non ſemper ſeruatum eſt, propter Lunationes alternas dierum 30. & 29.

Aureos numeros in Calendario correctos non poſſe perpetuo, aut diu Nouilunia monſtrare, & quare.

13 CÆTERVM aurei numeri hoc modo correcti, & in propria loca reſtituti, quanquam aliquandiu Nouilunia recte indicaturi eſſent, perpetuo tamen, aut longo tempore id præſtare non poſſent, duabus de cauſis. Primum namque, quotieſcunque dies intercalaris ex centeſimo aliquo anno auferretur, hoc eſt, centeſimus aliquis annus fieret communis, ne æquinoctium à 21. die Martii recedat, vt ſupra dictum eſt, Nouilunia omnia vno die tardius contingerent, quam ab aureis numeris indicarentur. Quare quoties ex anno centeſimo, qui natura ſua eſt biſſextilis, fieret annus communis, toties deorſum mouendi eſſent omnes aurei numeri per vnum diem, vt recte Nouilunia monſtrarent. Deinde rurſus, quoniam, vt proximo cap. Num. 4. oſtendimus, Nouilunia in 312½ annis vno die ſedes ſuas in Calendario anteuertunt, efficitur, vt aurei numeri poſt quoslibet annos 312½. promouendi eſſent verſus initia menſium vno die, vt Nouilunia indicarent, ſi tamen tunc dies intercalaris non eſſet omittendus. Sed qua ratione hæc promotio aureorum numerorum per vnum diem deorſum, quando centeſimus aliquis annus fit communis, corrigenda ſit, docebimus cap. 12. Num. 10.

Si aureus numerus retineri deberet in Calendario cõficienda eſſent 30. Calendaria.

14 ATQVE hac ratione conficienda forent 30. Calendaria, ita vt diſpoſitio aureorum numerorum 30. varietates haberet, promoto quolibet ſurſum, deorſumque per 30. dies, quot nimirum in vna Lunatione 30. dierum continentur, vt ex cap. 15. manifeſtum erit. Verum quia perincommodum hoc eſſet, ac moleſtum, optimo conſilio factum eſt, vt aureis numeris de Calendario ſubmotis, in eorum locum alii numeri ſuccederent, qui perpetuo in vnico Calendario Nouilunia monſtrarent, ſiue ea verſus initia menſium progrediantur, ſiue verſus fines deuoluantur, nulla in Calendario facta mutatione, vt proximo cap. dicemus.

Cur omnis Epacta minor eſſe debeat quã 30. Epactæ quid ſint & cur ſint 30.

HI autem numeri ſunt 30 Epactæ, ab i. vſque ad xxx. ſiue ad *. Nam vltima Epacta xxx. ſignata eſt hoc ſigno *. potius, quam numero xxx. propterea quod, ſi proprie loqui velimus, nulla Epacta poſſit eſſe xxx. cum Epacta quælibet minor eſſe debeat, quam tempus integræ Lunationis. Epactæ namque ſunt numeri dierum, qui menſe Decembri poſt vltimam Lunationem anni ſuperſunt. Vt ſi Lunatio vltima anni terminetur poſtremo die Decembris, ita vt nulla dies ſuperſit. Epacta inſequentis anni erit o. ſi penultimo, hoc eſt, 30. die claudatur, Epacta erit i. propter diem, qui supereſt. ſi antepenultimo, hoc eſt, die 29. finiatur, Epacta erit ii. atq; ita de reliquis, donec ad Lunationem perueniatur, quæ finem habet Calendis Decembris, ita vt 30. dies ſuperſint. Tunc enim Lunatio illa non eſt vltima, ſed penultima, quia dies illi 30. ſuperflui vltimam Lunationem conſtituunt, ac proinde Epacta tunc erit o. vel xxx. quam ſigno *. declaramus, Atque hæc eſt cauſa, quod 30. Epactæ poſſint eſſe in vniuerſum, ab i. vſque ad xxx. vel o. vel * propter dies 1. 2. 3. &c. vſque ad 30. vel o. qui ſupereſſe poſſunt poſt Lunationem menſe Decembri terminatam. Et quanquam cum Lunatio aliqua finitur primo die Decembris, vel vltimo, Epacta inſequentis anni ſit xxx. vel o. ſignanda tamen eſt Epacta illa xxx. vel o. aliquo ſigno, nimirum hoc *. vt per illud Nouilunia anni inſequentis inueſtigentur, intelligaturque tunc in Decembri duas Lunationes eſſe terminatas, vnam poſtremo die, ac proinde nullam diem ſuperfuiſſe, alteram vero primo die, atque ideo poſt illam dies 30. fuiſſe reliquos. Verum accidit interdum, vt Epacta alicuius anni, ſit vnitate maior, quam numerus dierum, qui poſt vltimam Lunationem antecedentis anni ſuperſunt. quod quando contingat, dicetur cap. 12. Num. 14. cum de inuentione Epactæ cuiuslibet anni egerimus.

IDEM hic numerus 30. Epactarum colligitur ex 11. diebus, quibus annum Lunarem à Solari ſuperari diximus. Nam ſi primo anno ſuperſunt xi. dies, ſupererunt xxii. ſecundo, & xxxiii. tertio, abiectiſque 30. vnam Lunationem conſtituentibus, reliqua fiet Epacta iii. atque ita deinceps, additis ſemper 11. & abiectis 30. ſi ſumma maior ſit, quam 30. componentur omnes 30. Epactæ, ita vt prima ſit xi. & vltima xxx. vel o. vel *. poſt quam iterum per additionem 11. procreatur xi. vt hic apparet.

xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i
xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii
xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	vel o.	vel	*

CONTINGIT nonnunquam, vt antecedenti Epactæ addenda ſint 12. non 11. vt Epacta ſequens formetur, quod quando fiat, dicetur infra cap. 12. Num. 12. & 13. quo in capite Epactam cuiuſuis anni inuenire docebimus.

DICVNTVR autem 30. hi numeri Epactæ, Græca voce, quæ Latine idem ſonat, quod dies aſcititii, ſiue addititii. aut interiecti. Adiunguntur enim in fine vltimi menſis Lunaris ad explendum numerum dierum anni Solaris, & ad inchoandam primam Lunationem ſubſequentis anni. Quo pacto autem huiuſmodi Epactæ in Calendario collocatæ perpetuo Nouilunia indicare poſſint, nulla in Calendario facta mutatione, planum fiet ex iis, quæ ſequuntur: ſed primo loco, qua arte ac induſtria per dies Calendarii diſponantur, docendum.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT X.

Quo Artificio Epactæ in Calendario deſcribantur.

QVAMQVAM Epactæ ſecundum ſeriem naturalem numerorum ab 1. vſque ad xxx. vel ad *. deſcribi poſſint in Calendario, vt paulo infra docebo: (Non enim deſunt, qui hoc fieri poſſe negent) viſum tamē eſt magis expedire, ſi retrogrado ordine à xxx. vel *. per xxix. xxviii. &c. progrediendo vſque ad 1. deſcribantur, vt & à dierum numero eiuſdem Calendarii diſtinguantur, & magis naturaliter Nouilunia monſtrent; vt ex ſequentibus erit manifeſtum. Initio ergo facto ab Epacta *. in principio Ianuarii, ſcribitur Epacta xxix. ad ſecundum diem; xxviii. ad tertium, & ita deinceps, ordine retrogrado, donec ad 1. peruentum fuerit, quæ Epacta diei 30. Ianuarii pręfigitur, poſt quam eodem ordine repetuntur omnes triginta Epactæ vſque ad finem Calendarii: ita vt duodecies tantum omnes Calendario inſcribātur: præter has vndecim, *. xxix. xxviii. xxvii. xxvi. xxv. xxiiii. xxiii. xxii. xxi. xx. quæ tertiodecimo loco repetuntur in poſtremis vndecim diebus Decembris. Excipitur quoque Epacta 19. alio charactere, vel colore inſignita. Hæc enim etiam vltimæ diei ad Epactam xx. apponitur, vt infra dicemus.

Epactæ cur in Calendario diſpoſita ſint ordine retrogrado.

2 VT autem Epactæ recte Nouilunia indicent, adhibenda erit in earum deſcriptione hæc cautio. In ſecunda collocatione triginta Epactarum; (poſtquam nimirum ſemel omnes 30. deſcriptæ fuerint) Itemque in quarta, ſexta, octaua, decima, ac duodecima, eidem diei, nimirum 5. Februarii; 5. Aprilis; 3. Iunii; 1. Aguſti; 29. Septembris; & 27. Nouembris, (in quos dies incidit Epacta xxv. ex ſuperiore diſpoſitione) duæ hæ Epactæ xxv. xxiiii. ſimul aſcribantur. Ex qua re efficitur, vt poſt duodecimam inſcriptionem Epactarum ſuperſint 11. dies in Decembri. quibus iterum hæ Epactæ, *. xxix. xxviii. xxvii. xxvi. xxv. xxiiii. xxiii. xx. præfigūntur; quæ videlicet prioribus 11. diebus Ianuarii appoſitæ ſunt; omnes vero 30. Epactæ duodecies inſcriptæ occupent dies duntaxat 354. quos in anno Lunari communi contineri diximus; adeo vt Epactæ in Calendario ſeruare non poſſint rationem Cycli, ſic vt Epacta primi diei Ianuarii ſit proxime minor, quam ea, quæ vltimo diei Decembris, qui videlicet primum diem Ianuarii antecedit, aſcripta eſt, ſed earum ordo retrogradus ceſſet in fine anni, & denuo incipiat in principio anni ab Epacta *. vt prius.

Epactas in Calendario diſpoſitas nō ſeruare rationem Cycli.

3 QVOD ſi duæ Epactæ in ſex locis Calendarii eidem diei non apponerentur, ſed ſingulæ ordine retrogrado ad anni finem vſque ſe mutuo conſequerentur, fierent omnes 12. Lunationes cuiuſque Epactæ 30. dierum omneſque Epactæ duodecies repetitæ occuparent 360. dies, qui numerus annum Lunarem communem ſex diebus ſuperat, quod eſt abſurdū & contra Lunationum naturam, conditionemq;. Vt igitur Lunationes exiſtant alternis 30. & 29. dierum, neceſſe eſt, ſex locis binas Epactas ſimul ponere. Ita namque fiet, vt Lunationes conſtituantur alternæ 30. & 29. dierum. Cum enim Epacta xxiiii. cum aliis eam inſequentibus aſcenderit in Februario, v.g. vna die ſupra locum ſuum naturalem verſus menſis initium, propter duas Epactas xxv. xxiiii. eidem diei quinto adſcriptas, efficitur, vt Lunationes incipientes à 30. Epactis Epactam xxiiii. eidem diei cum Epacta xxv. adſcriptam antecedentibus, nimirum ab Epactis xxv. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. *. i. & à cæteris menſis Ianuarii, vſque ad Epactam xxiiii. incluſiue, contineant dies tantummodo 29. Quod idem dictum volumus de Lunationibus earundem 30. Epactarum, quæ in aliis quinque locis Calendarii Epactam xxiiii. eidem diei cum Epacta xxv. aſcriptam antecedunt.

Cur in ſex locis Calendarii eidem diei duæ Epactæ aſcribantur.

Lunationes fieri alternas 30. & 29. dierum, ob appoſitionem duarū Epactarum ad eundem diem in ſex locis Calendarii.

4 DEINDE quoniam accidit nonnunquam, vt in vno eodemque Cyclo decennouennali vtraque harum Epactarum xxv. xxiiii. in vſu ſit, vt infra patebit, ſcribenda erit Epacta 25. alio charactere vel colore, ad Epactam xxvi. in ſex illis locis, in quibus ſimul poſitæ ſunt Epactæ xxv. xxiiii. In aliis autem locis ad Epactam xxv. ſcribenda eſt eadem Epacta 25. alio etiam charactere vel colore. Niſi enim hoc fiat, continget, vt in vno & eodem Cyclo decennouennali, in quo vtraque Epacta xxv. xxiiii. eſt in vſu, duæ Lunationes ſexies in anno incidant in vnum eundemque diem, & eidem diei duo aurei numeri aſcribantur, ii nimirum, qui in tabula expanſa, de qua ſequenti cap. dicturi ſumus, duabus illis Epactis ſuprapoſiti ſunt: quod eſt abſurdum, & contra rationem Cycli decennouennalis, cum Nouilunia, vt ſupra oſtendimus, ad eoſdem dies, niſi poſt 19. annos elapſos, redire non poſſint.

Epacta 25. cur alio charactere, coloreuè ſcribenda ſit ſupra aliam Epactam xxv. in ſex locis Calendarii.

5 HOC autem incommodum vitatur omnino per Epactam xxv. 25. bis in ſex locis Calendarii diuerſis characteribus coloribuſue ad diuerſos dies aſcriptam. Nam quotieſcunque in aliquo Cyclo decennouennali Epacta xxv. currit ſimul cum aureo numero maiore, quam 11. quales ſunt poſteriores hi octo aurei numeri, 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. erit quidem in eodem tunc Cyclo Epacta xxiiii. etiam in vſu, ſed ſi tunc aſſumatur Epacta 25. diuerſo charactere, aut colore notata, quæ in ſex illis locis è regione Epactæ xxvi. locatur, non poterunt duo numeri aurei, aut duo Nouilunia, in eundem diem incidere; cum Epacta 25. diuerſo illo charactere, ſiue colore notata, & Epacta xxiiii, duos ſemper dies diuerſos in ſingulis menſibus occupet. Quando autem in Cyclo aliquo decennouennali Epacta xxv. vna cum aureo numero non maiore, quam 11 currit, cuiuſmodi ſunt primi hi vndecim aurei numeri, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. nunquam accidet, vt in eodē Cyclo Epacta xxiiii. cum xxv. ſit in vſu. Quocirca aſſumenda tunc erit Epacta xxv. quæ ſex illis locis eidem diei cum Epacta xxiiii, aſcribitur: quia cum Epacta xxiiii. in eodem tunc Cyclo in vſu non ſit, periculum eſſe non poteſt, vt intra eundem Cyclum decennouennalem bis eodem die Nouilunium contingat. Eodem pacto, etſi Epacta 25. diuerſo colore vel charactere inſignita ponatur in ſex diuerſis locis è regione Epactæ xxvi. ad eundem diem, non tamen idcirco duo Nouilunia in eundem illum diem incident ante 19. annos tranſactos; quia currente Epacta xxv. cum aureo numero maiore, quam 11. (quo ſolum tempore Epacta illa 25. diuerſi coloris aut characteris vſurpatur, vt diximus) nunquam in eodem Cyclo Epacta xxvi. ad Nouilunia indicanda adhibebitur. Atque hæc omnia ex

Propter Epactam 25. diuerſo colore, characterevè ſcriptam non poſſe in eodem Cyclo decennouennali duo Nouilunia in eundem diem incidere.

tabula expanſa Epactarum, de qua cap. 11. agemus, perſpicua fient. Ibi enim in octo lineis, quibus literæ maiuſculæ N, E, B, & minuſculæ, r, n, k, e, b, præfixæ ſunt, (ſingulæ autem lineæ illius tabulæ ſingulos Cyclos decennouennales exhibent, vt poſtea intelligetur) reperies Epactam 25. diuerſo notatam charactere, coloreue, ſub octo hiſce aureis numeris maioribus 12.13.14.15.16.17.18.19. Epactam vero xxiiii. ſub vndecim his minorib. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11. nunquam autem Epactam xxvi. In aliis vero 22. lineis, in quibus Epacta xxv. ſub minoribus vndecim aureis numeris ſcribitur, inuenies quidem aliquando etiam Epactam xxvi. nunquam tamen ſimul occurrere conſpicies Epactam xxiii. Quamobrem ſi aſſumatur modo Epacta xxv. quæ è regione Epactæ xxiiii. locatur, modo Epacta 25. alterius characteris vel coloris, quæ è regione Epactæ xxvi. collocata, eſt (habita nimirum ratione minoris, maiorisue aurei numeri, cum quo ſimul currit, vt paulo ante diximus) fieri nullo modo poteſt, vt intra eundem Cyclum decennouennalem duo Nouilunia in vnum eundemque diem pariter incurrant, licet in ſex locis ſupra enumeratis, è regione eiuſdem diei Epactæ xxv. & xxiiii. poſitæ ſint, & Epacta 25. alterius coloris, characteriſue eidem quoque diei, cum Epacta xxvi. aſcripta.

Cur in eodem Cylo Epacta xxiiii non vſurpetur, quando Epacta xxv & aureus num. non maior quã 12. concurrunt. Item cur Epacta xxvi. in vſu non ſit in eodem Cyclo, quando Epacta 25. & aureus num. maior quam 11. cõcurrunt.

6 VERVM Epactã xxiiii. nõ poſſe eſſe in vſu quãdo Epacta xxv. cũ aliquo aureo cũ numero minore, quam 12 ſiue non maiore, quam 11. currit, ſed tunc ſolum, quando cũ aureo numero maiore, quã 11. concurrit: Item Epactam xxvi. non vſurpari, cum Epacta 25. diuerſi coloris characteriſue currit ſimul cum aureo numero maiore, quam 11. clariſſime quoq; ex collocatione aureorum numerorum, atque Epactarum in Calendario colligitur. Quoniam enim, vt ſupra diximus, minorem aureum numerum ſequitur maior in Calẽdario non proxime, ſed vno die interiecto, fit, vt ſi in Ianuario v. g. è regione diei 6. vbi ponitur Epacta xxv. ſcribatur aureus numerus quilibet minor quam 12. cum quo Epacta xxv. ſimul currere ponatur, aureus numerus maior ſequens ſcribendus ſit ad diem 8. Ianuarii, relicto die 7. vacuo; adeo vt in eo Cyclo decennouennali nullum Nouilunium die 7. contingere poſſit. Quare in eodẽ Cyclo Epacta xxiiii. quæ proxime ſub xxv. poſita eſt, vſui nullo pacto eſſe poteſt: alias Nouilunium in 7. diem Ianuarii incideret. Rurſus quia maiorem aureum numerum in Calendario proxime inſequitur minor, vt ſupra dictum eſt, efficitur, vt ſi è regione eiuſdem diei 6. Ianuarii, cui Epacta xxv. præfixa eſt, aſcribatur aureus numerus quilibet maior, quam 11. cum quo Epacta 25 currere ponatur aureus numerus ſubſequens ſcribendus ſit ad diem 7. Ianuarii proxime poſt illum maiorem, ita vt in eo Cyclo Nouilunium contingere poſſit die 7. Quapropter in eodem Cyclo Epacta xxiiii. proxime ſub 25 poſita Nouilunium indicabit, ac proinde vſui futura erit. Quoniam vero maiorem aureum numerum antecedit minor non proxime, ſed vno die relicto vacuo, efficitur, vt aureus numerus antecedens illum maiorem, cum quo Epacta 25. currere ponitur, collocãdus ſit ad diem 4. ita vt die 5 nullũ tunc contingat Nouilunium. Quocirca Epacta xxvi. diei 5. aſcripta nulla ratione tunc vſui eſſe põt, ne Nouilunium in eo Cyclo in diem 5. Ianuarii cadat.

Epactam 25 diuerſi coloris, characteriſue è regione Epactæ xxvi. poſitam nõ perturbare Lunationes.

7 HÆC porro anticipatio Epactæ 25. alterius coloris, vel characteris in ſex illis locis Calendarii tantum abeſt, vt Lunationes perturbet, vt eas potius in rectum ordinem redigat. Quoniam enim vnaquæque Lunatio in aliquo priorum 30. dierum Ianuarii terminata, prima eſt totius anni, vt poſtea dicemus, fit vt currente illa Epacta 25 prima Lunatio anni die 5. Ianuarii terminata, efficiatur dierum 30. ſecunda vero die 3. Februarii finita, dierum tantum 29. (quæ fieret dierum etiam 30. ſi Epacta xxv. infra Epactam xxvi. aſſumeretur) tertia deinde fiat iterum dierum 30. & quarta dierum 29. &c vt ordo alternarum Lunationũ 30. & 29 dierum poſtulat: Lunatio quoq; tertiadecima, & extraordinaria illius anni (Nam quando Epacta 25. eſt in vſu, annus Lunaris eſt Emboliſmicus, vt poſtea dicetur) fiat 30. dierum, quę currente Epacta xxv eidẽ diei cum xxiiii. aſcripta, foret dierum duntaxat 29. Denique totidem ſint Lunationes 30. dierum, currente Epacta 25. diuerſi coloris, quot reperiuntur, cum alia Epacta xxv. eſt in vſu; tam enim ibi ſunt 7. quam hic, quanquã aliter ibi, quam hic, progrediantur. Huc accedit, quod Lunatio Paſchalis per Epactam 25. diuerſi coloris, aut characteris inueſtigata, magis exquiſite vt plurimum medio motui Lunæ reſpondet. Id quod perſpicuum fiet, ſi Lunationes per aureos numeros maiores, quam 11. indicatæ diligenter cum calculo medii motus Lunæ conferantur. Plerunque enim eas paulo ſerius, quam medius Lunæ motus poſtulat, ab aureis numeris maioribus, quam 11. oſtenſas deprehendemus. Quapropter cum Lunatio Paſchalis incipiens die 4. Aprilis, quæ ab Epacta 25. diuerſo ab aliis charactere, coloreue notata oſtenditur, quã ſemper cum maiore aliquo aureo numero, quam 11 currere ſupra diximus, incipiat vna die prius, quã ſi ab Epacta xxv. diei 5. Aprilis aſcripta indicaretur, liquido conſtat, Lunationem Paſchalem, quam prior illa Epacta 25. inchoat, eſſe magis conſentaneam medio motui Lunæ, quam eam, quæ indicatur ab Epacta xxv. ad diem 5. Aprilis poſita currente cum eodem aureo numero maiore, quo cum illa currit; quod hæc vno die ſerius incipiat. Quod ſi quis obiiciat. Ergo aliæ Epactæ cum aureis numeris maioribus, quam 11. currentes, quæ non ſunt anterioratæ, cuiuſmodi ſunt xxvi. xxvii. xxviii. &c. oſtendent Lunationes Paſchales tardius incipere, quam medius motus poſtulat: reſpondendum eſt, plerumque id verum eſſe, ſed id naturæ Cycli aſcribendum eſſe; (nullus enim Cyclus omnia incommoda vitare poteſt, vt poſtea dicemus) melius autem eſſe, ſaltem vnam Lunationem corrigere, illam videlicet, quam Epacta 25. anteriorata monſtrat quam omnes relinquere incorrectas. Neq; vero ex poſtpoſitione harum Lunationum falſitas aliqua in ſolennitate Paſchali admittitur, niſi rariſſime, vt poſtea ex calculo plurimorum annorum conſtabit.

Æquatio menſium Lunarium cur potius facta ſit per Epactas xxv. xxiii. ſimul poſitas quam per alias.

8 SED roget quis, cur in æquatione menſium Lunarium, hoc eſt, in collocatione duarum Epactarum ad vnum eundemque diem in ſex locis Calẽdarii, vt Lunationes conſtituantur alternis dierum 30. & 29. aſſumptæ ſint hæ duæ xxv. xxiiii. (poſitæ è regione diei 5. Februarii; 5. Aprilis 3. Iulii; 1. Auguſti; 29. Septembris, & 27. Nouembris) potius quam aliæ duæ, cum æque bene id fieri potuerit in quibuſcunque duabus Epactis, præſertim vero in Epactis *. & xxix. quæ in fine Ianuarii, & principio Februarii ponuntur, vt nimirum æquatio hæc inſtitueretur, tranſacto primo menſe Lunari 30. dierum, vt factum eſſe legimus à Iulio Cæſare in Cyclo aurei numeri, vt teſtatur Paulus Middelburgenſis lib. 2. Paulinæ, vbi Calendarium Romanum cum Cyclo Lunari Iulii Cæſaris proponit, in quo videmus adhibitam eſſe æquationem ad finem Ianuarii, ac Martii in aureis numeris 1. & 9. factumque idem eſt ab Aloyſio Lilio primo auctore huius Calendarii noui, vt patet in Compendio nouæ rationis reſtituendi Calendarii anno 1577. ad Principes Chriſtianos à Gregorio xiii. tranſmiſſo, quod principio huius operis prępoſuimus. Ibi enim æquatio Lunę facta eſt vltima de Ianuarii, vltima Martii. 29. Maii &c. quibus diebus duæ hæ Epactæ *. & xxix. ſimul aſcriptæ ſunt, quarum * ſignificat Epactam xxx.

auto.

Digitized by Google

aut ●. (quemadmodum in nouo Calendario Epacta *.) & ſupra eoſdem dies è regione Epactæ j. poſita eſt Epacta *. quæ idem ſignificat in eo Compendio, quod ●. habetque ſolum figuram differentem: quemadmodum in nouo Calendario Epacta 25. diuerſo charactere, vel colore formata, ſcripta eſt è regione Epactæ xxvj. ſupra Epactas xxv. xxiiij. quæ ad eundē diem ponuntur, habetque ſuperior Epacta 25. ab inferiori xxv. ſolum figuram, aut colorem diſcrepantem. Si inquam ita roget quis, is ſciat, electas fuiſſe potiſſimum duas haſce Epactas xxv. xxiiij. ad æquationem Lunæ, quod hac ratione Lunationes ſecundum Cyclum 30. Epactarum, præſertim (quod magis ad rem facit) 30. Lunationes Paſchales, magis congruentes efficiantur Lunationibus aureorum numerorum Concilij Nicæni, cuius Decreta Sanctionesque in omnibus, quoad eius fieri potuit, & vt par fuit, retinuimus. Iiſdem enim propemodum locis factam eſſe æquationem Lunæ videmus per aureos numeros antiqui Calendarij, quibus facta eadem eſt in Calendario nouo per Epactas xxv. & xxiiij.

9 DEINDE quemadmodum in illo Cyclo aurei numeri, omnes 19. Lunationes Paſchales continent tantum dies 29. & prima quidem octauo die Martij, vltima vero 5. Aprilis incipit, ita quoque in nouo Epactarum Cyclo (facta æquatione Lunæ per Epactas xxv. xxiiij.) omnes 30. Lunationes Paſchales eiſdem diebus extremis, hoc eſt, 8. Martij & 5. Aprilis clauduntur, continentque ſingulæ 29. dies, exceptis duabus Lunationibus Epactarū 25. & xxiiij. quando tamen 25. (quod raro accidit) cum aliquo aureo numero ex poſterioribus octo, qui maiores ſunt, quam 11. concurrit. Hæ duæ namq; ſolæ ſunt 30. dierum, quod mirum videri non debet. Cum enim Patres Nicæni Concilij Nouilunijs Paſchalibus dies 29. aſſignauerint, qui ab 8. Martij vſque ad 5. Aprilis numerantur, facile in illis diſponi potuerunt 19. aurei numeri ea lege, vt ſinguli Lunationem conficerent 29. dierum. At cum ſint 30. Epactæ. diſponi in eiſdem illis 29. diebus nullo modo omnes poſſunt, niſi in vno aliquo die eodem duæ ſimul collocentur, vt factum eſt in die 5. Aprilis. Ex quo euenit, vt Lunatio Epactæ xxiiij. ac proinde & Epactæ 25. ſupra xxiiij. poſitæ, dierum 30. conſtitueretur.

Cur non omnes Lunationes Paſchales in nouo Calēdario ſint 29. dierum, vt in veteri.

10 QVOD ſi Lunæ æquatio inſtitueretur in fine Martij, vt in Compendio nouæ rationis reſtituendi Calendarij ſignificabatur, efficerentur ſeptem Lunationes Paſchales 30. dierum, vt in eo Calendario perſpicue apparet. Vt igitur Nouilunia Paſchalia noui Calendarij eiſdem limitibus, quibus à Concilio Nicæno ad nouum vſque Calendarium coarctata ſunt, concluderentur, & duæ ſolum Paſchales Lunationes 30. dies complecterentur, ac proinde minus à conſuetudine antiqua Eccleſiæ recederemus, reiecta æquatione in eo Compendio deſcripta, elegimus hanc, quam expoſuimus; quippe cum ſecundum eam deprehendantur Nouilunia omnia, præſertim vero Paſchalia, eiſdem prorſus diebus tempore Concilij Nicæni contigiſſe, quibus eadem aurei numeri antiqui Calendarij facta eſſe demonſtrant. quod ſecundum aliam æquationem Compendij nulla ratione euenit. Idq; maifeſtum cuiuis erit, ſi Epactas tam Calendarij noui, quam illius, quod in eo Compendio deſcribitur, in aureos numeros reſoluat, quod qua ratione fieri debeat, cap. 15. Num. 2. docebimus. Solū in toto anni circuitu ex omnium Epactarum Nouiluniis (exceptis Paſchalibus) inueniuntur 12. diſcrepare à Nouiluniis tempore Concilii Nicæni per aureos numeros indicatis, ſi noſtræ Epactæ in numeros aureos reſoluantur illius temporis. de qua re plura ſcribemus ſuo loco, poſtquam nimirum 30. Calendaria aureorum numerorum cap. 15. & 30. tabulas Lunationum omnium cap. 16. & rationem Emboliſmorum cap. 17. expoſuerimus.

Cur æquatio Epactarum in Calēdario cōpendij propoſita reiecta ſit, & alia inſtituta in nouo Calendario.

11 AD hæc, in fine Decembris iuxta Epactam xx. apponenda quoque eſt Epacta 19. diuerſo ab aliis charactere, vel colore, quæ Nouilunium oſtendat vltimo die Decembris, quando Epacta xix. & aureus numerus 19. concurrunt. quod in multis annorum millibus ſemel tantum continget, in triginta videlicet Cyclis decennouennalibus tabulæ expanſæ ſemel, quando octaua eius linea, cui litera D, maiuſcula præfigitur, vt hoc tempore à correctione vſque ad annum 1700. excluſiue accidit, eſt in vſu. In ea enim ſola ſub aureo numero 19. Epacta xix. ſcripta eſt: Epactam autem 19. vltimo Decembris diei affixam debere eo tempore Nouilunium neceſſario indicare, (vt contingit anno 1595. iterumque eueniet annis 1614. 1633. 1652. 1671. 1690. & deinceps amplius non accidet, niſi poſt annum 8200.) hinc planū fiet. Quando ad Epactā cum aureo numero 19. currentem, quæcunq; illa ſit, adiici debent 12. (cū tamen ad alias addantur ſolum 11.) vt ſequentis anni Epacta formetur, quemadmodum ab anno 1400. vſque ad correctionem Calendarii, ad vltimam Epactam xxix. cum aureo numero 19. ſemper concurrentem addebantur etiam 12. vt prima Epacta xi. iterum componeretur, cum Cyclus Lunaris id neceſſario exigat, vt infra cap. 12. Num. 12. 13. & 14. docebimus; fit vt, currente Epacta xix. cum aureo numero 19. ſequenti anno Epacta ſit j. propterea quod additis 12. ad 19. fiunt 31. abiectiſque 30. reliqua eſt j. pro Epacta anni ſequentis. Quare cum vſus Epactæ j. incipiat in Ianuario, vbi diei 30. aſcripta eſt, niſi Epacta 19. in fine Decembris repeteretur, vt ab ea iterum Nouilunium inciperet ante Ianuarium, (Lunatione Decembris tunc ſolum continente 29. dies) complecteretur Lunatio incipiens 2. die Decembris, vbi Epacta xix. ſcripta eſt, dies 59. quot nimirum numerantur à 2. Decembris die vſque ad 29. Ianuarii incluſiue, propterea quod in Decembri nulla alia Epacta xix. præter illam, quam vltimo diei aſcribendam eſſe diximus, reperitur, à qua Nouilunium poſſit incipere, neque in Ianuario alia Epacta j ante diem 30. quæ initium Nouilunij exhibeat. Ratio ergo Lunationum, quæ per Cyclum decennouennalem inueſtigantur, neceſſario exigit, vt vel Epacta 19. vltimo die Decembris repetatur, ita vt Lunatio Epactæ xix. die 2. Decembris inchoata contineat dies duntaxat 29. aliaque incipiat vltimo die ab eadem Epacta 19. ac dies 30. comprehendat, quot videlicet numerantur ab vltimo die Decembris vſque ad 29. Ianuarij incluſiue; vel vt Epacta j. aſcribatur primo diei Ianuarij è regione Epactæ *. ita vt Lunatio Epactæ xix die 2. Decembris incipiens conſtituatur dierum 30. aliaque primo die Ianuarii ab Epacta j. incipiens dies 29. duntaxat complectatur; vel certe, vt Epacta 1. reponatur ad vltimum Decembris diem è regione Epactæ xx. loco Epactæ 19. vt inde Lunatio incipiens contineat dies 30. antecedens vero Lunatio ab Epacta xix. quæ diei 2. Decembris aſcripta eſt, inchoata, dierum efficiatur 29. duntaxat. Quia vero Epactarum diſtributionem in Calendario à primo die Ianuarii inchoauimus, non videtur conſentaneum, vt ſtatim in principio Lunationum æquatio hæc fiat per duas Epactas *. & j. eidem primo diei affixas, reiecta eſt illa æquatio in antecedentem diem, hoc eſt, in finem Decembris, vbi naturali ordine reponi deberet Epacta j. ſi annus à Ianuario non inciperet, quemadmodum etiam in aliis menſibus Epacta j. ſupra *. collocata eſt. Sed quoniam Epacta j. reperitur quoque iuxta diem 20. Decembris,

Cur Epacta 19. aliō colore, aut charactere ad vlt. diē Decembris è regione Epactæ xx. poſita ſit in Calendario.

non viſum eſt illam tam cito in fine Decembris repetere, præſertim cum ea non ſequatur proxime ordine retrogrado Epactam xx. fini Decembris appoſitam; maxime vero, quia vſus Epactæ j. in anno ſequenti primum incipit. Epactam igitur 19. iuxta illam xx. ſcribendam eſſe cenſuimus, quod recto ordine ſe mutuo conſequantur hæ duæ Epactę xx. & 19. in ſerie naturali Epactarum. Quin etiam calculus mediarum Lunationum egregie comprobat, quando aureus numerus 19. & Epacta xix. concurrunt, Nouilunium rectius incidere in vltimum Decembris diem, quam in primum Ianuarij anni inſequentis. quod in annis 1595. 1614. 1633. 1652. 1671. 1690. perſpicue apparet, in quibus omnibus aureus numerus eſt 19. & Epacta quoque xix. Nam Nouilunium medium anno 1595. fit die Decembris 30. hor. 18. poſt mer. Anno 1614. die 30. hor. 11. fere poſt mer. Anno 1633. die 30. hor. 3. poſt mer. Anno 1652. die 29. hor. 20. poſt merid. Anno 1671. die 30. hor. 12. poſt merid. & Anno 1690. die 30. hor. 5. poſt meridiem.

Propter Epactam 19. vltimo diei Decemb. appoſitam à regione Epactæ xx. non poſſe in eodem Cyclo decennouennali duo Nouilunia in eundem diē incidere.

NEQVE vero ex hac deſcriptione Epactæ 19. iuxta Epactam xx. ſequitur, duo Nouilunia intra ſpatium 19. annorum in eundem illum diem incidere. Nam in eo Cyclo, in quo Epacta xix. cum aureo numero 19. currit, Epacta xx. non eſt in vſu, vt patet in linea tabulæ expanſæ, quam inſequenti cap. reperies, cui litera D, maiuſcula præponitur. In ea enim ſub aureo numero 19. ſcripta quidem eſt Epacta xix. ſed Epacta xx. non reperitur inter 19. Epactas illius Cycli.

ATQVE hæc eſt diſpoſitio naturalis Cycli triginta Epactarum per dies menſium in Calendario, & quidem vnica, demonſtrans Nouilunia, Pleniluniaque, atque ætatem Lunæ quotidie quouis tempore propoſito, quanquam Nouilunia cogantur nonnunquam aſcendere in Calendario propter Lunæ æquationem neceſſario adhibendam, aut propter diem intercalarem quolibet ſpatio quadringentorum annorum omittendum. Hic enim Cyclus Epactarum ita in Calendario digeſtus, perpetuus eſt, & ad quamcunque anni magnitudinem accommodari poteſt, ſi ſuis temporibus debita adhibeatur æquatio, vt cap. 11. & 12. declarabitur.

SED Calendarium nouum cum Epactis per dies menſium ea, quam explicauimus, ratione digeſtis, principio huius operis propoſuimus; vbi omnes clare intelligent, duas tantum Lunationes Paſchales eſſe dierum 30. illas nimirum, quæ ab Epacta 25. diuerſi characteris, colorisue, & ab Epacta xxiiij. monſtrantur: cum tamen in Calendario Compendij, quod initio huius libri etiam exhibuimus, ſeptem Lunationes Paſchales contineant dies 30. nimirum illæ, quę ab Epactis *. xxix. xxviij. xxvij. xxvj. xxv. & xxiiij. indicantur.

Quomodo ex Epactis in Calendario diſpoſitis Nouilunia ex vſu Eccleſiæ inueſtigentur.

12 DESCRIPTIS omnibus 30. Epactis ſæpius repetitis in Calendario eo ordine, quem expoſuimus, atque in Gregoriano Calendario ad initium libri propoſito apparet, pronunciabitur Luna prima, hoc eſt, Nouilunium ex vſu Eccleſiæ accidet illis diebus in quolibet anno propoſito, ac menſe, quibus Epacta illius anni aſcripta eſt, quemadmodum ante correctionem Nouilunium ab Eccleſia fieri dicebatur illis diebus in quouis anno ac menſe, quibus appoſitus erat aureus numerus illius anni.

Epactæ qua ratione perpetuo Nouilunia indicare poſſint.

ATQVE hæ 30. Epactæ Nouilunia indicabunt in perpetuum, nulla prorſus facta earum mutatione in Calendario, licet propter omiſſionem diei intercalaris in centeſimis annis Nouilunia deorſum, hoc eſt, verſus finem menſiū deuoluantur; ſiue ſurſum, id eſt, verſus menſium initia poſt quoslibet annos 312½. progrediatur. quod aurei numeri præſtare nō poſſunt, niſi variis modis in Calendario diſponatur, hoc eſt, modo deorſum, modo ſurſum promoueatur, vt ſupra diximus. Nam quotieſcunq; Nouilunia verſus fines menſiū deſcendunt per vnum diem, indicabuntur per Epactam inferiorē, quæ proxime minor eſt, quam ſuperior. Vt ſi anno quopiam Nouilunia indicentur, v.g. per Epactam xx. & accidat, diem tunc intercalarem omitti, indicabuntur poſt omiſſionem diei eadem per Epactam xix. quæ vno die infra Epactam xx. poſita eſt in Calendario. Si vero Nouilunia aſcendant vnum diem, inueſtigabuntur per Epactam ſuperiorem, quæ proxime maior eſt, quam inferior. Vt ſi Nouilunia inuenienda ſint anno quopiam per eandem illam Epactam xx. & contingat tunc, ea ſurſum progreſſa eſſe vno die, propter annos 312½. elapſos, inquirenda erunt eadem per Epactam xxi. quæ vno die ſupra Epactam xx. in Calendario ſcripta eſt. Sed quando minor, aut maior Epacta ad Nouiluniorum inueſtigationem aſſumenda ſit, abunde infra exponemus, cum, quo modo Epacta cuiuslibet anni inuenienda ſit, cap. 12. Num. 5. & ſequentibus, docebimus.

Recte Epactas in locū aureorum num. ſucceſſiſſe, atq; ordine retrogrado in Calendario eſſe diſpoſitas.

Dies Decemb. qui poſt vltimam Lunationem anni ſuperſunt, exhibent plerūque Epactā anni inſequentis.

13 OPTIMO autem conſilio 30. Epactas in locum aureorum numerorum in Calendario ſubſtitutas eſſe, recteque per dies totius anni ordine retrogrado diſtributas, hinc facile quiuis poterit cognoſcere, quod ſi diligenter omnes dies menſis Decembris, qui poſt finem Lunationis in eodem menſe cuiuslibet anni terminatę ſuperſunt, numerentur, numerus ille dierum non ſolum exhibet, vt plurimum, Epactam inſequentis anni, hoc eſt, ipſos dies, quibus annus Solaris Lunarem antecedentem ſuperat, vt ſupra dictum eſt, verum etiam Lunationes totius anni ſequentis iis diebus incipiunt, iuxta quos Epacta tot vnitatum repoſita eſt, quot dies in Decembri poſt finem Lunationis in eo menſe terminatæ ſuperfuerunt: ita vt dies ſuperuacanei offerant Epactam Nouiluniorum inſequentis anni indicem. V.g. ſi finis alicuius Lunationis quouis anno incidat in 26. Decembris. quod fit, currente Epacta xxiiij. (cum à die 27. cui Epacta xxiiij. aſcripta eſt, noua Lunatio initium ſumat) ſupererunt 5. dies Decembris, qui exhibent Epactam v. anni inſequentis, quæ ſecundum ſuperiorem diſpoſitionem Epactarum iuxta diem 26. Ianuarij poſita eſt, in quem Nouilunium eo anno cadet; propterea quod 25. dies Ianuarij Epactam v. antecedentes, cum illis 5. diebus, qui menſe Decembri ſuperfuerunt, conſtituunt integram Lunationem 30. dierum, quot dies plerumque Lunatio quælibet in Ianuario menſe terminata ſolet continere. nonnunquam n. dies ſolū 29. complectitur, licet raro, tunc videlicet fere ſemper, quando aureus numerus eſt j. vt ex ſequentibus patebit. Sic etiam quando Lunatio terminatur die 8. Decembris, quod accidit, cum Epacta xij. in vſu eſt, ſuperſunt 23. dies Decembris, qui pro anno inſequenti exhibent Epactā xxiij. diei 8. Ianuarij aſcriptam, in quem Nouiluniū eo anno incidet. Eademq; ratio eſt de cæteris.

14 VERVNTAMEN cum aureus numerus alicuius anni eſt 19. addenda eſt vnitas ad dies, qui poſt Lunationem menſe Decembri terminatam ſuperſunt, vt habeatur Epacta inſequentis anni; dummodo tunc in vſu non ſit Epacta xviij. vel xix. Currente namque Epacta xviij. cum aureo numero 19. finitur Lunatio vltima anni poſtremo Decembris die, nullusque dies ſupereſt, propterea quod illa Lunatio fit 29. dierum tantum, quæ deberet eſſe dierum 30. & terminari primo die Ianuarij, quemadmodum accidit, quando Epacta xxiij. non cum aureo numero 19. ſed cum aliis concurrit. Quare cum ſequens Lunatio incipiat tunc ab Epacta

*. diei

Digitized by Google

*: diei primo Ianuarij appoſita, erit Epacta ſequentis anni *. vel o. ita vt non ſit addenda vnitas diei o Decembris, qui poſt vltimam Lunationem ſuperfuit. Ita quoque Epacta xix. & aureo numero 19. concurrentibus, terminatur vltima anni Lunatio penultimo die Decembris, ſupereſtque vnus dies, cum altera Lunatio inſequens incipiat vltimo die ab Epacta 19. ad marginem aſcripta, vt ſupra diximus: atque dies ille vnus ſuperfluus dabit Epactam j. ſequentis anni, ſine additione vnitatis: quia tunc ea Lunatio continet ſolum dies 29. cum tamen aliis annis, quando Epacta xix. cum aureo numero 19. non concurrit, complectatur 30. dies, claudaturque vltimo Decembris die. Cur autem duæ hæ Lunationes efficiantur tunc dierum duntaxat 29. infra cap. 16. de Emboliſmis explicabitur. Quam ob cauſam vero alijs diebus, qui poſt Lunationem quamlibet in Decembri terminatam ſuperſunt, adiiciatur vnitas, currente aureo num. 19. cap. proxime expoſuimus.

5 SED explicemus iam, triginta Epactas ſecundum ſeriem numerorum naturalem ab j. vſque ad xxx. vel ad *. deſcribi poſſe in Calendario ad Nouilunia indicanda, quod hac ratione perſpicuum faciemus. Epactæ in Calendario indices ſunt Nouiluniorum, adeo vt loco ipſarum poni poſſint quæcunque alia ſigna, ſicut ante correctionem eadem Nouilunia ab aureis numeris monſtrabantur. Itaque quemadmodum nunc v. g. quando Epacta eſt xiij. Nouilunium incidit in diem 18. Martij, & ſequenti anno in diem 7. currente Epacta xxiiij. quam indicat tabella Epactarum hoc ſeculo currentium: ita quoque ſi ordine recto collocatæ eſſent Epactæ, vt à diebus menſium non differrent, tabella numerorum Nouilunia monſtrantium, pro Epacta xiij. offerret nobis numerum xviij. atque ita rurſus eſſet Nouilunium die 18. Martij. Sequenti deinde anno eadem tabella pro Epacta xxiiij. exhiberet nobis numerum vij. qui nimirum vndecim vnitatibus minor eſt, quam xviij. numerus præcedentis anni: quemadmodum & Epacta xxiiij. vndecim vnitatibus maior eſt, quam Epacta xiij. anni antecedentis. Sane hic Romæ à quodam Mathematico perito congregationi Calendarij propoſitum fuit Calendarium, in quo 30. numeri Epactarum directo ordine deſcripti erant, ac rectiſſime Nouilunia indicabant, non ſecus atq; ipſæ Epactæ noſtræ ordine retrogrado diſpoſitæ. Cæterum quia in illis numeris non ſeruatur incrementum Epactarum per 11. vnitates, vt natura Epactarũ poſtulat, ſed per decrementum 11. vnitatum, prætulimus ordinem retrogradum, vt magis naturaliter Nouilunia indicarẽtur ab Epactis, quod hoc capite oſtendimus. Apparet igitur, Epactas in Calendario progredi poſſe recto ordine, quamuis tunc non ſeruent rationem Epactarum, ſed tantum ſigna ſint Nouiluniorum. quod aliqui fieri poſſe negabant.

Epactas 30. poſſe recto ordine diſponi in Calendario.

CAPVT XI.

Conſtructio tabulæ Expanſæ Epactarum, & tabulæ æquationis earundem Epactarum, ex auctoris Calendarij ſententia.

QVONIAM Nouilunia poſt 19. annos Solares tranſactos ad eoſdem dies menſium reuertuntur, etſi non ad eaſdem omnino horas, vt cap. 8. dictum eſt, efficitur, vt ex 30. Epactis Calendario inſcriptis aſſumendæ ſint tantummodo 19. in vno, vel in pluribus annorum centenariis, reſpondentes 19. aureis numeris, ſingulæ ſingulis, per quas Nouilunia eorundem annorum inueſtigentur. Hæ etenim 19. Epactæ tamdiu Nouilunia indicabunt, (quemadmodum olim 19. aurei numeri) quamdiu poſt completos 19. annos Luminarium coniunctiones ad eoſdem ſemper dies redire comperientur. Cum primum autem Nouilunia per vnum ferme diem ſiue verſus initium menſis, ſiue verſus finem deuoluta fuerint, (quod quidem neceſſario continget, tum propter centeſimos annos communes, hoc eſt, non biſſextiles, tum propter annos 312½. quibus Lunationes vnum diem anticipant in Calendario) aſciſcendæ erunt aliæ 19. Epactæ eiſdem 19. aureis numeris reſpondentes, quarum aliæ in antecedentibus 19. Epactis non reperiuntur, aliæ vero iam in illis etiam vſurpatæ ſunt. Ita vt quando Nouilunia vno die verſus menſium initia aſcenderint, accipiendæ ſint 19. Epactæ eiſdẽ 19. aureis numeris reſpondentes, quæ alias 19. quæ ad illud vſque tempus fuerunt in vſu, excedant vnitate, ſingulæ ſingulas; ſi vero verſus fines menſium vnum diem deſcenderint, eligendæ ſint 19. Epactæ, quæ vnitate minores ſint proxime antecedentibus 19. Epactis, ſingulæ ſingulis. Hac enim ratione fiet, vt illæ 19. Epactæ indicent in Calendario Nouilunia vno die citius plerumque contingere, quam priores, hæ vero vno fere die ſerius. Quocirca tradenda iam ratio eſt, qua cognoſcamus, quæ 19. Epactæ ex omnibus 30. reſpondeant 19. aureis numeris quocunque tempore, & quando aliæ 19. accerſendæ ſint. Hinc enim nullo negotio diſcemus, vt cap. ſequenti ſcribemus, qua arte quolibet anno propoſito Epacta, per quam Nouilunia monſtrentur, ex cognito aureo numero eiuſdem illius anni eliciatur. Pro qua re conſtruenda eſt tabula Epactarum, quam Expanſam vocamus, propterea quod 30. lineas continet, quarum ſingulæ 19. Epactas 19. aureis numeris reſpondentes complectuntur, vt omnis varietas conſtet, quæ inter varias 19. Epactas, & 19. aureos numeros ſemper eoſdem reperiri poteſt. Deinde conficienda eſt alia tabula æquationis Epactarum, per quam cognoſcamus, quænam linea Epactarum ex illis 30. in hoc vel illo tempore ſit aſſumenda. Conſtructio igitur tabulæ expanſæ Epactarum ita ſe habet.

Ex 30. Epactis vſurpantur ſolum 19. in vno aut pluribus ſpatiis centum annorum ad Nouilunia monſtranda.

Quando aſſumendæ ſint 19. Epactæ vnitate maiores, quam antecedentes 19. & quãdo minores.

2 IN vertice tabulæ deſcribantur omnes 19. aurei numeri, initio ſumpto ab aureo numero 3. qui tempore Concilij Nicæni Calendis Ianuarij, id eſt, primo diei anni in Calendario præfixus erat. Deinde in linea infima ex omnibus 30. totius tabulæ, infra aureos numeros collocentur 19. Epactæ ab j. incipientes, & ſe mutuo vndecim vnitatibus excedentes, abiectis ſemper 30 quando vndecim vnitates antecedenti Epactæ additæ conficiunt maiorem ſummam, quam 30. ita tamen, vt Epactam xxvij. ſub aureo numero 19. poſitam ſubſequens Epacta excedat non vndecim, ſed duodecim vnitatibus, ac proinde ſub aureo numero 1. Epacta ſit ix.

Tabulæ Epactarum expanſæ conſtructio.

non

non autem viij. quod additis 12. ad 27. fiant 39. & abiectis 30. relinquantur ix. Quod ſi à ſingulis Epactis huius lineæ infimę ſurſum aſcendatur per naturalem numerorum ſeriem, ſcribendo ſignum hoc *. pro xxx. ſupra quod rurſum j. ſcribatur, deinde ij. iij. iiij. &c. compoſita erit tabula tota Epactarum expanſa, in qua Epactæ cuiuſlibet lineæ ſe mutuo ſuperant vndecim vnitatibus, exceptis Epactis ſub aureo numero j. deſcriptis. Hæ n. ſuperant antecedentes ſub aureo num. 19. poſitas, duodecim vnitatibus, quemadmodũ in infima linea. Epacta vero 25. ſub his octo aureis numeris maioribus, 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. ſcribenda eſt diuerſo ab aliis colore, aut figura. Ad ſiniſtrum denique latus tabulæ, apponendæ ſunt literę alphabeti minuſculæ ordine naturali, ponendo literam a, è regione infimę lineæ, & b, è regione ſecundę, &c. vſque ad u, omiſſa tamen litera o. ne ob ſimilitudinem, quam cum charactere numerali o. habet, confuſionem pariat. Poſt u, deinde ſcribendę ſunt quoque literę Alphabeti maiuſculæ, omiſſis literis I. K. L. O. ob eandem cauſam. Nam I. L. O. literæ ſunt numerorum, cum I, ſignificet vnum; & L. 50; & o. nihil: at K. maiuſcula parum à k. minuſcula differt, facileque idcirco vna pro altera aſſumi poteſt. Hæ autem literæ indicant, quęnam linea Epactarum propoſito quouis tempore in vſu ſit recipienda, vt ex tabula æquationis Epactarum perſpicuum erit. Eædem quoque literæ vſurpantur in Eccleſiaſtico Martyrologio ad Lunę ætatem quolibet die pronunciandam, quando Epactę illis ſub aureo numero 3. aſcriptę in vſu ſunt, vt ex Martyrologio ad nouam hanc rationem Calendarij reſtituto manifeſtum eſt. V. g. Quando Epacta alicuius anni eſt xx. litera Martyrologij eiuſdem anni erit A. quando Epacta eſt vij. litera Martyrologij erit g. &c.

Cur lineis Epactarũ in tabula expanſa aſcripta potius ſint literæ alphabeti, quam anni Domini.

3 ASCRIPSIMVS autem hiſce triginta lineis Epactarum tabulæ expanſæ literas potius alphabeti, quam annos Domini, quibus ſingulę lineæ reſpondent, quia volumus tabulam hanc expanſam & perpetuam eſſe, & ad quamcunque anni Solaris magnitudinem poſſe accommodari: quod non fieret, ſi anni Domini apponerentur, tum quia in tam exiguo ſpatio omnes anni comprehendi non poſſunt, tum vero maxime, quoniam cum incerta adhuc ſit, & nondum ſatis explorata anni Solaris magnitudo, incertum quoque ſit, neceſſe eſt, num anni Domini ſemper lineis illis Epactarum ſint reſponſuri, quibus præfixi ſunt. Quare vt poſteris liberum ſit aliã rationem æquandi annũ Solarem inſtituere, ſi forte hęc noſtra æquandi ratio poſt aliquot annos ab Aſtronomis à vero aberrare deprehẽdatur, ita vt mutanda ſit, appoſuimus literas alphabeti, vt quælibet earũ cuiuis anno Domini reſpondere poſſit. Ita enim fit, vt tabula hęc Epactarum & perpetua ſit, & cuicunq; anni magnitudini accommodetur, ſi ex tabula æquationis, quam mox conſtruemus, diligenter diſcatur, quęnam litera alphabeti huic, vel illi anno Domini reſpondeat. Sola tabula æquationis mutanda erit, ſi defectus aliquis, vt diximus, in noſtra æquatione fuerit deprehenſus, vt paulo infra docebimus.

Tabula æquationis Epactarũ cõſtructio.

4 COMPOSITIO vero tabulę æquationis Epactarum, quæ per centeſimos annos progreditur, ita inſtituetur. Concilij Nicæni temporibus aureus numerus 3. primo diei anni prefixus erat, vt ex Calendario antiquo perſpicuum eſt; eo quod tunc temporis, quotieſcunque aureus numerus erat 3. Nouilunium fiebat primo die anni, ſiue Calendis Ianuarij, & illis diebus aliorum menſium, quibus idem aureus numerus 3. præfixus erat. Cum ergo in nouo Calendario Epacta hæc *. ad primum quoque diem Ianuarij poſita ſit, ſequitur, vt prima linea Epactarum tabulæ expanſę, in qua Epacta *. ſub aureo numero 3. collocatur, reſpondeat aureis numeris tempore Concilij Nicęni, & in aliis quoque annis inſequentibus, donec Luna æquatione indigeat, hoc eſt, quouſque Nouilunia in alios dies incidant: quia vbicunque Epacta *. in nouo Calendario exiſtit, ibi poſitus erat tempore Concilij Nicæni aureus numerus 3. Vbi vero Epacta xj. Epactam *. in prima linea tabulæ expanſæ inſequens ponitur, ibi collocatus erat aureus numerus 4 qui aureum numerum 3. in vertice tabulæ inſequitur: Et vbi ſcripta eſt Epacta xxij. Epactam xj. inſequens, ibi locum habebat aureus numerus 5. eodemque modo cæterę Epactę omnes in prima linea tabulę expanſę collocatę, in ijs locis Calendarij noui ſedes habent, in quibus aurei numeri eis in vertice eiuſdem tabulæ expanſę reſpondentes poſiti erant in veteri Calendario. Id quod perſpicuum fiet, ſi diligenter dies menſium noui Calendarij è regione omnium 19. Epactarum in prima linea tabulę expanſę poſitarum, cum diebus menſium veteris Calendarij è regione omnium 19. aureorum numerorum conferamus. Excipiuntur pauca quædam loca in Calendario, in quibus differentia aliqua reperitur, quod mirum non eſt, propterea quod in Februario, & aliis nonnullis menſibus veteris Calendarij non in iiſdem diebus omnino facta eſt æquatio Lunationum, vt alternis eſſent 30. & 29. dierum, quibus ea facta eſt à nobis per Epactas xxiiij. & xxv. eidem diei aſcriptas in ſex menſibus, vt paulo ante diximus. Neque vero idcirco Cyclus aurei numeri non recte diſpoſitus eſſe dici poteſt in veteri Calendario, aut Cyclus Epactarum in nouo; cum vterq; habeat Lunationes alternis 30. dierum & 29. vt ratio poſtulat. Quanquam enim hoc fiat non in eiſdem locis omnino in vtroq; Calendario, ac proinde Nouilunia vnius non reſpondeant omni ex parte Nouiluniis alterius, parum tamen id refert, cum nullus Cyclus vſquequaque poſſit Lunationibus cœleſtibus reſpondere, vt infra docebimus. Sed de his locis, quæ 12. tantummodo ſunt, in quibus nouum Calendarium ab antiquo differt in Cycli diſpoſitione, plura dicemus cap. 14. Lunationes tamen Paſchales Martij, & Aprilis (quod magis ad rem facit) in Calendario veteri ab iiſdem in nouo nulla in re diſcrepant. Itaque cum 19. Epactæ, quæ in prima linea tabulæ expanſæ ſcriptę ſunt, reſpondeant in nouo Calendario aureis numeris Calendarij antiqui, hoc eſt, Epactæ illę eoſdem occupent dies in Calendario nouo, quos in veteri numeri aurei occupabant, Concilium autem Nicænum circa annum Domini 325. celebratum ſit, ponenda erit litera P, maiuſcula, quæ primę lineæ Epactarum tabulę expanſę præfixa eſt, ad ſiniſtram anni 320. in tabula æquationis. Hunc enim annum maluimus aſſumere, quam annum 325. quod vicinus ſit temporibus Nicęni Concilij, illuſtriorque, quam annus 325. cum biſſextilis ſit, ac proinde ad æquationis tabulam magis idoneus, cum ea tabula per annos centeſimos, qui & ipſi biſſextiles ſunt, progrediatur.

DEINDE quia à Chriſto nato vſque ad Concilium Nicænum effluxere anni 300. & eo amplius, neceſſe eſt, temporibus Chriſti Domini Nouilunia ſerius contigiſſe, quam Concilij Nicęni tempore, quod ſpatio 300. annorum diem ferme integrum ſedes ſuas anteuertunt in Calendario, vt ſupra diximus. Ex quo ſequitur, tempore Chriſti eiſdem 19. aureis numeris reſponſuras fuiſſe alias 19. Epactas, ſi tunc Cyclus hic Epactarum, & nouum Calendarium fuiſſent in vſu; illas nimirũ, quę in ſecunda linea tabulę expanſę continentur,

& quæ

Digitized by Google

& quæ Epactis primæ lineæ vna vnitate minores ſunt, ſingulæ ſingulis. Omnes enim Epactæ ſecundę lineæ collocantur in Calendario nouo infra Epactas in prima linea contentas, ac proinde Nouilunia fere omnia indicabuntur vno die tardius per Epactas ſecundę lineæ, quam per Epactas in prima linea deſcriptas, quaſque tempore Concilij Nicæni in vſu fuiſſe diximus. Quod ſi loco Epactarum ſecundæ lineæ ponerentur in Calendario aurei numeri, prout in vertice tabulæ expanſæ illis Epactis ſecundæ lineæ reſpondent, cernerentur omnes ferme aurei numeri vno die inferiores, quam aurei numeri tempore Nicæni Concilij. Quam ob rem in tabula æquationis iuxta annum Domini I. ſcribenda eſt litera N, maiuſcula, quæ in tabula expanſa ſecundæ lineæ Epactarum pręfigitur.

5 AD hæc, vt recte ordo æquationis Lunę, qua vnum diem Nouilunia anticipare diximus ſpatio annorum $312\frac{1}{2}$. pro annis poſt Concilium Nicęnum inſtituatur, ſtabilienda primum eſt radix, à qua principium ſumat huiuſmodi æquatio. Etſi enim, vt diximus, prima linea Epactarum tabulę expanſæ congruit Cyclo aurei numeri temporibus Nicęni Concilij edito, radicem tamen æquationis non eſſe ad ea tempora referendam, ſed ad multos annos poſt illud Concilium, ita planum faciemus. Eccleſia Dei, vt rite mobilia feſta celebret, non valde laborat, vt Nouilunia per Cyclum inuenta cum Nouiluniis per tabulas mediorum motuum erutis (veros namque motus plane negligit, vt ſupra dictum eſt) prorſus conueniant, immo dedita opera Cyclum in Calendario ita diſponit, vt eius Nouilunia ſubſequantur ferme ea, quæ ex tabulis eliciuntur, ne videlicet accidat aliquando, Lunam xiiij. Paſchalem, quam Cyclus offert, tanto ſpatio plenilunium medium præcurrere, vt Paſcha ante ipſum, contra Patrum, ac Conciliorum Decreta celebretur, vt paulo infra fuſius docebimus. Cum igitur Cyclus aurei numeri, vt à Patribus Nicæni Concilij diſpoſitus eſt, monſtret Nouilunia circa annum Domini 325. iiſdem diebus plerumque contigiſſe, quibus ea per tabulas mediorum motuum facta eſſe cognoſcuntur in cœlo, non poterit diſpoſitio illa aurei numeri temporibus Nicæni Concilij facta ad vſum Eccleſiæ cenſeri accommodata, quippe quæ coniunctiones Luminarium citius factas eſſe demonſtret, quam Eccleſiæ conſuetudo poſtulat, ac proinde non raro Paſcha ante Plenilunium medium exhibuerit celebrandum, de qua re infra plura ſcribemus; ſed eam vſui eſſe cœpiſſe neceſſe eſt, (quod ad feſta mobilia rite celebranda attinet) aliquot annis poſt Nicænum Concilium elapſis, tot videlicet, quot neceſſarij ſunt ad tantam Nouiluniorum anticipationem in Calendario, vt iam aurei numeri eadem exhibeant tanto tempore poſt Aſtronomica Nouilunia media, vt periculum non ſit, Paſcha celebrari poſſe ante medium plenilunium, niſi raro admodum, ex Cycli imperfectione. Hoc autem contigit anno Domini 550. videlicet 200. annis, & eo amplius, poſt Concilium Nicænum, quo tempore Iuſtinianus primus imperium Romanum obtinebat. Tunc enim aurei numeri Nouilunia ſexdecim ferme horis tardius indicabant, quam Concilij Nicæni temporibus, vt ex tabulis Aſtronomicis conſtat. Eodem etiam tempore ſublatæ ſunt omnes diſcordiæ inter Græcos, & Latinos, atque in vſum receptus eſt Cyclus aurei numeri, prout à Dionyſio Abbate circa annum Domini 532. eodem Iuſtiniano primo imperante, in Calendario iuxta normam Concilij Nicęni fuit digeſtus.

Nouilunia ex vſu Eccleſiæ debere à Cyclo indicari poſt Nouilunia cœleſtia.

Nouilunia aureorum numer. circa tempora Concilij Nicæni eadem fere erant, quæ in cœlo fiebant.

Nouilunia aureorum numer. circa annum 550. ſerius contingebant, quã in cœlo, ac proinde ad vſum Eccleſiæ magis accommodata erant.

6 ITAQVE radix æquationis ſtatuatur à nobis in anno 550. propterea quod tunc aurei numeri Cyclus rectius Nouilunia monſtrabat, & ad feſta mobilia celebranda magis accommodate, vt ex ijs, quæ dicturi ſumus, perſpicuum fiet. Neque obſtat, quod hac ratione interdum Luna xiiij. Paſchalis ſerius, quam oportet, per Cyclum indicetur. Minus enim in Paſcha celebrando peccatum committitur, ſi Luna xv. pro xiiij. quam ſi xiiij. pro xv. aſſumatur, vt recte admonet Theophilus Epiſcopus Alexandrinus in epiſtola ad Imperatorem Theodoſium ſeniorem; propterea quod maior numerus minorem continet, minor maiorem non item. Quoniam vero in tabula æquationis ſolos annos centeſimos deſcribimus, tanquam celebriores, notioreſque, ſtatuemus Lunam vno die anteuertere ſedes ſuas trecentorum annorum ſpatio, quanquam reipſa eius æquatio annos $312\frac{1}{2}$. poſtulet; ita vt veram æquationem præueniamus annis $12\frac{1}{2}$. quorum tamen ratio habenda ſit, quando ſumma ex illis collecta annos 100. confecerit. Quemadmodum enim ſupra in æquatione anni Solaris decreuimus, diem intercalarem omittendum eſſe centeſimo quoque anno, præuenientes veram æquationem, ſecundum Alphonſinas tabulas, annis 34. quorum tamen ratio quarto quoque centeſimo habetur; (Cum enim ad ſummam 136. annorum tunc excreuerint; niſi quarto quoque anno centeſimo fieret conſueto modo vnius diei intercalatio, æquinoctia die integro verſus fines menſium prolaberentur) ita quoque in æquatione Lunæ ratio habenda eſt illorum annorum $12\frac{1}{2}$. trecenteſimo quoque anno omiſſorum; adeo, vt quando ſumma ex illis collecta ad 100. annos peruenerit, non ſit adhibenda tunc æquatio Lunæ trecenteſimo anno poſt proxime antecedentẽ æquationem, ſed quadringenteſimo: propterea quod Luna tunc non trecenteſimo anno, ſed quadringenteſimo vnũ diem anticipat in Calendario. Nam cum in 300. annis ponamus Lunam vno die ſedes ſuas anteuertere annis $12\frac{1}{2}$. prius quam oportet, fit vt eandem in 600. annis anteuertere ſuas ſedes ponamus annis 25. prius quam res exigit, & in 1200. annis, annis 50. prius, & annis 2400. centum annis prius, quam res poſtulat. Cum ergo Luna in 100. annorum ſpatio anteuertat ſedes ſuas octo ferme horis, quod in 300. annis diem integrum, hoc eſt, horas 24. eam anticipare ſedes ſuas ſtatuamus; ſequitur vt ea, ſi æquatio 100. annis prius quam oportet, adhibeatur, aſcenderit ſurſum in Calendario verſus initia menſium horas 16. duntaxat. Quare æquatio tunc adhibenda non eſt, ſed expectandi ſunt adhuc 100. anni, in quibus Luna alias 8. horas ſurſum aſcendet, quæ cum prioribus 16. conficiunt 24. id eſt, diem integrũ naturalem, propter quem neceſſario Luna tunc æquationem exigit, ne Nouilunia per diem integrum ſerius, quam decet, in Calendario monſtrentur. Quibus autem centeſimis annis ſumma annorum $12\frac{1}{2}$. omiſſorum vſque ad 100. excreſcat, ac proinde æquatio Lunæ in ſequentem centeſimum differenda ſit, ex ijs, quæ mox ſubijciemus, planum fiet.

Radix æquationis Epactarũ vbi ſtatuenda.

7 HIS poſitis, cum æquationis tabula per centeſimos, vt diximus, annos progrediatur, pręfigemus anno 500. eandem literam P, maiuſculam, ad denotandum, eandem tunc lineam primam Epactarum reſumendam eſſe, quæ temporibus Concilij Nicæni in vſu fuerat, quandoquidem Cyclus aurei numeri circa annum Domini 500. iam ad vſum Eccleſiæ magis idoneus factus fuerat, quam ipſis Concilij Nicæni temporibus, vt ſupra expoſuimus. Quanquam autem hac ratione 50. annis radicem æquationis, quam in anno 550. ſtatuimus, præueniamus, eorum tamen ſuo loco rationem etiam habebimus. Deinde quia poſt 300. annos Luna antici-

Continuatio tabulæ æquationis per annos centeſimos, vſque ad annũ 1582.

Digitized by Google

anticipat vnum diem in Calendario, aſſumenda erit tunc vltima linea Epactarum, quæ continet Epactas, quarum ſingulæ in Calendario per vnum diem antecedunt verſus menſium principia ſingulas Epactas primæ lineæ, ſuntque ſingulæ illius lineæ ſingulis huius vnitate maiores; quippe cum illæ ex his componantur per adiectionem vnitatis, reiectis tamen 30. quando ſumma maior eſt quam 30. & ſcribendo ſignum *. cum ea ſumma eſt 30. quemadmodum & Epactæ cuiuslibet lineæ ſuperioris ex proxime inferioris lineæ Epactis conflantur: cuiuſmodi eſt infima linea tabulæ expanſæ in comparatione ſupremæ hoc eſt, illa eſt hac ſuperior. Intelligenda namque eſt tabula expanſa, veluti circulus quidam continens 30. ordines, qui in orbem redeant, ita vt hæ literæ P, maiuſcula, & a, minuſcula, atque adeo prima linea & infima, contiguæ ſint. Quæ cum ita ſe habeant, aſcribenda erit litera a, minuſcula anno 800. in tabula æquationis, cum hic annus ſit trecenteſimus poſt annum 500. Pari ratione, quia poſt alios 300. annos Luna anticipat alterum diem, aſcribenda erit anno 1100. litera b, minuſcula in tabula æquationis. Eodemque pacto litera c, minuſcula anno 1400. præfigenda erit.

Aequatio Epactarũ quo pacto conſtituatur anno correctionis 1582. Litera æquationis anno correctionis 1582. quæ.

PRÆTEREA quoniam anno 1582. decem dies menſe Octobri ſint adempti, vt æquinoctium vernum ad diem 21. Martij, reſtitueretur; neceſſe eſt poſt hanc detractionem omnia Nouilunia decem diebus tardius contigiſſe, quam Epacta illius anni, quæ ante correctionem fuit vj. indicabat in Calendario. Quare aſſumenda tunc fuit linea Epactarum in tabula expanſa, iuxta quam litera D, maiuſcula poſita eſt, quæ nimirum decimum locum obtinet à linea literæ c, minuſculæ excluſiue, deſcendendo verſus literas b, & a, minuſculas, & hinc verſus maiuſculas P, N, M, H, G, F, E, D. Nam omnes Epactæ illius lineæ, quæ annexam habet literam D, maiuſculam, decem vnitatibus minores ſunt, quam Epactæ alterius lineæ, cui præfixa eſt litera c, minuſcula, quippe cum hæ ex illis componantur per additionem 10. vnitatum, reiiciendo 30. quando ſumma maior eſt quam 30. & ſcribendo ſignum *. quando ſumma eſt 30. Item Epactæ illius lineæ, cui litera D, maiuſcula apponitur, aſcriptæ ſunt in Calendario 10. diebus infra Epactas lineæ, cui appoſita eſt litera c, minuſcula excluſiue. Itaque in tabula æquationis anno 1582. poſt 10. dierum exemptionem ex menſe Octobri præponenda eſt litera D, maiuſcula.

Æquationis Epactarum tabula quo pacto poſt correctionem inſtituatur habita etiam ratione æquationis anni Solaris ex mente auctoris Calendarij. Quare tabula æquationis inſtituatur hoc loco, ex mẽte auctoris Calẽdarij, cum tamẽ emendãda poſtea ſit. Litera æquationis anni 1600. quæ.

8 QVIA vero poſt exemptionem 10. dierum æquandus etiam eſt annus Solaris, omittendo tres dies intercalares in 400. quibuſque annis, in ſingulis nimirum prioribus tribus centeſimis ſingulos, retento die intercalari in quarto centeſimo, vt ſupra explicauimus; ſcribendi poſt hac erunt in tabula æquationis omnes anni centeſimi, initio facto ab anno 1600. qui biſſextilis eſt, & iuxta quartum quemque ab eo, voce [Biſſextilis] hoc modo, Biſſ. appoſita, quales ſunt anni 2000. 2400. 2800. 3200. &c. Ita enim facilius æquationis tabula, quæ poſt anni correctionem anno 1582. factam, ex vtroque anno, Lunari & Solari pendet, ex mente auctoris Calendarij inſtituetur: quam tamen, quia poſt aliquot annorum millia motibus cœleſtibus non amplius congruit, ſequenti cap. 12. corrigemus, eamque alia ratione continuabimus. Viſum autem eſt eam hoc loco ex auctoris Calendarij ſententia conſtruere, licet poſt aliquot millia annorum inutilis futura ſit, tum vt clarius percipiatur vera Epactarum æquatio, quam cap. 12. præſcribemus, tum vt omnibus perſpicuum ſit, quam facilis, atque vniformis ſit æquatio auctoris Calendarij, ſi ſemper, vt ipſe ſibi perſuaſit, (quod tamen verum non eſt) per vnam ſolam lineam in tabula Epactarum expanſa, quam mox ſubiiciemus, deſcendendum eſſet, vel aſcendendum, propter anni Solaris, Lunariſque æquationem: vt ex ijs, quæ dicturi ſumus, apparebit. Ita ergo tabula æquationis ad mentem auctoris Calendarij extendenda eſt. Quia ab anno 1400. vbi Lunæ æquatio vltimo adhibita eſt in tabula æquationis, vſque ad annum 1600. nondum effluxerunt 300. anni, non indigebit Luna æquatione. Cum ergo nec Solaris æquationem tunc deſideret, quod annus 1600. de more biſſextilis ſit, præponenda erit eadem litera D, maiuſcula anno 1600. in tabula æquationis, quæ anno 1582. poſt decem dierum exemptionem fuit præfixa. Quoniam vero ab anno 1400. vſque ad annum 1700. elapſi ſunt anni 300. indigeret tunc Luna æquatione, ſi verum eſſet, ipſam anticipare diem vnum totum in 300. annis: Sed quia verius ipſa in annis 312½. vnum diem anticipat, atq; anni illi 12½. quater omiſſi ab anno 500. vſque ad annum 1700. (nimirum in annis 800. 1100. 1400. 1700.) efficiunt annos 50. anteuertimuſque Lunæ æquationem totidem annis (debebamus enim æquare Lunam anno 850. non autem anno 800. propterea quod ab anno 550. in quo radix æquationis à nobis collocata eſt, vſq; ad annum 850. interponuntur 300. anni) qui cum prioribus 50. annis conficiunt 100. annos; non adhibenda erit æquatio Lunæ anno 1700. ſed in ſequentem centeſimum 1800. differenda, vt ſupra dictum eſt. Verum quia anno 1700. dies intercalaris, ob anni Solaris æquationem, omittitur, ne ſcilicet vernum æquinoctium longius à die 21. Martij euagetur, efficitur, vt tunc Nouilunia vno die contingant tardius. Quamobrem aſſumenda tunc erit linea Epactarum, quæ in fronte habet literam C, maiuſculam, & cuius Epactæ fere omnes vna vnitate minores ſunt Epactis prope literam D, maiuſculam, proptereaque omnia fere Nouilunia in Calendario vno die tardius oſtendunt. Quo fit, vt anno 1700. in tabula æquationis litera C, maiuſcula præfigenda ſit.

Litera æquationis anni 1700. quæ. Litera æquationis anni 1800. quæ. Litera æquationis annorum 1900. 2000. 2100. quæ.

RVRSVS quia anno 1800. iterum dies intercalaris omittitur, deberent Nouilunia iterum tardius vna die contingere: ſed quoniam tunc, vt diximus, Luna æquatione indiget (in hunc enim centeſimum reiecta eſt æquatio Lunæ ex anno 1700.) colligitur, Nouilunia neque aſcendere, neque deſcendere, ſed in eiſdem diebus permanere. Dies enim ille, quo Nouilunia propter æquationem Solaris anni deſcendere coguntur verſus menſium fines, reſtituitur verſus initia menſium per ęquationem Lunę. Quocirca eadem litera C, maiuſcula pręponenda erit in tabula ęquationis anno 1800. Anno vero 1900. quo rurſum intercalaris dies omittitur, deſcendent Nouilunia per vnum diem, ac propterea illi anno litera B, maiuſcula in tabula ęquationis pręponitur. Atque eadem litera anno 2000. pręfigitur, quia tunc neque dies intercalaris omittitur, neque 300. anni ab vltima Lunę ęquatione anno 1820. facta effluxerunt, ita vt neuter annus æquatione indigeat. Item quia anno 2100. & dies intercalaris omittitur, & vna æquatione indiget, quod 300. anni elapſi ſint ab anno 1820. quo vltima lunæ facta eſt æquatio, vſque ad annum 2100. fit vt Nouilunia tunc neque aſcendant, neque deſcendant in Calendario, ſed iiſdem in diebus permaneant, vt ſupra de anno 1800. diximus. Quapropter eadem litera B, maiuſcula anno 2100. affigitur in æquationis tabula. Porro cum anno 2200. dies intercalaris omittatur, Lunaque nondum egeat æquatione, deſcendent Nouilunia per vnum diem, atque idcirco in ta-

Digitized by Google

in tabula æquationis anno 2200. litera A, maiuſcula erit aſcribenda. Eademq; ratione anno 2300. litera u, minuſcula præfigenda. Sed quia anno 2400. qui tertius centeſimus eſt poſt annnm 2100. quo Luna fuit æquata, Luna æquationem expetit, & annus Solaris æquationem non deſiderat, quod is centeſimus annus ſit biſſextilis, aſcendent neceſſario Nouilunia per vnum diem ſurſum in Calendario. Quocirca iterum tunc reſumenda erit linea Epactarum, cui litera A, maiuſcula præfigitur, ac proinde eadem litera A, maiuſcula anno 2400. in tabula æquationis apponenda. Anno vero 2500. propter Solaris anni æquationem, quæ tunc fit, Nouilunia rurſus deſcendere coguntur per vnum diem, propterea eidẽ anno 2500. litera rurſus u, minuſcula affigenda erit, quemadmodum anno 2300. Quoniam autem anno 2600. Solaris annus æquatur per omiſſionem diei intercalaris, Lunaris autem nondum æquari debet, cum anno 2400. æquata ſit, deſcendent iterum per diem Nouilunia, ideoque anno 2600. litera t, minuſcula præponenda. Eademque litera anno 2700. tribuenda, quia, etiamſi Nouilunia tunc propter æquationem Solaris anni faciendam deſcenſura ſint, propter Lunaris tamen anni æquationem, quę tunc fit, iterum aſcendent, ac proinde ſedem non mutabunt. Immo eadem litera t, minuſcula anno 2800. retinebitur, quod eo anno neque annus Solaris, neque Lunaris æquandus ſit, atque idcirco omnia Nouilunia in eodem ſtatu permaneant.

Litera æquationis annorum 2200. 2300. quæ.
Litera æquationis annorum 2600. 2700. 2800. quæ.

ATQVE hoc modo ex auctoris Calendarij ſententia, continuabitur tabula æquationis in infinitum, ſi ratio habeatur tam diei intercalaris ſiue omiſſi, ſiue retenti, quam æquationis Lunæ, quæ ei 300. quibuſque annis debetur, dummodo anni illi 12½. quolibet ſpatio 300. annorum omiſſi non negligantur, ſed cum primum ſumma 100. annorum ex iis fuerit collecta, æquatio Lunę in proximum annum centeſimum differatur, vt factum eſt à nobis anno 1700. ex quo æquationem Lunę in annum 1800. reiecimus. Quod quidem iterum faciendum erit anno 4200. annis nimirum 2400. poſt annum 1800 in quem dilata fuit Lunę æquatio, propter 100. illos annos, qui ex omiſſione 12½. annorum excreuerant. Nam æquatio Lunę, quæ fieri deberet anno 4200, propter 300. annos ab vltima æquatione anni 3900. elapſos, facienda eſt inſequenti anno centeſimo 4300. Eodemque modo poſt alios 2400. annos Lunę æquatio ex anno 6700. in annum 6800. reiicienda erit, &c. Ita vt quolibet ſpatio 2500. annorum Luna anteuertat ſedes ſuas in Calendario, octo diebus.

Continuatio tabulæ æquationis Epactarũ poſt correctionẽ per centeſimos annos in infinitum, ex mente auctoris Calendarij.

Sequitur Tabula Epactarum expanſa, vna cum tabula æquationis Epactarum perpetua, ex ſententia Aloyſii Lilii auctoris Calendarij.

TABVLA EPACTA-

AVREI

EPACTÆ.

Literæ Epactarum indices pro varietate temporum, reſpondentes eiſdem literis in tabula æquationis Epactarum.

	iij	iiij	v	vj	vij	viij	ix	x	xj
	*	xj	xxij	iij	xiiij	xxv	vi	xvii	xxviij
N	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvi	xxvij
M	xxviij	ix	xx	j	xij	xxiij	iiii	xv	xxvj
H	xxvij	viij	xix	*	xj	xxij	iii	xiiii	xxv
G	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxj	ij	xiii	xxiiij
F	xxv	vj	xvij	xxviij	ix	xx	j	xii	xxiij
E	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	*	xi	xxij
D	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxj
C	xxij	iij	xiiij	xxv	vj	xvij	xxviij	ix	xx
B	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viii	xix
A	xx	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vii	xviij
u	xix	*	xj	xxij	iij	xiiij	xxv	vi	xvij
t	xviij	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj
ſ	xvij	xxviij	ix	xx	j	xij	xxiij	iiii	xv
r	xvj	xxvij	viij	xix	*	xj	xxij	iii	xiiij
q	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxj	ii	xiij
p	xiiij	xxv	vj	xvij	xxviij	ix	xx	i	xij
n	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	*	xj
m	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x
l	xj	xxij	iij	xiiij	xxv	vj	xvij	xxviii	ix
k	x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvii	viij
i	ix	xx	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvi	vij
h	viij	xix	*	xj	xxij	iij	xiiij	xxv	vj
g	vij	xviij	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiiii	v
f	vj	xvij	xxviij	ix	xx	j	xij	xxiii	iiij
e	v	xvj	xxvij	viij	xix	*	xj	xxii	iij
d	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxi	ij
c	iij	xiiij	xxv	vj	xvij	xxviij	ix	xx	j
b	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	*
a	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix

RVM

Digitized by Google

RVM EXPANSA.

NVMERI.

EPACTÆ.

	xij	xiij	xiiij	xv	xvj	xvij	xviij	xix	j	ij
P	ix	xx	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvi	viij	xix
N	viij	xix	*	xj	xxij	iij	xiiij	25	vij	xviij
M	vij	xviij	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiiii	vj	xvij
H	vj	xvij	xxviij	ix	xx	j	xij	xxiii	v	xvj
G	v	xvj	xxvij	viij	xix	*	xj	xxii	iiij	xv
F	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxi	iij	xiiij
E	iij	xiiij	25	vj	xvij	xxviij	ix	xx	ij	xiij
D	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	j	xij
C	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviii	*	xj
B	*	xj	xxij	iij	xiiij	25	vi	xvii	xxix	x
A	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvi	xxviij	ix
u	xxviij	ix	xx	j	xij	xxiij	iiii	xv	xxvij	viij
t	xxvij	viij	xix	*	xj	xxij	iii	xiiii	xxvj	vij
ſ	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxj	ij	xiii	xxv	vj
r	25	vj	xvij	xxviij	ix	xx	j	xii	xxiiij	v
q	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	*	xi	xxiij	iiij
p	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxij	iij
n	xxij	iij	xiiij	25	vj	xvij	xxviij	ix	xxj	ij
m	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viii	xx	j
l	xx	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vii	xix	*
k	xix	*	xj	xxij	iij	xiiij	25	vi	xviij	xxix
i	xviij	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvij	xxviij
h	xvij	xxviij	ix	xx	j	xij	xxiij	iiii	xvj	xxvij
g	xvj	xxvij	viij	xix	*	xj	xxij	iii	xv	xxvj
f	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxj	ii	xiiij	xxv
e	xiiij	25	vj	xvij	xxviij	ix	xx	i	xiij	xxiiij
d	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	*	xij	xxiij
c	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	xj	xxij
b	xj	xxij	iij	xiiij	25	vj	xvij	xxviii	x	xxj
a	x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvii	ix	xx

Digitized by Google

TABVLA ÆQVATIONIS

Tabulæ Epactarum expanſæ perpetua, ex ſententia eiuſdem auctoris Calendarij.

Dies omiſſi præter illos 10 anni correctionis.

		Anni			Dies omiſſi		Anni			Dies omiſſi		Anni		
	N	1			26	h	5000			59	u	9400		
	P	320	Biſſ.		27	g	5100			60	t	9500		
	P	500	Biſſ.		27	h	5200	Biſſ.	☾	60	u	9600		
	a	800	Biſſ.	☾	28	g	5300			61	t	9700	Biſſ.	☾
	b	1100	Biſſ.	☾	29	f	5400			62	ſ	9800		
	c	1400	Biſſ.	☾	30	f	5500		☾	63	ſ	9900		☾
		Detractis decem diebus.			30	f	5600	Biſſ.		63	ſ	10000	Biſſ.	
					31	e	5700			64	r	10100		
					32	e	5800		☾	65	r	10200		☾
	D	1582			33	d	5900			66	q	10300		
	D	1600	Biſſ.		33	d	6000	Biſſ.		66	q	10400	Biſſ.	
1	C	1700		†	34	d	6100		☾	67	q	10500		☾
2	C	1800		☾☾	35	c	6200			68	p	10600		
3	B	1900			36	b	6300			69	n	10700		
3	B	2000	Biſſ.		36	c	6400	Biſſ.	☾	69	p	10800	Biſſ.	☾
4	B	2100		☾	37	b	6500			70	n	10900		
5	A	2200			38	a	6600			71	m	11000		
6	u	2300			39	P	6700			72	m	11100		☾
6	A	2400	Biſſ.	☾	39	a	6800	Biſſ.	☾☾	72	m	11200	Biſſ.	
7	u	2500			40	P	6900			73	l	11300		
8	t	2600			41	N	7000			74	l	11400		☾
9	t	2700		☾	42	N	7100		☾	75	k	11500		
9	t	2800	Biſſ.		42	N	7200	Biſſ.		75	k	11600	Biſſ.	
10	ſ	2900			43	M	7300			76	i	11700		†
11	ſ	3000		☾	44	M	7400		☾	77	i	11800		☾☾
12	r	3100			45	H	7500			78	h	11900		
12	r	3200	Biſſ.		45	H	7600	Biſſ.		78	h	12000	Biſſ.	
13	r	3300		☾	46	H	7700		☾	79	h	12100		☾
14	q	3400			47	G	7800			80	g	12200		
15	p	3500			48	F	7900			81	f	12300		
15	q	3600	Biſſ.	☾	48	G	8000	Biſſ.	☾	81	g	12400	Biſſ.	☾
16	p	3700			49	F	8100	hucuſq; incluſiue bene reſpondent nouilunia.		82	f	12500		
17	n	3800			50	E	8200			83	e	12600		
18	n	3900		☾	51	E	8300		☾	84	e	12700		☾
18	n	4000	Biſſ.		51	E	8400	Biſſ.		84	e	12800	Biſſ.	
19	m	4100			52	D	8500			85	d	12900		
20	l	4200			53	D	8600		☾	86	d	13000		☾
21	l	4300		☾☾	54	C	8700			87	c	13100		
21	l	4400	Biſſ.		54	C	8800	Biſſ.		87	c	13200	Biſſ.	
22	k	4500			55	C	8900		☾	88	c	13300		☾
23	k	4600		☾	56	B	9000			89	b	13400		
24	i	4700			57	A	9100			90	a	13500		
24	i	4800	Biſſ.		57	A	9200	Biſſ.		90	b	13600	Biſſ.	☾
25	i	4900		☾	58	A	9300		☾☾	91	a	13700		

Digitized by Google

Dies omiſſi		Anni			Dies omiſſi		Anni			Dies omiſſi		Anni		
92	P	13800			131	h	19000			170	q	24200		
93	P	13900		☾	132	g	19100			171	q	24300		☾☾
93	P	14000	Biſſ.		132	g	19200	Biſſ.		171	q	24400	Biſſ.	
94	N	14100			133	g	19300		☾☾	172	p	24500		
95	M	14200			134	f	19400			173	p	24600		☾
96	M	14300		☾☾	135	e	19500			174	n	24700		
96	M.	14400	Biſſ.		135	f	19600	Biſſ.	☾	174	n	24800	Biſſ.	
97	H	14500			136	e	19700			175	n	24900		☾
98	H	14600		☾	137	d	19800			176	m	25000		
99	G	14700			138	d	19900		☾	177	l	25100		
99	G	14800	Biſſ.		138	d	20000	Biſſ.		177	m	25200	Biſſ.	☾
100	G	14900		☾	139	c	20100			178	l	25300		
101	F	15000			140	c	20200		☾	179	k	25400		
102	E	15100			141	b	20300			180	k	25500		☾
102	F	15200	Biſſ.	☾	141	b	20400	Biſſ.		180	k	25600	Biſſ.	
103	E	15300			142	b	20500		☾	181	i	25700		
104	D	15400			143	a	20600			182	i	25800		☾
105	D	15500		☾	144	P	20700			183	h	25900		
105	D	15600	Biſſ.		144	a	20800	Biſſ.	☾	183	h	26000	Biſſ.	
106	C	15700			145	P	20900			184	h	26100		☾
107	C	15800		☾	146	N	21000			185	g	26200		
108	B	15900			147	N	21100		☾	186	f	26300		
108	B	16000	Biſſ.		147	N	21200	Biſſ.		186	g	26400	Biſſ.	☾
109	B	16100		☾	148	M	21300			187	f	26500		
110	A	16200			149	M	21400		☾	188	e	26600		
111	u	16300			150	H	21500			189	d	26700		
111	A	16400	Biſſ.	☾	150	H	21600	Biſſ.		189	e	26800	Biſſ.	☾☾
112	u	16500			151	G	21700		†	190	d	26900		
113	t	16600			152	G	21800		☾☾	191	c	27000		
114	ſ	16700			153	F	21900			192	c	27100		☾
114	t	16800	Biſſ.	☾☾	153	F	22000	Biſſ.		192	c	27200	Biſſ.	
115	ſ	16900			154	F	22100		☾	193	b	27300		
116	r	17000			155	E	22200			194	b	27400		☾
117	r	17100		☾	156	D	22300			195	a	27500		
117	r	17200	Biſſ.		156	E	22400	Biſſ.	☾	195	a	27600	Biſſ.	
118	q	17300			157	D	22500			196	a	27700		☾
119	q	17400		☾	158	C	22600			197	P	27800		
120	p	17500			159	C	22700		☾	198	N	27900		
120	p	17600	Biſſ.		159	C	22800	Biſſ.		198	P	28000	Biſſ.	☾
121	p	17700		☾	160	B	22900			199	N	28100		
122	n	17800			161	B	23000		☾	200	M	28200		
123	m	17900			162	A	23100			201	M	28300		☾
123	n	18000	Biſſ.	☾	162	A	23200	Biſſ.		201	M	28400	Biſſ.	
124	m	18100			163	A	23300		☾	202	H	28500		
125	l	18200			164	u	23400			203	H	28600		☾
126	l	18300		☾	165	t	23500			204	G	28700		
126	l	18400	Biſſ.		165	u	23600	Biſſ.	☾	204	G	28800	Biſſ.	
127	k	18500			166	t	23700			205	G	28900		☾
128	k	18600		☾	167	ſ	23800			206	F	29000		
129	i	18700			168	ſ	23900		☾	207	E	29100		
129	i	18800	Biſſ.		168	ſ	24000	Biſſ.		207	E	29200	Biſſ.	
130	i	18900		☾	169	r	24100			208	E	29300		☾☾

Dies omiſſi		Anni		☾	Dies omiſſi		Anni		☾	Dies omiſſi.		Anni		☾
209	D	29400			248	a	34600		☾	287	h	39800		☾
210	C	29500			249	P	34700			288	h	39900		☾
210	D	29600	Biſſ.	☾	249	P	34800	Biſſ.		288	h	40000	Biſſ.	
211	C	29700			250	P	34900		☾	289	g	40100		
212	B	29800			251	N	35000			290	g	40200		☾
213	B	29900		☾	252	M	35100			291	f	40300		
213	B	30000	Biſſ.		252	N	35200	Biſſ.	☾	291	f	40400	Biſſ.	
214	A	30100			253	M	35300			292	f	40500		☾
215	A	30200		☾	254	H	35400			293	e	40600		
216	u	30300			255	H	35500		☾	294	d	40700		
216	u	30400	Biſſ.		255	H	35600	Biſſ.		294	e	40800	Biſſ.	☾
217	u	30500		☾	256	G	35700			295	d	40900		
218	t	30600			257	G	35800		☾	296	c	41000		
219	ſ	30700			258	F	35900			297	c	41100		☾
219	t	30800	Biſſ.	☾	258	F	36000	Biſſ.		297	c	41200	Biſſ.	
220	ſ	30900			259	F	36100		☾	298	b	41300		
221	r	31000			260	E	36200			299	b	41400		☾
222	r	31100		☾	261	D	36300			300	a	41500		
222	r	31200	Biſſ.		261	E	36400	Biſſ.	☾	300	a	41600	Biſſ.	
223	q	31300			262	D	36500			301	P	41700		†
224	q	31400		☾	263	C	36600			302	P	41800		☾☾
225	p	31500			264	B	36700			303	N	41900		
225	p	31600	Biſſ.		264	C	36800	Biſſ.	☾☾	303	N	42000	Biſſ.	
226	n	31700		†	265	B	36900			304	N	42100		☾
227	n	31800		☾☾	266	A	37000			305	M	42200		
228	m	31900			267	A	37100		☾	306	H	42300		
228	m	32000	Biſſ.		267	A	37200	Biſſ.		306	M	42400	Biſſ.	☾
229	m	32100		☾	268	u	37300			307	H	42500		
230	l	32200			269	u	37400		☾	308	G	42600		
231	k	32300			270	t	37500			309	G	42700		☾
231	l	32400	Biſſ.	☾	270	t	37600	Biſſ.		309	G	42800	Biſſ.	
232	k	32500			271	t	37700		☾	310	F	42900		
233	i	32600			272	ſ	37800			311	F	43000		☾
234	i	32700		☾	273	r	37900			312	E	43100		
234	i	32800	Biſſ.		273	ſ	38000	Biſſ.	☾	312	E	43200	Biſſ.	
235	h	32900			274	r	38100			313	E	43300		☾
236	h	33000		☾	275	q	38200			314	D	43400		
237	g	33100			276	q	38300		☾	315	C	43500		
237	g	33200	Biſſ.		276	q	38400	Biſſ.		315	D	43600	Biſſ.	☾
238	g	33300		☾	277	p	38500			316	C	43700		
239	f	33400			278	p	38600		☾	317	B	43800		
240	e	33500			279	n	38700			318	B	43900		☾
240	f	33600	Biſſ.	☾	279	n	38800	Biſſ.		318	B	44000	Biſſ.	
241	e	33700			280	n	38900		☾	319	A	44100		
242	d	33800			281	m	39000			320	u	44200		
243	d	33900		☾	282	l	39100			321	u	44300		☾☾
243	d	34000	Biſſ.		282	l	39200	Biſſ.		321	u	44400	Biſſ.	
244	c	34100			283	l	39300		☾☾	322	t	44500		
245	b	34200			284	k	39400			323	t	44600		☾
246	b	34300		☾☾	285	i	39500			324	ſ	44700		
246	b	34400	Biſſ.		285	k	39600	Biſſ.	☾	324	ſ	44800	Biſſ.	
247	a	34500			286	i	39700			325	ſ	44900		☾

326

Digitized by Google

Dies omiſſi.		Anni.		
326	r	45000		
327	q	45100		
327	r	45200	Biſſ.	☾
328	q	45300		
329	p	45400		
330	p	45500		☾
330	p	45600	Biſſ.	
331	n	45700		
332	n	45800		☾
333	m	45900		
333	m	46000	Biſſ.	
334	m	46100		☾
335	l	46200		
336	k	46300		
336	l	46400	Biſſ.	☾
337	k	46500		
338	k	46600		
339	h	46700		
339	i	46800	Biſſ.	☾☾
340	h	46900		
341	g	47000		
342	g	47100		☾
342	g	47200	Biſſ.	
343	f	47300		
344	f	47400		☾
345	e	47500		
345	e	47600	Biſſ.	
346	e	47700		☾
347	d	47800		
348	c	47900		
348	d	48000	Biſſ.	☾
349	c	48100		
350	b	48200		
351	b	48300		☾
351	b	48400	Biſſ.	
352	a	48500		
353	a	48600		☾
354	P	48700		
354	P	48800	Biſſ.	
355	P	48900		☾
356	N	49000		
357	M	49100		
357	M	49200	Biſſ.	
358	M	49300		☽☽
359	H	49400		
360	G	49500		
360	H	49600	Biſſ.	☾
361	G	49700		
362	F	49800		
363	F	49900		☾
363	F	50000	Biſſ.	
364	E	50100		

Dies omiſſi.		Anni.		
365	E	50200		☾
366	D	50300		
366	D	50400	Biſſ.	
367	D	50500		☾
368	C	50600		
369	B	50700		
369	C	50800	Biſſ.	☾
370	B	50900		
371	A	51000		
372	A	51100		☾
372	A	51200	Biſſ.	
373	u	51300		
374	u	51400		☾
375	t	51500		
375	t	51600	Biſſ.	
376	ſ	51700		†
377	ſ	51800		☾☾
378	r	51900		
378	r	52000	Biſſ.	
379	r	52100		☾
380	q	52200		
381	p	52300		
381	q	52400	Biſſ.	☾
382	p	52500		
383	n	52600		
384	n	52700		☾
384	n	52800	Biſſ.	
385	m	52900		
386	m	53000		☾
387	l	53100		
387	l	53200	Biſſ.	
388	l	53300		☾
389	k	53400		
390	i	53500		
390	k	53600	Biſſ.	☾
391	i	53700		
392	h	53800		
393	h	53900		☾
393	h	54000	Biſſ.	
394	g	54100		
395	f	54200		
396	f	54300		☾☾
396	f	54400	Biſſ.	
397	e	54500		
398	e	54600		☾
399	d	54700		
399	d	54800	Biſſ.	
400	d	54900		☾
401	c	55000		
402	b	55100		
402	c	55200	Biſſ.	☾
403	b	55300		

Dies omiſſi.		Anni		
404	a	55400		
405	a	55500		☾
405	a	55600	Biſſ.	
406	P	55700		
407	P	55800		☾
408	N	55900		
408	N	56000	Biſſ.	
409	N	56100		☾
410	M	56200		
411	H	56300		
411	M	56400	Biſſ.	☾
412	H	56500		
413	G	56600		
414	F	56700		
414	G	56800	Biſſ.	☾☾
415	F	56900		
416	E	57000		
417	E	57100		☾
417	E	57200	Biſſ.	
418	D	57300		
419	C	57400		☾
420	C	57500		
420	C	57600	Biſſ.	
421	D	57700		☾
422	B	57800		
423	A	57900		
423	B	58000	Biſſ.	☾
324	A	58100		
425	u	58200		
426	u	58300		☾
426	u	58400	Biſſ.	
427	t	58500		
428	t	58600		☾
429	ſ	58700		
429	ſ	58800	Biſſ.	
430	ſ	58900		☾
431	r	59000		
432	q	59100		
432	q	59200	Biſſ.	
433	q	59300		☾☾
434	p	59400		
435	n	59500		
435	p	59600	Biſſ.	☾
436	n	59700		
437	m	59800		
438	m	59900		☾
438	m	60000	Biſſ.	
439	l	60100		
440	l	60200		☾
441	k	60300		
441	k	60400	Biſſ.	
442	k	60500		☾

Digitized by Google

Dies omiſſi.		Anni		
443	i	60600		
444	h	60700		
444	i	60800	Biſſ.	☾
445	h	60900		
446	g	61000		
447	g	61100		☾
447	g	61200	Biſſ.	
448	f	61300		
449	f	61400		☾
450	e	61500		
450	e	61600	Biſſ.	
451	d	61700		†
452	d	61800		☾☾
453	c	61900		
453	c	62000	Biſſ.	
454	c	62100		☾
455	b	62200		
456	a	62300		
456	b	62400	Biſſ.	☾
457	a	62500		
458	P	62600		
459	P	62700		☾
459	P	62800	Biſſ.	
460	N	62900		
461	N	63000		☾
462	M	63100		
462	M	63200	Biſſ.	
463	M	63300		☾
464	H	63400		
465	G	63500		
465	H	63600	Biſſ.	☾
466	G	63700		
467	F	63800		
468	F	63900		☾
468	F	64000	Biſſ.	
469	E	64100		
470	D	64200		
471	D	64300		☾☾
471	D	64400	Biſſ.	
472	C	64500		
473	C	64600		☾
474	B	64700		
474	B	64800	Biſſ.	
475	B	64900		☾
476	A	65000		
477	u	65100		
477	A	65200	Biſſ.	☾
478	u	65300		
479	t	65400		
480	t	65500		☾
480	t	65600	Biſſ.	
481	ſ	65700		

Dies omiſſi.		Anni.		
482	ſ	65800		☾
483	r	65900		
483	r	66000	Biſſ.	
484	r	66100		☾
485	q	66200		
486	p	66300		
486	q	66400	Biſſ.	☾
487	p	66500		
488	n	66600		
489	m	66700		
489	n	66800	Biſſ.	☾☾
490	m	66900		
491	l	67000		
492	l	67100		☾
492	l	67200	Biſſ.	
493	k	67300		
494	k	67400		☾
495	i	67500		
495	i	67600	Biſſ.	
496	i	67700		☾
497	h	67800		
498	g	67900		
498	h	68000	Biſſ.	☾
499	g	68100		
500	f	68200		
501	f	68300		☾
501	f	68400	Biſſ.	
502	e	68500		
503	e	68600		☾
504	d	68700		
504	d	68800	Biſſ.	
505	d	68900		☾
506	c	69000		
507	b	69100		
507	b	69200	Biſſ.	
508	b	69300		☾☾
509	a	69400		
510	P	69500		
510	a	69600	Biſſ.	☾
511	P	69700		
512	N	69800		
513	N	69900		☾
513	N	70000	Biſſ.	
514	M	70100		
515	M	70200		☾
516	H	70300		
516	H	70400	Biſſ.	
517	H	70500		☾
518	G	70600		
519	F	70700		
519	G	70800	Biſſ.	☾
520	F	70900		

Dies omiſſi.		Anni		
521	E	71000		
522	E	71100		☾
522	E	71200	Biſſ.	
523	D	71300		
524	D	71400		☾
525	C	71500		
525	C	71600	Biſſ.	
526	B	71700		†
527	B	71800		☾☾
528	A	71900		
528	A	72000	Biſſ.	
529	A	72100		☾
530	u	72200		
531	t	72300		
531	u	72400	Biſſ.	☾
532	t	72500		
533	ſ	72600		
534	ſ	72700		☾
534	ſ	72800	Biſſ.	
535	r	72900		
536	r	73000		☾
537	q	73100		
537	q	73200	Biſſ.	
538	q	73300		☾
539	p	73400		
540	n	73500		
540	p	73600	Biſſ.	☾
541	n	73700		
542	m	73800		
543	m	73900		☾
543	m	74000	Biſſ.	
544	l	74100		
545	k	74200		
546	k	74300		☾☾
546	k	74400	Biſſ.	
547	l	74500		
548	i	74600		☾
549	h	74700		
549	h	74800	Biſſ.	
550	h	74900		☾
551	g	75000		
552	f	75100		
552	g	75200	Biſſ.	☾
553	f	75300		
545	e	75400		
555	e	75500		☾
555	e	75600	Biſſ.	
556	d	75700		
557	d	75800		☾
558	c	75900		
558	c	76000	Biſſ.	
559	c	76100		☾

Dies omiſ-ſi.		Anni		
560	b	76200		
561	a	76300		
561	b	76400	Biſſ.	☾
562	a	76500		
563	P	76600		
564	N	76700		
564	P	76800	Biſſ.	☾☾
565	N	76900		
566	M	77000		
567	M	77100		☾
567	M	77200	Biſſ.	
NAM poſt 300000. annos non ſolum eędem varietas literarum æquationis ſeruatur, ſed eędem numero literæ omnino redeunt in orbem, quod hinc perſpicuum fiet. Quoniam poſt 10000. annos ab anno 1700. elapſos facta eſt mutatio 43. literarum, hoc eſt (abiecto toto Cyclo 30. literarum tabulæ expanſæ) 13. literarum, initio facto à litera C, maiuſcula anno 1700. præfixa, vſque ad literam k, minuſculam incluſiue anno 11600. appoſitam; facta erit in ſecundo ſpatio annorum 10000. mutatio 26. literarum, initio facto à litera eadem C, maiuſcula, nimirum aliarum 13. literarum à litera i, minuſcula, vſque ad H, maiuſculam incluſiue: in tertio ſpatio 39. hoc eſt, (abiectis 30.) 9. In quarto, 22. In quinto 35. hoc eſt (abiectis 30.) 5 In ſexto, 18. In ſeptimo, 31. id eſt, (abiectis 30.) 1. In octauo, 14. In nono, 27. In decimo, 40. hoc eſt (abiectis 30.) 10. In vndecimo 23. In duodecimo, 36. ſiue 6. In tertiodecimo, 19. In quartodecimo, 32. vel 2. In quintodecimo, 15. In ſextodecimo, 28. In decimoſeptimo, 41. vel 11. In decimooctauo 24. In decimonono, 37. ſiue 7. In viceſimo, 20. In viceſimo primo, 33. hoc eſt, 3. In viceſimo ſecundo, 16. In viceſimo tertio, 29. In viceſimo quarto, 42. vel 12. In viceſimo quinto, 25. In viceſimo ſexto, 38. ſiue 8. In viceſimo ſeptimo, 21. In viceſimo octauo, 34. ſiue 4 In viceſimo nono, 17. & in triceſimo, 30. ſiue 0. Quoniam, inquam, in quolibet ſpatio 10000. annorum mutatio fit 13. literarum, ita vt in triceſimo fiat mutatio omnium 30. literarum tabulæ expanſæ; efficitur, vt tranſactis 30. ſpatijs 10000. annorum, hoc eſt, elapſis annis 300000. reuertantur omnino eædem literæ, quæ prius, eodemque ordine. Quare ſuperior tabula æquationis Epactarum continetur Cyclo 300000. annorum. Ita vides in ſuperiori tabula ęquationis anno 301700. qui eſt 300000. ab anno 1700. vbi ordinem æquationis incipimus, præfigi rurſum literam C, maiuſculam, quæ anno 1700. præfixa eſt, quod in nullo alio centeſimo nota † inſignito cernitur, atq; ita anno 301700. & ſequentibus repetentur eædem literæ, eodemque ordine, quo poſitæ ſunt anno 1700. & ſequentibus annis.

Tabulam ſuperiorem æquationis cõtineri cyclo 300000. annorum & quare.

11 PRÆTEREVNDVM tamen non eſt hoc loco, quemadmodum æquationem Lunæ poſt quoſuis 2400. annos in centeſimum ſequentem diſtulimus, propter annos illos $12\frac{1}{2}$. quolibet ſpatio 300. annorum omiſſos, qui quibuſque 2400. annis ad 100. annos excreſcunt, ita quoque eandem æquationem poſt quoſuis 481436. annos reiiciendam eſſe in centeſimũ proxime inſequentem, propter dies 23. & horas 17. quibus quolibet ſpatio $312\frac{1}{2}$. annorum eam præuenimus: quia illi dies 23. & horæ 17. in ſpatio annorum 481436. ad 100. annos excreſcunt, vt cap. 8. Numer. 4. ſcripſimus. Sed quia ſpatium hoc temporis excedit totum noſtrum Cyclum æquationis annorum 300000. relinquamus eam curam poſteris noſtris, qui illis ſeculis ſuperuiuent, ſi tamen tamdiu mundus durabit, præſertim quia nulla ęquatio vniformis tãdiu Nouiluniis cœleſtibus cõgruere poteſt. Hæc dixerim, ne alicui ſcrupulus inijceretur, propter dies illos 23. & horas 17. quas neglexiinus in æquatione: quippe cum ſtatuerimus, Lunam anticipare vnum diem annis $312\frac{1}{2}$. cum verius eum anteuertat in annis 312. menſibus 6. diebus 23. & horis 17. vt cap. 8. Num. 4. docuimus.

Quid agendum in æquatione Lunæ poſt annos 481436.

CAPVT XII.

Inuentio aurei numeri, & Epactæ quolibet anno propoſito: Item emendatio tabulæ æquationis præcedenti capite ex ſententia auctoris Calendarij deſcriptæ.

I

CYCLVS decennouennalis Aurei numeri eſt reuolutio numeri 19. annorum ab j. vſque ad 19. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur. Verbi gratia. Anno 1596. numerus Cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus, eſt 1. Anno ſequenti 1597. eſt 2. Anno 1598. eſt 3. & ita deinceps in ſequentibus annis, vno ſemper amplius, vſque ad 19. qui aureus numerus cadet in annum 1614. poſt quem iterum ad vnitatem redeundum eſt, ita vt anno 1615. Aureus numerus rurſum ſit j. & anno 1616. ſit 2. &c. Continet autem hic Cyclus Aurei numeri annos 19. quia poſt 19. annos Solares elapſos reuertuntur Nouilunia ad eoſdem dies menſium, licet non omnino præciſe, ſed aliqua diei particula citius, vt ſupra cap. 8. oſtendimus.

Cyclus aurei numeri, quid.

QVILIBET vero annus Aurei numeri terminatur in fine menſis Decembris, & in principio Ianuarij ſequentis anni initium ſumit alius annus aurei numeri: quemadmodum etiam fit in annis Domini, qui ſemper terminantur in menſe Decembri, & initium ſumunt à Ianuario. Vt anno Domini 1598. annus Cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus numerus, eſt 3. terminaturque ſimul cum ipſo anno Domini 1598. in menſe Decembri: In menſe autem Ianuario initium ſumit alius annus Domini, nimirum 1599. & in eodem menſe Ianuario aſſumitur etiam alius annus Aurei numeri, videlicet 4. Et ita deinceps agendum erit in alijs annis, quouſque perficiatur numerus 19. à quo iterum redeundum eſt ad vnitatem: atque hoc modo in perpetuum.

Cuiuslibet anni aureus numerus in Ianuario incipit.

2 QVAMQVAM autem omnes 19. aurei numeri per dies Calendarij diſpoſiti perpetuo, aut longo tẽpore Nouilunia indicare non poſſunt, vt cap. 9. diximus, ſed pro eis Epactæ aſſumptæ ſunt: neceſſarium tamen omnino eſt, Aureum numerum quouis anno cognitum habere, vt per eum Epacta eiuſdem anni inueniatur. Præter regulas autem traditas Canone 1. Calendarij Gregoriani perpetui, quod initio huius operis propoſuimus, conficiemus hic tabulam valde expeditam, ex qua Aureus numerus cuiuſuis anni propoſiti eruatur, initio facto ab anno Domini 1. quo Aureus numerus fuit ij. Conſtructio tabulæ hæc eſt. Diſponantur ordine omnes 19. aurei numeri in tabella, initio ſumpto à numero aureo ij. Deinde deſcribantur in alia tabula anni Domini incipientes ab 1. & per continuam additionem 19. progredientes, quantum libuerit. His enim annis reſpondet

 aureus

Digitized by Google

aureus numerus ij. primæ cellulæ. Inuenturus igitur aureum numerum cuiuſuis anni, quære eum inter annos Domini, quo inuento, dices eo anno aureum numerum eſſe ij. Si vero annus propoſitus non inueniatur, ſume annum proxime minorem, eumque primæ cellulæ tribue, ſequentem annum ſecundæ cellulæ, & inſequentem tertiæ, & ſic deinceps, donec ad annum propoſitum perueneris. Nam aureus numerus cellulæ, in quam annus propoſitus [illegible]dit, erit is, qui quæritur. Exempli gratia. Quærendus ſit aureus numerus anni 147. Inuento inter annos Domini anno 134, proxime minore, tribue eum primæ cellulæ, & annum 135 ſecundæ, & 136. tertiæ, & ſic deinceps. Terminabitur enim propoſitus annus 147. in cellula 14. in qua aureus numerus xv. deſcriptus eſt, qui anno 147. debetur. Item inueniendus proponatur aureus numerus anni 5383. Inuento proxime minore numero 5378. numera ab eo in cellulis aureorum numerorum vſque ad 5383. incideſque in aureum numerum vij. qui propoſito anno 5383. congruit: Præterea propoſitus ſit annus 5416. qui quoniam inter annos Domini reperitur, dices ei congruere aureum numerum ij. Rurſus propoſitus ſit annus 6060. Inuento proxime minore 6043. numera ab eo in cellulis aur. num. vſque ad 6060. incideſque in cellulam aurei numeri xix. qui anno 6060. reſpondet. Poſtremo datus ſit annus 4466. qui quoniam inter annos Domini reperitur, dices aureum numerum eſſe ij. qui in prima cellula poſitus eſt. Quilibet enim annus in tabula deſcriptus habet aur. num. ij. primæ cellulæ, vt diximus. Eademque ratio eſt in cæteris.

Tabella aureorum numerorum.

ij	iij	iiij	v	vj	vij	viij	ix	x	xj	xij	xiij	xiiij	xv
xvj	xvij	xviij	xix	j									

Anni Domini, quibus prima cellula aureus numerus ij, congruit.

1	20	39	58	76	96	115	134	153	172	191	210
229	248	267	286	305	324	343	362	381	400	419	438
457	476	495	514	533	552	571	590	609	628	647	666
685	704	723	742	761	780	.799	818	837	856	875	894
913	932	951	970	989	1008	1027	1046	1065	1084	1003	1122
1141	1160	1179	1198	1217	1236	1255	1274	1293	1312	1331	1350
1369	1388	1407	1426	1445	1464	1483	1502	1521	1540	1559	1578
1597	1616	1635	1654	1673	1692	1711	1730	1749	1768	1787	1806
1825	1844	1863	1882	1901	1920	1939	1958	1977	1996	2015	2034
2053	2072	2091	2110	2129	2148	2167	2186	2205	2224	2243	2262
2281	2300	2219	2338	2357	2376	2365	2414	2433	2452	2471	2490
2509	2528	2547	2566	2586	2604	2623	2642	2661	2680	2699	2718
2737	2756	2775	2794	2813	2832	2851	2870	2889	2908	2928	2946
2965	2984	3003	3022	3041	3060	3079	3098	3117	3136	3155	3174
3193	3212	3231	3250	3269	3288	3307	3326	3305	3364	3383	3402
3421	3440	3459	3478	3497	3516	3535	3554	3573	3592	3611	3630
3649	3668	3687	3706	3725	3744	3763	3782	3801	3820	3839	3858
3877	3896	3915	3934	3953	3972	3991	4010	4029	4048	4067	4086
4105	4124	4143	4162	4181	4200	4219	4238	4257	4276	4295	4314
4333	4352	4371	4390	4409	4428	4447	4466	4485	4504	4523	4542
4561	4580	4599	4618	4637	4656	4675	4694	4713	4732	4751	4770
4789	4808	4827	4846	4865	4884	4903	4922	4941	4960	4979	4998
5017	5036	5055	5074	5093	5112	5131	5150	5169	5188	5207	5226
5245	5264	5283	5302	5321	5340	5359	5378	5397	5416	5435	5454
5473	5492	5511	5530	5549	5568	5587	5606	5625	5644	5663	5682
5701	5720	5739	5758	5777	5796	5815	5834	5853	5872	5891	5910
5929	5948	5967	5986	6005	6024	6043	6062	6081	6100	6119	6138
6157	6176	6195	6214	6233	6252	6271	6290	6309	6328	6347	6366
6385	6404	6423	6442	6461	6480	6499	6518	6537	6556	6575	6594
6613	6632	6651	6670	6689	6708	6727	6746	6765	6784	6803	6822
6841	6860	6879	6898	6917	6936	6955	6974	6993	7012	7031	7050
7069	7088	7107	7126	7145	7164	7183	7202	7221	7240	7259	7278
7297	7316	7335	7354	7373	7392	7411	7430	7449	7468	7487	7506
7525	7544	7563	7582	7601	6620	7639	7658	7677	7696	7715	7734
7753	7772	7791	7810	7829	7848	7867	7886	7905	7924	7943	7962
8981	8000	8019	8038	8057	8076	8095	8114	8133	8152	8171	8190

8209

8209	8228	8247	8266	8285	8304	8323	8342	8361	8380	8399	8418
8437	8456	8475	8494	8513	8532	8551	8570	8589	8608	8627	8646
8665	8684	8703	8722	8741	8760	8779	8798	8817	8836	8855	8874
8893	8912	8931	8950	8969	8988	9007	9026	9045	9064	9083	9102
9121	9140	9159	9178	9197	9216	9235	9254	9273	9292	9311	9330
9349	9368	9387	9406	9425	9444	9463	9482	9501	9520	9539	9558
9577	9596	9615	9634	9653	9672	9691	9710	9729	9748	9767	9786
9805	9824	9843	9862	9881	9900	9919	9938	9957	9976	9995	10014
10033	10052	10071	10090	10109	10128	10147	10166	10185	10204	10223	10242
10261	10280	10299	10318	10337	10356	10375	10394	10413	10432	10451	10470
10489	10508	10527	10546	10565	10584	10603	10622	10641	10660	10679	10698
10717	10736	10755	10774	10793	10812	10831	10850	10888	10907	10926	10945
10964	10983	11902	11021	11040	11059	11078	11097	11116	11135	11154	11173
11192	11211	11230	11249	11268	11287	11306	11325	11344	11363	11382	11401
11420	11439	11458	11477	11496	11515	11534	11553	11572	11591	11610	11629
11648	11667	11686	11705	11724	11743	11762	11781	11800	11819	11838	11857
11876	11895	11914	11933	11952	11971	11990	12009	12028	12047	12066	12085
12104	12123	12142	12161	12180	12199	12218	12237	12256	12275	12294	12313
12332	12351	12370	12389	12408	12427	12446	12465	12484	12503	12522	12541
12560	12579	12598	12617	12636	12655	12674	12693	12712	12731	12750	12769
12788	12807	12826	12845	12864	12883	12902	12921	12940	12959	12978	12997
13016	13035	13054	13073	13092	13111	13130	13149	13168	13187	13206	13225
13244	13263	13282	13301	13320	13339	13358	13377	13396	13415	13434	13453
13472	13491	13510	13529	13548	13567	13586	13605	13624	13643	13662	13681
13700	13719	13738	13757	13776	13795	13814	13833	13852	13871	13890	13909
13928	13947	13966	13985	14004	14023	14042	14061	14080	14099	14118	14137
14156	14175	14194	14213	14232	14251	14270	14289	14308	14327	14346	14365
14384	14403	14422	14441	14460	14479	14498	14517	14536	14555	14574	14593
14612	14631	14650	14669	14688	14707	14726	14745	14764	14783	14802	14821
14840	14859	14878	14497	14916	14935	14954	14973	14992	15011	15030	15049
15068	15087	15106	15125	15144	15163	15182	15201	15220	15239	15258	15277
15296	15315	15334	15353	15372	15391	15410	15429	15448	15467	15486	15505

Et ſic in infinitum.

3. COMMODIVS fortaſſis hanc tabulam inſtituemus per annos centeſimos hoc, qui ſequitur, modo:

Digitized by Google

Anni Domini per 100. collecti, quibus Aurei numeri in ſiniſtro latere deſcripti congruunt.

A	j	0	1900	3800	5700	7600	9500	11400	13300	15200	17100	19000
B	vj	100	2000	3900	5800	7700	9600	11500	13400	15300	17200	19100
C	xj	200	2100	4000	5900	7800	9700	11600	13500	15400	17300	19200
D	xvj	300	2200	4100	6000	7900	9800	11700	13600	15500	17400	19300
E	ij	400	2300	4200	6100	8000	9900	11800	13700	15600	17500	19400
F	vij	500	2400	4300	6200	8100	10000	11900	13800	15700	17600	19500
G	xij	600	2500	4400	6300	8200	10100	12000	13900	15800	17700	19600
H	xvij	700	2600	4500	6400	8300	10200	12100	14000	15900	17800	19700
I	iij	800	2700	4600	6500	8400	10300	12200	14100	16000	17900	19800
K	viij	900	2800	4700	6600	8500	10400	12300	14200	16100	18000	19900
L	xiij	1000	2900	4800	6700	8600	10500	12400	14300	16200	18100	20000
M	xviij	1100	3000	4900	6800	8700	10600	12500	14400	16300	18200	20100
N	iiij	1200	3100	5000	6900	8800	10700	12600	14500	16400	18300	20200
O	ix	1300	3200	5100	7000	8900	10800	12700	14600	16500	18400	20300
P	xiiij	1400	3300	5200	7100	9000	10900	12800	14700	16600	18500	20400
Q	xix	1500	3400	5300	7200	9100	11000	12900	14800	16700	18600	20500
R	v	1600	3500	5400	7300	9200	11100	13000	14900	16800	18700	20600
S	x	1700	3600	5500	7400	9300	11200	13100	15000	16900	18800	20700
T	xv	1800	3700	5600	7500	9400	11300	13200	15100	17000	18900	20800

A	j	20900	22800	24700	26600	28500	30400	32300	34200	36100	38000	39900
B	vj	21000	22900	24800	26700	28600	30500	32400	34300	36200	38100	40000
C	xj	21100	23000	24900	26800	28700	30600	32500	34400	36300	38200	40100
D	xvj	21200	23100	25000	26900	28800	30700	32600	34500	36400	38300	40200
E	ij	21300	23200	25100	27000	28900	30800	32700	34600	36500	38400	40300
F	vij	21400	23300	25200	27100	29000	30900	32800	34700	36600	38500	40400
G	xij	21500	23400	25300	27200	29100	31000	32900	34800	36700	38600	40500
H	xvij	21600	23500	25400	27300	29200	31100	33000	34900	36800	38700	40600
I	iij	21700	23600	25500	27400	29300	31200	33100	35000	36900	38800	40700
K	viij	21800	23700	25600	27500	29400	31300	33200	35100	37000	38900	40800
L	xiij	21900	23800	25700	27600	29500	31400	33300	35200	37100	39000	40900
M	xviij	22000	23900	25800	27700	29600	31500	33400	35300	37200	39100	41000
N	iiij	22100	24000	25900	27800	29700	31600	33500	35400	37300	39200	41100
O	ix	22200	24100	26000	27900	29800	31700	33600	35500	37400	39300	41200
P	xiiij	22300	24200	26100	28000	29900	31800	33700	35600	37500	39400	41300
Q	xix	22400	24300	26200	28100	30000	31900	33800	35700	37600	39500	41400
R	v	22500	24400	26300	28200	30100	32000	33900	35800	37700	39600	41500
S	x	22600	24500	26400	28300	30200	32100	34000	35900	37800	39700	41600
T	xv	22700	24600	26500	28400	30300	32200	34100	36000	37900	39800	41700

Anni

Digitized by Google

Anni Domini per 100. collecti, quibus Aurei numeri in ſiniſtro latere deſcripti congruunt.

A	j	41800	43700	45600	47500	49400	51300	53200	55100	57000	58900	60800
B	vj	41900	43800	45700	47600	49500	51400	53300	55200	57100	59000	60900
C	xj	42000	43900	45800	47700	49600	51500	53400	55300	57200	59100	61000
D	xvj	42100	44000	45900	47800	49700	51600	53500	55400	57300	59200	61100
E	ij	42200	44100	46000	47900	49800	51700	53600	55500	57400	59300	61200
F	vij	42300	44200	46100	48000	49900	51800	53700	55600	57500	59400	61300
G	xij	42400	44300	46200	48100	50000	51900	53800	55700	57600	59500	61400
H	xvij	42500	44400	46300	48200	50100	52000	53900	55800	57700	59600	61500
I	iij	42600	44500	46400	48300	50200	52100	54000	55900	57800	59700	61600
K	viij	42700	44600	46500	48400	50300	52200	54100	56000	57900	59800	61700
L	xiij	42800	44700	46600	48500	50400	52300	54200	56100	58000	59900	61800
M	xviij	42900	44800	46700	48600	50500	52400	54300	56200	58100	60000	61900
N	iiij	43000	44900	46800	48700	50600	52500	54400	56300	58200	60100	62000
O	ix	43100	45000	46900	48800	50700	52600	54500	56400	58300	60200	62100
P	xiiij	43200	45100	47000	48900	50800	52700	54600	56500	58400	60300	62200
Q	xix	43300	45200	47100	49000	50900	52800	54700	56600	58500	60400	62300
R	v	43400	45300	47200	49100	51000	52900	54800	56700	58600	60500	62400
S	x	43500	45400	47300	49200	51100	53000	54900	56800	58700	60600	62500
T	xv	43600	45500	47400	49300	51200	53100	55000	56900	58800	60700	62600

A	j	62700	64600	66500	68400	70300	72200	74100	76000	77900	79800	81700
B	vj	62800	64700	66600	68500	70400	72300	74200	76100	78000	79900	81800
C	xj	62900	64800	66700	68600	70500	72400	74300	76200	78100	80000	81900
D	xvj	63000	64900	66800	68700	70600	72500	74400	76300	78200	80100	82000
E	ij	63100	65000	66900	68800	70700	72600	74500	76400	78300	80200	82100
F	vij	63200	65100	67000	68900	70800	72700	74600	76500	78400	80300	82200
G	xij	63300	65200	67100	69000	70900	72800	74700	76600	78500	80400	82300
H	xvij	63400	65300	67200	69100	71000	72900	74800	76700	78600	80500	82400
I	iij	63500	65400	67300	69200	71100	73000	74900	76800	78700	80600	82500
K	viij	63600	65500	67400	69300	71200	73100	75000	76900	78800	80700	82600
L	xiij	63700	65600	67500	69400	71300	73200	75100	77000	78900	80800	82700
M	xviij	63800	65700	67600	69500	71400	73300	75200	77100	79000	80900	82800
N	iiij	63900	65800	67700	69600	71500	73400	75300	77200	79100	81000	82900
O	ix	64000	55900	67800	69700	71600	73500	75400	77300	79200	81100	83000
P	xiiij	64100	66000	67900	69800	71700	73600	75500	77400	79300	81200	83100
Q	xix	64200	66100	68000	69900	71800	73700	75600	77500	79400	81300	83200
R	v	64300	66200	68100	70000	71900	73800	75700	77600	79500	81400	83300
S	x	64400	66300	68200	70100	72000	73900	75800	77700	79600	81500	83400
T	xv	64500	66400	68300	70200	72100	74000	75900	77800	79700	81600	83500

Digitized by Google

Anni Domini per 100. collecti, quibus Aurei numeri in ſiniſtro latere deſcripti congruunt.

A	j	83600	85500	87400	89300	91200	93100	95000	96900	98800	100700	102600
B	vj	83700	85600	87500	89400	91300	93200	95100	97000	98900	100800	102700
C	xj	83800	85700	87600	89500	91400	93300	95200	97100	99000	100900	102800
D	xvj	83900	85800	87700	89600	91500	93400	95300	97200	99100	101000	102900
E	ij	84000	85900	87800	89700	91600	93500	95400	97300	99200	101100	103000
F	vij	84100	86000	87900	89800	91700	93600	95500	97400	99300	101200	103100
G	xij	84200	86100	88000	89900	91800	93700	95600	97500	99400	101300	103200
H	xvij	84300	86200	88100	90000	91900	93800	95700	97600	99500	101400	103300
I	iij	84400	86300	88200	90100	92000	93900	95800	97700	99600	101500	103400
K	viij	84500	86400	88300	90200	92100	94000	95900	97800	99700	101600	103500
L	xiij	84600	86500	88400	90300	92200	94100	96000	97900	99800	101700	103600
M	xviij	84700	86600	88500	90400	92300	94200	96100	98000	99900	101800	103700
N	iiij	84800	86700	88600	90500	92400	94300	96200	98100	100000	101900	103800
O	ix	84900	86800	88700	90600	92500	94400	96300	98200	100100	102000	103900
P	xiiij	85000	86900	88800	90700	92600	94500	96400	98300	100200	102100	104000
Q	xix	85100	87000	88900	90800	92700	94600	96500	98400	100300	102200	104100
R	v	85200	87100	89000	90900	92800	94700	96600	98500	100400	102300	104200
S	x	85300	87200	89100	91000	92900	94800	96700	98600	100500	102400	104300
T	xv	85400	87300	89200	91100	93000	94900	96800	98700	100600	102500	104400

A	j	104500	106400	108300	110200	112100	114000	115900	117800	119700
B	vj	104600	106500	108400	110300	112200	114100	116000	117900	119800
C	xj	104700	106600	108500	110400	112300	114200	116100	118000	119900
D	xvj	104800	106700	108600	110500	112400	114300	116200	118100	120000
E	ij	104900	106800	108700	110600	112500	114400	116300	118200	120100
F	vij	105000	106900	108800	110700	112600	114500	116400	118300	120200
G	xij	105100	107000	108900	110800	112700	114600	116500	118400	120300
H	xvij	105200	107100	109000	110900	112800	114700	116600	118500	120400
I	iij	105300	107200	109100	111000	112900	114800	116700	118600	120500
K	viij	105400	107300	109200	111100	113000	114900	116800	118700	120600
L	xiij	105500	107400	109300	111200	113100	115000	116900	118800	120700
M	xviij	105600	107500	109400	111300	113200	115100	117000	118900	120800
N	iiij	105700	107600	109500	111400	113300	115200	117100	119000	120900
O	ix	105800	107700	109600	111500	113400	115300	117200	119100	121000
P	xiiij	105900	107800	109700	111600	113500	115400	117300	119200	121100
Q	xix	106000	107900	109800	111700	113600	115500	117400	119300	121200
R	v	106100	108000	109900	111800	113700	115600	117500	119400	Et ſic in
S	x	106200	108100	110000	111900	113800	115700	117600	119500	infini-
T	xv	106300	108200	110100	112000	113900	115800	117700	119600	tum.

CON-

CONSTRVCTIO porro huiuſce tabulæ, quæ in infinitum extendi poteſt, perfacilis eſt. Centeſimi namque anni ordinatim deſcendunt, initio facto ab anno 0. donec nouendecim cellulæ repletæ ſint, vt in tabula apparet. Iuxta annum vero 0. qui primum locum occupat in prima linea annorum deſcendente, & iuxta centeſimos qui in aliis columnis locum item primum occupant, deſcriptus eſt aureus numerus 1. à quo reliqui per continuam additionem quinarij, abiectis ſemper 19. quando ſumma conflata maior eſt, quam 19.

VSVS vero difficilis etiam non eſt, ſi hæc tabella quinque numerorum per 19. collectorum, quos præcedit annus 0. notetur, vna cum ſerie omnium 19. aureorum numerorum hic deſcripta.

	Tabella annorum per 19. collectorum.					Series Aureorum numerorum.													
0	19	38	57	76	95														
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

INVENTVRVS enim aureum numerum quolibet anno, qui maior non ſit vltimo centeſimo proximæ tabulæ, ſi is annus eſt aliquis ex centeſimis, quære eum inter annos Domini, illicoque è regione eius habebis aureum numerum quæſitum. Si vero non eſt centeſimus, ſume in proxima tabella annorum per 19. collectorum, numerum proxime minorem propoſito anno poſt datum centeſimum, eumque tribue illi aureo num. proximæ ſeriei, qui è regione illius centeſimi, poſt quē datus eſt annus, ſcriptus reperitur. Sequenti autem num. aureo eiuſdem ſeriei tribue ſequentē annum, & ſic deinceps, redeundo ad principiū ſeriei, ſi opus eſt, donec ad annum propoſitum peruenias. Terminabitur enim numeratio in aureo numero quæſito. Quod ſi datus annus poſt aliquem centeſimum reperiatur in tabella annorum per 19. collectorum, erit eo anno aureus numerus is, qui illi anno centeſimo reſpondet, qui proxime datum annum non centeſimum antecedit. V. g. Anno 1600. aureus numerus eſt v. At anno 1683. aureus numerus eſt xij. quia tribuendo in proxima ſerie aureo numero 5. è regione anni centeſimi 1600. reperto, annum 76. proximæ tabellæ annorum per 19. collectorum, & annum 77. ſequenti aureo numero 6. &c. annus 83. cadit in aureum numerum 12. Item anno Domini 48. aureus numerus fuit xj. Nam tribuendo in proxima ſerie aureo numero 1. è regione anni centeſimi 0. inuento, annum 38. proximæ tabellæ annorum per 19. collectorum, qui proxime minor eſt anno dato 48. & annum 39. ſequenti aureo numero, &c. terminabitur annus 48. in aureo numero 11. Sic anno 1810. aureus numerus erit 6. quia ſi in proxima ſerie aureo numero 15. è regione anni centeſimi 1800. ſcripto tribuas annum 0. proximæ tabellæ annorum per 19. collectorum; qui proxime minor eſt dato anno 10. poſt centeſimum 1800. & annum 1. ſequenti aureo numero 16. &c. terminabitur annus 10. in aureo numero 6. Deniq; an. 1657. aureus num. erit 5. qui nimirum anno 1600. debetur; quia annus 57. in tabella annorum per 19. collectorum reperitur, & ſic de cæteris.

4. VERVM huiuſce tabulæ vſum longe expeditiorem efficiemus hoc modo. Iuxta aureos numeros prædictæ tabulæ ad ſiniſtram ſcribantur ordine nouendecim literæ alphabeti maiuſculæ, quæ eodem ordine in hac altera tabula repetantur, & iuxta quamlibet omnes nouendecim aurei numeri apponantur, initio facto in qualibet linea ab eo aureo numero, qui vnitate excedit aureum numerum iuxta quamlibet literam ſuperioris tabulæ aſcriptum. Poſtremo ſupra eoſdem aureos numeros diſponantur anni centum expanſi, vt in hac tabula vides. Deſcriptis hoc modo aureis numeris, & annis expanſis, incredibile eſt, quam expedite aureus numerus cuiuſuis anni propoſiti reperiatur. Nam ſi annus datus eſt ex centeſimis aliquis, reperietur illico aureus eius numerus ad eius ſiniſtrā, in ſuperiori tabula, vt in præcedenti vſu diximus. Si vero datus annus eſt poſt aliquem centeſimum, inuenietur eius aureus numerus ſub dato anno expanſo in illa aureorum numerorum linea, quæ eandem literam præfixam habet, quæ centeſimo anno proxime antecedenti præfigitur. Vt anno 39300. in ſuperiori tabula reſpondet aureus numerus 9. At anno 39378. congruit aureus numerus 11. in hac altera tabula ſub anno 78. in linea, cui aſcripta eſt litera O, quæ in ſuperiori tabula è regione centeſimi anni 39300. appoſita eſt.

Anni expanſ.																		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38
39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57
58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76
77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95
96	97	98	99	100														

A	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1
B	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6
C	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
D	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
E	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2
F	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7
G	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
H	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
I	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3
K	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8
L	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
M	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
N	5	6	7	8	9	10	11	12	13	[illegible]	15	16	17	18	19	1	2	3	4
O	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9
P	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Q	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
R	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5
S	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
T	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

Inuentio aurei nu. ex tabellis temporariis.

NVMERO porro 11. huius eiuſdem cap. reperies viam expeditiſſimam, qua aureus numerus cuiuſq; anni propoſiti per tabellas quaſdam temporarias eruatur. Quamuis nouendecim lineæ aureorum numerorum proximæ tabulæ eſſe poſſunt inſtar nouendecim tabellarum temporariarum. Vt v. g. linea, cui præpoſita eſt litera R, aureum numerum indicabit in annis expanſis poſt annum 1600. cui in antecedenti tabula centeſimorum annorum eadem litera R, reſpondet, vſque ad annum 1700. ſi tamen anni expanſi in vertice proximæ tabulæ deſcripti ſimul in vſum adhibeantur. Eodem modo eadē linea literæ R, vſum habebit in annis expanſis poſt quemlibet centeſimum, cui eadem litera R, in antecedenti tabula annorum centeſimorum reſpondet, vſque ad ſequentem centeſimum. Non aliter quælibet alia linea aureorum numerorum temporaria eſſe poteſt in annis expanſis poſt illos centeſimos, quibus in tabula centeſimorum annorum illa litera reſpondet, quæ illi lineæ proximæ tabulæ præfigitur, vſque ad proxime ſequentem centeſimum. V. g. Linea, cui præfixa eſt litera G, aureum numerum indicabit in annis expanſis poſt annum 600. vſque ad 700. Et ab anno 2500. vſque ad 2600. Et ab anno 17700. vſque ad 17800. & ſic de cæteris.

POSTREMO ex ſequenti tabella, quæ ſimilis eſt illi, quam Can. 1. Calendarii exhibuimus, ſed multo contractior, atque ad plures annos accommodata, & quæ in infinitum etiam extendi poteſt, non difficulter quoque aureus numerus cuiuſuis anni quamuis magni inuenietur hoc modo. Si annus propoſitus in hac tabella reperitur, erit aureus eius numerus, qui ei in ſiniſtro latere aſcriptus eſt, addita inſuper 1. vt in vertice tabellæ præcipitur. Vt anno 1000000000. aureus numerus erit xix. qui ex aureo numero xviij. illi anno præfixo, & 1. conflatur.

SI vero annus datus in hac tabella deſcriptus non eſt, excerpendi ſunt ex tabella aurei numeri illis annis præfixi, qui tot cifras habent (Numerum cifrarum indicat numerus ad dexteram cuiuſque centeſimi collocatus, ne ipſas numerare cogaris) quot figuræ quamlibet figuram propoſiti numeri ſignificatiuam inſequuntur, ijque per proprias figuras, ſi maiores ſunt quam 1. multiplicandi, atque à productis numeris Cyclus 19. annorum, quoties fieri poteſt, abijciendus. Si enim omnes hi numeri aurei excerpti in vnam ſummam colligantur, addita inſuper vnitate, & omnia 19. abijciantur, reliquus fiet dati anni aureus numerus.

Digitized by Google

Aur. nu.	Anni Domini.	Adde 1. ad Aur. Num.
j	1	0
x	10	1
v	100	2
xij	1000	3
vj	10000	4
iij	100000	5
xj	1000000	6
xv	10000000	7
xvii	100000000	8
xviii	1000000000	9
ix	10000000000	10
xiiij	100000000000	11
vij	1000000000000	12
xiij	10000000000000	13
xvj	100000000000000	14
viij	1000000000000000	15
iiij	10000000000000000	16
ij	100000000000000000	17
j	1000000000000000000	18
x	10000000000000000000	19
v	100000000000000000000	20

SIT quærendus aureus numerus anni 4560926. Anno 4000000. congruit aur.num.6. Nam aureus numerus 11. anno 1000000. debitus ſi ducatur in 4. fiunt 44. & abiectis 19. remanent 6. Anno 500000. aur.num, 15. quia anno 100000. conuenit 3. qui ductus in 5. facit 15. Anno 60000. aur.num.17. Anno 900. aur.num.7. Anno 20. aur.num.1. Anno deniq; 6. aureus numerus 6. Summa omnium eſt 52. Abiectis autem 19. remanent 14. additaq; 1. fit aureus numerus 15. propoſito anno congruens.

6
15
17
7
1
6
52

ABIICIENTVR omnia 19. ſi omnia 20. reijciantur, atque tot vnitates. quoties 20. ſunt abiecta, reliquo numero adddantur. Vt abiectis omnibus 19. ex 87. ſuperſunt 11. quia ſi 4. (quod 20. in 87. quater contineantur) addantũr ad 7. fiunt 11.

QVANDO quoque aliquis numerus aureus tabellæ maior, quam 10. multiplicandus eſt per figuram aliquam ſignificatiuam, percommode illud fiet, ſi prius per illam figuram multiplicentur 10. deinde reliquæ vnitates, abiectis ſemper 19. quando abijci poſſunt. Vt ſi 18. ducenda ſint in 7. ducemus 10. in 7. & ex producto 70. abijciemus 19. vt remaneant 13. Deinde ducemus 8. in 7. & ex producto 56. reijciemus 19. vt remaneant 18. quæ addita ad 13. faciunt 31. & abiectis 19. ſuperſunt 12.

FACILIVS fortaſſis idem efficiemus. etiamſi aureos numeros excerptos non multiplicemus per figuras ſignificatiuas: hoc ſcilicet modo. Ponantur ordine numeri excerpti, quemlibet eorum toties ſcribendo, quoties eſt vnitas in figura ſignificatiua reſpondente. Deinde ordine primus numerus cum ſecundo iungatur, & hoc aggregatum cum ſequenti, atque ita deinceps: ita tamen, vt cum primum confeceris 19. vel plus, reijcias 19. Vt in eodem exemplo ſtabunt numeri excerpti hoc modo 11.11.11.11.3.3.3.3.3.6.6.6.6.6.6.5.5.5 5.5.5.5.5.5.10. 10. 6. Igitur 11. & 11. faciunt 22. abiectiſque 19. remanent 3. quæ cum 11. ſequentibus faciunt 14. & hæc cum 11. quæ ſequuntur, faciunt 25. & abiectis 19. remanent 6. quæ cum 3. 3. 3. 3. 3. ordine collecta faciunt 21. & abiectis 19. ſuperſunt 2. quæ cum 6.6.6. ordine faciunt 20. & abiectis 19. ſupereſt 1. quæ cum 6.6.6. ſequentibus facit 19. quæ abijcienda ſunt. Deinde 5.5.5.5. faciunt 20. abiectiſque 19, remanet 1. quæ cum ſequentibus 5.5.5.5. efficit 21.. abiectiſque 19. remanent 2. quæ cum 5.10.10. faciunt 27. & abiectis 19. ſuperſunt 8. quæ cum 6. conficiunt 14. additaque tandem 1. fit aureus numerus 15. vt prius. Sed expeditior eſt prior ratio, quando multiplicatio per figuram ſignificatiuam memoriter facile perfici poteſt.

TABELLÆ conſtructio facilis etiam eſt. Nam anni progrediuntur per proportionem decuplam ab vnitate, aurei vero numeri per ſubduplam, additis tamen 19. numero aureo impari, vt dimidiari poſſit. Vt additis 19. ad 1. fiunt 20. & dimidium dabit aur.num. inſequentem x. Dimidium numeri 10. dabit ſequentem aur.num.v. &c. Atque hæc quidem de aureo numero inueniendo dicta ſint. Cæterum in Computo Eccleſiaſtico, quem ad finem huius lib. perſcribam, regulam inuenies, qua nullo etiam negotio memoriter cuiuſuis anni, quamuis maximi, aureum numerum explorare poſſis.

Vſus tabulæ expanſæ, & æquationis Epactarum in Epacta cuiuſuis anni inuenienda.

5. EPACTÆ vero inuentio quouis anno pendet ex vſu tabulæ expanſæ, eiuſque æquationis ſuperiore cap. deſcriptæ, qui talis eſt. Quæratur in tabula æquationis annus propoſitus, ſi is centeſimorum aliquis eſt, vel ſi non eſt vnus ex centeſimis, ſumatur centeſimus annus proxime minor anno propoſito, vel certe annus 1582. ſi datus annus eſt poſt correctionem, & ante annum 1600. (Rectius autem poſt annum 8200. Epacta inuenietur ex tabula æquationis, quam infra ad finem Numer. 10. inſtituam, cuius quidem vſus idem eſt, qui præcedentis tabulæ æquationis.) noteturque diligenter litera ei centeſimo præfixa. Linea namq; Epactarum,

Per quam tabulã rectius Epacta inueniatur poſt annũ 8200.

quæ

Digitized by Google

quæ eandem literam in tabula expanſa præfixam habet, in vſum adhibenda eſt non ſolum anno propoſito, ſed omnibus etiam aliis annis ab eo centeſimo vſque ad alium annum centeſimum, qui aliam literam affixam habet. Epacta autem, quæ in ea linea aureo numero illius anni in vertice tabulæ reſpondet propoſito anno tribuenda eſt. Ea namque in Calendario omnia Nouilunia illius anni ex vſu Eccleſiæ indicabit: eiuſque vſus in Ianuario incipiet: quamuis in annis centeſimis non biſſextilibus, dummodo Luna æquatione non egeat, Nouilunia in primis duobus anni menſibus per vnum diem poſtponantur, per nouam Epactam inuenta. Nihil enim abſurdi hinc in Neomeniis Paſchalibus oritur, & poſtpoſitio illa in duobus primis menſibus illius duntaxat centeſimi contingit.

Cuiuslibet anni Epacta in Ianuario incipit.

ITAQVE vt Epacta cuiuslibet anni reperiatur, inueniendus primum eſt aureus numerus illius anni, & linea Epactarum in tabula expanſa, quæ ei ſeculo inſeruit. Proponemus autem exempla nonnulla ad ſecula longius diſtantia. quod exercitij tantum cauſa faciemus: quia probe noui, æquationem præſcriptam à calculo Aſtronomico in tam magnis ſeculis diſcrepare, vt infra dicemus.

EXEMPLI gratia. Propoſito anno 1593. ſumendus eſt in tabula æquationis annus 1582, qui eo proxime minor eſt in tabula, vna cum litera D, maiuſcula. Deinde in tabula expanſa aſſumenda erit linea Epactarum, cui eadem litera D, maiuſcula præfigitur. Hæc enim in vſu erit ab anno 1582 poſt correctionem tamen, vſque ad annum 1700. excluſiue, qui aliam iam literam præfixam habet. Et quia anno 1593. aureus numerus eſt 17. cui in aſſumpta linea Epactarum literæ D, maiuſculæ reſpondet Epacta xxvij. quæ eo ipſo anno 1593. vſurpabitur, fientq; Nouilunia eo anno illis diebus, quibus in Calendario Epacta xxvij. præponitur.

RVRSVS oblato anno 1916. accipiendus eſt in æquationis tabula annus 1900. vna cum litera B, maiuſcula: In tabula vero expanſa ſumenda eſt linea Epactarum, quæ eandem literam B, præfixam habet. Hæc namque in vſu erit ab anno 1900. vſque ad annum 2200. excluſiue, cui litera alia præponitur. Quia vero aureus numerus anni 1916. eſt 17. cui in accepta linea Epactarum literæ B, maiuſculæ reſpondet Epacta 25. diuerſo charactere ab aliis denotata, indicabit ea Epacta Nouilunia totius illius anni in Calendario.

ITEM detur annus 114519. Anno 114500. qui eſt centeſimus proxime minor propoſito anno, præponitur in tabula æquationis litera ſ, minuſcula. In tabula igitur expanſa ſumenda eſt linea Epactarum eiuſdem literæ ſ, minuſculæ. Hæc enim in vſu erit ab anno 114500. vſque ad annum 114700. excluſiue. Et quoniam numerus aureus anni 114519. eſt 7. cui in prædicta linea Epactarum reſpondet Epacta j. Epacta j. eo anno Nouilunia in Calendario monſtrabit.

DENIQVE (vt exemplum quoque ante anni correctionem proponamus) ſi offeratur annus 415. capiendus eſt in tabula æquationis annus 320. eo proxime minor, vna cum litera P, maiuſcula: Linea vero Epactarum ſuprema in tabula expanſa, cui eadem litera P, maiuſcula aſcripta eſt. Hac enim tunc vtendum erat. Cum ergo anno 415. aureus numerus fuerit 17. cui in ea linea Epactarum reſpondet Epacta iiij. inciderunt eo anno omnia Nouilunia in illos dies, quibus Epacta iiij. aſcribitur. Eademq; eſt ratio in cæteris.

Cõſtructio Cycli Epactarũ perpetui.

6. SED loco tabulæ expanſæ vti poterimus ſequenti Cyclo Epactarum perpetuo, quem etſi in Calendario Gregoriano perpetuo propoſuimus, eundem tamen hic repetendum eſſe cenſemus, vt eius vſum ad plures annos extendamus. Conſtructio huius Cycli hæc eſt. Ponantur ordine omnes 30. Epactæ, initio ſumpto à *. ſiue xxx. per continuam additionẽ 11. progredientes. reiectis tamẽ ſemper 30. quãdo ſumma maior fit, quam 30. Deinde hiſce Epactis ſupraponantur literæ illæ, quæ dictis Epactis in tabula expanſa ſub aureo numero 3. aſcriptæ ſunt, vt hic vides. Epacta autem xxv. 25. geminata eſt ſub litera F, maiuſcula, & diuerſis characteribus notata.

CYCLVS EPACTARVM PERPETVVS.

P	l	C	c	p	F	f	ſ	M	i	
*	xj	xxij	iij	xiiij	xxv. 25.	vj	xvij	xviij	ix	•
A	a	m	D	d	q	G	g	t	N	
xx	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	
k	B	b	n	E	e	r	H	h	u	
x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	

MALVIMVS autem literas Indices tabulæ expanſæ in hac tabella illis potius Epactis ſuperſcribere, quæ in tabula expanſa ſub aureo numero 3. prope eaſdem Epactas collocantur, quam illis, quæ aureo numero j. iuxta eaſdem literas reſpondent; (quod tamen fieri potuiſſet) vt facilius intelligeretur, tabellam hanc ex tabula expanſa eſſe excerptam, & vt illa minus ab hac diſcreparet: maxime vero vt eædem hæ literæ in Martyrologio ad Lunæ ætatem pronunciandam aſſumerentur, quando Epactæ illis ſubſcriptæ in vſu ſunt, vt ſupra cap. II. non longe ab initio dictum eſt. Neq; alia cauſa huius conſtructionis quærenda eſt.

Epactæ inuentio quotuis anni ex Cyclo Epactarũ perpetuo.

HVIC tabellæ Cycli Epactarum perpetui congruit ſuperior tabula æquationis tabulæ expanſæ, atque etiam illa, quam infra Num. 10. correctiorem proponemus, cuius vſus in Epacta cuiuſuis anni inquirenda hic eſt.

Digitized by Google

eſt. Quæratur in tabula æquationis annus propoſitus, vel ſi is in tabula non inuenitur, annus proxime minor, noteturq; litera alphabeti, ſiue maiuſcula, ſiue minuſcula ad ſiniſtram ipſius collocata, & aur. num. an. propoſ. congruens inueſtigetur. Deinde in Cyclo Epactarum perpetuo conſimilis litera quæratur, & cellulæ, quæ ab illa litera incluſiue tertia eſt verſus ſiniſtram, aureus numerus 1. tribuatur, & ſequenti cellulæ ad dexteram ſubſequens aureus numerus 2. & ita deinceps, donec ad aureum numerum propoſiti anni perueniatur, redeundo ad principium Cycli, ſi eum vſque ad finem percurreris, antequam ad aureum numerum propoſiti anni perueneris, computata quoque litera F, maiuſcula, ſub qua Epacta xxv. 25. geminata, & diuerſis depicta characteribus collocatur, pro vna cellula. His enim rite peractis, illico in cellula, in quam aureus numerus propoſiti anni cadit, Epacta illius anni reperietur. Diligenter tamen obſeruandum eſt, vt quando aureus numerus anni propoſiti maior eſt, quam 11. quales ſunt poſteriores octo aurei numeri 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. inciditque in cellulam literæ F, maiuſculæ, vbi ſunt duæ Epactæ xxv. 25. ſumatur Epacta 25. diuerſo charactere inſignita; alia vero Epacta xxv. ſi in eandem cellulam aureus numerus anni propoſiti minor quam 12. incidit, cuiuſmodi ſunt priores vndecim aurei numeri 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

EXEMPLIS planum id faciemus. Anno 1582. poſt correctionem, ſiue detractionem 10. dierum reſpondet in tabula æquationis litera D, maiuſcula, fuitque eo anno aureus numerus 6. Si igitur in Cyclo Epactarum perpetuo tribuas cellulæ literæ a, minuſculæ, quæ tertia eſt à cellula literæ D, maiuſculæ verſus ſiniſtram, aureum numerum 1. & ſequenti cellulæ ad dexteram aureum numerum 2. & ita deinceps, cadet aureus numerus 6. anni propoſiti 1582. in cellulam Epactæ xxvj. quæ in Calendario ab Idibus Octobris illius anni, id eſt, poſt exemptionem 10. dierum Nouilunia monſtrabat.

RVRSVS anno eodem 1582. ante correctionem, nimirum à Ianuario vſque ad Octobrem, inueſtiganda ſit Epacta. Quoniam in tabula æquationis annus ante correctionem proxime minor eſt 1400. cui litera c, minuſcula præfigitur, ſumenda eſt in Cyclo Epactarum perpetuo ſimilis litera c, minuſcula. Si igitur cellulæ literæ l, minuſculæ, quæ verſus ſiniſtram tertia eſt à cellula literæ c, minuſculæ, tribuas aureum numerum 1 & ſequenti cellulæ ad dexteram, aureum numerum 2. & ſic deinceps, cadet aureus numerus 6. eiuſdem anni in cellulam Epactæ vj. quæ anno 1582. ante 10. dierum exemptionem debetur.

ITEM anno 1599. aureus numerus eſt 4. eique in æquationis tabula reſpondet litera D, maiuſcula. Quoniam enim hic annus in tabula non reperitur, ſumendus eſt proxime minor 1582. cui litera D, maiuſcula aſcribitur. Tribuendo ergo in tabula Epactarum aureum numerum 1. cellulæ literæ a, minuſculæ, quæ tertia eſt ſiniſtram verſus à cellula literæ D, maiuſculæ, & aureum numerum 2. ſequenti cellulæ ad dexteram, & ſic deinceps, cadet aureus numerus 4. propoſiti anni in cellulam Epactæ iiij. quæ eo anno Nouilunia oſtendet in Calendario.

PRETEREA an. 4218. in tabula æquationis reſpondet litera l, minuſcula, eſtque aureus numerus 1. Igitur ſi in Cyclo Epactarum aureum numerum 1. illius anni tribuas cellulæ literæ ū, quæ tertia eſt ad ſiniſtram à cellula literæ l, inuenies Epactam xix. anno 4218. conuenire.

AMPLIVS an. 1710. reſpondet litera C, maiuſcula in tabula æquationis, eſtque rurſum aureus numerus 1. Quare ſi aureum numerum 1. illius anni tribuas primæ cellulæ literæ P, maiuſculæ in Cyclo Epactarum, quæ tertia eſt à litera C, maiuſcula, reperies *. pro Epacta illius an.

ANNO quoque 1912. reſpondet in tabula æquationis litera B, maiuſcula, & aureus numerus eſt 13. Quapropter ſi tribuatur in Epactarum Cyclo cellulæ literæ N. maiuſculæ, quæ tertia eſt à litera B, maiuſcula, aureus numerus 1. & ſequenti cellulæ ad dexteram aureus numerus 2. & ita deinceps, redeundo ad principium Cycli, cadet aureus num. 13. propoſiti an. in ſecundam cellulam. Quare Epacta tunc erit xj.

ADHVC an. 1715. reſpondet in æquationis tabula litera C, maiuſcula, eſtque numerus aureus 6. Tribuendo ergo aureum numerum 1. cellulæ primæ in Cyclo, vbi eſt litera P, maiuſcula, quæ tertia eſt à cellula literæ C, maiuſculæ; & aureum numerum 2. ſequenti cellulæ ad dexteram, &c. cadet aureus numerus 6. propoſiti an. in cellulam literæ F. ſub qua ponitur Epacta xxv. 25. geminata. Quia vero aureus numer. 6. maior non eſt, quam 11. accipienda eſt Epacta xxv. pro an. 1715. non autem 25. diuerſi coloris.

POSTREMO an. 1916. in tabula æquationis reſpondet litera B, maiuſcula, eſtque aureus numerus 17. Quam ob rem ſi in Cyclo Epactarum perpetuo cellulæ literæ N, maiuſculæ, quæ tertia eſt à cellula literæ B, maiuſculæ, detur aureus numerus 1. & ſequenti cellulæ ad dexteram aureus numerus 2. &c. redeundo ad principium Cycli, occurret aureus numerus 17. an. propoſiti eidem cellulæ F, ſub qua Epacta xxv. 25. geminata reperitur. Et quoniam aureus numerus 17. maior eſt quam 11. accipienda eſt Epacta 25. diuerſi coloris, characteriſque, pro an. 1916. Atq; hoc modo Epactam cuiuslibet an. inuenies in perpetuum.

7. HAC ergo ratione tabula Epactarum expanſa per Cyclum Epactarum perpetuum ad Compendium redigitur, vt proxime explicatum eſt. Sed non minus commode ſuperiorem tabulam æquationis, quæ longiſſima eſt, ad exiguam magnitudinem reducemus, hoc modo. Scribantur in latere ſiniſtro tabulæ ordine triginta literæ tabulæ expanſæ, à C, maiuſcula incipiendo, quæ an. 1700. præfigitur, vnde ordinem Cycli annorum 300000. cap. 11. Num. 10. incipere diximus; & retrogrediendo per B, A, u, &c. vſque ad D. Deinde iuxta quamlibet literam aſcribantur loca, vel ſedes illorum centeſimorum in primo ſpatio 10000. annorum, (ſumpto initio ab an. 1700. vſque ad annum 11600. incluſiue) quibus ea litera in tabula æquationis præfigitur. Verbi gratia, quia primo, ac ſecundo centeſimo (hoc eſt, annis 1700. 1800.) & ſeptuageſimo primo, ſeptuageſimo ſecundo & ſeptuageſimo tertio centeſimo ab an. 1700. incluſiue (hoc eſt, annis 8700. 8800. 8900.) præfixa eſt in tabula æquationis litera C, maiuſcula, idcirco iuxta literam C, maiuſculam aſcripſimus ſedes 1. 2. 71. 72. 73. Eadem ratione iuxta literam u, minuſculam poſuimus ſedes 7. 9. 78. 80. quos anni 2300. 2500. 9400. 9600. quibus litera u, minuſcula præfixa eſt in æquationis tabula, occupant in primo ſpatio 10000. annorum ab an. 1700. vſque ad annum 11600. incluſiue, & ſic de cæt.

8. HÆC

C	1	2	71	72	73	m	25	94	95	96		b	47	49	
B	3	4	5	74		l	26	27	28	97	98	a	50	52	
A	6	8	75	76	77	k	19	30	99	100		P	51	53	
u	7	9	78	80		i	31	32	33			N	54	55	56
t	10	11	12	79	81	h	34	36				M	57	58	
ſ	13	14	82	83	84	g	35	37				H	59	60	61
r	15	16	17	85	86	f	38	39	40			G	62	64	
q	18	20	87	88	89	e	41	42				F	63	65	
p	19	21	90	92		d	43	44	45			E	66	67	68
n	22	23	24	91	93	c	46	48				D	69	70	

Vſus compendij tabulæ æquationis in Epacta cuiuſuis anni exquirēda.

8. HÆC ergo eſt tabula illa immenſa æquationis Epactarum ad tam mirabile, vt vides, compendium redacta, per quam facilimo negotio reperiemus literam, quæ in tabula expanſa ſuperioris capitis, vel in Cyclo Epactarum perpetuo, ad Epactam inquirendam vſurpanda ſit anno propoſito quamuis magno: licet Epacta ex illa tabula poſt annum 8200. inuenta non reſpondeat omnino Nouiluniis cœleſtibus, vt Num. 10. huius cap. dicemus. Nam propoſito quouis anno centeſimo, qui maior non ſit, quam 301600. (ſi enim maior eſt, reijciendi ſunt anni 300000. totius Cycli) auferantur ab eo anni 1600. & numerus per millenas, centenaſque expreſſus (qui quidem ſedem centeſimi propoſiti ab anno 1700. in primo Cyclo annorum 10000. numeratam indicat) in propoſita tabella quæratur. Litera namque ei præfixa aſſumenda eſt in tabula expanſa, vel in Cyclo Eparum perpetuo, eo anno centeſimo, qui illam ſedem occupat in primo Cyclo 10000. annorum: atque eadem illa litera vſurpanda erit centeſimo anno propoſito, ſi poſtquam detraxeris 1600. reliquus numerus maior quā 10000. nō extiterit. Si vero reliquus ille numerus maior fuerit quā 10000. numerandæ erunt poſt literā in proxima tabella inuentam, toties 13. literæ contra ſeriem literarum, quoties vnitas in numero denarum millenarum continetur. Ita enim numerare deſines in litera, quæ propoſito centeſimo ſumenda eſt. Quod ſi denæ millenarum fuerint plures quam 2. multiplicandæ erunt per 13. & productus numerus per 30. diuidendus. Reliquus enim numerus dabit literas poſt inuentam numerandas. Quando item numerus per millenas & centenas expreſſus eſt 00. accipienda eſt vnitas mutuo à denis millenarum, vt habeatur ſedes 100. nimirum vltima Cycli annorum 10000.

EXEMPLIS rem illuſtremus. Proponatur annus 10000. Ablatis 1600. ſuperſunt 8400. Ergo in ſuperiori tabella accipienda eſt litera ſ, minuſcula iuxta ſedem 84. Et quia nulla adeſt dena millenarum, quod relictus numerus 8400. maior non eſt quam 10000. exiſtit propoſitus annus 10000. in primo Cyclo 10000. annorum; ideoque eademmet litera ſ, vſurpanda erit. Cum ergo aureus numerus tunc ſit 7. erit Epacta j. quæ aureo numero 7. reſpondet in linea literæ ſ, minuſculę in tabula expanſa, &c.

RVRSVS detur annus 11600. Ablatis 1600. ſuperſunt 10000. Sedes ergo 100. dabit literam k, minuſculam. Et quia nihil remanet in denis millenarum, nihil numerandū erit poſt k, literam, ſed ipſamet aſſumenda. In linea autem literæ k, aureus numerus 11. exhibet Epactam viii. anni propoſiti, in quo num. aureus eſt 11.

PRETEREA datus ſit annus 34700. Subtractis 1600. remanent 33100. Ergo ſedes 31. quam numerus per millenas, centenaſque expreſſus exhibet, offeret literam i, minuſculam, poſt quam ſi numeres 13. literas ter, (quod in denis millenarum ſit 3.) hoc eſt, 39. vel (abiectis 30.) 9. incides in literam P, maiuſculam, quæ dato centeſimo debetur: Aureus autem numerus 7. eiuſdem anni indicabit in linea literæ P, maiuſculæ in tabula expanſa, vel in Cyclo Epactarum perpetuo. Epactam xiij.

ITEM offeratur annus 41600. Demptis 1600. relinquuntur 40000. Igitur cum numerus per millenas, centenaſque expreſſus ſit o o. ſumemus muto 1. à denis millenarum, vt habeatur ſedes 100. cui in ſuperiori tabella præfigitur litera k, minuſcula, à qua ſi numeres ter 13. literas, hoc eſt, 3 9. vel (abiectis 30.) 9. quod ſuperſint 3. in denis millenarum, incides in literam a, minuſculam oblato centeſimo debitam: aureus autem numerus 10. eiuſdem anni Epactam xviij. dabit.

DETVR inſuper annus 301600. ſubductis 1600. ſuperſunt 300000. Et quia in loco millenarum, & centenarum reperitur numerus 00. ſumemus à 30. denis millenarum mutuo 1. vt habeamus ſedem 100. cum litera k, minuſcula in ſuperiori tabella: poſt quam ſi numeremus toties 13. literas, quoties vnitas eſt in reliquo numero 2 9. denarum millenarum, hoc eſt, (abiectis omnibus 30. quod fiet multiplicando 29. per 13. productumque numerum 377. per 30. diuidendo, fiet enim reſiduum 17.) 17. incidemus in literam D, maiuſculam ſuperioris tabellæ, quæ in vſu erit anno 301600. nimirum anno 300000. ab anno 1700. incluſiue, hoc eſt, in fine totius Cycli 300000. annorum, &c.

AMPLIVS annus datus ſit 590600. Subtractis 300000. remanent 290600. atque hinc ablatis 1600. ſuperſunt 289000. Ergo in ſuperiori tabella accipiemus ſedem 90. cum litera p, minuſcula. Deinde 28. denas millenarum ducemus in 13. productumque numerum 304. per 30. partiemur. Si enim reliquum numerum 4. poſt literam p, minuſculam numeremus, incidet quarta vnitas in literam k, minuſculam, quæ vſurpanda erit anno 590600. &c.

POSTREMO offeratur annus 671600. Reiectis bis 300000. reliqua fiunt 71600. & hinc ablatis 1600. remanent 70000. Igitur ſumpta mutuo vnitate à denis millenarum, habebimus ſedem 100. cum litera k, minuſcula in tabella ſuperiori: poſt quam ſi numerentur 13. ſexies, toties nimirum, quoties vnitas in 6. denis millenarum continetur, terminabitur numeratio in litera C, maiuſcula: quia 13. ducta in 6. faciunt 78. quibus diuiſis per 30. reliqua fiunt 18. at 18. literæ poſt k, numeratæ offerunt literam C, maiuſculam. Atq; ita de cæt.

QVOD ſi magis lubeat poſt literam inuentam in ſuperiori tabella numerare literas ſerie naturali literarum, ſumendum erit poſt diuiſionem per 30. numeri reſidui complementum vſque ad 30. dummodo, ſi memoriter

Digitized by Google

moriter numerare vis,memor ſis,in literis minuſculis omittendam eſſe literam o,eaſque vltra u,non progredi, in maiuſculis autem relinquendas eſſe literas I, K, L, O, atque vltra P, non eſſe progrediendum,ſed poſt P,maiuſculam ad a, minuſculam eſſe redeundum, & poſt u, minuſculam ad A, maiuſculam eſſe tranſeundum, vt ſupra cap.11. Num. 2. dictum eſt. Aut certe numerus denarum millenarum multiplicandus eſt, non per 13. ſed per 17.numeruſque procreatus per 30.diuidendus.Reſiduum enim diuiſionis indicabit,quot literæ ſerie naturali numerandæ ſint poſt literam inuentam in tabella ſuperiori.

VERBI gratia.Anno 34700 inuenimus paulo ante,poſt literam i, minuſculam numerandas eſſe 9.literas ordine retrogrado,hoc modo,h,g,f,e,d,c,b,a,P:ita vt litera P, maiuſcula eo cēteſimo vſurpanda ſit.Quia vero complementum 9. vſque ad 30.eſt 21.ſi poſt eandem literam i, minuſculam numeres ordine naturali 21. literas,offendes eandem literam P,maiuſculam,vt hic vides.k, l, m,n,p, q,r,ſ,t,u,A,B,C, D,E,F,G,H,M N P, Hunc numerum 21. reperies quoque, ſi denas millenarum dati centeſimi, hoc eſt numerum 3. ducas in 17.& productum numerum 51.per 30.partiaris.Numerus enim reſiduus erit 21.

RVRSVS anno 590600.inuenimus,poſt inuentam literam p,minuſculam numerari oportere 4.literas hoc modo,n,m,l,k, vt litera k, minuſcula habeatur eo centeſimo vſurpanda: ſi poſt eandem literam p, minuſculam recto ordine numeremus 26. complementum videlicet numeri 4. vſque ad 30. reperiemus eandem literam k,minuſculam,vt hic vides,q,r,ſ,t,u,A,B,C,D,E,F,G,H,M,N,P, a,b,c,d,e,f,g,h,i,k, qui numerus 26. habebitur etiam,ſi(reiectis 300000.ex eo centeſimo, & ex reliquo numero 290600. ablatis 1600. vt reliquus fiat numerus 289000.)denæ millenarum,nimirum 28.ducantur in 17.& numerus,qui gignitur,476.per 30.diuidatur. Reſiduum namque diuiſionis erit 26.

CAVSA vero cur toties numerandæ ſint poſt literam inuentam 13.literæ ordine retrogrado,vel 17.recto ordine, quoties vnitas continetur in denis millenarum (reiectis tamen prius 30. ex producto numero, qui fit ex denis millenarum in 13. vel 17.) eſt quod denæ millenarum indicent, quot Cycli annorum 10000.tranſacti ſunt ab anno 1700.incluſiue vſq; ad centeſimum annum propoſitum.Cum ergo in omnibus Cyclis 10000. annorum redeant eædem varietates literarum, vt cap.11.Num 10.diximus; in quolibet autem eiuſmodi Cyclo annorum 10000.poſt literam cuiuis centeſimo præfixam vſque ad literam illi centeſimo inſequentis Cycli 10000.annorum,qui eandem ſedem in ſuo Cyclo occupat, quam prior centeſimus in ſuo, præfixam incluſiue numeretur 13.literæ ordine retrogrado,vel 17. ordine directo,vt in tabula expanſa poſitæ ſunt,liquido conſtat, cur iubeamus numerari retrogrado ordine toties 13.quoties vnitas in denis millenarum continetur;ac proinde recto ordine tot literas poſt inuentam,quot in complemento prioris illius numeri vſq; ad 30.continetur quod quidem complementum producitur,ſi duæ millenarum per 17.multiplicentur,numeruſq; genitus per 30 diuidatur.Numerus enim in diuiſione reliquus dabit illud complementum. Ita vides poſt literam C, maiuſculam præfixam anno 1700.qui primus eſt primi Cycli 10000.annorum,vſque ad literam i, minuſculam anno 11700. præfixam qui primus eſt ſecundi Cycli 10000.annorum numerari 13.literas ordine retrogrado, nimirum B,A, u,t,ſ,r,q,p,n,m,l,k,i, Vel directo ordine haſce ſeptemdecim,D, E, F, G, H,M,N,P,a,b,c,d,e,f,g,h,i. Idemque vides fieri poſt literam A,maiuſculam anno 2400.qui octauus eſt in primo Cyclo annorum 10000.appoſitam vſque ad literam g, minuſculam anno 12400. affixam, qui octauus etiam eſt in ſecundo Cyclo 10000. annorum,vt hic cernis,u,t,ſ,r,q,p,n,m,l,k,i,h,g,& hic B,C,D,E,F,G,H,M, N,P,a,b,c,d,e,f,g, Atque ita deinceps.

VT quoque memoria retineantur quinque illæ literæ, o, minuſcula,& I,K,L,O, maiuſculæ,quæ in alphabeto omittendæ ſunt, vt diximus,ac proinde memoriter, ſine tabula vlla, literæ numerari poſſint ſiue recto ordine,ſiue retrogrado,poſt literam in ſuperiori tabella inuentam,ediſcendus erit hic verſiculus quinq; dictionum à prædictis literis incipientium.

ornabit Iuſtos K*a*e*i &* *Laudabilis Omnes.*

9 EANDEM literam tabulæ expanſæ,vel Cycli Epactarum perpetui,quæ propoſito cuiuis anno centeſimo ad Epactam inueſtigandam inſeruiat, ſine tabula ſuperiori per præcepta Arithmetices reperiemus hoc modo.Propoſito quouis anno centeſimo,qui maior non ſit, quam 301800.(quando enim maior eſt,reijciendus eſt totus Cyclus 300000.annorum)auferantur ex eo 1600.Reliquus numerus per 400.diuidatur, & multiplicetur per 3.Si enim producto numero addantur tot vnitates, quot centenæ in diuiſione ſuperſunt, (ſi quæ remaneant) habebitur numerus dierum ab anno 1700.incluſiue, vſque ad datum centeſimum incluſiue exemptorum qui quidem dierum numerus facilius in tabula ſuperiori æquationis reperitur iuxta annos centeſimos.Hic autem numerus dierum exemptorum,dempto prius binario,ſeruetur. Nam quia propter æquationem Lunæ incipere debemus hanc inuentionem Epactæ ab anno 1900. à quo ordo æquationis Lunæ vniformis incipit,non eſt habenda ratio duorum dierum,qui annis 1700.1800.omittuntur. Deinde ab eodem anno centeſimo oblato(reiectis prius 300000.ſi maior eſt, quam 301800.) demantur 1800. vel(quod idem eſt)ex ſuperiori illo reſiduo numero,qui per 400.diuiſus fuit,auferantur 200.Reliquus numerus per 2500.diuidatur, & Quotiens per 8.multiplicetur:(Nam in annis 2500.Nouilunia per octo dies anticipant loca ſua in Calendario,qui quidem anni incipiunt ab anno 1960. vt ex tabula æquationis patet.) Numero autem genito adijciantur tot vnitates,quoties 300.in reſiduo numero diuiſionis reperiuntur; dummodo nunquam octo addantur, etiamſi ſuperſint 2400.in quibus 300. continentur octies; quod anni 2500.non autem 2400. octo dies expoſcant.Summa enim ablata ex numero dierum exemptorum ſupra ſeruato,reliquus numerus(ſi tamen prius omnia 30.ex reliquo hoc numero abiiciantur, quod fit per diuiſionem per 30.) dabit literam, quæ in tabula expanſa à litera B,incluſiue (quæ in æquationis tabula anno 1900. præfigitur) retrogrado ordine deſcendendo, vſque ad dictum reliquum numerum incluſiue,aſſumenda eſt. Quod ſi nihil ſuperſit poſt vltimam diuiſionem per 30.ſumenda erit litera 30.à litera B.incluſiue ordine retrogrado, hoc eſt,litera C, maiuſcula proxime ſuperior,quam litera B.Si vero 1.ſuperſit,ipſamet litera B, vſurpanda erit.

Inuentio literæ tabulæ expanſæ vel Cycli Epactarum perpetui ad Epactam inueſtigandã quouis anno, per præcepta Arithmetices.

Inuẽtio numeri dierũ ab anno 1700.incluſiue exemptorum.

EXEMPLORVM appoſitione res planior fiet. Datus ſit annus 2000. Ablatis 1600.remanent 400. quæ diuiſa per 400.faciunt Quotientem 1.nihilque ſupereſt.Ductus autem Quotiens 1.in 3.gignit 3.dies exemptos ab anno 1700.incluſiue vſq; ad annum 2000.incluſiue.Dempto autẽ binario.relinquitur 1.quæ ſeruetur. Deinde ab eodem anno 2000.ſubtrahantur 1800. vel 200. ex ſuperiori reſiduo 400. Reliquus numerus 200.

per 2500. diuidatur, & Quotiens o. per 8. multiplicetur. Ad productum o. addatur o. quod in reſiduo diuiſionis 200. non contineantur 300. fit numerus o. qui ex 1. ſupra ſeruata detractus relinquit 1. Prima ergo litera à B, maiuſcula anno 1900. præfixa incluſiue, hoc eſt, ipſamet litera B, maiuſcula inſeruiet dato anno 2000.

OFFERATVR rurſus annus 29600. Detractis 1600. ſuperſunt 28000. quæ diuiſa per 400. faciunt 70. nihilque ſupereſt. Ducta ergo 70. per 3. efficiunt dies 210. exemptos ab anno 1700. incluſiue vſque ad annum 29600 incluſiue. Dempto autem binario, numerus reliquus 208. ſeruetur. Deinde ab eodē anno 29600. dato ſubtrahantur 1800. vel 200. ex ſuperiori reſiduo 28000. Reliquus vero numerus 27800. per 2500. diuidatur, vt fiat Quotiens 11. cum reſiduo 300. Quotiens ductus in 8. facit 88. additaque 1. propter 300. in diuiſione relicta, fit ſumma 89. quæ ex numero 208. ſupra ſeruato ablata relinquit 119. quibus per 30. diuiſis, ſuperſunt 29. Litera ergo 29. à B, maiuſcula incluſiue, nimirum D, maiuſcula inſeruiet anno propoſito 29600.

DATVS item ſit annus 6700. Demptis 1600. remanent 5100. quibus diuiſis per 400. fit Quotiens 12. ſuperſuntque 300. Quotiente 12. ducto in 3. fiunt 36. & additis 3. propter 300. quæ in diuiſione ſuperfuerunt, efficitur numerus dierum omiſſorū 39. ab anno 1700. incluſiue, vſq; ad annum 6700. incluſiue. Dempto ergo binario, ſeruetur numerus reliquus 37. Deinde ex eodem anno 6700. tollantur 1800. vel 200. ex priori reſiduo 5100. & reliquus numerus 4900. per 2500. diuidatur. Quotiens 1. per 8. multiplicetur, & producto 8. addantur 7. quod 2400. ſuperfuerint in diuiſione 4900. per 2500. (quamuis enim in 2400. contineantur 300. octies, ſolum tamen 7. addenda ſunt, vt dictum eſt) vt fiat numerus 15. qui demptus ex numero 37. ſupra ſeruato relinquit 22. Litera ergo 22. à litera B, maiuſcula incluſiue, retrogrado ordine, videlicet P, maiuſcula, anno propoſito 6700. congruet.

SIT inſuper propoſitus annus 301800. à quo reiiciendi non ſunt anni 300000. cum maior non ſit, quam 301800. ſubtractis autem 1600. ſuperſunt 300200. quibus diuiſis per 400. fit Quotiens 750. ſuperſuntque 200. Ducto Quotiente 750. in 3. & producto 2250. additis 2. propter 200. relicta in diuiſione, efficitur numerus 2252. dierum exemptorum ab anno 1700. incluſiue. ad annum vſq; 301800. incluſiue. Dempto ergo binario, ſeruetur numerus reliquus 2250. Ab eodem anno 301800. propoſito ſubducantur 1800. vel 200. à ſuperiori reſiduo 300200. Reliquus numerus 300000. diuidatur per 2500. vt habeatur Quotiens 120. ſine vllo reſiduo. Hoc Quotiente ducto in 8 fit numerus 960. quo ſublato ex 2250. numero ſupra ſeruato, relinquuntur 1290. His deniq; diuiſis per 30. nihil ſupereſt. Ergo litera 30. à B, maiuſcula incluſiue, & ordine retrogrado, nimirum C, maiuſcula anno propoſito 301800. in vſu erit.

PRÆTEREA datus ſit annus 176500. Demptis 1600. remanent 174900. quæ diuiſa per 400. exhibent Quotientem 437. cum reſiduo 100. Ducto Quotiente 437. in 3. productoque addita 1. propter 100. numerum in diuiſione relictum, exurgit numerus 1312. dierum exemptorum. Dempto ergo binario, ſeruetur reliquus numerus 1310. Ab eodem anno 176500. ſubducantur 1800. vel 200. ex priore reſiduo 174900. Reliquo numero 174700. diuiſo per 2500. fit Quotiens 69. ſuperſuntq; 2200. Quotiente autem 69. ducto per 8. & numero procreato 552. additis 7. (quod 300. in illo reſiduo 2200. contineantur ſepties) fit ſumma 559. qua dempta ex numero 1310. ſupra ſeruato, reliqua fiunt 751. quibus per 30. diuiſis, ſupereſt 1. Prima ergo litera à B, maiuſcula incluſiue, id eſt, eademmet litera B, anno propoſito 176500. tribuenda eſt.

POSTREMO oblatus ſit annus 671600. Reiectis bis 300000. & à reliquo numero 71600. demptis 1600. remanent 70000. quæ diuiſa per 400. efficiunt Quotientem 175. nihilque relinquunt. Ducta autem 175. per 3. faciunt dies exemptos 525. Dempto ergo binario, reliquus numerus 523. ſeruetur. Poſt hæc ex eodem numero reliquo 71600. tollantur 1800. vel 200. ex ſuperiori reſiduo 70000. Reliquo numero 69800. diuiſo per 2500. fit Quotiens 27. ſuperſuntque 2300. Ducto autem Quotiente 27. in 8. & producto 216. additis 7. (quod 300. in 2300. contineantur ſepties) fiunt 223. His denique detractis ex numero ſupra ſeruato 523. reliqua fiunt 300. quibus per 30. diuiſis, nihil ſupereſt. Triceſima igitur litera à B, incluſiue, hoc eſt, litera C, maiuſcula vſurpanda erit anno 671600. Atque ita de cæteris.

QVOD ſi quis maluerit à litera B, maiuſcula naturali ſerie literarum aſcendendo per C, D, &c. non autem deſcendendo per A, u, t, &c. memoriter numerare, ſumendum erit complementum reſidui inuenti ad 30. eique binarius adiiciendus. Numerus enim conflatus in literam quæſitā incidet. Verbi gratia, Anno 29600. inueniemus, à litera B, retrogrado ordine numerandas eſſe literas 29. quarum complementum ad 30. eſt 1. Additis 2. fiunt 3. Tertia ergo litera à B, maiuſcula, nimirum D, vt hic apparet, B, C, D, aſſumenda tunc erit. Rurſus anno 6700, diximus, numerādas eſſe literas 22. à B, incluſiue deorſum. Et quia complementū numeri 22. ad 30. eſt 8. additiſq; 2. fiunt 10. decima litera à B, hoc eſt, P, maiuſcula, vt hic patet, B, C, D, E, F, G, H, M, N, P, vſurpanda tunc erit. Item anno 761600. dictum eſt, numerari debere literas 30. à B, incluſiue. Cum igitur complementum numeri 30. ad 30. ſit o. additiſque 2. fiant 2. Vel cū complementi reſidui o. (quia cum ſupra diuiſimus 300. per 30 reſiduum fuit o.) ad 30. ſit 30. additiſque 2. fiant 32. & abiectis 30. remaneant 2. aſſumenda tunc erit litera ſecunda à B, incluſiue nimirum C, vt hic apparet, B, C. Denique anno 2000. oſtendimus, numerandam eſſe vnam literam à B, incluſiue. Et quia complementum 1. ad 30. eſt 29. additiſque 2. fiunt 31. & ablatis 30. remanet 1. ſumenda iterum erit prima litera à B, incluſiue, hoc eſt, ipſamet litera B, maiuſcula.

IDEM aſſequemur, etiamſi ex anno propoſito non abiiciantur 300000. quando abiici poſſunt. Proponatur enim rurſus poſtremi exempli annus 671600. Ablatis 1600. remanent 670000. quibus per 400 diuiſis, fit Quotiens 1675. nihilque ſupereſt. quo multiplicato per 3. producitur numerus dierum ablatorum 5025. Ablato autem binario, ſeruetur reliquus 5023. Rurſus demptis 1800. ex eodem anno 671600. remanent 669800. quibus diuiſis per 25. fit Quotiens 267. ſuperſuntque 2300. Ductis autem 267. per 8. gignuntur 2136. additiſque 7. (quod in reſiduo 2300. contineantur 300. ſepties) fit numerus 2143. quo ablato ex numero 5023. ſupra ſeruato, reliqua fiunt 2880. quibus per 30. diuiſis, nihil ſupereſt. Triceſima ergo litera à B, incluſiue ordine retrogrado, id eſt, litera C, maiuſcula anno 671600. aſſumenda eſt vt prius. Vel certe ad complementum

reſidui

Digitized by Google

reſidui o. hoc eſt, ad 30. adiiciantur 2. vt fiant 32. & abiectis 30. numerentur ordine naturali à B, incluſiue reliqua 2. incideſque in eandem literam C, maiuſculam.

VERVM ne cogamur ſemper inueſtigare per diuiſiones, multiplicationeſque numerum, qui, abiectis 30. quoties fieri poteſt, numerandus eſt à B, incluſiue ordine retrogrado, vt litera tabulæ expanſæ anno propoſito vſurpanda inueniatur, vt initio huius Num. 9. docuimus; proponemus hic tabulam expeditiſſimam, in qua prædictus numerus cuilibet centeſimo debitus, vſque ad annum 28400. appoſitus eſt. Deinde aliam tabulam annorum per 10000. 100000. & 1000000. collectorum ſubiungemus, ex qua idem numerus pro quolibet centeſimo, etiam maiore quam 28400. eruatur. Hi autem numeri centeſimis annis aſcripti indicant dies poſtpoſitionis Lunæ, hoc eſt, quot, diebus tardius Nouilunia plerunque contingant in Calendario: quippe cum numerus is reliquus fiat, ſi dies anticipationis Lunæ ex diebus exemptis tollantur, quibus Luna deorſum detruderetur, niſi ipſa ſingulis ſpatiis 2500. annorum ſurſum octo diebus, aſcenderet, & ſingulis annis 300. vno die.

SEQVITVR TABVLA PRIOR Poſtpoſitionum Lunæ.

N 2 TABV-

TABVLA PRIOR.

Anni per 100. collecti.	poſt poſitio. Lu.	Anni per 100. collecti.	poſt poſitio. Lu.	Anni per 100. collecti.	poſt poſitio. Lu.	Anni per 100. collecti.	poſt poſitio. Lu.	Anni per 100. collecti.	poſt poſitio. Lu.	Anni per 100. collecti.	poſt-poſitio. Lu.	Anni per 100. collecti.	poſt-poſitio. Lu.
1700	0	5700	17	9700	34	13700	51	17700	68	21700	86	25700	103
1800	0	5800	17	9700	35	13800	52	17800	69	21800	86	25800	103
1900	1	5900	18	9700	35	13900	52	17900	70	21900	87	25900	104
2000	1	6000	18	10000	35	14000	52	18000	69	22000	87	26000	104
2100	1	6100	18	10100	36	14100	53	18100	70	22100	87	26100	104
2200	2	6200	19	10200	36	14200	54	18200	71	22200	88	26200	105
2300	3	6300	20	10300	37	14300	54	18300	71	22300	89	26300	106
2400	2	6400	19	10400	37	14400	54	18400	71	22400	88	26400	105
2500	3	6500	20	10500	37	14500	55	18500	72	22500	89	26500	106
2600	4	6600	21	10600	38	14600	55	18600	72	22600	90	26600	107
2700	4	6700	22	10700	39	14700	56	18700	73	22700	90	26700	108
2800	4	6800	21	10800	38	14800	56	18800	73	22800	90	26800	107
2900	5	6900	22	10900	39	14900	56	18900	73	22900	91	26900	108
3000	5	7000	23	11000	40	15000	57	19000	74	23000	91	27000	109
3100	6	7100	23	11100	40	15100	58	19100	75	23100	92	27100	109
3200	6	7200	23	11200	40	15200	57	19200	75	23200	92	27200	109
3300	6	7300	24	11300	41	15300	58	19300	75	23300	92	27300	110
3400	7	7400	24	11400	41	15400	59	19400	76	23400	93	27400	110
3500	8	7500	25	11500	42	15500	59	19500	77	23500	94	27500	111
3600	7	7600	25	11600	42	15600	59	19600	76	23600	93	27600	111
3700	8	7700	25	11700	43	15700	60	19700	77	23700	94	27700	111
3800	9	7800	26	11800	43	15800	60	19800	78	23800	95	27800	112
3900	9	7900	27	11900	44	15900	61	19900	78	23900	95	27900	113
4000	9	8000	26	12000	44	16000	61	20000	78	24000	95	28000	112
4100	10	8100	27	12100	44	16100	61	20100	79	24100	96	28100	113
4200	11	8200	28	12200	45	16200	62	20200	79	24200	97	28200	114
4300	11	8300	28	12300	46	16300	63	20300	80	24300	97	28300	114
4400	11	8400	28	12400	45	16400	62	20400	80	24400	97	28400	114
4500	12	8500	29	12500	46	16500	63	20500	80	24500	98		
4600	12	8600	29	12600	47	16600	64	20600	81	24600	98		
4700	13	8700	30	12700	47	16700	65	20700	82	24700	99		
4800	13	8800	30	12800	47	16800	64	20800	81	24800	99		
4900	13	8900	30	12900	48	16900	65	20900	82	24900	99		
5000	14	9000	31	13000	48	17000	66	21000	83	25000	100		
5100	15	9100	32	13100	49	17100	66	21100	83	25100	101		
5200	14	9200	32	13200	49	17200	66	21200	83	25200	100		
5300	15	9300	32	13300	49	17300	67	21300	84	25300	101		
5400	16	9400	33	13400	50	17400	67	21400	84	25400	102		
5500	16	9500	34	13500	51	17500	68	21500	85	25500	102		
5600	16	9600	33	13600	50	17600	68	21600	85	25600	102		

TABV-

Digitized by Google

TABVLA POSTERIOR.

Anni p 10000. collecti	Poſt-poſi-tion. Lunę	Anni per 100000. collecti.	Poſt-poſi-tion. Lunę	Anni per 1000000. collecti	Poſtpo-ſitiones Lunæ.
10000	43	100000	430	1000000	4300
20000	86	200000	860	2000000	8600
30000	129	300000	1290	3000000	12900
40000	172	400000	1720	4000000	17200
50000	215	500000	2150	5000000	21500
60000	258	600000	2580	6000000	25800
70000	301	700000	3010	7000000	30100
80000	344	800000	3440	8000000	34400
90000	387	900000	3870	9000000	38700
100000	430	1000000	4300	10000000	43000

Poſtpoſitio Lunæ cuiuſuis centeſimi anni quo pacto inueniatur.

PRIOR tabula extruitur per ea, quæ initio huius Num. 9. tradidimus. Vt ſi v.g. ſcire velis poſtpoſitionem Lunæ prope annum 28400. ſcribendam, ita agendum erit. Demptis 1600. ex 28400. remanent 26800. quæ diuiſa per 400. efficiunt Quotientem 67. nihilque ſupereſt. hic autem Quotiens ductus in 3. efficit 201. numerum videlicet dierũ exemptorum: Ablatis igitur 2, reliquus numerus 199. ſeruetur. Deinde ablatis 1800. ex eodem anno 28400. ſuperſunt 26600. quibus diuiſis per 2500. fit Quotiens 10. ſuperſuntque 1600. Ducto autem Quotiente 10. per 8. & producto 80. additis 5. propter 300. quinquies in reſiduo 1600. contenta fiunt 85. qui numerus ablatus ex 199. numero prius ſeruato, reliquam facit poſtpoſitionem Lunæ 114. iuxta annum 28400. ſcribendam. Eademque ratio eſt de cæteris, Sed facilius ex poſtpoſitione 0. anni 1700. omnes ſequentes formabuntur ex ſuperiori tabula æquationis cap. 11. Quando enim in ſequenti centeſimo retinenda eſt eadem litera, ſcribetur etiam eadem poſtpoſitio. Quando autem inferior litera ſumitur, augebitur Poſtpoſitio vnitate. Quando denique ſuperior litera reſumitur, minuetur Poſtpoſitio vnitate. quod facile intelliges; ſi priorem tabulam Poſtpoſitionum cum literis ſuperioris tabulæ æquationis contuleris. Quamuis autem ſatis fuiſſet, ſi hanc tabulam ad annum 11700. ſolum extendiſſemus, cui aſcripta eſt poſtpoſitio Lunæ 43. quod reliquorum annorum poſtpoſitiones facile ex poſteriori tabula, & priori, ſi ad annum vſque 11700. duntaxat fuiſſet extenſa, eruantur, vt mox dicemus, placuit tamen eam ad annum vſque 28400. continuare, vt & expeditius poſtpoſitio Lunæ cuiuſque anni centeſimi ante 28400. habeatur, quod ſatis eſſe videtur: cum fortaſſe tunc æquationis tabula mutanda ſit, propterea quod duo illi anni in quolibet ſpatio 400. annorum neglecti, eo tempore vnum diem conſtituunt, vt cap. 5. Num. 17. ſcripſimus, ideoque æquinoctium ex die 21. Martii ad 22 prolapſum erit. Si quis tamen poſtpoſitiones Lunæ vltra annum 28400. deſideret, adhibenda erit poſterior quoque tabula, quæ breuiſſima eſt, eiuſque conſtructio facillima.

CVM enim ſingulis 10000. annis debeatur poſtpoſitio Lunæ 43. dierum; (Nam diuiſis 10000. per 400. fit Quotiens 25. qui ductus in 3. efficit dies exemptos 75. Rurſus diuiſis 10000. per 2500. fit quotiens 4. qui du-in 8. facit 32. qui numerus ex 75. diebus exemptis detractus relinquit 43.) apponenda erit poſtpoſitio Lunæ 43. anno 10000. & per eius continuam additionem progrediendum vſq; ad 1000000. qui annus appoſitam habet poſtpoſitionem Lunæ 430. Deinde rurſus per continuam additionem 430. procedendum vſque ad 1000000. cui anno aſcripta eſt poſtpoſitio Lunæ 4300. &c.

Vt poſtpoſitio cuiuſuis centeſimi eruatur, ingrediendum eſt in priorem tabulã ſemel tantũ in fine etiã ſi annus ille, cum quo fit ingreſſus reperiatur quoque in tabula poſteriori.

IAM ſi quæratur poſtpoſitio Lunæ anno 27900.) Fingamus enim priorẽ tabulam vltra annum 11700. non eſſe extenſam) ſumemus in poſteriori tabula poſtpoſitionem 86. anno 20000. aſcriptam, eique adiungemus poſtpoſitionem 27. in tabula priori anno 7900. appoſitam. Ita enim efficiemus poſtpoſitionem 113. propoſito anno 27900. conuenientem. Item ſi quæratur poſtpoſitio Lunæ anno 600000. accipiemus in poſteriori tabula poſtpoſitionem 2150. anno 500000. aſcriptam, eique addemus poſtpoſitionem 387. in eadem tabula anno 90000. appoſitam, ac tandem conflato numero 2537. poſtpoſitionem 35. anno 10000. in priori tabula appoſitam addemus. qua ratione efficiemus 2572. poſtpoſitionẽ propoſito anno 6000000. debitam. Non accepimus autem vltimo loco poſtpoſitionem 43. anno 10000. in poſteriori tabula aſcriptam, ſed poſtpoſitionem 35. eidem anno 10000. in tabula priori tributam, quia nunquam in tabula poſteriori ſumendus eſt totus numerus anni propoſiti, ſed minor ſemper; ita vt vltimo loco reliquus numerus annorum in priori tabula accipi poſſit. Nam in poſteriori tabula continentur poſtpoſitiones Lunæ, quæ ſimpliciter illis centeſimis debentur, non habita ratione, quanto interuallo quilibet illorum centeſimorum à Natiuitate Chriſti abſit: In priori vero tabula notatæ ſunt poſtpoſitiones annis centeſimis à Chriſti Natiuitate conuenientes. Itaque quamuis in poſteriori tabula anno 10000. aſcripta ſit poſtpoſitio 43. dierum, in priori tamen eidem anno appoſita eſt poſtpoſitio 35. dierum. Itaque quando centeſimus valde magnus eſt, ingrediendum eſt in poſteriorẽ tabulam, quoties fieri poteſt, dummodo ſuperſit centeſimus, cũ quo vltimo loco in priorem tabulam ingreſſus fieri poſſit. Atque hic vltimus ingreſſus in priorem tabulam neceſſario faciendus eſt etiamſi ille centeſimus, cum quo vltimus ingreſſus fieri debet, reperiatur quoque in poſteriori tabula deſcriptus. Ita vides in proximo exemplo ingreſſum factum eſſe vltimo loco cum anno 10000. etiamſi hic idem annus in poſteriori tabula contineatur cum alia poſtpoſitione. Neque vero cum anno 10000. bis fieri debet ingreſſus in priorem tabulam, nimirum primo loco cum anno 8000. deinde cum 2000. aut prius cum 7000. deinde cum

3000.quia acciperentur poſtpoſitiones 26.& 1.vel 23.& 5.quæ conficiunt poſtpoſitionem 27.vel 28.non autem 35.anno 10000 debitam, Ad ſummam, atque vt vno verbo dicam, ſolum vnus ingreſſus in priorem tabulam faciendus eſt,& alii ingreſſus omnes,ſi plures ſunt, in poſteriorem tabulam fieri debent. Cæterum poſtpoſitionem 2572.proximi exempli conuenire anno 600000.manifeſtum eſt.Nam demptis 1600.ex 600000. remanent 598400.quibus diuiſis per 400.exit Quotiens 1496.quo ducto in 3.procreatur numerus dierũ exemptorum 4488.dempto ergo binario,reliquus numerus 4486.ſeruetur.Rurſus ſubductis 1800.ex 600000 ſuperſunt 598200.quibus diuiſis per 2500. exeunt.239. quæ ducta in 8.faciunt 1912. additiſque 2. (quod in reſiduo diuiſionis 700.contineantur 300.bis)fiunt 1914.quæ tandem detracta ex ſeruato numero 4486. reliquam faciunt poſtpoſitionem Lunæ 2572.anni 600000.Sit poſtremo inquirẽda poſtpoſitio Lunæ anni 1700600200. Primũ ex poſteriore tabula excerpatur poſtpoſitio 4300000.anni 1000000000 (Nam quamuis hic annus in tabula ſcriptus non ſit,tamen poſtpoſitio 43000.anni 10000000. augenda eſt duabus figuris 00. quemadmodũ & annus 10000000.duabus figuris 00.auctus eſt,vt fiat annus 1000000000.)Deinde poſtpoſitio 3010000. anni 700000000.Item poſtpoſitio 2150.anni.500000. (quia ſi poſtpoſitio acciperetur anni 600000.non potuiſſet ſumi in priori tabula poſtpoſitio reliquorum annorum 200.) Item poſtpoſitio 387. anni 90000.ac poſtremo poſtpoſitio 36.anni 10200.atque omnes hæ poſtpoſitiones in vnam collectæ ſummam efficiunt poſtpoſitionem 7312573.anni propoſiti 1700600200.vt in hac formula cernis.

Anni	Poſtpoſitiones.
1000000000	4300000
700000000	3010000
500000	2150
90000	387
10200	36
Summa	7312573

10 ATQVE omnia hæc, quæ de conſtructione tabulæ æquationis ex ſententia auctoris Calendarii dicta ſunt,vera eſſent,ſi in Calẽdario omnes 30. Epactæ ordine deſcriberẽtur,vt in Ianuario,Martio,Maio,Iulio Octobri,ac Decembri collocatæ ſunt, & nunquam binæ Epactæ xxv.xxiiii.eundem diem occuparent, vt fieri videmus in Februario,Aprili,Iunio,Auguſto,Septembri,& Nouembri quod tamen neceſſarium eſt,vt menſes Lunares ſint alternis 30.ac 29 dierum,vt cap.10.Num.3. declarauimus. Ita enim compertum eſt, ſi ab Epacta xxi.incluſiue in Ianuario,quæ literæ B maiuſculæ reſpondet, numeretur poſtpoſitio Lunæ ex ſuperiori tabula reperta,retrogrado ordine,tamdiu recte inueniri Epactam, quamdiu poſtpoſitio illa maior non eſt, quam 27. quia non tranſgredimur tunc diem 5.Februarii,cui duæ Epactæ xxv.xxiiii.aſcriptæ ſunt. At quando maior eſt Lunæ poſtpoſitio, quam 27. fit error aliquis in Epacta inuenienda, quia ſub die 5. Februarii non collocatur Epacta xxiiii.ſed xxiii.ideoque Epacta xxiii.cum litera D,maiuſcula reſpondebit tunc aureo numero 3.non autem Epacta xxiiii.cum litera E, maiuſcula, quando poſtpoſitio Lunæ eſt 28. quod continget anno 8200. ita vt tunc poſt annum 8100.fiat deſcenſus à litera F, maiuſcula per duas literas vſque ad D,maiuſculam, non autem per vnam tantum. Idemque accidet infra 5 diem Aprilis 3.Iunii, &c.

Cur auctor Calendarii voluerit ſuam æquationem, quãuis fallacẽ, proponere.

VARIETATEM hanc Epactarum æquationis,ſiue vitium, auctor Calendarii vel non aduertit, vel non magni fecit, propterea quod ſatis eſſe iudicauit, errorem in Epactæ inuentione in multis annorum millibus non committi Et quia ſolum 30. literas tabulæ expanſæ præ oculis habuit, vbi non reperiuntur binæ literæ in eadem cellula,ratio omnino poſtulare videbatur,vt ſemper per vnum ſolum diem Luna deſcenderet, quando poſtponenda eſſet.Sed cum diligentius poſtea tabulam illam æquationis Epactarum ad annos 300000.poſt annum 1600.ex mente auctoris Calendarii extenſam examinarem (quippe ad plurima annorum millia Nouilunia media ſupputaui) deprehendi Nouilunia Epactarum à cæleſtibus Nouiluniis plus æquo diſcrepare:atq; ita cum huius rei cauſam exquirerem,atque vt obtrectatoribus,quoad eius fieri poteſt,ſatisfacerem,rationem, Deo iuuante,adinueni,qua Epactæ, etiam ad ſecula longiſſime diſtantia, ad annos ſaltem 100000. vel etiam 200000.inueniantur,quarum Nouilunia à Cæleſtibus Nouiluniis non multum diſſentiant.ita vt neceſſe ſit omnino,tabulam æquationis Epactarum poſt annum 8100.aliter inſtituere,vt pluribus ſeculis,etiam longiſſime diſtantibus,congruere poſſit.quod quã ratione fiat, docendum nunc eſt.Aque hoc vnum eſt ex præcipuis,quæ in Epiſtola ad Lectorem nos Calendario Aloyſii Lilii adiecturos recepimus: quamuis id ſimpliciter neceſſarium non ſit.Nam ſatis eſt,vt dixi,æquationem ex mente auctoris præſcriptam, vniformem ſane ac facilem, ad aliquot millia annorum recte Epactas oſtendere.Quando enim poſteri deprehendent,eam non amplius veras Epactas exhibere,quod ante annum 8200.non continget, facile alia litera tabulæ expanſæ vel ſuperior,vel inferior aſſumi poterit,prout videlicet Nouilunia aſcendiſſe, vel deſcendiſſe in Calendario deprehenſa fuerint, vt Num.15.16.& 19. docebimus: vt propterea non videatur expedire,vt ratio æquationis difficilior Eccleſiæ proponatur, præſertim cum hoc perpetuitati Calendarii non obſtet, vt Num. 18.diceemus. Si quis tamen ita curioſus fuerit,vt hoc contentus non ſit,ſed velit omnino æquationem ad longiora ſecula Epactas recte monſtrare, aſſequetur id hoc modo.

Non eſſe ſimpliciter neceſſarium vt tabula æquationis auctoris Calendarii emendetur.

DESCRIBANTVR ordine omnes 365.dies totius anni,vna cum menſibus,& 30.literis tabulæ expanſæ ſæpius repetitis,prout Epactis in Calendario reſpondent,collocando ſemper alternis duas literas F, E,in eadem cellula,vt ſequens tabula monſtrat.

SEQVITVR TABVLA.

Ian.

Digitized by Google

Ianu.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
	P	N	M	H	G	F	E	D	C	B	A	u	t

14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
ſ	r	q	p	n	m	l	k	i	h	g	f	e	d

28	29	30	31	Febr.	32	33	34	35	36	37	38	39	40
c	b	a	P		N	M	H	G	FE	D	C	B	A

41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54
u	t	ſ	r	q	p	n	m	l	k	i	h	g	f

55	56	57	58	59	Mart.	60	61	62	63	64	65	66	67
e	d	c	b	a		P	N	M	H	G	F	E	D

68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81
C	B	A	u	t	ſ	r	q	p	n	m	l	k	i

82	83	84	85	86	87	88	89	90	Apr	91	92	93	94
h	g	f	e	d	c	b	a	P		N	M	H	G

95	96	97	98	99	100	101	102	103	104	105	106	107	108
FE	D	C	B	A	u	t	ſ	r	q	p	n	m	l

109	110	111	112	113	114	115	116	117	118	119	120	Maii	121
k	i	h	g	f	e	d	c	b	a	P	N		M

122	123	124	125	126	127	128	129	130	131	132	133	134	135
H	G	F	E	D	C	B	A	u	t	ſ	r	q	p

136	137	138	139	140	141	142	143	144	145	146	147	148	149
n	m	l	k	i	h	g	f	e	d	c	b	a	P

150	151	Iun.	152	153	154	155	156	157	158	159	160	161	162
N	M		H	G	FE	D	C	B	A	u	t	ſ	r

163	164	165	166	167	168	169	170	171	172	173	174	175	176
q	p	n	m	l	k	i	h	g	f	e	d	c	b

177	178	179	180	181	Iul.	182	183	184	185	186	187	188	189
a	P	N	M	H		G	F	E	D	C	B	A	u

190	191	192	193	194	195	196	197	198	199	200	201	202	203
t	ſ	r	q	p	n	m	l	k	i	h	g	f	e

204	205	206	207	208	209	210	211	212	Aug.	213	214	215	216
d	c	b	a	P	N	M	H	G		FE	D	C	B

217	218	219	220	221	222	223	224	225	226	227	228	229	230
A	u	t	ſ	r	q	p	n	m	l	k	i	h	g

231	232	233	234	235	236	237	238	239	240	241	242	243	
f	e	d	c	b	a	P	N	M	H	G	F	E	

Sept.	244	245	246	247	248	249	250	251	252	253	254	255	256
	D	C	B	A	u	t	ſ	r	q	p	n	m	l

257	258	259	260	261	262	263	264	265	266	267	298	269	270
k	i	h	g	f	e	d	c	b	a	P	N	M	H

271	272	273	Oct.	274	275	276	277	278	279	280	281	282	283
G	FE	D		C	B	A	u	t	ſ	r	q	p	n

284	285	286	287	288	289	290	291	292	293	294	295	296	297
m	l	k	i	h	g	f	e	d	c	b	a	P	N

298	299	300	301	302	303	304	Nou.	305	306	307	308	309	310
M	H	G	F	E	D	C		B	A	u	t	ſ	r

311	312	313	314	315	316	317	318	319	320	321	322	323	324
q	p	n	m	l	K	i	h	g	f	e	d	c	b

325	326	327	328	329	330	331	332	333	334	Dec.	335	336	337
a	P	N	M	H	G	FE	D	C	B		A	u	t

338	339	340	341	342	343	344	345	346	347	348	349	350	351
ſ	r	q	p	n	m	l	k	i	h	g	f	e	d

352	353	354	355	356	357	358	359	360	361	362	363	364	365
c	b	a	P	N	M	H	G	F	E	D	C	B	A

HOC

Digitized by Google

HOC ordine obſeruato, facilis erit quouis ſeculo inuentio literæ tabulæ expanſæ, in cuius linea Epactæ aureis numeris illius ſeculi reſpondent. Nam ſi ex tabulis poſtpoſitionum Lunæ ſumatur poſtpoſitio ſeculo propoſito congruens, eique addantur 9. (dies nimirum, qui in Ianuario Epactam xxj. literæ B, maiuſculæ præcedunt: propterea quod anticipatio Lunæ ab anno 1900. cui in ſuperiori tabula æquationis congruit litera B, maiuſcula, incipiendo, quolibet 2500. annorum ſpatio octo dies requirit, vt ad initium Num. 9 diximus) dabit numerus conflatus in proxima tabula anni literam quæſitam. Vt quoniam anno 3400. poſtpoſitio Lunæ eſt 7. additis 9. fiunt 16. Igitur litera q, minuſcula ſub die 16. aſſumenda eſt in tabula expanſa anno 3400. Rurſus anno 1900. poſtpoſitio Lunæ eſt 1. additis 9. fiunt 10. Litera ergo B, maiuſcula ſub die 10. vſurpanda tunc erit. Item annis 1700. 1800. poſtpoſitio Lunæ eſt 0. additiſque 9 fiunt 9. Quare litera C, maiuſcula ſub die 9. tunc eſt accipienda. Præterea anno 28400. poſtpoſitio Lunæ eſt 114. ſicut etiã annis 28200. 28300. additis autem 9. fiunt 123. Igitur litera G, maiuſcula ſub die 123. inſeruiet nobis tam anno 28400. quam annis 28200. 28300. Poſtremo anno 84500. & 84600. poſtpoſitio eſt 356. additiſque 9. fiunt 365. Igitur ſub vltimo die anni accipienda eſt litera A, maiuſcula.

Inuentio accuratior literæ tabulæ expanſæ quouis ſeculo propoſito.

SI diligenter in proxima tabula dies notentur, quibus binæ literæ F, E, aſcriptæ ſunt, quales ſunt hi ſex, 36. 95. 154. 213. 272. 331. iuxta quos in tabella appoſita ſcribantur numeri 1. 2. 3. 4. 5. 6. inueniemus literam tabulæ expanſæ propoſito quouis ſeculo memoriter, ſine tabula præcedenti dierum totius anni, dummodo numerus ex poſtpoſitione Lunæ & 9. conflatus maior non ſit quam 365. & ordo 30. literarum tabulæ expanſæ recte teneatur. Si namque numerus ex poſtpoſitione Lunæ & 9. conflatus minor eſt, quam 36. primus numerus huius tabellæ, numerandus is erit (abiectis prius 30. ſi abiici poſſunt) à P, incluſiue retrogrado ordine: vel eius complementum vſque ad 30. auctum prius binario, ordine naturali ac directo. Vtroque enim modo incides in literam, quam quæris. Si vero maior eſt, quam aliquis ex ſex numeris huius tabellæ, dummodo non excedat 365. abiectis omnibus 30. addantur reſiduo tot vnitates, quot ſcriptæ ſunt iuxta numerum, qui proxime minor eſt illo numero conflato ex Lunæ poſtpoſitione & 9. & cum aggregato procede, vt dictum eſt, numerando nimirum illud à P, incluſiue retrogrado ordine, vel eius complementum ad 30. addito prius binario, ordine directo. Si denique numerus ex poſtpoſitione ac 9. conflatus æqualis eſt alicui ex 6. numeris prædictæ tabellæ, nihil numerandum erit, ſed ſemper litera F, maiuſcula accipienda. Exempli gratia. Anno 3400. ex poſtpoſitione Lunæ 7. & 9. fiunt 16. Si igitur à P, incluſiue numeres retrograde 16. literas, incides in q, minuſculam, vt hic vides, P, N, M, H, G, F, E, D, C, B, A, u, t, ſ, r, q. In eandem incides, ſi naturali ordine numeres complementum numeri 16. ad 30. quod eſt 14. addito prius binario, vt fiant 16. vt hic apparet P, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, p, q.

Inuentio literæ tabulæ expanſæ accuratior memoriter.

1	36
2	95
3	154
4	213
5	272
6	331

RVRSVS anno 6600. Poſtpoſitio Lunæ eſt 21. additiſque 9. fiunt 30. Litera ergo triceſima à P, incluſiue retrogrado ordine, nimirum a, minuſcula eſt ea, quæ inquiritur. quam etiam dat complementum numeri 30. ad 30. quod eſt 0. ſi prius addantur 2. naturali ordine numeratum, vt hic P, a. Quod ſi ex conflato numero 30. abiicias 30. nihil remanet, nihil ergo numerandum eſt à P, vel certe numeranda ſunt 30. atque ita iterum literam a. minuſculam offendes. Quam rurſus exhibebit complementum illius reſidui 0. hoc eſt, 30. ſi prius addantur 2. vt fiant 32. hoc eſt (abiectis 30.) 2. Vel certe complementum numeri 30. ad 30. quod eſt 0. additis prius 2. ſi naturali ordine à P, incluſiue numeretur, vt prius.

ITEM annis 28200. 28300. 28400. Poſtpoſitio Lunæ eſt 114. additis autem 9. fiunt 123. quo numero proxime minor eſt 95. in proxima tabella, cui præfigitur numerus 2. abiectis igitur 30. ex 123. quater, ſi reliquo numero 3. addantur 2. fiunt 5. Quocirca litera G, maiuſcula, quæ quinta eſt à P, vt hic apparet P, N, M, H, G, tunc in vſu erit: Et ſi complementum numeri 5. ad 30. nimirum 25. binario auctum ordine naturali numeretur, eadem litera G, inuenietur, vt hic, P, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, p, q, r, ſ, t, u, A, B, C, D, E, F, G, quæ etiam litera reperitur ſub die 123.

PRÆTEREA annis 84500. 84600. Poſtpoſitio Lunæ eſt 356. additiſque 9. fiunt 365 quo numero proxime minor eſt 331. in proxima tabella. Abiectis igitur omnibus 30. reliquo numero 5. addantur 6. (hic enim numerus numero 331. in tabella aſcriptus eſt) vt fiant 11. Litera enim A, maiuſcula, quæ vndecima eſt à P, vt hic P, N, M, H, G, F, E, D, C, B, A, tunc erit in vſu. Et quia complementum numeri 11. ad 30. eſt 19. additoque binario, fiunt 21. litera viceſima prima à P, ordine directo erit iterum A, vt hic P, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, p, q, r, ſ, t, u, A. quæ quoque litera ſupra ſub die 365. inuenta eſt.

DENIQVE annis 49100. 49200. 49300. poſtpoſitio Lunæ eſt 204. additiſque 9. fiunt 213. qui numerus in ſuperiori tabella reperitur. Quare litera tunc erit F, maiuſcula.

NVMERI porro illi ſex proximæ tabellæ facile memoriæ tradentur, ſi primus tantum 36. non ignoretur. Nam alij quinque per continuam additionem 59. coaceruati ſunt.

Sex numeri proximæ tabellæ, quo pacto cognoſcantur memoriter.

QVANDO numerus ex Lunæ poſtpoſitione, & 9. compoſitus ſuperat dies 365. vnius anni, diuidendus eſt per 365. & Quotiens ſeruandus. Deinde cum reſiduo inuenienda litera, vt prius cum numero egimus, qui maior non erit quam 365. Poſtremo poſt literam ſub prædicto reſiduo inuentam toties vndecim literæ in tabula ſuperiori numerandæ ſunt, quoties vnitas in ſupra ſeruato Quotiente continetur, ſumendo literas F, E. in vna cella collocatas pro vna ſola. Quod ſi in hac numeratione peruentum erit ad finem anni, & ſupererunt adhuc aliquot vnitates numerandæ, non erit redeundum ad principium anni, vbi litera P, eſt, ſed ad literam u, minuſculam ſub 12. die collocatam, atque ita numeratio abſoluenda. Ratio huius rei eſt, quod poſt literam A, maiuſculam infra vltimum diem anni non ſequatur litera P, maiuſcula ſub primo die anni poſita; propterea quod Epactæ Cyclum in Calendario non ſeruant, vt cap. 10. Num. 2. diximus, ſed litera u, minuſcula, quæ vndecimum locum poſt P, maiuſculam occupat.

Quando poſtpoſitio Lunæ cum 9. maior eſt quam 365. quid agendum.

SI vero, inſtituta diuiſione per 365. Quotiens deprehendatur maior, quam 4. ſubtrahendæ ſunt à reſiduo diuiſionis tot vnitates, quot quaternarij in Quotiente continentur, propterea quod quartus quiſq; annus dies 366. complectitur. Et ſi numerus indicans, quoties quaternarius in Quotiente comprehenditur, ſubtrahi

nequeat

nequeat à reſiduo diuiſionis, adiiciendi ſunt 365. dies, & ex Quotiente vnitas minuenda. Quod ſi in Quotiente eodem, facta diuiſione per 365. reperiatur numerus maior quam 300. auferẽdæ adhuc erunt ex reſiduo tot vnitates, quoties 300. in illo Quotiente reperiuntur, ita tamen, vt Quotiente exiſtente 2400. non auferantur 8. (quamuis 300. in eo octies contineantur) ſed 7 quia ſpatio 2500. annorum debentur octo vnitates anticipationis Lunæ non autem interuallo 2400. annorum, vt ſupra dictum eſt. Sic etiam cum Quotiens ille maior eſt quam 19. abiicienda ſunt ex eo omnia 19. & quoties in reſiduo eſt vnitas, toties vndecim literæ in ſuperiori tabula poſt literam per reſiduum diuiſionis inuentam numerandæ. quæ omnia in exemplis planiora erunt.

SIT quærenda litera ſeculo 90000. Poſtpoſitio Lunæ eſt 379. additiſque 9. fiunt 388. quibus diuiſis per 365. fit Quotiens 1. & ſuperſunt 23 Ergo litera h, minuſcula ſub die 23. accipienda erit. Sed quia Quotiens fuit 1. ſumenda eſt vndecima litera poſt h, inuentam, nimirum H, maiuſcula ſeculo 90000. propoſito.

RVRSVS anno 200000. poſtpoſitio Lunæ eſt 852. additiſque 9. fiunt 861. quibus diuiſis per 365. fit Quotiens 2. & ſuperſunt 131. Inuenta ergo litera infra diem 131. erit t, poſt, poſt quam ſi numerus bis 11. propter Quotientem 2. offendes literam G, maiuſculam ſeculo propoſito vſurpandam.

ITEM anno 301700. poſtpoſitio Lunæ eſt 1290. additiſque 9. fiunt 1299. quibus diuiſis per 365. fit Quotiens 3. & ſuperſunt 204. Litera ergo infra diem 204. inuenta erit d, minuſcula, poſt quam ſi numerentur ter 11, nimirum 33. reperietur P, maiuſcula pro dato ſeculo.

POSTREMO anno 90006000. Lunæ poſtpoſitio eſt 387018. additiſque 9. fiunt 387027. quibus diuiſis per 365. fit Quotiens 1060. remanentque 127. Quia vero in Quotiente continentur 4. ſecundum hunc numerum 265. qui ex reſiduo detrahi nequit, addemus 365. reſiduo 127. vt fiant 392. à quibus ſi demantur 264. (Nam quia addita ſunt 365. demenda eſt 1. ex Quotiente 1060. vt fiant 1059. in quibus continentur 4. non ſecundum numerum 265. vt prius, ſed tantum ſecundum numerum 264.) ſuperſunt 128. à quibus ſi adhuc auferantur 3. (quod 300. in Quotiente 1059. contineantur ter) remanent 125. Litera ergo infra diem 125. in ſuperiore tabula reperietur m, minuſcula. Sed quoniam, abiectis omnibus 19. ex ſuperiori Quotiente 1059. ſuperſunt 14. numerandæ adhuc erunt 11. literæ quatuordecies poſt literam m, ſub die 125. inuentam, hoc eſt, litera 154. poſt illam m, nimirum f, minuſcula, (redeundo in numeratione poſt finem anni ad literam u, minuſculam infra diem 21. poſitam) ſeculo propoſito reſpondebit.

Facilis inuentio literæ, quando ſæpius 11. literæ numerãdæ ſunt.

VT quoque facilius litera quæſita inueniatur, ne opus ſit ſæpius 11. literas poſt inuentam per reſiduum diuiſionis numerare, adiiciemus toties 11. ad illud reſiduum. Infra numerum enim conflatum in ſuperiori tabula litera quæſita inuenietur. Quod ſi numerus conflatus maior ſit quam 365. abiectis 365. reſiduum poſt literam A, maiuſculam infra 11. diem numeretur. Vt quia in primo exemplo poſt literam h, infra diem 23. numerandæ ſunt 11. literæ ſemel, addemus 11. ad 23. vt fiat 34. litera enim H, maiuſcula infra diem 34. erit quæſita. In ſecundo autem exemplo, quoniam poſt literam t, infra diem 131. numerandæ ſunt 11. literæ bis, addemus 22. vt fiant 153. Litera enim G, maiuſcula infra diem 153. erit ea, quam quærimus. Item in tertio exemplo, quia poſt literam d, infra diem 204. numerandæ ſunt 11. literæ ter, ſi addamus 33. ad 204. fient 237. infra quem diem reperietur litera P, maiuſcula. Quia denique in quarto exemplo poſt literam m, ſub 225. die numerandæ ſunt literæ 11. quater & decies, ducemus 11. in 14. numerumque procreatum 154. ad 225. adiiciemus, vt fiant 379. Abiectis autem 365. ſuperſunt 14. Litera ergo f, minuſcula, quæ quartadecima eſt poſt A, infra diem 11. poſitam, erit ea, quæ deſideratur.

Inuentio Epactæ accuratior, quã ſupra Num. 5. traditum eſt.

INVENTA litera tabulæ expanſæ, vt docuimus, inuenietur illico in eius linea Epacta cuilibet aureo numero reſpondens, vt ſupra in vſu tabulæ æquationis dictum eſt. Hac ratione in proximo exemplo inuenietur in linea literæ f, minuſculæ Epacta xxj. reſpondens aureo numero 18. anni 90006000.

Fruſtra inquiri literam tabulæ expanſæ poſt 100000 vel 200000 annos per ſuperiora præcepta.

CÆTERVM fruſtra, ac ſine fructu tantus inſumitur labor in Epactis ad tam multa annorum millia inquirendis, vt paulo ante, priuſquam conſtructionem tabulæ dierum anni traderemus, diximus. Cum enim incertum ſit, an anticipatio Lunæ per vnum diem in 312½. annis, & per 8. in annis 2500. Solis autem in 400. annis per 3. dies tamdiu motibus cœleſtibus reſponſura ſit, nec ne: iure optimo cura hæc poſteris relinquenda videtur, qui facile ex ijs, quæ Num. 15. 16 & 19: ſcripturi ſumus, æquationem aliter, vt nimirum illi ſeculo congruat, inſtituere poterunt. Nam perdifficile eſſe, ne dicam impoſſibile, præſcribi poſſe æquationis rationem, etiamſi artificium expoſitum adhibeatur, quæ poſt plura annorum millia motibus cœleſtibus (quod ad Lunas xiiij. quod caput eſt, attinet) congruat, facile ſibi quiuis perſuadebit, ſi attento animo conſideret, non pauca ſcrupula in ſingularum Lunationum calculo omitti, quæ in centenis annorum millibus non paruum poſſint errorem inducere. Huc accedit quod dies illi 23. & hor. 17. quibus quolibet ſpatio 312½. annorum æquationem Lunæ præuenimus, in annis 481436. ad 100. annos excreſcant, ac proinde poſt tot annos æquatio in centeſimum proxime inſequentem reiicienda ſit, quemadmodum poſt 2400. annos, vt cap. 8. Num. 4. & cap. 11. Num. 11. ſcripſimus. Exemplum certe manifeſtum eſt in anno 90006000. in quo Epacta inuenta eſt xxj. quæ Nouilunium indicat die 10. Martij, cum tamen calculus illud idem exhibeat die 27. Martij. Contenti ergo ſimus, ſi noſtra æquatio vſque ad annos 100000. vel etiam 200000. non multum à vero diſcrepet.

Conſtructio tabulæ æquationis accuratior, quam cap. 11.

SECVNDVM hæc, quæ declarabimus, inſtituenda erit tabula æquationis Epactarum poſt annum 8100. (Nam in ſuperiori tabula cap. 11. recte conſtituta eſt ad annum vſque 8100. incluſiue) aliter, quam ſupra cap. 11. factum eſt. quod fiet, ſi pro ſingulis centeſimis per Lunæ poſtpoſitionem litera tabulæ expanſæ inueniatur, vt ſupra poſt tabulam dierum anni docuimus. Continuabimus autem tabulam ſolum ad annum vſque 28400. propterea quod fortaſſis poſt eum annum æquinoctium non amplius diei 21. Martij adhærebit, propter diem, quem duo anni in 402. annis neglecti efficiunt, vt cap. 5. Num. 17. diximus; ideóque tunc tabula æquationis iterum immutanda erit: vt fruſtra ea extendi videatur vlterius, ſi amplius vſui eſſe non poſſit, niſi corrigatur. Non erit autem difficile, eam vltra 28400. extendere, ſi poſtpoſitiones Lunæ recte conſiderentur. Vel facilius extendetur per tabulam cap. 11. Progrediuntur enim literæ in tabula æquationis ſequente, eodem prorſus ordine retrogrado, quem in ſuperiori tabula æquationis ſeruant: ſolum infra F, maiuſculam ponenda eſt alternis litera D, maiuſcula, non autem E. Ita vides anno 8100. in ſuperiori tabula præfixam eſſe literam F,

maiu-

Digitized by Google

maiuſculam, anno vero 8200. in tabula ſequenti literam D, non autem E. Deinde infra proxime inſequentem literam F, præfixam anno 14900. collocari literam E, ad annum 15000. ſed infra aliam ſubſequentē literam F, anno 21800. præpoſitam, iterum ſcribi D, non autem E, &c. Atque hoc modo inſtituta æquatione, non amplius locum habet Cyclus 300000. annorum, vt in ſuperiore tabula æquationis.

Recte aliquando in tabula expanſa deſcenſum fieri per duas lineas.

NEMINI enim mirum videatur, quod interdum, propter hanc nouam æquationis tabulam per duas lineas in tabula expanſa deſcenſus fiat, nimirum ab F, ad D, ab anno 8100. ad annum 8200. & ab anno 21800. ad annum 21900. &c. vt in ſequenti tabula patebit. Nam etiamſi hac ratione non pauca Nouilunia videantur plus æquo poſtponi, tamen niſi id fieret, plurima Nouilunia plus, quam par eſt, anticiparent ſedes ſuas, eorumque dies xiiij. perirent Plenilunia media plus vno die. Perſpicuum autem eſt, minus peccatum eſſe in poſtpoſitione Lunæ xiiij. quam in anticipatione. Exempla ſint hæc. Anno 8300. aureus numerus eſt 17. Epacta ſecundum tabulam ſequentem xxvij. reponens Lunam xiiij. in 16. Aprilis. Plenilunium autem medium incidit in Aprilis diem 16. hor. 6. fere à meridie, quod Canonibus congruit. Epacta vero ſecundum ſuperiorem tabulam æquationis eſt xxviij. cuius Luna xiiij. ſedem habet in 15. Aprilis ante tempus debitum. Rurſus anno 8303. tam aureus numerus, quam Epacta eſt 1. ex ſequenti tabula, & Luna xiiij. cadit in 12. Aprilis. Plenilunium autem medium in Aprilis Diem 12. hor. 21. fere poſt mer. vt Canones volunt. Superior tabula dat Epactam ij. & Lunam xiiij. in 11. Aprilis, contra Canones. Denique (vt plura alia exempla omittam) anno 8305. aureus numerus eſt 3. & Epacta xxiij. in ſequenti tabula: Luna autem xiiij. incidit in 21. Martij. Et Plenilunium medium in Martij diem 21. hor. 15. fere à mer. intra terminos Paſchales. At tabula ſuperior præbet Epactam xxiiij. cuius Luna xiiij. cadit in 18. Aprilis: Plenilunium autem medium incidit in Aprilis diem 20. hor. 3. à mer. extra terminos Paſchales: atque adeo ſecundum ſuperiorem tabulam celebraretur Paſcha in ſecundo menſe. Recte ergo aliquando per duas literas deſcenſus fit in tabula expanſa, vt dictum eſt.

Cur ſuperior tabula æquationis annorum 300000. cap. 11 propoſita ſit, cum tamē ſit fallax.

IAM vero, ſi quis deſideret etiam vltra annum 28400. inuenire literam cuicunque ſeculo congruentem, facile id aſſequetur, ſi tabulam æquationis ſequentem ſecundum ea, quæ tradidimus, extendat: vel ſi eam extendere nolit, ſequentem tabellam diligenter inſpiciat, & tabulam æquationis cap. 11. adhibeat, quam integram ſuo loco reliquimus, tum quia per eam Epactas etiam emendatas venabimur, vt docebimus, tum vt diſcrimen inter illam æquationem, & hanc appareret, tum etiam, vt conſtaret progreſſus ille vniformis in Epactis æquandis, ſi à binis Epactis in eadem cellula poſitis non interrumperetur, tum vero maxime, quia in illa aſcripti ſunt dies quolibet centeſimo exempti, qui quidem non raro in vſum veniunt, vt ſupra diximus. Regula autem hæc tenenda eſt.

1	2	3	4	5	6	7	8	9
8200	21900	35700	49400	63100	76700	90600	104200	117900

10	11	12	13	14	15	16	17	18
131700	145400	159100	172900	186600	200300	214100	227800	241500

19	20	21	22		
255100	269000	282600	296300	vſque ad	310000

Facilis inuentio literæ tabulæ expanſæ, vſq; ad annū 310000.

A quolibet centeſimo huius tabellæ vſque ad ſequentem, numerentur poſt literam, quam ſuperior æquationis tabula cap. 11. offert, tot literæ ordine retrogrado, quot vnitates ſunt in numero ſupra centeſimum huius tabellæ poſito. Vltima ntmque litera dato ſeculo vſurpanda erit. V. g. Literæ ab anno 1600. vſque ad 8200. excluſiue ſumendæ ſunt, vt in ſuperiori tabula æquationis habentur. At ſi proponatur annus 20000. numeranda erit poſt literam d, ſuperioris tabulæ vna litera, nimirum vſque ad c, propter 1. ſupra 8200. Item ſi detur annus 267800. numerandæ erunt poſt literam t, ſuperioris tabulæ nouendecim literæ, vſque ad N, maiuſculam, propter 19. vnitates poſitas ſupra 255100. vt hic apparet ſ, r, q, p, n, m, l, k, i, h, g, f, e, d, c, b, a, P, N, Et ſic de cæteris.

TABV-

TABVLA ÆQVATIONIS EMENdata poſt annum 8100. vſque ad annum 28400.

D	8200			d	12600			q	17000		
D	8300		☾	d	12700		☾	q	17100		☾
D	8400	Biſſ.		d	12800	Biſſ.		q	17200	Biſſ.	
C	8500			c	12900			p	17300		
C	8600		☾	c	13000		☾	p	17400		☾
B	8700			b	13100			n	17500		
B	8800	Biſſ.		b	13200	Biſſ.		n	17600	Biſſ.	
B	8900		☾	b	13300		☾	n	17700		☾
A	9000			a	13400			m	17800		
u	9100			P	13500			l	17900		
u	9200	Biſſ.		a	13600	Biſſ.	☾	m	18000	Biſſ.	☾
u	9300		☾☾	P	13700			l	18100		
t	9400			N	13800			k	18200		
ſ	9500			N	13900		☾	k	18300		☾
t	9600	Biſſ.	☾	N	14000	Biſſ.		k	18400	Biſſ.	
ſ	9700			M	14100			i	18500		
r	9800			H	14200			i	18600		☾
r	9900		☾	H	14300		☾☾	h	18700		
r	10000	Biſſ.		H	14400	Biſſ.		h	18800	Biſſ.	
q	10100			G	14500			h	18900		☾
q	10200		☾	G	14600		☾	g	19000		
p	10300			F	14700			f	19100		
AT vero quoniam Cyclus noſter Epactarum in Calendario immobilis eſt, ſemperque Epacta *. Calendis Ianuarii adhæret.ita vt Epacta j.ad vltimum diem Decembris ponenda eſſet, ſi inde annus Solaris inciperet, fit vt initium Cycli decennouennalis noſtrarum Epactarum perpetuo ſumendum ſit vel ab Epacta *. vel ab Epacta j.vt declaratum eſt.

*Cyclus quilibet decennouennalis Epactarũ quare ſemper incipiat à *. vel ab Epacta j.*

5 ALEXANDRINI porro ſemper ab vltimo die anni, qui diei 28.noſtri menſis Auguſti reſpondet, Cyclum ſuum exordiebantur;quia ad primum diem anni, ſiue menſis Thoth, qui reſpondet diei 29. Auguſti, nullum aureum numerum collocabant, quod eo tempore nullum Nouilunium in primum diem eorum anni incideret, ſed in vltimum, id eſt, in diem 35. menſis Meſores, quem diei 28. Auguſti reſpondere diximus, vbi aureus numerus 19.poſitus erat, qui tunc inſtar erat aurei numeri 1. quippe cum ſtatim proximo die, qui inſequenti anno initium dabat, aureus numerus 1.aſſumeretur pro aureo numero 19.atque ita ab aureo numero 1. eorum Cyclus incipiebat. In Calendario autem Eccleſiaſtico antiquo, currente aureo numero 3.incidebat Nouilunium, ex vſu Eccleſiæ, in primum diem Ianuarij, vbi ponebatur aureus ille numerus 3. ac proinde ab eo ſemper principium ſumebat Cyclus aurei numeri ante anni correctionem, vt ſupra diximus.

Cyclum aurei numeri apud Alexandrinos ſemper incepiſſe ab vltimo die anni ipſorum, & ab aureo numero 1.

6 HIS poſitis, explicationem Emboliſmorum aggrediamur. Emboliſmus igitur eſt annus Lunaris, in quo 13.Lunationes continentur, ſiue dies 384.aut 383.vt mox dicemus. Neque vero mirum alicui videri debet, in vno anno.qui in Calendario continet dies tantummodo 365.fieri poſſe 13. Lunationes, quæ conficiant dies 384.aut 383. Nam cum ſupra dictum ſit, Lunationes illis menſibus tribui, in quibus finiuntur, ita vt omnis Lunatio menſe Decembris incipiens, terminataque quocunque die Ianuarij, etiam primo, aſcribenda ſit Ianuario, dicendaque totius anni prima; fieri poteſt, vt quibuſdam annis poſt primam illam Lunationem exiſtant adhuc 12.integræ Lunationes, antequam ad primam Lunationem alterius inſequentis anni veniamus; ſi nimirum poſt primam Lunationem alicuius anni ſuperſint adhuc 354. aut 353.dies, quot nimirum ſatis ſunt ad explendum numerum dierum 12. Lunationum. Quando ergo hoc contingit, exiſtunt in eo anno Lunari 13. Lunationes, diciturque annus Emboliſmicus, complectens dies 384.vel 383. quanquam Solaris annus ex diebus duntaxat 365.in Calendario conſtet. Quando vero poſt primam illam anni Lunationem ſuperſunt ſolum. 11.Lunationes integræ, continentur 12.tantum Lunationes in eo anno Lunari, & appellatur communis, continens dies 354.vel 353.licet Solaris annus dies 365.in Calendario complectatur.

Emboliſmus quid.

Qua ratione in vno anno poſſint 13. Lunationes cõtineri.

7 ET quoniam annus Solaris in Calendario deſcriptus dierum 365. annum Lunarem communem complectentem, vt plurimum, dies 354.(raro enim dies duntaxat 353.complectitur) ſuperat diebus 11.facile cognoſcemus quinam anni, & quot, in quolibet Cyclo decennouennali ſint Emboliſmici, ſiue 13.Lunationum. Quotieſcunq; enim ex diebus illis 11.qui in quolibet anno Solari, exactis 12.Lunationibus, ſuperſunt, ſumma collecta fuerit 30 aut maior, aut etiam minor, hoc eſt 29.vt fit in vltimo, ſiue decimonono anno Cycli, complebuntur eo anno 13.Lunationes, atque annus ipſe Emboliſmicus erit: quia ex ſumma illa dierum conficitur vna Lunatio, præter 12 ordinarias, 30.dierum, vltimo anno Cycli excepto, in quo ſumma 29.dierum conflata exhibet vnam Lunationem 29.dierum, quę aliis 12.Lunationibus ante illam expletis adiecta efficit 13.Lunationes eo anno. Contingit autem hoc in quolibet Cyclo ſepties tantum, videlicet in cuiuslibet Cycli decennouennalis annis, 3. 6.9.11.14.17.& 19. qui omnes, ac ſoli ſunt Emboliſmici, vt ex ſuperioribus 30. tabulis Lunationum manifeſtum eſt. In quolibet enim reperiuntur 7.anni 13.Lunationum, cuius rei hæc eſt ratio.

In quolibet Cyclo decẽnouennali eſſe 7. annos Emboliſmicos, vnde cognoſcatur, & quinã ſint illi.

IN primis tribus annis Cycli ter ſuperſunt 11. dies qui efficiunt 33. dies, quorum 30. dantur Lunationi tertiædecimæ, ſiue Emboliſmicæ tertii anni, ſuperſuntque adhuc 3. dies qui adiuncti ter. 11. diebus reſiduis in annis 4.5.& 6.conſtituunt dies 36.quorum 30 rurſus dantur Lunationi Emboliſmicæ, ſiue decimætertiæ ſexti anni, & adhuc 6 dies ſuperſunt. Hi cum reſiduis ter.11.diebus in annis 7.8. & 9. efficiunt 39.dies. Ex 30.igitur completur Lunatio Emboliſmica noni anni: reliqui vero 9. dies cum reſiduis bis 11.in annis 10. & 11. componunt 31.dies, quorum 30. Lunationi Emboliſmicæ vndecimi anni tribuuntur; dies autem 1.reliquus cum reſiduis ter.11.diebus in annis 12.13.& 14.efficit dies 34. ex quibus 30.cedunt Emboliſmicæ Lunationi anni quartidecimi, & reliqui 4.dies cum ter.11. diebus ſuperfluis in annis 15 16.ac 17. conficiunt dies 37. quorum 30. Lunationem Emboliſmicam ſeptimidecimi anni explent, at reliqui 7. dies cum bis 11. ſuperfluis diebus in annis 18.& 19.efficiunt dies 29.pro Lunatione Emboliſmica deciminoni anni, atque vltimi. Neceſſe enim eſt, vnam ex 7. Lunationibus extraordinarijs dies tantum 29. complecti, cum in 19. annis ex 11.diebus, qui in quolibet anno ſuperſunt, conſtituantur 209. dies, qui conficiunt ſex Lunationes 30. dierum ſingulas, & vnam dierum 29. quod ei dies vnus deſit ad complendum numerum 30. dierum. Dies enim 210. conſtituunt 7.Lunationes 30. dierum.

Cur in omni Cyclo decennouennali anni 3.6.9.11.14 17. & 19. ſint Emboliſmici.

Cur in Cyclo decennouennali neceſſario vna ex 7. Lunationibus extraordinariis contineat tantum 29. dies.

ITAQVE annus Emboliſmicus, cuius Lunatio dies 30.continet, complectetur dies 384.qui vero Lunationem Emboliſmicam habet dierum 29.continebit 383.dies, propterea quod dies 354. duodecim Lunationum cum 30.diebus Lunationis Emboliſmicæ conficiunt dies 384.cum diebus autem 29. Lunationis Emboliſmicæ conſtituunt dies tantummodo 383.

Quãdo annus Emboliſmicus ſit dierũ 384. & quando 383.

8 ATQVE hic eſt ordo naturalis 7.Emboliſmorum in quouis Cyclo decennouennali contentorum, vt nimirum priores ſex Lunationes Emboliſmicæ contineant dies 30. ſingulæ, ſeptima vero ac poſtrema dies 29.duntaxat:qui tamen ordo plerumque mutatur, ita vt non ſemper ſeptima Lunatio Emboliſmica ſit dierum 29.ſed interdum aliqua alia, Lunationibus alternis 30.& 29. dierum id ita exigentibus; propterea quod Cyclus decennouennalis non ſemper ab aureo numero 1.incipit, ſed ab aliquo alio. Duo enim tantum Cycli decennouennales Epactarum ex omnibus 30. in tabula expanſa, quos referunt 8. & 9. lineæ eiuſdem tabulæ, quibus præfiguntur literæ D, & C, maiuſculæ, initium ſumunt ab aureo numero 1. Quare in illis tunc nonuſdecimus annus, qui ſeptimus Emboliſmicus eſt, continebit Lunationem Emboliſmicam 29.dierum. In aliis autem

Digitized by Google

Duo tantū Cycli decennouennales ex omnib. 30. tabulæ expanſæ habent ſeptimam Lunationem Emboliſmicam 29. dierum.

Cyclis ſeptimus annus Emboliſmicus habebit Lunationem Emboliſmicam dierum 30. & Lunatio Emboliſmica 29. dierum alicui alii Emboliſmo tribuetur, vt ex iis, quæ aliquanto poſt eodem hoc cap. dicturi ſumus, fiet perſpicuum; ſi prius paulo vberius explicauerimus, quo pacto ſe habeant hi 7. Emboliſmi in quolibet Cyclo decennouennali noſtrarum Epactarum, qui quidem ſemper vel ab Epacta *. vel ab j. incipit, vt ſupra traditum eſt.

Primā Lunationem anni Emboliſmici terminari in aliquo primorum 11. dierum Ianuarii, & quare.

9 QVANDOCVNQVE igitur prima Lunatio alicuius anni terminatur aliquo primorum 11. dierum Ianuarij, (omnem autem Lunationem menſe Ianuario terminatam, etiam primo eius die, Ianuario tribui, eſſeque totius anni primam, ſupra Num. 1. huius cap. oſtendimus) annus ille neceſſario Emboliſmicus eſt. Nam ſi prima Lunatio deſinat die 11. Ianuarij, ſupererunt eo anno vſque ad finem Decembris, dies 354. in quibus 12. Lunationes adhuc fieri poſſunt. quare annus ille complectetur 13. Lunationes, ac proinde Emboliſmicus erit. Si vero prima Lunatio ante diem 11. Ianuarij terminetur, ſupererunt plures dies quam 354. eo anno vſque ad finem Decembris. quamobrem fieri in illis poterunt adhuc 12. Lunationes, ac ſupererunt præterea aliquot dies, vel ſaltem vnus, ac proinde is quoq; annus Emboliſmicus erit, cum 13. Lunationes comprehendat.

Vndecim Epactas ſemper eſſe Emboliſmicas, hoc eſt, annum illum eſſe Emboliſmicum, in quo vna ex illis cum quocunque aureo numero currat, & quæ illæ ſint.

EX quo efficitur, vt vndecim hæ Epactæ, xix. xx. xxj. xxij. xxiij. xxiiij. xxv. 25. xxvj. xxvij. xxviij. xxix. (Numeramus autem xxv. 25. pro vna Epacta) poſitæ in proximis 11. diebus poſt Calendas Ianuarij, ſint ſemper Emboliſmicæ, ita vt annus, cuius Epacta eſt aliqua ex illis 11. quicunque tunc aureus numerus currat, ſit Emboliſmicus; propterea quod Lunatio ab aliqua illarum Epactarum menſe Ianuario incipiens, eſt ſecunda illius anni, prima vero eam antecedens incipit menſe Decembri, completaque eſt in aliquo primorū 11. dierum Ianuarii.

Lunationē 13. in anno Emboliſmico terminari in aliquō poſtremorū 11. dierum Decembris & quare.

HINC rurſus colligitur, in quouis anno Emboliſmico Lunationem tertiamdecimam ſiue poſtremam, neceſſario terminari aliquo poſtremorum 11. dierum Decembris, quibus aſcriptæ ſunt hæ Epactæ, *. xxix. xxviij. xxvij. xxvi. xxv. 25. xxiiij. xxiij. xxij. xx j. xx. 19. propterea quod ſi Lunatio aliqua deſinat in quocunq; illorum 11. dierum (vltimo excepto) inſequens Lunatio, quæ prima eſt proximi anni poſt Emboliſmum, incipit ab aliqua harum Epactarum , xxix. xxviij. xxvij. xxvj. xxv. 25. xxiiij. xxiij. xxij. xxj. xx. 19. quæ poſteriores decem dies Decembris occupant, & quæ eodem ordine poſt primum Ianuarij diem repetuntur: quę res argumento eſt, toto eo anno, cuius vltima Lunatio in aliquo poſtremorum 11. dierum Decembris finitur, in vſu fuiſſe Epactam illam, à qua inſequentis anni prima Lunatio incipit, hoc eſt, illam, quæ huic ſimilis ponitur iuxta aliquem dierum 11. poſt primum Ianuarii. Cum ergo omnes Epactæ primis 11. diebus poſt primum Ianuarij præfixæ, ſint Emboliſmicæ, vt paulo ante diximus, liquet annum, cuius poſtrema Lunatio terminum habet in aliquo poſteriorum 11. dierum Decembris, Emboliſmicum eſſe. Solum quando vltima Lunatio anni Emboliſmici, currente Epacta xix. finitur vltimo die Decembris (quod quidem fit, non concurrentibus Epacta xix. & aureo numero 19.) incipit prima Lunatio inſequentis anni primo die Ianuarii, & ab Epacta *. non Emboliſmica, non autem ab Epacta xix. Emboliſmica. Ratio huiuſce rei eſt, quod annus vltimo Decembris die finiatur, & Epacta xix. mutetur tunc anno inſequenti in Epactam *. Quod ſi annus poſtremo die Decembris non clauderetur, ſcribenda eſſet Epacta xix. iuxta eum diem, qui nunc primo diei Ianuarij reſpondet, naturali ſcilicet ordine, ſub Epacta xx. vltimo diei Decembris affixa, atque ita Lunatio prima poſt annum Emboliſmicum inciperet tunc etiam ab Epacta xix. quæ Emboliſmica eſt.

Primā Lunationē anni Emboliſmum inſequētis ſemper incipere ab aliqua Epacta Emboliſmica, excepto Emboliſmo, in quo Epacta xix. non cū aureo numero 19. currit & quare.

10 ATQVE vt planius appareat, vndecim has Epactas xix. xx. xxj. xxij. xxiij. xxiiij. xxv. 25. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. omnes eſſe ſemper Emboliſmicas, & ſolas, inſpiciendæ ac conſiderandæ diligenter ſunt omnes 30. lineæ Epactarum tabulæ expanſæ. Nam in qualibet earum ſemper reperies ſeptem Epactas ex illis 11. poſitas loco 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. ab Epacta *. ſi ea in aſſumpta linea continetur, vel ab Epacta 1. ſi in accepta linea non reperitur Epacta *. Cum ergo omnis Cyclus decennouennalis noſtrarum Epactarum initium ſumat vel ab Epacta *. vel ab 1. atq; in omni Cyclo hi ſolum ſeptem anni, tertius, ſextus, nonus, vndecimus, quartuſdecimus, decimuſſeptimus, & nonuſdecimus, ſint Emboliſmici, vt dictum eſt, manifeſte concluditur, illas 11. quas diximus Epactas, proximis 11. diebus Ianuarij primum diem ſubſequentibus aſcriptas, eſſe Emboliſmicas. Euidentius idem colligitur ex ſuperioribus 30. tabulis Lunationum præcedentis cap. in quibus omnes eæ 11. Epactæ habent 13. Lunationes, ac proinde Emboliſmicæ ſunt, & quidem in prædictis 7. annis: aliæ vero Epactæ complectuntur duntaxat Lunationes 12.

Enumeratas 11. Epactas, omnes ac ſolas ſemper eſſe Emboliſmicas, & enumeratos 7. annos in quolibet Cyclo decennouēnali, omnes ac ſolos eſſe Emboliſmicos, quo pacto ex tabula expanſa, & ex 30. tabulis Lunationum cognoſcatur.

11 HISCE vndecim Epactis Emboliſmicis addenda eſt nonnunquam Epacta xviij. Hæc enim Emboliſmica quoq; eſt eo anno, in quo aureus numerus eſt 19. quod quidem in vno ſolo Cyclo ex omnibus 30. Cyclis tabulæ expanſæ contingit, nimirū in nono, cui præfixa eſt litera C, maiuſcula. In eo namque ſolo Epacta xviij. occupat decimumnonum locum ab Epacta *. à qua Cyclus ille incipit, demonſtratumque ſupra eſt, annum decimum nonum cuiuſuis Cycli eſſe Emboliſmicum. In nullo alio Cyclo reperitur Epacta xviij. in loco Emboliſmico, hoc eſt, in 3. 6. 9. 11 14. 17. vel 19 ab Epacta *. vel j. quæ Cycli principium eſt.

RATIO autem, cur tunc Epacta xviij. Emboliſmica ſit, duplex afferri poteſt. Prima ſit hæc. Quando Epacta xviij. & aureus numerus 19. concurrunt, addenda ſunt ei 12. vt conflctur Epacta xxx. vel *. inſequentis anni, vt cap. 12. Num. 14. oſtendimus. Quare vltima Lunatio illius anni, in quo Epacta xviij. vna cum aureo numero 19. in vſu eſt, finitur vltimo Decembris, proindeque Decembri tribuenda eſt. Ex quo ſequitur, eodem illo anno contineri 13. Lunationes, quarum prima terminatur die 12. Ianuarii, principium habens die 14. Decembris, ab Epacta vii. quæ ſuperiori anno in vſu fuit. Duodecima autem Lunatio eiuſdem anni clauditur 2. Decembris, atque tertiadecima die poſtremo eiuſdem menſis. Secunda ratio hæc ſit. Annus quo Epacta xviii. & aureus numerus 19. concurrunt, eſt vltimus Cycli decennouennalis, vt conſtat ex linea illa nona tabulæ expanſæ, quæ literam C, maiuſculam habet. Continebit ergo in eo anno Lunatio vltima, & Emboliſmica dies duntaxat 29. vt ſupra Num. 8. diximus. Quocirca cum prima eius Lunatio finiatur die 12. Ianuarii, ſupererunt adhuc dies 353. qui ſatis ſunt ad explendas 12. Lunationes , quarum vltima dies tantum 29. complectatur; atque adeo annus ille continens 13. Lunationes, Emboliſmicus erit, comprehendetque dies duntaxat 383.

QVANDO autem Epacta xviii. non cum aureo numero 19. ſed cū quouis alio concurrit, non adduntur ei 12.

Annum in quo Epacta xviii. & aureus numerus 19. concurrunt, Emboliſmicum quoque eſſe, & quare.

Digitized by Google

ei 12. ſed tantum 11. vt colligatur Epacta xxix. inſequentis anni. Quapropter finita Lunatione duodecima anni die 2. Decembris, quando Epacta xviii. eſt in vſu, incipiet prima Lunatio inſequentis anni die 3. Decembris, & terminabitur Calendis Ianuarii, ac propterea annus ille prior, cuius Epacta xviii. communis erit, cum 12. tantum Lunationes comprehendat: poſterior vero annus Emboliſmicus erit 13. Lunationum; quippe cum eius Epacta ſit xxix. quam ſupra diximus eſſe Emboliſmicam. Itaque illæ 11. Epactæ, xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. xxv. 25. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. iuxta proximos 11. dies, qui primum diem Ianuarii conſequuntur, deſcriptæ, ſemper ſunt Emboliſmicæ, cum quibuſcunque illæ aureis numeris concurrant: at vero Epacta xviii. diei 13. Ianuarii appoſita nunquam Emboliſmica eſt, niſi quando vna cum ea aureus numerus 19. vſurpatur. Patent omnia hæc clariſſime in ſuperioribus 30. tabulis Lunationum præcedentis cap. Nam in ſola nona tabula vides Epactam xviii. cum aureo numero 19. currentem habere 13. Lunationes, in aliis autem omnibus tantum 12. Quocirca Epacta xviii. dici poterit anceps, ſiue indifferens, cum modo ſit Emboliſmica, modo non Emboliſmica, cum tamen omnes aliæ Epactæ perpetuo ſint vel Emboliſmicæ, vel communes.

Annus in quo Epacta xviii. non cum aureo numero 19. concurrit, quare non ſit Emboliſmicus.

12 IN veteri Calendario erant hi ſeptem aurei numeri 2. 5. 8. 11. 13. 16. 19. Emboliſmici, vt recte Campanus docet, etſi alii Computiſtæ nonnihil ab eo diſcrepent. Nam cum omnes deſcripti ſint prope aliquos ex 11. proximis diebus Calendas Ianuarias inſequentibus, hoc eſt, inter primum diem, & tertiumdecimum Ianuarii collocati ſint in Calendario, quemadmodum noſtræ 11. Epactæ Emboliſmicæ, erit Lunatio ante quemcunque illorum 7. aureorum numerorum menſe Ianuario proxime terminata, (videlicet ſecundo, quarto, quinto, ſeptimo, octauo, decimo, vel vndecimo die) prima totius anni, poſt quam cum minimum ſupererunt in anno 354. dies, qui ſatis ſunt ad alias 12. Lunationes explendas, vt annus ille 13. Lunationes comprehendat, quarum ſecunda ab aliquo illorum ſeptem aureorum numerorum initium ſumit Ianuario. Quare annus, cuius aureus numerus fuerit ex illis ſeptem aliquis, Emboliſmicus erit.

Qui ſeptem aurei numeri in veteri Calendario fuerint Emboliſmici.

ET quoniam ſeptem anni ſolum in quouis Cyclo decennouennali, nimirum 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. Emboliſmici ſunt, quod in illis ſolis ſuperflui illi dies, quos in quolibet anno Solari ſupereſſe diximus, conſtituere poſſint vnam Lunationem extraordinariam, vt Num. 7. diximus; manifeſto colligitur, Cyclum aurei numeri in veteri Calendario initium ſemper duxiſſe ab aureo numero 3. quod ſupra Num. 3. diximus, propterea quod ſeptem illi aurei numeri Emboliſmici, quos paulo ante adduximus, à ſolo aureo numero 3. locum tertium, ſextum, nonum, vndecimum, quartumdecimum, decimumſeptimum, ac decimumnonum occupant, vt in hac tabella apparet.

Neceſſario in veteri Calēdario Cyclum aurei numeri à 3. initium ſumpſiſſe.

Ordo annorum Cycli	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Cyclus aurei numeri	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Aur. num. Emboliſm.			5			8			11	

Ordo annorum Cycli	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Cyclus aurei numeri	13	14	15	16	17	18	19	1	2
Aur. num. Emboliſm.	13			16			19		2

PORRO Cyclum aurei numeri à nullo alio numero quam à 3. in veteri Calendario initium habere potuiſſe, ita quoque planum fiet. Si ponatur numerus 3. primus in Cyclo, ſupererunt eo anno 11. dies poſt duodecimam Lunationem; & 22. ſecundo anno, currente aureo numero 4. & 33. tertio anno, currente aureo numero 5. atque idcirco aureus numerus 5. Emboliſmicus erit. Eademque ratione Emboliſmici erunt hi aurei numeri, 8. 11. 13. 16. 19. 2. vt Campanus voluit, & ratio ipſa poſtulat, cum, hiſce aureis numeris currentibus, prima Lunatio anni terminetur ſemper aliquo primorum 11. dierum Ianuarii, quod neceſſario requiritur, vt annus poſſit eſſe Emboliſmicus, vt Num. 9. diximus. Hoc vtique non eueniret, ſi alius aureus numerus ſtatueretur primus in Cyclo. Nam ſi v. g. numerus 1. diceretur primus, ſupereſſent tunc 11. dies; & currente aureo numero 2. ſupereſſent 22. & 33. currente aureo numero 3. Quare aureus numerus 3. eſſet Emboliſmicus. Eademque ratione aurei numeri 6. 9. 11. 14. 17. 19. Emboliſmici forent. quod falſum eſt, & contra Campanum hac in re exercitatiſſimum, & rationi repugnans; cum nullus horum 7. aureorum numerorum, præter 11. & 19. contineat 13. Lunationes, vt patet, & liquido conſtat ex tabula Lunationum Cycli aurei numeri veteris, quam paulo infra ſubiiciemus. Non ergo numerus 1. poteſt eſſe primus in Cyclo. Eandemque ob cauſam nullus alius præter 3. primus eſſe poteſt.

Cyclum aurei numeri in veteri Calendario à nullo alio numero quam à 3. potuiſſe habere initium.

13 IAM vero non magni intereſt, quænam ex 13. Lunationibus anni Emboliſmici dicenda ſit extraordinaria, ſiue Emboliſmica, dummodo nō ſit Paſchalis, & aliarum 12. Lunationum magnitudines, prout Cyclus exigit, intactæ atque illæſæ, quoad eius fieri poteſt, permaneant: nimirum vt alternæ conſtituantur dierum 30. & 29. Quod vt rectius fiat, tenenda erit hæc regula. Quoties in anno Emboliſmico vltima, ſiue 13. Lunatio continet dies 30. appellabimus eam Emboliſmicam, ſiue extraordinariam: propterea quod tunc antecedentes 12. Lunationes alternis continent dies 30. & 29. vt Cycli ratio poſtulat. Hoc autem accidit cum aliqua harum Epactarum Emboliſmicarum xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. in vſu eſt, quibus addenda eſt Epacta 25. diuerſo charactere coloreue notata, vt ex 30. tabulis Lunationum capitis 16. manifeſtum eſt, dummodo Epacta xix. & aureus numerus 19. non concurrant. Tunc enim Lunatio 13. anni dies tantum 29. complectitur, vt in 8. linea tabulæ expanſæ, cui aſcripta eſt litera D, maiuſcula, contingit, cui quidem reſpondet 8. tabula ex 30. tabulis Lunationum antecedentis cap.

Quæ ex 13. Lunationibus anni Emboliſmici dicenda ſit Emboliſmica.

Quæ Epactæ Emboliſmicæ habeant 13. Lunationē dierum 30. & Emboliſmicam.

QVOD ſi quando illæ Epactæ vna cum aureo numero 1. vſurpentur, vt fit in 15. 16. 17. 18. 19. & 20. lineis tabulæ expanſæ, quæ annotantur literis minuſculis r, q, p, n, m, l, nec non in 6. tabulis Lunationum reſpondentibus

Quando Epacta Em-

boliſmica, quarũ 13. Lunatio eſt 30. dierum habeant primã Lunationẽ anni dierũ.19.

dentibus (excepta Epacta 25. diuerſi characteris, vel coloris, quæ nunquam concurrere poteſt cum aureo numero 1 quippe quæ ſolum cum aureis numeris maioribus, quam 11. poſſit concurrere) continebit tam prima Lunatio anni, quam ſecunda, dies duntaxat 29. Cum enim tunc Epactæ anni ſuperioris cum aureo numero 19. concurrenti addantur 12. vt Epacta alterius anni cum aureo numero 1. concurrens gignatur, vt cap. 12. Num. 14. oſtendimus, fit neceſſario prima Lunatio anni dierum tantum 29. acciditque, vt tres Lunationes continuæ dierum 29. conſtituantur, videlicet duæ illæ primæ anni Emboliſmici, & vltima anni antecedentis communis. Quare poſſet quidem tunc prima Lunatio dierum 29. dici Emboliſmica, cum media ſit inter alias duas totidem dierum, meritoque Lunationi Emboliſmicæ illius anni tribui poſſint dies tantum 29. quippe cum aliæ 6. Lunationes Emboliſmicæ illius Cycli dies 30. comprehendant, & annus ille Emboliſmicus complectatur dies tantum 383. tamen ne ceteræ Lunationes illius anni ordinem 30. dierum, & 29. perturbent, & ne vltima Lunatio ordinaria, quæ ſemper ſolet eſſe dierum 29. contineat dies 30. placuit vltimam Lunationem 30. dierum ſtatuere Emboliſmicam, non ſecus ac ſi more veterum Computiſtarum Lunationi Emboliſmicæ illius anni, quæ deberet eſſe dierum ſolum 29. addatur vnus dies, qui à prima Lunatione anni ſubtrahitur propter additionem 12. ad Epactam cum aureo numero 19. currentem: quam quidem ſubtractionem Computiſtæ Saltum Lunæ dixerunt, de quo paulo infra nonnihil dicemus. Liberum tamen ſit per nos vnicuique, ſi mauult, primam Lunationem 29. dierum vocare Emboliſmicam, cum nihil abſurdi hinc ſequatur.

Epactæ xviii. & xix. cum aureo numero 19. cõcurrentes, habent 13. Lunationẽ Emboliſmicam, & 29. dierum.

QVANDO autem tertiadecima Lunatio anni Emboliſmici continet dies tantummodo 29. annuſq; ille Emboliſmicus eſt vltimus in Cyclo: quod vſu venit, cum tam Epacta xix & aureus numerus 19. quam Epacta xviii. & aureus numerus 19. concurrunt, (quod bis tantum toto eo tempore, quo omnes 30. Cycli tabulæ expanſæ vſurpantur, accidit; nimirum quando lineæ 8. & 9. eiuſdem tabulæ, quæ literis D, C, maiuſculis notantur, & quibus tabulæ 8. & 9. Lunationum reſpondent, in vſu ſunt) dicetur Lunatio illa vltima anni Emboliſmica; propterea quod antecedentes 12. Lunationes alternæ ſunt dierum 30. & 29. vltimaque Lunatio Emboliſmica in Cyclo continere debet dies duntaxat 29. vt ex iis, quæ ſupra diximus, conſtat, cum aliæ ſex Lunationes Embolimiſcæ illius Cycli dies 30. complectantur.

Quæ Epactæ Emboliſmicæ habent primã Lunationẽ anni Emboliſmicã, & dierum 29.

QVOTIES autem Lunatio 13. complectitur dies tantum 29. ſed annus ille Emboliſmicus in Cyclo non eſt vltimus; ſi quidem prima Lunatio dierum etiam 29. conſtituatur, (quod accidit, quoties quælibet harum Epactarum xxv. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. & aureus numerus 1. concurrunt, vt patet in lineis 10. 11. 12. 13. 14. tabulæ expanſæ, quæ appoſitas habent literas B, A, maiuſculas, & u, t, ſ, minuſculas, nec non in 5. tabulis Lunationum reſpondentibus) non cenſebitur vltima illa Lunatio dierum 29. Emboliſmica, ſed prima illius anni dierum etiam 29. Quoniam enim tunc vltima quoque Lunatio anni antecedentis conſtat diebus tantum 29. non iniuria inſequẽtis anni prima Lunatio dierum 29. dicetur extraordinaria, atque Emboliſmica, cum aliæ 12. ſubſequentes alternis progrediantur per 30. & 29. dies: præſertim cum Lunatio illa Emboliſmica continere debeat dies ſolum 29 propterea quod aliæ ſex eiuſdem Cycli dies 30. continent.

Quãdo eadem Epactæ Emboliſmicæ, de quibus proxime diximus, habeant ſecundã Lunationem Emboliſmicam, & dierum 30.

SI vero prima Lunatio non ſit dierum tantum 29. ſed tam prima, quam ſecunda complectatur dies 30. vt contingit, currente qualibet earum, quas diximus, Epactarum xxv. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. cum alio aureo numero quam 1. vt ex 30. tabulis ſuperioribus Lunationum perſpicuum eſt, vocabitur iure optimo ſecunda Lunatio 30. dierum, Emboliſmica, atq; extraordinaria; cum aliæ 12. alternatim ordinem 30. & 29. dierum ſeruent. Neque vero mirum cuipiam videri debet, quod non ſemper in eodem loco, ac menſe Emboliſmicas Lunationes collocemus: quia hæ naturaliter ſecundum Cycli rationem ita cadunt, vt explicauimus: & à veteribus Computiſtis varia etiam loca, ac menſes ſortitæ ſunt.

Saltus Lunæ apud Cõputiſtas q̃d in annis Lunaribus cõmunibus.

14 PORRO quotieſcunque propter additionem 12. ad Epactam cum aureo numero 19. currentem, vna dies à prima Lunatione anni Lunaris communis ſubducitur, ita vt annus ille dies tantum 353. complectatur, vt accidit in Cyclis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30. tabulæ expanſæ, quibus præpoſitæ ſunt literæ maiuſculæ P, N, M, H, G, F, E, & minuſculæ k, i, h, g, f, e, d, c, b, a, vt videre licet in tabulis Lunationum, quæ hiſce Cyclis reſpondent, (In his enim omnibus, ac ſolis, annus, in quo aureus numerus eſt 1. communis eſt, & Lunatio prima illius anni dies 29. continet) dici ſolet à Computiſtis ſubtractio illa, SALTVS LVNÆ: quia cum re vera annus Lunaris conſtet ex diebus 354. aufertur illi vna dies, & vltimo anno Emboliſmico tribuitur, vt contineat dies 384. & ſingulæ 7. Lunationes Emboliſmicæ conſtituantur 30. dierum, cum vltimus annus Emboliſmicus natura ſua deberet dies complecti tantum 383. & vltima eius Lunatio Emboliſmica dies duntaxat 29. adeo vt propter hanc ſubtractionem Luna in Calendario quodam modo per vnum diem ſaltare videatur, cum Lunatio illa prima dierum tantum 29. conſtituatur, quæ per ſe complecti deberet dies 30.

Quando in Emboliſmico anno dici poſſit, fieri ſaltum Lunæ.

EADEM ratione quando in anno Emboliſmico prima Lunatio 29. dierum eſt Emboliſmica, & aliæ 12. alternis conſtituuntur dierum 30. & 29. vt accidit in Cyclis 10. 11. 12. 13. & 14. tabulæ expanſæ, quibus præfiguntur literæ B, A, maiuſculæ, & u, t, ſ, minuſculæ, vt in tabulis Lunationum reſpondentibus manifeſtum eſt, recte quis dixerit, in ea Lunatione fieri ſaltum Lunæ: quia cum vltima Lunatio antecedentis anni ſit 29. dierum deberet prima inſequentis anni Emboliſmici Lunatio conſtitui dierum 30. Quare cum ab ea dies vnus ſubtrahatur, fiatque Emboliſmica, dies autem ille ſublatus adiiciatur vltimæ eiuſdem Cycli Lunationi Emboliſmicæ, vt fiat dierum 30 quæ alioquin ſolum 29. dies complecti deberet, videtur quodam modo etiam tunc Luna per vnum diem ſaltare in Calendario.

DENIQVE quando in anno Emboliſmico duæ primę Lunationes dies tantum 29. comprehendunt, vt fit in Cyclis 15. 16. 17. 18. 19. & 20. tabulæ expanſæ, vt videre licet in tabulis Lunationum reſpondentibus, dicere quoque poterimus, fieri tunc in prima Lunatione ſaltum Lunæ, propterea quod ab ea, quæ 30. dies deberet habere, aufertur vnus dies, qui adiungitur vltimæ Cycli illius Lunationi Emboliſmicæ, vt contineat 30. dies, cum tamen dies tantum 29. deberet complecti.

QVIN etiam, cum in vltimo anno Emboliſmico alicuius Cycli tertiadecima Lunatio Emboliſmica eſt, dies quæ tantum 29. continet, vt contingit in Cyclis 8. & 9. tabulæ expanſæ literarum D, C, maiuſcularum, & in tabulis 8. & 9. Lunationum, non inepte exiſtimauerit quis, tunc etiam fieri quodammodo ſaltum Lunæ:

quia

quia cum duodecima Lunatio illius anni conſtet ex 29.diebus, deberet ſequens tertia decima ſecundum rationem Cycli conſtitui 30. dierum, & ſubſequens prima alterius anni dierum 29. Cum ergo contineat illa dies duntaxat 29. aufertur ab ea vnus dies, qui primæ Lunationi inſequentis anni communis additur, vt efficiatur dierum 30. quæ alioquin, vt dictum eſt, deberet eſſe tantum dierum. 29.

ATQVE hi omnes anni Emboliſmici, in quibus ſaltum Lunæ fieri diximus, continent dies duntaxat 383. cum alii omnes dies 384. comprehendant: anni vero communes, in quibus ſaltus Lunæ fit, ex diebus tantummodo 353. conſtituuntur, alii vero omnes ex 354. vt ex ſuperioribus 30. tabulis Lunationũ manifeſtum eſt.

Qui anni Emboliſmici dies tantum 383 & qui Lunares communes dies dũtaxat 353. contineant.

15 EX his, quæ diximus, planum eſſe poteſt, tum demum fieri ſaltum Lunæ, cum duæ vel tres Lunationes continuantur 29. dierum in Calendario, alias nunquam. quod quidem ſemper contingit, quando aureus numerus eſt 1. ſiue annus ille Lunaris ſit communis, ſiue Emboliſmicus; propterea quod Epactæ antecedentis anni concurrenti cum aureo numero 19. adduntur 12. vt fiat Epacta inſequentis anni, cum aureo numero 1. concurrens, vt cap. 12 Num. 14. dictum eſt. Excipiuntur duo anni Emboliſmici Epactarum xix. & xviii. cum aureo numero 19. concurrentium. In illis enim ſaltus Lunæ fit, currente aureo numero 19. non autem 1. vt ex 8. & 9. tabula Lunationum perſpicuum eſt.

Saltum Lunæ ſemper fieri, cum aureus numerus eſt 1. alias nunquam, niſi in annis Emboliſmicis Epactarum xix. xviii.

NON ſum neſcius, pleriſque minus probari hunc ſaltum Lunæ, quod in cœlo ſaltus iſte nequaquam fit: veruntamen cum cuiuſque Cycli ratio exigat, vt interdum ab vna Lunatione dematur vnus dies, qui alteri Lunationi adiiciatur, noluimus ab vſitato more loquendi Computiſtarum recedere. Liberum tamen eſto cuique hoc in negotio loqui, vt vult, dummodo res ipſa recte intelligatur, atque explicetur.

Cur pleriſque diſpliceat ſaltus Lunæ.

HINC quoq; colligitur, propter Emboliſmos, ac ſaltum Lunæ non ſemper progredi Lunationes alternis per 30. & 29. dies, vt earum conditio, naturaque poſtulare videtur; ſed contingere nonnunquam duas Lunationes continuas modo dierum 30. modo 29. immo interdum tres dierum 29. vt ex ſuperioribus Lunationum tabulis liquido conſtat: & quod magis mirum videatur, fieri poſſe in anno biſſextili, propter diem intercalarem vt tres, vel quatuor Lunationes continuę comprehendant dies 30. Currente namque aliqua harum Epactarum *. xxix. xxviii. xxvii. xxvi. xxv. tam prima, quam ſecunda Lunatio anni (dummodo aureus numerus non ſit 1.) continet dies 30. Tertia vero Lunatio terminata vel in vltimo die Februarii, vel in aliquo primorum quinque dierum menſis Martii ex natura ſua dies 29. complectitur, ſed propter biſſextum additur ei dies intercalaris, vt & ipſa fiat 30. dierum, etiamſi in Calendario ſolum dies 29. contineat, cum dies intercalaris in eo ſcriptus non ſit. Cum ergo quarta Lunatio principium habens in aliquo primorum ſex dierum menſis Martii contineat quoque dies 30. liquet, quatuor tunc Lunationes continuas complecti dies 30. Quod ſi aliqua ex prædictis Epactis concurrat cum aureo numero 1. continebit quidem prima Lunatio anni dies tantum 29. ſed inſequentes tres Lunationes, ſi annus ſit biſſextilis, dies 30. complectentur. Immo, quod abſurdius videri poſſit, Lunatio incipiens in Februario ab aliqua harum Epactarum xxiiii. xxiii. xxii. xxi. xx. xix. xviii. xvii. xvi. xv. xiiii. xiii. xii. xi. x. ix. viii. vii. vi. v. quæ dies 30. in Calendario complectitur, efficitur in anno biſſextili dierum 31. propter diem intercalarem ei additum.

Propter Emboliſmos, ac ſaltum Lunæ, contingere nonnũquam, vt duæ vel tres Lunationes continuæ ſint dierum 29. & duæ, treſue, vel quatuor dierum 30.

HOC autem quod dictũ eſt de continuatis duabus, pluribuſue Lunationibus 29. & 30. dierum, nouum, aut abſurdum cenſeri non debet, cum id ratio cuiuſcunque Cycli poſtulet, factumque idem fuerit apud veteres Computiſtas in Cyclo aurei numeri Concilii Nicæni, qui vſq; ad correctionem hanc Gregorianam viguit, vt patet in hac ſubiecta tabula, in qua omnes Lunationes aureorum numerorum veteris Calendarii deſcriptæ ſunt, non ſecus atque in ſuperioribus 30. tabulis expreſſæ fuerunt Lunationes Epactarum, prout in 30. Cyclis decennouennalibus contingunt. Atque ex hac eadem tabula liquet, ſeptem Emboliſmos totius Cycli. qui ab aureo numero 3. incipit, cadere in eos Cycli annos, in quos ſecundum Epactas noſtras incidere ſupra docuimus. Conſtat quoque, aureum numerum 19. efficere tres continuas Lunationes, nimirum ſeptimam, octauam, ac nonam dierum 29. Aureum vero numerum 11. ſi annus ſit biſſextilis ideoque Lunatio menſis Februarii vno die augeatur, quatuor primas Lunationes anni exhibere dierum 30. Denique aureos numeros 1. 2. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 15. 16. 18. 19. qui in Calendario Lunationes menſe Februario inchoatas habent 30. dierum, continere in annis biſſextilibus dies 31.

Nouum, aut abſurdum nõ eſſe vt duæ, pluresue Lunationes continuæ ſint interdũ 29. vel 30. dierum.

Sequitur Tabula Lunationum aureorum numerorum in veteri Calendario deſcriptorum.

Quot dies Lunatio quælibet aureorum numerorum contineat in Calendario veteri tam in anno communi, quam in Emboliſmico.

AVREI NVMERI.	Initium primi menſis Lunaris tam in anno communi, quam in Emboliſmico.	Finis duodecimi menſis Lunaris tam in anno communi, quam in Emboliſmico.	Finis tertijdecimi menſis Lunaris in anno Emboliſmico.	Magnitudo anni Lunaris tam communis, quam Emboliſmici.	NVMERVS ET ORDO Lunationum totius anni. Prima Lunatio.	Secunda Lunatio.	Tertia Lunatio.	Quarta Lunatio.	Quinta Lunatio.	Sexta Lunatio.	Septima Lunatio.	Octaua Lunatio.	Nona Lunatio.	Decima Lunatio.	Vndecima Lunatio.	Duodecima Lunatio.	Tertiadecima Lunatio.
3	1 Ian.	20 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
4	21 Dec.	9		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
5	10	29 No.	28 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	30	29	30	29
6	29	17 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
7	18	6		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
8	7	26 No.	25 Dec.	384	30	29	30	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
9	26	14 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
10	15	3		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
11	4	23 No.	22 Dec.	384	30	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
12	23	11 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
13	12	30 No.	30 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30
14	31	19		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
15	20	8		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
16	9	28 No.	27 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	30	29	30	29
17	28	16		354	30	29	30	20	30	29	30	29	30	29	30	29	
18	17	5		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
19	6	24 No.	23 Dec.	383	30	29	30	30	29	30	29	29	29	30	29	30	29
1	24	12 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
2	13	1 Dec.	31 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30

16 QVOD

16 QVOD ſi quis roget, quid ſit, quod neque hæ Lunationes veteris Calendarij reſpondeant omni ex parte Lunationibus primæ tabulæ Lunationum præcedentis cap. neque aurei numeri eiuſdem Calendarij veteris cap. 9. deſcripti, aureis numeris primi Calendarij aureorum numerorum capitis 15. cum tamen tam primam Lunationum tabulam, quam primum Calendarium aureorum numerorum temporibus Concilij Nicæni congruere ſtatuamus, quemadmodum & vetus Calendarium: reſpondendum eſt, hoc prouenire ex reſolutione Epactarum in aureos numeros. Cum enim Epactæ in Calendario ita ſint collocatæ, vt Lunationes efficiant alternis dierum 30. & 29. fit vt Epactæ temporibus Concilij Nicæni Nouiluniorum indices, in prima nimirum linea tabulæ expanſæ comprehenſæ, ſi in aureos numeros reſoluantur, exhibeant aureos numeros eo ordine per dies menſium digeſtos, quo eos in primo Calendario aureorum numerorum ſub litera P, maiuſcula diſpoſitos eſſe cernis; cui quidem diſpoſitioni congruit prima Lunationum tabula capitis præcedentis. Quod autem diſpoſitio hæc non omnino congruat aureis Numeris Concilij Nicæni, mirum non eſt. Quoniam enim propter Emboliſmos, & Saltum Lunæ ordo Lunationum alternis dierum 30. & 29. neceſſario interrumpitur, vt Num. 15. diximus, Emboliſmicæ autem Lunationes, & Saltus Lunæ, non eiſdem menſibus Lunaribus tribuuntur ab omnibus, fit vt etiam interruptio Lunationum alternis dierum 30. & 29. non in eiſdem menſibus Lunaribus apud omnes auctores contingat. Ex quo ſequitur, aureos quoq; numeros aliam atque aliam diſpoſitionem in Calendario apud varios ſortiri. Id quod in noſtro Cyclo Epactarum accidit, ſi cum Cyclo aurei numeri in veteri Calendario conferatur. Et vero ſi rem attentius conſiderare velimus, reperiemus aureos numeros primi noſtri Calendarij, quod temporibus Concilij Nicæni congruit, in 12. locis, quibus ab aureis numeris veteris Calendarij diſcrepant, rectius plerumque Nouilunia indicare, quam aureos numeros Calendarij veteris, vt ſequens tabella indicat, vbi media Nouilunia ſupputauimus pro illis annis, ac menſibus, in quibus aurei numeri in noſtro Calendario primo ab aureis numeris veteris Calendarij diſcordant. Accepimus autem annos, qui proxime ſequuntur annum 532. quo iam rectius ex vſu Eccleſiæ aurei numeri Nouilunia monſtrabant, vt cap. 11. Num. 5. dictum eſt. Loca autem 12. in quibus aurei numeri primi noſtri Calendarij ſub litera P, maiuſcula cap. 15. ab aureis numeris Concilij Nicæni differunt, ſunt hæc. In Februario aurei Numeri 19. & 8. in noſtro Calendario oſtendunt Nouilunia vno die tardius, quam in Calendario veteri. Idem facit aureus numerus 19. in Iulio, Auguſto, Septembri, Octobri, Nouembri, atque Decembri. Rurſus aureus noſter numerus 16. in fine Septembris, & Nouembris: Item aureus numerus 5. in principio Octobris, & in fine Nouembris, monſtrant Nouilunia vno die citius, quam in veteri Calendario. In aliis locis Calendarij nulla prorſus differentia cernitur inter vtriuſque Calendarij numeros aureos: ita vt in Nouilunia Paſchalia (quod caput eſt) in vtroque Calendario eoſdem omnino dies obtineant. Sed ecce iam tabellam promiſſam.

Cur Epactæ in tabula expanſa non exhibeant temporibus Cõcilij Nicæni aureos numeros, vt ſunt in Calendario veteri ordinati.

Loca 12. in quibus aurei numeri noui Calendarij ab aureis numeris veteris Calendarij diſcrepant.

Aurei numeri.	Dies, quibus aurei numeri aſcripti ſunt in veteri Calendario.	Dies, quibus aurei numeri aſcripti ſunt in nouo Calendario.	Anni Domini, quibus prædicti aurei numeri in vſu fuerunt.	Nouilunia media in prædictis annis.
xix	3. Febr.	4. Febr.	550	2. Feb. H. 0 M. 35.
viij	4. Febr.	5. Febr.	539	3. Feb. H. 20. M. 44.
xix	30. Iul.	31. Iul.	550	29. Iul. H. 4. M. 59.
xix	28. Aug.	29. Aug.	550	27. Aug. H. 17. M. 44.
xix	27. Sept.	28. Sept.	550	26. Sept. H. 6. M. 28.
xvj	1. Octob.	30. Sept.	547	29. Sept. H. 15. M. 18.
v	2 Octob.	1. Octob.	536	30. Sept. H. 11. M. 26.
xix	26. Octob.	27. Octob.	550	25. Oct. H. 19. M. 12.
xix	25. Nou.	26. Nou.	550	24 Nou. H. 7. M. 56.
xvj	29. Nou.	28. Nou.	547	27. Nou. H. 16. M. 46.
v	30. Nou.	29. Nou.	536	28. Nou. H. 12. M. 55.
xix	24. Decem.	25. Dec.	550	23. Dec. H. 20. M. 40.

IN hac tabella perſpicue apparet, aureum numerum 19. Calendarii veteris in Februario, Iulio, Septembri, & Nouembri, monſtrare Nouilunia magis conformia mediis Nouiluniis, quã eundem aureum numerum noui Calendarii. In aliis autem menſibus eundem aureum numerum in Calendario nouo, vna cum cæteris aureis numeris, exhibere Nouilunia minus diſcrepantia à Nouiluniis mediis, quam in Calendario veteri. Itaque nemo iure Epactas in Calendario reprehendet, etiamſi exhibeant in 12. locis aureos numeros diuerſos ab eiſdem in veteri Calendario: quandoquidem in octo locis ex illis 12. aurei numeri in nouo Calendario rectius Nouilunia monſtrant, quam in veteri, vt dictum eſt.

Digitized by Google

Præſtantia Calendarij noui cum Epactis.

Quo pacto ex tabula Nouiluniorum perpetua Epactæ Emboliſmicæ cognoſcantur.

17 AD vberiorem quoque cognitionem Emboliſmorum, placuit ſubiicere ſequentem tabulam Nouiluniorum totius anni perpetuam, in qua vno aſpectu cernitur, quibus diebus Menſium Nouilunia ſecundum Cyclum contingant, quacunque Epacta currente: ita vt tabula hæc ſit Calendarium nouum ad compendium quodammodo redactum continens principia omnium Lunationum ſecundum Epactas, tam in anno communi, quam in Emboliſmico: vt vel hinc quoque appareat præſtantia Calendarii Gregoriani, in quo, reiectis aureis numeris, Epactæ ſunt ſubſtitutæ; quippe cum per Epactas tam exigua tabula omnia Nouilunia perpetuo complectens conſtruatur, quod neque per aureos numeros, neque per vllum alium Cyclum, cuius numeri non omnia loca Calendarii repleant, effici poteſt. Et quoniam annus, in quo 13. Lunationes comprehenduntur, Emboliſmicus eſt, liquido conſtat, has vndecim Epactas xxix. xxviii. xxvii. xxvi. xxv. 25. xxiiii. xxiii. xxi. xx. xix. eſſe Emboliſmicas, vt ſupra diximus; cum ſingulæ contineant 13. Lunationes in ſequenti tabula. Lunationes enim harum Epactarum menſe Ianuario incipientes, ſunt ſecundæ in anno; & quę menſe Decembri incipiunt, ſunt primæ in ſequentis anni, excepta Epacta xix. cuius Lunatio die 2. Decembris incipiens eſt vltima totius anni. Quando autem currente Epacta xviii. Lunatio die 3. Decembris incipiens eſt vltima totius anni, (quod quidem fit, cum ſimul in vſu eſt aureus numerus 19.) annus ille Emboliſmicus quoque eſt, vt dictum eſt. Currente denique Epacta *. annus communis eſt, cum tantum 12. Lunationes contineat, quippe cum ea Lunatio, que Calendis Ianuarii incipit, ſit prima totius anni, non autem ſecunda.

Sequitur Tabula Nouiluniorum totius anni perpetua.

TABV-

TABVLA NOVILVNIORVM
totius anni perpetua.

Quibus diebus menſium Nouilunia contingant, quacunque Epacta currrente.

Epactæ.	Dies Ian.	Dies Feb.	Dies Mar.	Dies Ap.	Dies Ma.	Dies Iun.	Dies Iul.	Dies Aug.	Dies Sept.	Dies Oct.	Dies Nou.	Dies Dec.	
*	1. 31		1. 31	29	29	27	27	25	24	23	22	21	Cōis
xxix	2	1	2	1. 30	30	28	28	26	25	24	23	22	Embol.
xxviii	3	2	3	2	1. 31	29	29	27	26	25	24	23	Embol.
xxvii	4	3	4	3	2	1. 30	30	28	27	26	25	24	Embol.
xxvi	5	4	5	4	3	2	1. 31	29	28	27	26	25	Embol.
xxv	6	5	6	5	4	3	2	1. 30	29	28	27	26	Embol.
25	6	4	6	4	4	2	2	30	28	28	26	26	Embol.
xxiiii	7	5	7	5	5	3	3	1 31	29	29	27	27	Embol.
xxiii	8	6	8	6	6	4	4	2	1. 30	30	28	28	Embol.
xxii	9	7	9	7	7	5	5	3	2	1. 31	29	29	Embol.
xxi	10	8	10	8	8	6	6	4	3	2	1. 30	30	Embol.
xx	11	9	11	9	9	7	7	5	4	3	2	1. 31	Embol.
xix	12	10	12	10	10	8	8	6	5	4	3	2	Embol.
xviii	13	11	13	11	11	9	9	7	6	5	4	3	Indiff.
xvii	14	12	14	12	12	10	10	8	7	6	5	4	ANNI COMMVNES.
xvi	15	13	15	13	13	11	11	9	8	7	6	5	
xv	16	14	16	14	14	12	12	10	9	8	7	6	
xiiii	17	15	17	15	15	13	13	11	10	9	8	7	
xiii	18	16	18	16	16	14	14	12	11	10	9	8	
xii	19	17	19	17	17	15	15	13	12	11	10	9	
xi	20	18	20	18	18	16	16	14	13	12	11	10	
x	21	19	21	19	19	17	17	15	14	13	12	11	
ix	22	20	22	20	20	18	18	16	15	14	13	12	
viii	23	21	23	21	21	19	19	17	16	15	14	13	
vii	24	22	24	22	22	20	20	18	17	16	15	14	
vi	25	23	25	23	23	21	21	19	18	17	16	15	
v	26	24	26	24	24	22	22	20	19	18	17	16	
iiii	27	25	27	25	25	23	23	21	20	19	18	17	
iii	28	26	28	26	26	24	24	22	21	20	19	18	
ii	29	27	29	27	27	25	25	23	22	21	20	19	
j	30	28	30	28	28	26	26	14	23	22	21	20	

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

Quartadecima Luna quæ ſit, & cur Epactæ in Calendario ita ſint diſpoſitæ, atque æquatæ, vt earum Nouilunia medias ac veras coniunctiones Luminarium plerumque ſubſequantur.

Falſa opinio quorũdam, Paſcha nõ eſſe celebrandũ Luna xv. ſed poſt.

Quomodo prohibitũ ſit, ne Paſcha Chriſtianum cũ Iudæis celebretur.

Eccleſiam frequenter Paſcha celebraſſe Luna xv.

IAM dudum in ſuperioribus conſtituimus, Paſcha celebrandum eſſe poſt Lunam xiiij. primi menſis vſque ad Lunam xxi. ita vt dies Dominicus incidens in Lunam xv. vel xvi. vel xvii. vel xviii. vel xix. vel xx. vel xxi. ſolus aptus ſit, atque idoneus ad Paſchæ celebrationem; idque cap. 1. tum ex decretis Summorum Pontificum, Conciliorumque, tum ex variis teſtimoniis illuſtrium ſcriptorum, perpetuoque vſu Eccleſiæ comprobauimus: vt mirum ſit, nonnullos ex recentioribus, qui plus ſapere, & intelligere ſe arbitrantur, quam antiquos illos Patres, & Concilia, contra continuum vſum Eccleſiæ tum Orientalis, tum Occidentalis tam pertinaciter aſſerere non vereri, Paſcha non eſſe celebrandum, niſi poſt Lunam xv. ſiue Plenilunium, etiamſi in diem Dominicum Luna xv. incidat; propterea quod putant, nos tunc Paſcha vna cum Iudæis celebrare. qua in re mirum in modum decipiuntur. Neq; enim interdictum fuit vnquam Chriſtianis, ne in Luna xv. ſiue in Plenilunio medio, Paſcha celebrent, etiamſi Iudæi tunc ſolennitatẽ Paſchæ legalis peragant, ſed ſolum, ne Luna xiiii. Paſcha celebretur, quando Iudæi ad veſperam agnum immolant: alioquin cadente Luna xv. ſiue Plenilunio medio, in Dominicum diem, ſi alius dies Dominicus expectandus eſſet, celebraretur Paſchale feſtum Luna xxii. hoc eſt, in quarta hebdomada menſis Lunaris: quod ſanctionibus Conciliorum, atque Pontificum repugnat, quibus ſæpe cautum eſt, vt Paſcha poſt Lunam xiiii. primi menſis vſque ad xxi. eiuſdem incluſiuè celebretur, vt abunde cap. 1. oſtendimus. Certe noſtra ætate non ſemel vidimus, Paſcha celebratum eſſe, ex decreto Concilii Nicæni, die 22. Martii, hoc eſt, Luna xv. quam Cyclus per aureum numerum xvi. offerebat, cum Luna xiiii. Cycli neceſſario tunc in diem 21. Martii inciderit, ante quem diem nulla Luna xiiii. Paſchalis eſſe poteſt, vt eodem cap. 1. ſcripſimus. Quin immo quotieſcunque Luna xiiii. primi menſis in diem ſabbati incidit, celebratum eſt Paſcha ſequenti ſtatim die Dominico, id eſt, Luna xv. quam Cyclus indicabat. qua de re vide, quæ cap. 1. Num. 7. diſputauimus, vbi 175. Paſchata adduximus, quæ Luna xv. à Concilio Nicæno vſque ad correctionem hanc Gregorianam celebrata ſunt.

QVOD ſi quis dicat, Lunam xv. ex Cyclo aurei numeri in Calendario veteri inuentam, hiſce temporibus ante correctionem anni ſubſecutam ſemper fuiſſe Plenilunium medium toto quatriduo, & eo amplius, propterea quod Nouilunia tanto ſpatio à priſtinis ſedibus verſus initia menſium progreſſa fuerint; atque ideo non celebratum fuiſſe re ipſa Luna xv. vel in Plenilunio medio, ſed multo poſt, licet in Lunã xv. Cycli inciderit. Quod ſi quis, inquam, ita dicat, reſpondendum eſt, id caſu eueniſſe, & (vt cum Philoſophis loquar) per accidens, propter illam nimirum Nouiluniorum anticipationem; per ſe tamen & natura ſua Paſcha illud in oppoſitionem mediam incidiſſe, ſi videlicet Nouilunia in propria loca fuiſſent tunc reſtituta. Sed eſto, Paſcha nunquam celebratum eſſe noſtra ætate in plenilunio medio, ſed poſt, ob illam anticipationẽ Nouiluniorum, certe prope tempora Concilij Nicæni, vt anno Domini 340. biſſextili, ex decreto eiuſdem Concilij celebratum eſt Luna xv. ſecundum Cyclum die 30. Martij, cum aureus numerus eo anno fuerit 18. reponẽs terminum Paſchalem, ſeu Lunam xiiij. in 29. diem Martij, litera vero Dominicalis poſt diem intercalatum fuerit E, diei 30. Martij aſcripta, oppoſitio denique media contigerit die 29. Martij, hora ferme 9. poſt meridiem, ac propterea diei 30. inſequenti tribuenda: idemque factum eſt in pluribus aliis annis, vt ex tabula capitis 1. patet, quamuis nonnunquam Paſcha Luna xv. celebratum mediam oppoſitionem ferme præuenerit, nimirum in annis 326. 330. 346. 350. 370. 441. 475. 495. quod quidem ideo contigit, quia aureus numerus ita fuit tempore Nicæni Concilij per dies Calendarij digeſtus, vt Nouilunia nimis cito indicarent, vt infra Num. 5. docebo.

Opinio quorundã falſa de Luna xiiii. Paſchali.

2. CVM igitur Paſcha celebrari debeat neceſſario die Dominico, qui proxime Lunam xiiij. primi menſis inſequitur, atque adeo in ipſa Luna xv. ſi tunc ſit Dominicus dies, exponendum iam eſt, quænam ſit illa xiiij. Luna, & quo pacto ſecundum antiquiſſimum Eccleſiæ vſum inueſtiganda ſit in Calendario, ne in tanta celebritate error, aut diſſenſio vlla oriatur. Neque enim deſunt hoc tempore, qui non recte hac de re ſentiant. Opinantur nonnulli, Lunam xiiij. eſſe ipſum diem oppoſitionis Solis ac Lunæ. Verum hi toto (quod aiunt) cœlo aberrant. Nam cum Paſcha in Plenilunio celebrari poſſit, vt vſus Eccleſiæ docet, & Patrum, Conciliorumque Decreta, quod ſupra oſtendimus; cautum vero ſit ab eiſdem, ne vnquam Paſcha die Lunæ xiiij. ſed ſemper poſt eam celebretur: quis tam cæcus eſt, qui non videat, præter paucos iſtos, qui tamen hoc in negotio haberi volunt Lyncei, in Dei Eccleſia idem non eſſe Lunam xiiij. & Plenilunium? Lege diligenter, quæ cap. 1. Num. 7. ſcripſimus, vbi plures auctores & graues, & doctos, tam antiquos, quam recentes, adduximus, qui aperte Plenilunium appellant Lunam xv. non autem xiiij.

Opinio alia falſa de Luna xiiii. Paſchali.

ALII concedentes, Paſcha celebrari poſſe Luna xv. ſiue in Plenilunio, propter vſum Eccleſiæ perpetuum, & teſtimonia à nobis cap. 1. prolata, nimis pertinaciter affirmant, Lunam xiiij. eſſe eum diem, qui oppoſitionem veram proxime antecedit. Sed ne hoc quidem verum eſt, cum Eccleſia veros motus nunquam conſideret, immo neque medios, ſed Cyclos tantum, vt cap. 4. abunde, copioſeque demonſtrauimus. Profecto ſi hæc ſententia eſſet vera, actum foret de omnibus Cyclis, cum nullus reperiri poſſit, vt poſtea dicemus, qui ita in Calendario diſponatur, vt eius Lunæ xiiij. vno die veram oppoſitionem, vel etiam mediam ſemper præueniant.

Luna xiiii. Paſchalis ex vſu Eccleſiæ quæ.

3. LVNA igitur xiiij. ſumitur ab Eccleſia pro die quartadecima Lunationis Paſchalis, numerando eam incluſiue à Neomenia, ſiue principio menſis Lunaris Paſchalis, hoc eſt, ab eo die, cui præfixus eſt numerus Cycli decennouennalis, qui in propoſito anno Nouilunia indicat in Calendario, ſiue is dies congruat cum coniunctione Solis ac Lunæ vera, mediaue, ſiue ab ea diſcrepet. Confirmatur hoc ex omnibus, qui de feſtorum mobilium celebritate ſcripſerunt, clariſſimeque ex antiqua tabula Paſchæ, aliorumq; mobilium feſtorum, quæ

ſemper

Digitized by Google

ſemper Eccleſia ante hanc anni correctionem vſa eſt, apparet, in qua aureus quilibet numerus ei diei menſis Martij aut Aprilis præfigitur, qui quartusdecimus eſt incluſiue à Nouilunio, quod per eundem aureum numerum in Calendario oſtenditur, & poſt quem proxime adueniens Dominicus dies ſacroſanctum Paſcha exhibet. Atque hoc non ſolum in Eccleſia Occidentali, verum etiam in Orientali ſemper obſeruatum eſt, quod probari poteſt ex eo, quod nulla vnquam ante hanc Calendarij reſtitutionem diſſenſio, aut varietas in Paſchæ celebratione inter Orientales atque Occidentales extitit, quod nulla ratione contigiſſet, niſi eodem modo Luna xiiij. fuiſſet accepta, hoc eſt, ab ipſa Neomenia Cycli incluſiue numerata.

4 QVANQVAM autem Eccleſia in Nouilunio, & Luna xiiij. ex eo inquirenda neq; veros motus conſideret, neque medios, ſed eos ſecundum Cycli ordinem duntaxat metiatur: negandum tamen non eſt, medias oppoſitiones ex tabulis Aſtronomicis inuentas maxime eſſe vtiles ad perpendendum, & diiudicandum, quinam Cyclus è pluribus ſit eligendus, & in Calendario deſcribendus ad Lunas xiiij. Paſchales perueſtigandas. Is enim ex omnibus aſſumendus eſt, cuius numeri, adhibita ſuis temporibus æquatione, perpetuo in Calendario ita Neomenias, ſiue Nouilunia, atque ex his Lunas xiiij. primi menſis ad ſacroſanctum Paſcha rite celebrandum oſtendant, vt nulla vnquam Luna xiiij. Paſchalis à Nouilunio incluſiue numerata, duobus aut pluribus diebus oppoſitionem mediam præcurrat, ſed vel vno tantum, vel certe in ipſum Plenilunium medium incidat, vel ſaltem non multo poſt conſequatur. Quamuis ne de hoc quidem magnopere laboret Eccleſia, vt videlicet tam accurate ac ſtudioſe exquiratur Luna xiiij. Paſchalis: quia ei ſatis eſt, vt omnes obſeruent vbique diem Lunæ xiiij. à Nouilunio Cycli incluſiue numeratum, licet interdum plus quam vno die oppoſitionem mediam præueniat, aut inſequatur. In noſtro certe Cyclo Epactarum, quanta maxima potuimus cura ac diligentia obſeruare conati ſumus, vt per dies Calendarij diſtributus Nouilunia indicet, quæ ſubſequantur ferme coniunctiones Luminarium veras ac medias tanto ſpatio, quantum ſatis eſt, vt Lunæ xiiij. Paſchales vel vno tantum die medias oppoſitiones præueniant, vel in eaſdem omnino incidant, vel denique non longe poſt illas contingant. Neque hoc temere aut caſu factum eſt à nobis, ſed de induſtria ac magno conſilio. Si namque prima dies Menſis Lunaris ex Cyclo foret ea, in qua vere Nouilunium tabulæ Aſtronomicæ exhibent, (quod Computiſtæ Accenſionem Lunæ dicunt) non autem ea, quæ Nouilunium Aſtronomicum vno die, plus minus, ſubſequitur, accideret ſæpenumero, vt ſanctum Paſchæ diem celebraremus non ſolum Luna xiiij. hoc eſt, vno die ante Plenilunium vna cum Iudæis, & Quartadecimanis hæreticis, quod abſurdum foret; verum etiam interdum, quod eſſet abſurdius, ante huiuſmodi Lunam xiiij. Quod ita planum fieri poteſt.

Tabulas medij motus Lunæ vtiles eſſe ad examinandum Cyclum quemcunq; propoſitū. Quis Cyclus ex omnibus eligendus ſit.

Cyclum Epactarum ita eſſe diſpoſitum vt Lunæ xiiij. Paſchales non antecedant medias oppoſitiones pluribus diebus quam vno, & quare.

ACCIDAT verbi gratia Nouilunium medium in aliquo anno, ipſo meridie octaui diei Martij, vbi Cyclus primum Nouilunium Paſchale ſtatuit. Hoc poſito, continget plenilunium medium die 23. Martij circa ortum Solis, nimirum Diebus 14. Hor. 18. Min. 22. ſec. 2. poſt mediam coniunctionem. Tot enim dies, horæ, horarumque fragmenta inter mediam coniunctionem, oppoſitionemque intercidunt neceſſario, vt cap. 8. Num. 2. ſcripſimus. Cum ergo Luna xiiij. illius Nouilunij ex Cyclo cadat in diem 21. Martij, celebrabitur tunc Paſcha die 22. Martij, ſi ea ſit Dominica, die videlicet integro ante oppoſitionem mediam. Idem ferme abſurdum eueniret, ſi Nouilunium medium, quod horis 12. ante meridiem eiuſdem diei 8. Martij, hoc eſt, ipſa media nocte præcedentis diei, contingit, ſumatur pro prima die Lunæ Paſchalis. Nam illius Plenilunium incidet in diem 22. Martij, ſub Solis occaſum, ac propterea ſequenti diei 23. aſcribendum erit potius, quam diei 22. Quare ſi tunc dies 22. eſſet Dominica, celebraretur iterum Paſcha ante medium fere Plenilunium. Neque vero incommodum hoc magis euitabitur, ſi dies Nouilunij veri dicatur prima dies Lunæ ſecundum Cyclum. Cum enim ex calculo Aſtronomico conſtet, Plenilunium verum à vero Nouilunio poſſe diſtare diebus $15\frac{1}{2}$. eoque amplius, (Exemplum ſit Nouilunium verum Menſe Iulio præteriti anni 1600. quo hæc ſcribebamus, quod ſecundum Ephemerides Io. Antonij Magini, incidit in diem 10. Iulij, hor. $1\frac{1}{2}$. poſt mer. Plenilunium autem verum in diem 25. hor. 14. poſt mer. vbi manifeſte vides, interuallum inter Nouilunium ac Plenilunium complecti dies $15\frac{1}{2}$. & inſuper horam 1.) quis non videt, ſi tum Nouilunium verum in meridiem diei 18. Martij incideret, plenilunium verum contingere die 23. hor. 14. poſt mer. ac proinde ſi tunc Dominicus dies caderet in 22. Martij, Paſcha celebrari ante plenilunium verum?

Si Nouilunium Cycli non ſubſequeretur coniunctionem, qua in cœlo fit, ſæpe Paſcha celebratū iri ante pleniluniū.

ALTERO hoc exemplo, quod addam, res eadem magis illuſtrabitur. Anno 1588. Nouilunium verum contigit die 26. Martij, hor. 14. Min. 49. poſt mer. hoc eſt, die 27. horis ferme 9. ante meridiem: Plenilunium autem verum die 11. Aprilis, hor. 1. poſt mer. Si igitur Epacta ij. illius anni appoſita eſſet diei 27. Martij, (quod nonnulli contendunt, rem minus accurate conſiderantes, vt nimirum prima dies Nouilunij Paſchalis ex Cyclo inuenti à die veri Nouilunij non diſcreparet) incideret Luna xiiij in diem 9 Aprilis, ideoque ſequenti die 10. cum is Dominicus fuerit, Paſcha ex decretis Eccleſiaſticis celebratum eſſet, hoc eſt, die integro ante Plenilunium verum, quod abſurdum foret. Solerti igitur ac prudenti conſilio Epacta ij. non ad diem 27. Martij, ſed ad diem 29. aſcripta eſt à nobis, licet prima eius Lunationis dies ſubſequatur diem 27. veri Nouilunij duobus fere diebus, vt nimirum eiuſdem dies xiiii. non multum plenilunium verum anteuertat.

QVOD ſi obiiciant illi, qui arbitrantur, per noſtras Epactas in Calendario Nouilunia plus æquo poſtponi, hoc eſt, ſerius indicari, quam par eſt, Epactam ii. diei 28. Martii debuiſſe præfigi, non autem 29. diei, vt eius Nouilunium non duobus diebus, ſed vno tantum à vero abeſſet: Reſpondeo, nulla id ratione debuiſſe fieri. Nam ſi ea Epacta è die 29. Martii in 28. migraret, promouendæ etiam eſſent omnes aliæ Epactæ ſurſum per vnum diem, cum alio ordine deſcribi nequeant in Calendario, quam deſcriptæ à nobis ſunt, ſi Lunationes conſtitui debeant alternis dierum 30. & 29 vt ratio poſtulat: quæ promotio, ſi inſtitueretur, præterquam quod Luna xiiii. Paſchalis tunc incideret in diem 10. Aprilis, ac proinde maiori ſpatio, quam vno die, verum plenilunium præueniret, præcurrerent multarum Epactarum Nouilunia veras coniunctiones Luminarium per integrum diem, vt in ſequenti tabula ex Ephemeridibus Io. Antonii Magini excerpta liquido apparet.

Cur Epactæ in Calendario nō promota ſint ſurſum vno die, vt citius Nouilunia indicarent, quam nūc indicant.

SEQVITVR TABVLA.

TABV-

Digitized by Google

TABVLA

Ex Ephemeridibus Io. Antonij Magini excerpta.

Anni Domini.	Menses.	Nouilunia vera ex Ephemeridibus Magini. D. H. M.	Epactæ.	Nouilunia ex Epactis per vnum diem ſurſum promotis.
1582	Decem.	24. 15. 55	xxvi	24
1583	Ianuar.	23. 8. 0	vii	23
1583	Februar.	21. 21. 18	vii	21
1583	Mart.	23. 8. 16	vii	23
1583	Apr.	21. 17. 15	vii	21
1583	Iun.	19. 6. 24	vii	19
1583	Octob.	15. 4. 53	vii	15
1583	Decem.	13. 17. 15	vii	13
1584	Ianuar.	12. 12. 8	xviii	12
1584	Februar.	11. 5. 31	xviii	10
1584	Apri.	10. 8. 20	xviii	10
1585	Apri.	29. 6. 33	xxix	29
1586	Apri.	18. 12. 13	x	18
1586	Iun.	16. 14. 31	x	16
1586	Aug.	14. 9. 9	x	14
1587	Apri.	7. 12. 56	xxi	7
1587	Mai.	7. 5. 24	xxi	7
1587	Iun.	5. 20. 29	xxi	5
1587	Iul.	5. 10. 1	xxi	5
1587	Aug.	3. 21. 55	xxi	3
1587	Septem.	2. 8. 31	xxi	2
1587	Octob.	1. 18. 23	xxi	1
1587	Octob.	31. 4. 0	xxi	31
1587	Nouem.	29. 13. 38	xxi	29
1589	Octob.	9. 3. 26	xiii	9
1589	Decem.	7. 6. 33	xiii	7
1590	Februar.	4. 4. 11	xxiiii	4
1590	Septem.	28. 5. 36	xxiiii	28
1590	Nouem.	26. 15. 28	xxiiii	26
1590	Decem.	26. 6. 20	xxiiii	26
1591	Febru.	23. 6. 15	v	23
1591	Decem.	15. 11. 40	v	15

Anni Domini.	Menses.	Nouilunia vera ex Ephemeridibus Magini. D. H. M.	Epactæ.	Nouilunia ex Epactis per vnum diem ſurſum promotis.
1592	Ian.	14. 4. 34	xvi	14
1592	Feb.	12. 19. 11	xvi	12
1594	Apr.	20. 4. 3	viii	20
1595	Apr.	9. 7. 44	xix	9
1595	Iun.	7. 12. 21	xix	7
1595	Aug.	5. 8. 36	xix	5
1596	Febr.	27. 15. 0	j	27
1596	Iun.	25. 6. 49	j	25
1596	Aug.	23. 7. 5	j	23
1596	Octob.	21. 3. 26	j	21
1597	Iun.	14. 8. 40	xii	14
1597	Aug.	12. 14. 19	xii	12
1567	Septem.	11. 4. 0	xii	11
1597	Octob.	10. 16. 46	xii	10
1597	Nouem.	9. 4. 25	xii	9
1597	Decem.	8. 15. 7	xii	8
1598	Febr.	5. 11. 19	xxiii	5
1598	Apr.	5. 9. 10	xxiii	5
1598	Iun.	3. 10. 28	xxiii	3
1598	Aug.	1. 15. 55	xxiii	1
1598	Aug.	31. 7. 39	xxiii	31
1598	Septem.	29. 23. 33	xxiii	29
1598	Octob.	29. 14. 39	xxiii	29
1598	Nouem.	28. 4. 29	xxiii	27
1598	Decem.	27. 16. 39	xxiii	27
1599	Ian.	26. 3. 27	iiii	26
1599	Febr.	24. 13. 24	iiii	24
1599	Apr.	24. 8. 14	iiii	24
1599	Iun.	22. 5. 8	iiii	22
1599	Aug.	20. 8. 15	iiii	20
1599	Octob.	18. 17. 59	iiii	18
1599	Nouem.	17. 11. 15	iiii	17

RESI-

Digitized by Google

RESIDVVM TABVLÆ EX EPHEMERIDIbus Io. Antonij Magini excerpta.

Anni Domini.	Menſes.	Nouilunia vera ex Ephemeridibus Magini. D. H. M.	Epactæ.	Nouilunia ex Epactis per vnum diem ſurſum promotis.
1599	Decem.	17. 3. 16	iiij	16
1600	Ianuar.	15. 17. 18	xv	15
1600	Februar.	14. 5 9	xv	13
1600	Decem.	5. 6. 33	xv	5
1601	Mart.	4. 5. 35	xxvi	4
1602	Februar.	21. 13. 30	vii	21
1602	Mart.	23. 4. 19	vii	23
1602	Apr.	21. 6. 9	vii	21
1602	Iun.	19. 9. 8	vii	19
1603	Februar.	10. 14. 43	xviii	10
1603	Mart.	12. 8. 51	xviii	12
1603	Apri.	11. 0. 52	xviii	10
1603	Mai.	10. 13. 56	xviij	10
1603	Iun.	9. 0. 45	xviij	8
1603	Iul.	8. 9. 3	xviij	8
1603	Aug.	6. 16. 44	xviij	6
1603	Octob.	4. 9. 1	xviij	4
1603	Decem.	2. 7. 14	xviij	2
1605	Iun.	16. 3. 10	x	16
1606	Iun.	5. 4. 18	xxi	5
1606	Aug.	3. 10. 30	xxi	3
1606	Octob.	1. 14. 25	xxi	1
1606	Nouem.	29. 14. 7	xxi	29
1607	Aug.	22. 3. 7	ij	22
1607	Octob.	20. 11. 6	ij	20
1607	Decem.	18. 15. 9	ij	18
1608	Febru.	15. 12. 51	xiii	15
1609	Febr.	4. 3. 42	xxiiii	4
1610	Febr.	23. 3. 30	v	23
1611	Febr.	12. 9. 2	xvi	12
1611	Apri.	12. 14. 29	xvi	12
1611	Iun.	10. 9. 14	xvi	10

Anni Domini.	Menſes.	Nouilunia vera ex Ephemeridibus Magini. D. H. M.	Epactæ.	Nouilunia ex Epactis per vnum diem ſurſum promotis.
1615	Feb.	27. 6. 9	j	27
1615	Apr.	27. 9. 14	j	27
1615	Iun.	25. 15. 7	j	25
1615	Iul.	25. 6. 17	j	25
1615	Aug.	23. 21. 14	j	23
1615	Septem.	22. 11. 32	j	22
1615	Octob.	22. 0. 49	j	21
1615	Nouem.	20. 12. 52	j	20
1615	Decem.	19. 23. 47	j	19
1616	Ian.	18. 9. 56	xii	18
1616	Febr.	16. 19. 57	xii	16
1616	Octob.	10. 7. 0	xii	10
1616	Decem.	8. 12. 50	xii	8
1617	Febr.	5. 12. 10	xxiii	5
1617	Apr.	5. 7. 2	xxiii	5
1617	Septem.	29. 7. 45	xxiii	29
1617	Nouem.	27. 19. 8	xxiii	27
1617	Decem.	27. 11. 27	xxiii	27
1618	Febr.	24. 16. 3	iiii	24
1618	Apr.	24. 8. 10	iiii	24
1618	Decem.	16. 14. 22	iiii	16
1619	Ian.	15. 8. 27	xv	15
1619	Febr.	14. 0. 34	xv	13
1619	Mart.	15. 13. 50	xv	15
1619	Apr.	14. 0. 30	xv	13
1619	Mai.	13. 9. 0	xv	13
1619	Iun.	11. 16. 22	xv	11
1619	Aug.	9. 7. 24	xv	9
1619	Octob.	7. 5. 14	xv	7
1619	Decem.	5. 13. 56	xv	5
1620	Ian.	4. 8. 57	xxvi	4
1620	Febr.	3. 4. 1	xxvi	3

Digitized by Google

Explicatio tabulæ præcedentis.

IN huius tabulæ prima columna deſcripti ſunt Anni Domini; in ſecunda menſes; in tertia dies, horæ, ac minuta poſt meridiem, quibus Ephemerides Io. Antonij Magini Nouilunia vera exhibent; in quarta Epactæ illis annis currentes; in quinta denique Nouilunia ab illis Epactis, ſi per diem vnum promotæ eſſent, oſtenſa. Vbi liquido conſtat, poſteriora hæc Nouilunia prius indicari ab Epactis ſic promotis, quam illa priora in cœlo contingunt: Et quidem in annis quibuſdam, vt 1598. menſe Nouembri; 1599. Decembri; 1603. Aprili; 1603. Iunio; 1615. Octobri; 1619. Februario; & 1619. menſe Iunio anticipationem hanc maiorem eſſe die integro. quod eſſet perabſurdum. Neglexímus autem Nouilunia illa vera, (quorum non exiguus eſt numerus) quæ ipſo meridie vel vna, aut altera hora poſt meridiem fiunt iiſdem diebus, quibus ab Epactis promotis per vnum diem oſtenderentur, & ea duntaxat annotauimus, quæ pluribus horis ſequuntur Nouilunia Epactarum, & tamen, vt vides, in minori ſpatio, quam 40. annorum, fierent 128. Nouilunia Epactarum, ſi per vnum diem promouerentur, prius quam veræ Luminarium coniunctiones in cœlo exiſterent, quod eſſet contra vſum omnium nationum, apud quas Cyclus Lunaris fuit in vſu. Non igitur Epactæ promouendæ ſunt per vnum diem ſurſum, ac proinde Epacta ij. recte ad diem 29. Martij, non autem ad 28. aſcripta eſt.

5 EADEM abſurda conſequerentur, ſi quis, relictis quidem Epactis in Calendario, vt eas deſcripſimus, tanquam recto ordine diſpoſitas, ſed tabulam æquationis aliter inſtitueret, nimirum præfigendo anno 1582. poſt correctionem, non literam D, maiuſculam, ſed literam E, vt in tabula expanſa aureo numero 12. anni 1588. reſponderet Epacta iij. in linea Epactarum, cui litera E, maiuſcula aſcripta eſt: quæ quidem Epacta iij. in Calendario ſuperior eſt vno die, quam Epacta ij. Eadem, inquam, abſurda conſequerentur, quia tunc Nouilunia ab Epactis vno item die citius monſtrarentur, non ſecus, ac ſi promotæ eſſent Epactæ per vnum diem, manente tabula æquationis intacta. Recte igitur in æquationis tabula literam D, maiuſculam anno 1582. poſt decem dierum exemptionem appoſuimus, non autem literam E, maiuſculam, ne Nouilunia in Calendario prius quam oporteat, ab Epactis indicentur. Eodem modo confirmabimus, alias literas aliis annis in tabula æquationis congruenter eſſe præfixas, ne ſcilicet, ſi aliter æquatio inſtitueretur, Nouilunia Epactarum in Nouilunia vera incidant, vel ea antecedant, quorum vtrumque abſurdum eſt, ſed potius (quod magis ex vſu Eccleſiæ eſt) ſubſequantur, vt Lunæ xiiij. Paſchales ſemper, quoad eius fieri poteſt, Plenilunia media præueniant vno tantum die.

In tabula æquationis literam D, maiuſculã recte appoſitam eſſe anno 1582. poſt correctionem, nõ autem literam E, maiuſculã.

RVRSVS non expedire, vt Nouilunia Cycli coniunctionibus medijs, aut veris congruant, ſed magis ex vſu Eccleſiaſtico eſſe, vt eas ſubſequantur, plane docere nos poteſt Cyclus aurei numeri olim Calendario inſcriptus. Hic enim cum circa tempora Concilij Nicæni Nouilunia indicaret iiſdem prope diebus, quibus in cœlo fiebant, factum eſt, vt frequentiſſime tunc Paſcha in xiiij. Lunam fere inciderit, hoc eſt, ante mediam quaſi oppoſitionem celebratum fuerit, contra eiuſdem Concilij Decreta. Dixi, *quaſi*, quia dies Paſchæ attigit aliquot horas mediæ oppoſitionis, ita vt non poſſit abſolute dici, ipſum Luna xiiij. eſſe celebratum. quod quidem in nullo Cyclo vitari poteſt, vt fuſius cap. 22. Num. 4. docebimus; ſed ſolum in hoc Cyclus ille Nicæni Concilij reprehendendus videtur, quod nimis crebro eo modo Paſchæ diem propoſuerit celebrandum, propter illam anticipationẽ Nouiluniorum. Quo enim rarius hic error (ſi error dicendus eſt, qui vitari nõ poteſt) committitur, eo perfectior Cycli diſpoſitio in Calendario iudicanda erit. Id quod noſter Cyclus Epactarum egregie præſtat, vt ex cap. 22. liquido conſtabit, vbi Paſcha ad plurimos annos ſupputauimus. Sed ecce tabellam octo annorum, quibus circa tempora Concilij Nicæni Paſcha ante iuſtum fere, ac legitimum tempus intra ſpatium annorum 170. celebratum eſt, præſertim annis 326. 346. 475. & 496. in quibus Plenilunium medium poſt occaſum Solis in die Paſchæ occurrit.

Paſcha circa tempora Conc. Nicæni frequẽter incidiſſe quaſi in Lunã xiiij. eo quod Nouilunia nimis cito ab aur. num. monſtrarentur.

Anni Domini.	Aurei Numeri.	Literæ Dominicales.	Paſcha.	Oppoſitiones mediæ Paſchales.		
				D.	H.	M.
326	4	B	3 Apr.	3	13	54
330	8	D	19 Apr.	19	2	37
346	5	E	23 Mar.	23	15	16
350	9	G	8 Apr.	8	3	58
370	10	C	28 Mar.	28	5	19
441	5	E	23 Mar.	23	1	58
475	1	E	6 Apr.	6	11	4
495	2	A	26 Mar.	26	12	25

Cur in Paſcha celebratione etiam poſt Concilium Nicænum tot diſſenſiones fuerint inter Orientalẽ & Occidẽtalẽ Eccleſiam.

IN prima columna notati ſunt anni, quibus Paſcha ante Plenilunium fere medium celebratum eſt, aut certe non poſt, ſed ijs diebus, qui plenilunia habent aliquot horis poſt meridiem: in ſecunda columna continentur aurei numeri illis annis currentes: In tertia literæ Dominicales: in quarta, dies Paſchæ. In quinta denique, oppoſitiones mediæ Paſchales. Vbi vides, errorem hunc, id eſt, anticipationem hanc Paſchæ, ſpatio 170. annorum in 8. annis admiſſum eſſe: vt mirandum non ſit, tot adhuc diſcordias in Paſchæ celebratione poſt Concilium Nicænum extitiſſe inter Orientalem, & Occidentalem Eccleſiam, vſque ad Iuſtiniani Imperatoris tempora, quando Calendario à Dionyſio Abbate inſcriptus Cyclus aurei numeri rectius

Noui-

Digitized by Google

Nouilunia, ex vſu Eccleſiæ, & Lunas xiiij. Paſchales monſtrabat, quam Nicæni Concilij temporibus, hoc eſt, tardius, quam in cœlo contingebant.

6 HVC accedit, quod niſi Nouilunia Epactarum ſubſequerentur coniunctiones Luminarium eo modo, quo ab Epactis, adhibita æquationis tabula, in Calendario oſtenduntur, inſignes, & intolerabiles errores ſæpiſſime contingerent in celebratione Paſchæ. Cuius rei euidentiſſimum exemplum fuit annus 1598. quem nonnulli in medium adducunt, vt oſtendant; Epactas non exhibere legitimas xiiij. Paſchales, qua in re mirum in modum decipiuntur. Nam ſi ex eorum ſententia, qui putant, Nouilunia per Epactas in nouo Calendario tardius, quam res ferat, indicari, Epactæ ſingulæ per ſingulos dies ſurſum promouerentur, vel (quod idem eſt) æquationis tabula ita inſtitueretur; vt pro linea literæ D, maiuſculæ in tabula expanſa aſſumi iuberetur linea literæ E, maiuſculæ, incidiſſet Nouilunium Paſchale illius anni 1598. in diem 5. Aprilis, vbi collocata tunc eſſet Epacta xxiij. eiuſdem anni, ſi illa Epactarum promotio fieret, vel vbi Epacta xxiiij. ponitur, quæ eodem anno Nouilunia indicaſſet; ſi æquationis tabula aliter conſtrueretur, ita vt annus 1582. poſt correctionem præfixam haberet literam E, maiuſculam, non autem D, maiuſculam. Antecedens enim Nouilunium, quod incidiſſet tum in 7. diem Martij, Paſchale non fuiſſet, cum extra terminos Paſchales cadat, vt ex iis conſtat, quæ cap. 1. ſcripſimus. Hoc conceſſo, celebratum fuiſſet Paſcha die 19. Aprilis, hoc eſt, Dominica prima poſt xiiij. Lunam, quæ tunc in diem 18. incidiſſet. Cum ergo eo anno oppoſitio media facta fuerit Die 20. H. 9. M. 20. poſt merid. in Aprili, verum autem plenilunium Die 20. Hor. 22. Min. 39. poſt mer. vti volunt Ephemerides Io. Antonij Magini, præceſſiſſet ſolennitas Paſchalis Plenilunium tum verum, tum medium, duobus ferme diebus. quod ſacris Canonibus, & Conciliis aduerſatur. Idemque demonſtrari poteſt, aliis nonnullis annis accidere.

Multos errores in Paſcha fieri, ſi Epacta citius Nouilunia indicaret, quā ex præſcripto noui Calendarij indicant, præſertim anno 1598.

NE igitur tam fœdi, ac turpes errores in tanta celebritate admittantur, optimo conſilio ſic diſpoſitæ ſunt Epactæ in Calendario, ſicque earum æquatio inſtituta, vt Epacta anni 1598. ſit xxiij. ad diē 8. Martij poſita. Ita enim Nouilunium Paſchale tunc incidit in diem 8. Martij, eiuſque dies xiiij. in diem 21. ac proinde Paſcha ſequenti die 22 quæ Dominica fuit, celebrandum fuit, nimirum Luna xv. quæ in oppoſitionem mediam tum incidit, cum ea facta ſit Die 21. Hor. 20. Min. 36. poſt mer. hoc eſt, Die 22. Horis fere quatuor ante meridiem. Neque vero obſtat, quo minus rite eo anno Paſcha celebratum ſit, quod Plenilunium verum contigerit tunc Die 22. Hor. 9. poſt mer. Eccleſia enim in hoc negotio veros motus medijs poſtponit, vt cap. 4. oſtendimus. Adde ſatis eſſe, quod Paſcha illud attigerit quodammodo verum Plenilunium, cum dies 22. in quo Paſcha fuit celebratum, durauerit ſecundum Aſtronomos vſque ad meridiem ſequentis diei 23. Miror autem vehementer, non defuiſſe, qui videntes, Nouilunium Martij illo anno eſſe Paſchale, non autem Nouilunium Aprilis, (Hoc enim ſecundum motum medium accidit Die 5. Aprilis Hor. 15. fere poſt mer. & oppoſitio media, Die 20. Hor. 9. poſt mer. extra terminos Paſchales: Illud vero Die 7. Martij. Hor. 20. Min. 13. poſt merid. & oppoſitio media, Die 21. Hor. 20. Min. 36. poſt merid. quæ intra terminos cadit,) dixerint, eo anno Paſcha reiici debuiſſe in diem 29. Martij, propter illam oppoſitionē veram. Si namq; Nouilunium illud Martij eſt Paſchale, vt vere eſt, etiam ipſis obtrectatoribus, & aduerſarijs teſtibus, quod quidem Epacta xxiij. illius anni die 8. Martij exhibet, eiuſque diem xiiij. die 21. non potuit Eccleſia, ſi Conciliorum, Patrumque Decretis ſtare voluit, & diuturnæ conſuetudini, non celebrare Paſcha die 22. cum is fuerit Dominicus dies proxime Lunam xiiij. quam Cyclus exhibet, inſequens. Neque enim vnquam legimus, vel audiuimus, eam Paſcha poſt Lunam xv. Cycli, ſi ea in Dominicam incidat, in aliam hebdomadam, videlicet in quartam, atque adeo in Lunam xxij. distuliſſe, cum hoc Decretis Eccleſiaſticis repugnet omnino. Neque vero, vt ſe defendant, dicere poſſunt, Eccleſiam debuiſſe Nouilunium illud in diem 9. Martij reiicere. Ita enim eius dies xiiij. in 22. Martij incidiſſet, hoc eſt in diem Dominicum, ac proinde Paſcha iuxta Patrum Decreta in Dominicum diem inſequentem, id eſt, in diem 29. tranſlatum fuiſſet. Hoc, inquam, dicere non poſſunt, quia tunc vel Epacta xxiij. cum omnibus alijs per vnum diem deorſum deuoluendæ eſſent, vel (quod idem eſt) pro Epacta xxiij. aſſumenda Epacta xxij. atque idcirco anno 1582. in tabula æquationis litera C, maiuſcula præfigenda. quod abſurdum eſt, cum hac ratione Nouilunia Cycli nimis ſero coniunctiones cœleſtes ſubſequerentur: cum tamen pleriſque, immo & quibuſdam ex noſtris aduerſarijs, videantur ab Epactis, vt in Calendario nouo digeſtæ ſunt, ſerius, quam oporteat, monſtrari. Quid ergo dicerent, ſi per diem integrum adhuc poſtponerentur? Huc accedit, quod Paſcha, ſi magis poſtponerentur Nouilunia, non raro vltimo, ſiue duodecimo menſe celebraretur. Fieri enim poſſet tunc, vt Plenilunium aliquod medium incideret in diem ipſum æquinoctij, id eſt, in diem 21. Martij, aut eum præiret, ac propterea Lunatio illa ad vltimum menſem pertineret, non autem ad primum, (quod Plenilunium primi menſis ſubſequi debeat diem æquinoctij: quippe cum Luna xiiij. eiuſdem primi menſis, Plenilunium vno die antecedens, nunquam anteire debeat æquinoctij diem, vt cap. 1. docuimus.) quam tamen Cyclus plus æquo poſtpoſitus exhiberet Paſchalem, nimirum quando eius Nouilunium contingeret die 8. Martij, ideoque xiiij. die 21. in ipſo æquinoctio. quod quidem ex ſola poſtpoſitione Nouiluniorum euenit. Hinc enim fit, vt Nouilunium medium, duobus diebus, & eo amplius, præueniens Neomeniam Cycli Paſchalem, habere poſſit ſuum Plenilunium in ipſo die æquinoctij, vel ante, ac proinde vltimo menſi tribuendum ſit, quanquam Cyclus Neomeniam illam primo menſi aſcribat. Conſtat ergo Paſcha anno 1598. ex vſu Eccleſiæ recte celebratum eſſe die 22. Martij.

Non recte quoſdam Paſcha anni 1598. ex die 22. Martij, in 29. reiiciendū eſſe arbitrari.

Nouilunia nimis poſtpoſita efficere, vt Paſcha nonnunquā vltimo menſe celebretur.

7 QVÆ cum ita ſint, quis non intelligat, niſi qui parum in hoc negotio videt, Epactas in Calendario nouo probe eſſe diſpoſitas? Quis item iure accuſare nos, aut reprehendere audeat, niſi qui conſuetudinis Eccleſiaſticæ in Cyclorum vſu prorſus ſit ignarus, quod Nouilunia per Epactas inquirenda Nouilunijs per Aſtronomicas tabulas inuentis poſtpoſuimus; ne videlicet in eum, quem diximus, errorem toties incurreremus, hoc eſt, tam ſæpe Paſcha ante oppoſitionem quaſi mediam celebraremus, vt temporibus Concilij Nicæni vſu veniebat? præſertim cum nec ſic effugere omnino potuerimus, quin & Cyclus noſter Epactarum Paſcha interdum ante oppoſitionem fere mediam (licet raro admodum id fiat, & vt ex cap. 22. patebit, in annis 908. poſt annum correctionis 1582. ſemel tantum, nimirum anno 2133. & ad ſummum in ſpatio annorum 3418. vſque ad annum videlicet 5000. quindecies, cum tamen, vt Num. 5. diximus, hoc contigerit prope Concilij

Epactarū diſpoſitionē in Calendario iure non poſſe reprehēdi.

Raro in Calēdario nouo Paſcha celebrari ante mediā

Digitized by Google

oppoſitioni fere, ita vt ipſam aliquo modo non attingat.

Nullũ Cyclum poſſe omnia incommoda vitare.

Nicæni tempora octies in annis 170.) offerat celebrandum, & plurima Nouilunia per eundem Cyclum in Calendario monſtrata cum cœleſtibus Nouilunijs conſentiant: videlicet omnia illa, quæ ſup. Num. 4. ante coniunctiones veras futura eſſe diximus, ſi Epactæ ſingulæ per ſingulos dies verſus menſium initia promoueantur. Dixi Paſcha nonnunquam, licet raro, ante oppoſitionem fere mediam celebrari, quia ſi ſimpliciter, & abſolute loqui velimus, non omnino Paſcha tunc mediam oppoſitionem ita præcurrit, vt eam aliquo modo non attingat, cum in ipſo Paſchæ feſto media oppoſitio fere fiat, vt ex tabula cap. 22. conſtabit. Certe ſi quis tam ſeuerus iudex Epactarum eſſe velit, reputare ſecum debet, nullum Cyclum in Calendario deſcriptum, omnia poſſe incommoda vitare, vt nimirum eius Nouilunia neque à Nouilunijs cœleſtibus diſſentiant, neque eius Lunæ xv. oppoſitiones veras ac medias interdum antecedant. Teſtis eſt aurei numeri Cyclus à Concilio Nicæno approbatus, qui dum circa eius Concilij tempora Nouilunia monſtrabat iiſdem fere diebus, quibus in cœlo fiebant, ſæpe numero eius Luna xiiij. Paſchalis biduo oppoſitionem mediam præibat, ac propterea non raro Paſcha ante oppoſitiouem ferme mediam celebrabatur, vt paulo ante diximus. Teſtis etiam eſt Cyclus noſter Epactarum, qui dum eum aduerſarij ita in Calendario collocare contendunt, vt ſinguli eius numeri per ſingulos dies ſurſum promoueantur, ne Nouilunia nimis ſero indicent, plurima Nouilunia cogit anteuertere Nouilunia cœleſtia, vt Num. 4. dictum eſt. Teſtis denique eſt idem hic noſter Epactarum Cyclus in nouo Calendario deſcriptus, qui dum cauere vult, ne eius Lunæ xiiij. Paſchales biduo medias oppoſitiones præueniant, indicat plerunque Nouilunia coniunctionibus cœleſtibus poſteriora, nec tamen hac etiam adhibita cautione in Nouiluniorum poſtpoſitione, effugere omnino poteſt, quin interdum eius Lunæ xiiij. plus æquo media plenilunia præcurrant, atque adeo Paſcha tunc paulo ante oppoſitionem mediam celebrare cogat. Quod ſi cenſeat quis, Nouilunia idcirco eſſe magis poſtponenda, ne vnquam Lunæ xiiij. plus die integro, ante oppoſitiones medias exhibeantur, is in maiora incidet incommoda. Primum enim Nouilunia Cycli nimis à cœleſtibus Nouilunijs diſtarent, & ſerius, quam par eſt, monſtrarentur iu Calendario. Deinde non raro Paſcha in menſe vltimo, ſiue duodecimo celebraretur, non autem in primo, vt ad finem Num. 4. explicatum eſt.

Epactas noui Calendarij medio modo ſe habere in anticipatione ac poſtpoſitione Nouiluniorũ.

Non poſſe Epactas melius collocari, quam in nouo Calẽdario factum eſt.

Errorẽ Lunæ xiiij quæ plus æquo anticipat oppoſitionẽ mediam, ſæpe per literam Dominicalem emendari.

VIDES igitur, quam præclare cum noſtris Epactis in nouo Calendario ſit actum, quandoquidem, inter duas extremas mediam quaſi viam eas tenere, demonſtratum eſt: ita vt neque nimis earum Neomeniæ anticipent cœleſtia Nouilunia, neque nimis eadem ſubſequantur, ſed medio quodam modo greſſu incedant. quo quid hoc in negotio excogitari poteſt præclarius? Equidem in hac ſemper fui ſententia, eandemque nunc teneo, vt exiſtimem, Epactas non poſſe aliter in Calendario diſponi, ac deſcribi, neque aliter earum æquationem inſtitui, quam in Calendario Gregoriano factum eſt, niſi velimus in errores innumeros quaſi, atque intolerabiles incurrere, & ſacroſanctum Paſchæ diem frequentiſſime contra Canonem Concilij Nicæni, & decreta Patrum peragere. quod non expedire, nemo eſt, qui non videat. Neque vero mouere nos debet, quod interdum, vt diximus, Calendarium nouum exhibeat Lunas xiiij. aliquanto citius, quam die integro, ante oppoſitiones medias; quia in noſtro Cyclo error hic, qui vitari nullo modo poteſt, & rariſſimus eſt, ſi cum aliorum Cyclorum erroribus, qui frequentiſſimi ſunt, conferatur, & eum ſæpenumero litera Dominicalis emendat: ita vt non ſemper eo in caſu Paſcha ante oppoſitionem mediam celebretur, propterea quod Dominica non ſtatim Lunam illam xiiij. inſequitur, ſed vel in oppoſitionem mediam incidit, vel poſt eam occurrit. qua ratione efficitur, vt tunc Paſcha celebretur vel in ipſa media oppoſitione, vel poſt eam, licet Luna xiiij. plus æquo oppoſitionem mediam anticipet, propter Cycli imperfectam naturam, quæ omnibus Cyclis communis eſt, & quidem in noſtro minus imperfecta.

Cur nullus Cyclus poſſit motibus cœleſtibus plane reſpõdere.

Cur Lunationes in anno biſſextili, poſt diẽ intercalarẽ tardiores ſint, quam par eſt.

8. MVLTÆ autem cauſæ ſunt, cur nullus Cyclus motibus cœleſtibus penitus reſpondere poſſit, ſed ſemper aliquot ſecum incommoda afferat. Primum, quia in Lunationibus Cycli, quæ alternis dierum 30. & 29. fere ſemper conſtituuntur, non paucæ horæ negliguntur, cum vna Lunatio media non contineat dies ipſos 30. aut 29. ſed Dies 29. Horas 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. Deinde, quoniam cum in Lunationibus Cycli nulla habeatur ratio dierum intercalarium in annis biſſextilibus, fit, vt interdum Lunatio in Februario inchoata, quæ dies complecti deberet 30. efficiatur dierum 31. & Lunationes totius anni biſſextilis, prioribus duobus menſibus demptis, ſerius plerumque, quam par eſt, in Calendario incipiant, propter illum diem intercalarem, qui in Calendario deſcriptus non eſt. Tertio, quia cum propter vtriuſque anni, Solaris ac Lunaris, æquationem, de vna linea Epactarum tabulæ expanſæ ad aliam ſiue inferiorem, ſiue ſuperiorem, tranſeundum quibuſdam annis ſit, vt ex tabula æquationis cap. 11. & 12. manifeſtum eſt; (quod etiam de Cyclo aurei numeri dicendum eſt, cum hic etiam propter eandem cauſam nunc ſurſum, nunc deorſum promouendus ſit) efficitur, vt non parum magnitudines Lunationum immutentur, perturbenturque. Nam vt alia incommoda taceam, quando aſſumenda eſt Epacta inferior vnitate minor, Lunatio dierum 30. continebit dies 31. quando autem ſuperior, eadem Lunatio efficietur dierum duntaxat 29. Quarto, quia media coniunctio Luminarium, cui Cyclus magis congruere debet, quam veræ, pluribus horis antecedere poteſt veram, & ſubſequi: vt mirum videri non debeat, ſi Nouilunia, Pleniluniaque Cycli à veris coniunctionibus, oppoſitionibuſque diſcrepent. Augetur hæc varietas ex Meridianorum varietate, ac diſſimilitudine, propter quam eadem coniunctio, quæ Romæ, verbi gratia, ipſo meridie fit, Orientalioribus populis, pluribus horis poſt meridiem, Occidentalioribus vero, ante meridiem eueniat, neceſſe eſt.

Luna quãdo ſecundũ Bedam dicenda ſit prima.

Luna quãdo ſecundũ Campanũ dicenda ſit prima.

9 IAM vero Nouilunia ex Cyclo inuenta debere potius ſubſequi coniunctiones Solis ac Lunæ, quæ in cœlo fiunt, quam eaſdem comitari, confirmare quoque poſſumus auctoritate grauiſſimorum ſcriptorum. Nam Venerabilis Beda, vir hac in re exercitatiſſimus, in libro de Ratione temporum, cap. 41. aſſerit, Lunam non eſſe dicendam primam eo die, quo cum Sole coniungitur, ſed die inſequenti, quanquam 23. horis ante Solis occaſum, quo apud ipſum dies incipit, coniunctio fiat. Vides ergo, Lunam dici poſſe primam ſecundum Cyclum, ex ſententia Bedæ, ſcriptoris de recta Paſchæ celebratione diligentiſſimi, etiamſi prius Sol cum Luna coniunctus fuerit per diem integrum, & eo amplius. Idem præcipit Campanus in Computo Maiori cap. 28. his verbis. *Lunam oportet dici primam non in ipſo die coniunctionis eius cum Sole, ſed in die proxime ſequenti, cum iam principium incipit apparere.* vbi perſpicue quoque docet, Nouilunium Cycli per diem integrum ſubſequi debere

bere coniunctionem Solis cum Luna. In eadem ſententia plerique veterum Patrum fuerunt, præcipue vero Theophilus Alexandrinus Epiſcopus, cuius tantum in hoc negotio Paſchæ apud Pontifices Romanos auctoritas valuit, vt ex eius ſupputatione, ac præſcripto, Eccleſia Occidentalis pluribus annis Paſcha celebrarit, vt conſtat ex Epiſtolis Magni illius Leonis Papæ ad Martianum Imperatorem, & ad Eudoxiam Auguſtam. Hic autem Theophilus, vt refert S. Cyrillus, eius in Epiſcopatu ſucceſſor, cenſuit, (vt teſtantur Paulus Middelburgenſis, Ioannes Stoflerinus, & alij Computiſtæ) Lunam eam ex Cyclo, & vſu Eccleſiæ, appellandam eſſe xiiij. quam alij ex tabulis Aſtronomicis xvj. à coniunctione vocabant: quam quidem ſententiam totis viribus idem S. Cyrillus comprobare nititur. Ex quo ſatis apparet, eum non accepiſſe Lunam primam, ad celebrationem Paſchæ, eo die, quo cum Luna Sol coniungitur, ſed duobus ferme diebus poſt. Itaque non infeliciter cum noſtris Epactis actum eſt, cum ita diſtributæ ſint in Calendario, vt earum Nouilunia, medias coniunctiones plerumque conſequantur, modo paucioribus horis, modo pluribus, vt natura Cycli fert, & conſtitutio illa alternarum Lunationum 30. & 29. dierum patitur: quandoquidem hac in re, & veteres illos Patres imitati ſumus, & ea diſpoſitione Epactarum ſeruata, Paſcha congruo magis tempore celebratur, vt conſtat ex ijs, quæ diximus, magisque ex cap. 22. cum de feſtis mobilibus agemus, conſtabit.

Luna xiiii. apud Theophilum, & S. Cyrillũ, quæ ſit.

Merito Epactas noui Calendarij indicare Nouilunia poſt coniunctiones medias.

10 AD extremum, non eſſe abſurdum, neque nouum, aut inuſitatum in Eccleſia Dei, primam dici Lunam, hoc eſt, primum diem menſis Lunaris, quando iam per diem integrum, & eo amplius, coniunctio Luminarium præceſſit in cœlo, ita vt iam ſecunda eſſet dicenda illa Luna, vel ſecundus dies menſis Lunaris, facile ſibi perſuadebit, qui paulo accuratius conſiderauerit, in anno etiam Politico Solari, diem illum interdum appellari primum, qui verius vltimus dicendus eſſet in anno: Item in menſibus anni Solaris, diem illum nonnunquam vocari vltimum menſis alicuius, qui re ipſa primus alterius inſequentis menſis eſſe deberet: quod ita planum erit. Si ponamus Solem die primo, verbi gratia, Ianuarij, anno poſt biſſextum primo, ipſo meridie eſſe in puncto quopiam certo Zodiaci, conſtat, poſt expletos 365. dies, cum meridie eiuſdem diei primi redire non poſſe ad idem punctum, ſed poſt 6. fere horas, quæ in annis communibus negliguntur, ad illud reuerſurum, ſub occaſum Solis: Secundo vero anno, poſt 12. ferme horas, circa mediam noctem ſequentem: & tertio, poſt 18. horas, hoc eſt, ſub ortum Solis ſecundi diei Ianuarij. Dies ergo iſte ſecundus rectius appellandus eſſet primus dies Ianuarij, quod Sol tunc periodum ſui curſus abſoluerit; cum tamen adhuc eum nominemus primum diem anni, qui verius vltimus antecedentis anni cenſeri deberet.

In anno Politico Solari diẽ illum interdum appellari primũ, qui verius eſſet vltimus.

RVRSVS ſi ſtatuamus Solem primo die, verbi gratia, Martij, anno tertio poſt biſſextum, hora 6. ante meridiem, hoc eſt, circa Solis ortum, tenere punctum aliquod certum in cœlo, efficitur, vt in ſequenti anno biſſextili, propter diem intercalarem additum ad idem punctum redeat die vltimo Februarij, qui tunc 29. dies continet, non in ortu, ſed 6. horis ferme poſt, id eſt, circa meridiem. Hic ergo vltimus dies Februarij merito tunc diceretur primus dies Martij, quod in eo Sol ad idem Cœli punctum redierit, in quo eum primo die Martij antecedentis anni collocaueramus; cum tamen adhuc eundem diem dicamus primum Martij, qui verius ſecundus dicendus eſſet. Itaque vt vides, cogimur interdum diem aliquem in anno Solari Politico appellare primum, vel ſecundum, qui tamen à primo, vel ſecundo abeſt modo 6. horis, modo 12. modo 18. toleramusque huiuſmodi errorem, donec expletis quatuor annis, per intercalationem vnius diei corrigatur. Quid ergo miramur, ſi in anno Lunari Politico, propter horas, & horarum minutias in vna Lunatione omiſſas, & propter additium diem in anno biſſextili, denique propter alias cauſas, cogatur Eccleſia pronunciare interdum Lunam primam, quæ verius ſecunda eſſet, toleretque hunc errorem, donec per Emboliſmos, & alias Lunæ æquationes compenſetur? Verum ex ſequentibus magis intelligetur, Epactas recte eſſe in Calendario digeſtas.

Diẽ illum nõnunquã dici vltimum alicuius menſis, qui verius dicendus eſſet primus inſequentis menſis.

CAPVT XIX.

Soluuntur variæ dubitationes de Epactarum in Calendario deſcriptione, earundemque æquatione: ac ſimul magis confirmatur, Epactas in Calendario rectiſſime eſſe deſcriptas, atq; æquatas.

1 VT clarius intelligatur, recte eſſe Epactas in Calendario diſpoſitas, æquatasque, operæ me pretium facturum exiſtimo, ſi ea, quæ à nonnullis aduerſus eas obijci ſolent, breuiter diluam, atque refellam, quamuis non videam, quæ argumenta afferri poſſint, quæ ex ijs, quæ hactenus diximus, non facile diſſoluantur. Primum quidem aliqui Epactas accuſant hoc nomine, quod Nouilunia, Pleniluniaque ex ipſis inuenta, veris aut mediis Nouiluniis, Pleniluniisque non omnino congruant, ſed hæc ferme ſemper ante illa contingant. Verum argumentum hoc nullius eſt momenti. Sponte enim, atque vltro damus, Epactarum Nouilunia ſubſequi plerunque coniunctiones cœleſtes; cauſamque, cur id neceſſario ita fieri in Cyclo debeat, ſuperiori cap. Num. 8. aperuimus. Quanquam autem Cyclus Epactarum Nouilunia de induſtria propter rectam Paſchæ celebrationem poſtponit, non tamen à veris ea longe abeſſe permittit: vt operæpretium ſit, ea etiam ſic poſtpoſita cognoſcere; præſertim, cum ex Cyclo diſcamus, quot dies Luna plerunque habeat poſt coniunctionem veram; ita vt quando Luna dicitur prima, ſecunda, tertia, quartadecima, &c. intelligamus diem ferme primum eſſe, ſecundum, tertium, quartumdecimum, &c. à coniunctione elapſum.

1. Argumẽtum cõtra Epactas.

Solutio 1. argumẽti.

Cyclũ Epactarum in Calendario monſtrare, quot dies plerumque poſt coniunctionẽ verã elapſi ſint.

2 ALII deinde obiiciunt, propter tabulam æquationis cap. 11. & 12. expoſitam, plurimorum annorum Plenilunia in nouo Calendario Paſchalia, eſſe ſecundi menſis, cum tamen ea primo menſi aſcribantur. Ad hoc confirmandum adducunt hos annos 1609. 1628. 1647. 1666. 1685. in quibus omnibus aureus numerus eſt 14.

2. Argumentum contra Epactas.

Digitized by Google

eſt 14. & Epacta xxiv. quæ terminum Paſchalem habet 18. Aprilis. In his enim omnibus annis aiunt, calculum docere Lunam xiiij. ad menſem ſecundum pertinere. Cauſam erroris reiiciunt in tabulam æquationis Epactarum, & in Lunationum, & æquinoctij inæqualem anticipationem, cum hoc citius vnum diem anticipet, quam illæ. Non enim intelligunt, qui poſſit fieri, vt ab anno 1582. vſque ad 1700. excluſiue, aureus numerus 14. exhibens ſecundum tabulam æquationis Epactam xxiiij. reponat Lunam xiiij. Paſchalem in 18. Aprilis, ſtatuens eam ad primum menſem pertinere: Ab anno vero 1700. vſque ad 1900. excluſiue idem aureus numerus 14. exhibens Epactam xxiij. promoueat Lunam xiiij. Paſchalem ex 18. Aprilis in 21. Martij, perinde ac ſi illa prior iam non amplius ad primum menſem pertineat, ſed ad ſecundum. Quin et multo craſſiora abſurda ſequi affirmant annis inſequentibus, eandem ob cauſam. Nam eodem anno 2200. vſque ad 2300. excluſiue aureus numerus 17. exhibet ſecundũ tabulam æquationis Epactam xxiiij. & lunam 14. Paſchalem in 18. Aprilis collocat. Sed ab anno 2300. vſque ad 2400. excluſiue, aureus idem numerus 17. Epactam indicat xxiij. ideoque terminum Paſchæ die 21. Martij. Deinde ab anno 2400. ad 2500. vſque excluſiue; aureus numerus 17. denuo exhibet Epactam xxiiij. terminumque Paſchalem die 18. Aprilis, vt ante ab anno 2200. vſque ad 2300. Itaque Calendarium nouum, inquiunt, iis annis, quibus aureus numerus eſt 17. ab anno 2200. vſque ad 2300. excluſiue, cenſet Lunam xiiij. in Martio ſemper præceſſuram eſſe æquinoctium, ac proinde eam Paſchalem eſſe non poſſe; ſed ab anno 2300. ad 2400. excluſiue futurum, vt eadem Luna xiiij. Martij cadat vel in æquinoctium, vel illud ſequatur, atque idcirco non poſſe eam non eſſe Paſchalem. Ab anno deniq; 2400. vſq; ad 2500. excluſiue, eandem rurſus Lunam xiiij. Martij anteceſſuram ingreſſum Solis in Arietem, atque adeo deſituram eam eſſe Paſchalem. quod ipſis prorſus videtur eſſe falſum. Nam, quomodo, inquiunt, fieri poteſt, vt æquinoctium, cuius anticipatio ſemper eſt velocior anticipatione Lunationum, Lunam xiiij. quæ terminus Paſchalis eſſe cœpit, mox iterum hoc officio priuet? Hæc res eſt profecto, dicunt, longe abſurdiſſima, vtpote prorſus inaudita, & toti Aſtronomiæ, & veritati è diametro contraria.

SIMILI ratione demonſtrare nituntur, multos terminos Paſchales in nouo Calendario pertinere ad vltimum menſem, quos tamen Epactæ primo menſi tribuunt. Quoniam enim circa finem cap. 6. dictum eſt, æquinoctium Vernum poſſe à die 21. Martij, vſque ad 23. recedere, ſi æquatio præſcripta adhibeatur; accidere poterit, vt omnis Luna xiiij. quæ inter 20. diem Martij, & verum diem æquinoctij poſt diem 21. incidit, à Calendario nouo pro termino Paſchali habeatur, cum tamen talis Luna xiiij. non ſit primi menſis anni ſequentis, ſed vltimi præcedentis anni: quippe cum æquinoctium vernum ea antecedat.

Solutio 2. argumẽti.

3 QVONIAM argumentum hoc petere videtur caput totius correctionis Gregorianæ, paulo diligentius confutandum eſt. Videntur ſane aduerſarij, qui hoc argumento Calendarium nouum oppugnant, accuſare omnes totius orbis Mathematicos, qui vno ore fatentur, (quod res etiam ipſa loquitur) æquinoctium verſus menſis initium progreſſum in priſtinam ſedem non poſſe reſtitui, niſi per detractionem tot dierum ex anno aliquo, quot diebus verſus initium menſis progreſſum compertum fuerit. At aduerſarij ex nouo quodam genere Aſtronomorum reprehendunt nouum Calendarium hoc etiam nomine, quod per omiſſionem diei intercalaris in quibuſdam centeſimis annis (quod eſt diem vnum ex anno eximere) æquinoctium ad eum diem reſtituit, à quo receſſerat. Cur tandem? Quia, inquiunt, ex hac diei ablatione ſequitur, Lunam xiiij. quæ ante fuit Paſchalis, deſinere mox eſſe Paſchalẽ; & quæ ante non potuit eſſe Paſchalis, mox non poſſe non eſſe Paſchalem. Magnum ſane peccatũ, quod ne committatur, nunquam æquinoctium in ſuam eſt ſedem reuocandum, quantumuis ab ea verſus menſis initium prolapſum ſit, cum aliter reuocari nequeat. Egregios ſane Mathematicos, qui vt Calendarium nouum innumeris abſurditatibus, atque multiplici falſitate refertum conuincant, omnem prorſus anni correctionem, quæcunque tandem excogitari poteſt, reiiciendam arbitrentur; quippe cum in qualibet emendatione anni eximi oporteat aliquot dies, vt æquinoctium ad eum diem redeat, à quo verſus principium menſis diſceſſerat. quod iſtis abſurdum videtur, & nulla ratione concedendum. Si enim hanc detractionem admitterent, concederent etiam neceſſario, velint, nolint, Lunam xiiij. quæ nunc, currente certo aliquo Cycli numero, Paſchalis eſt, mox poſt eliſionem vnius diei non amplius Paſchalem futuram, & contra. Quod qua ratione fieri poſſit, docere eos hoc loco, ſi diſcere volunt, quandoquidem ſe id ignorare fatentur, non grauabor. Ita ergo res ſe habet.

Quando fit tranſitus de ſuperiori linea tabulæ expanſæ ad inferiorem, Nouilunium Paſchale 5. diei Aprilis deſinit eſſe Paſchale, & Nouiluniũ non Paſchale 7 diei Martij, incipit eſſe Paſchale.

4 QVOTIESCVNQVE de linea aliqua Epactarum tabulæ expanſæ fit tranſitus ad lineam inferiorem, vt accidit neceſſario in centeſimis annis non biſſextilibus, quibus tamen Luna æquanda non ſit, tunc ſi aureo alicui numero reſpõdebat in priori linea Epacta xxiiij. erat Nouilunium illius aurei numeri Paſchale 5. die Aprilis, vbi eſt vltimum Nouilunium Paſchale: Sed eiuſdem aurei numeri Nouilunium 7. die Martij Paſchale non erat. In poſteriori autem linea Nouilunium eiuſdem aurei numeri menſe Aprili non erit amplius Paſchale, cum idem ille aureus numerus reſpondeat tunc Epactæ xxiij. quæ Lunam xiiij. habet die 9. Aprilis, & Nouilunium die 6. Aprilis, extra terminos nimirum Paſchales. Idem tamen aureus numerus habebit tunc Nouilunium Paſchale menſe Martio, quod Epacta xxiij. ei reſpondens collocata ſit ad diem 8. Martij, vbi initium eſt Paſchalium Nouiluniorum. Videtis igitur, niſi forte cæci eſſe vultis, Nouilunium illius aurei numeri Paſchale eſſe menſe Aprili, dum ſuperior linea Epactarum eſt in vſu, deſinere autem eſſe Paſchale, quando linea inferior Epactarum vſurpatur? Item Nouilunium eiuſdem aurei numeri menſe Martio, dum prior linea Epactarum in vſu eſt, non eſſe Paſchale, incipere autem Paſchale eſſe, quando poſterior linea Epactarum inſeruit? Hoc autem non eſſe abſurdum, vt aduerſarij putant, ſed neceſſarium omnino, Aſtronomica ratio perſpicue perſuadet. Nã quando dies intercalaris in centeſimo aliquo anno omittitur, ſi Luna nõ egeat tunc æquatione, deſcendunt omnia Nouilunia vno die in Calendario verſus fines menſium. Quare Nouilunium, quod prius cadebat in 5. Aprilis Paſchale eſt, ſed poſtea incidens in 6. Aprilis, Paſchale eſſe deſinit. E contrario Nouilunium cadens prius in 7. Martij, Paſchale non eſt, poſtea autem in 8. Martij incidens, Paſchale fit.

Quando fit tranſitus de inferiori linea ta-

5 RVRSVS quotieſcunque de aliqua linea Epactarum tabulæ expanſæ ad ſuperiorem lineam fit gradus, vt accidit neceſſario in annis centeſimis biſſextilibus, quibus Luna æquanda eſt, tunc ſi alicui aureo numero reſpondebat Epacta xxiij. in linea inferiori, erit Nouilunium illius aurei numeri Paſchale, die 8

Martij,

Digitized by Google

Martij, vbi Nouilunia Paſchalia incipiunt: ſed eiuſdem aurei numeri Nouilunium die 6. Aprilis Paſchale non erat. In ſuperiori autem linea, cum iam idem aureus numerus Epactam xxiiij. indicet, Nouilunium illius aurei numeri in 7. Martij incidens deſinit eſſe Paſchale, aliud vero cadens in 5. Aprilis, Paſchale efficitur. Vbi rurſum cernitis, Nouilunium illius aurei numeri menſe Martio eſſe Paſchale, dum inferior linea in vſu eſt; priuari autem hoc officio, quando ſuperior linea aſſumitur. Item Nouilunium eiuſdem aurei numeri menſe Aprili non eſſe Paſchale, quamdiu inferior Epactarum linea vſurpatur, fieri autem Paſchale, cum primum linea ſuperior in vſum recipitur. Huius quoque rei ratio Aſtronomica hæc eſt. Quando dies intercalaris in centeſimo aliquo anno retinetur. & Luna æquanda eſt, aſcendunt omnia Nouilunia vno die verſus initia menſium in Calendario. Quamobrem Nouilunium cadens, antequam æquetur Luna, in 8. Martij, Paſchale eſt, & poſtquam Luna fuerit æquata, incidens in 7. Martij, Paſchale amplius eſſe non poteſt. Pari ratione Nouilunium ante eam æquationem Lunæ cadens in 6. Aprilis, nullo modo Paſchale eſt, & poſt æquationem eandem, incidens in 5. Aprilis, Paſchale efficitur. Non eſt ergo hęc res longe abſurdiſſima, vtpote prorſus inaudita, & toti Aſtronomiæ, & veritati è diametro contraria, vt falſo Calendarij oppugnatores iactant, ſed Aſtronomiæ præceptis valde conſentanea, vt mirum ſane ſit, eos rem per ſe clariſſimam non intellexiſſe.

Tabula ad ſuperiorē, Nouilunium Paſchale 8. diei Martij deſinit eſſe Paſchale, & Nouilunium non Paſchale 6. diei Aprilis incipit eſſe Paſchale.

IAM vero ſatis mirari non poſſum, qua fronte, ac vultu affirmare audeant, in his quinque annis 1609. 1628. 1647. 1666. 1685. quibus aureus numerus eſt 14. & Epacta xxiiij. Lunam xiiij. ſecundum Calendarium nouum cadentem in 18. Aprilis, pertinere ad ſecundum menſem, non autem ad primum. Hoc enim falſum eſſe, liquet ex ſequenti tabella, vbi apparet, oppoſitiones medias in Aprili eſſe Paſchales, cum non accidant poſt diem 19. Aprilis, qui terminus eſt, ac finis Pleniluniorum Paſchalium. At medias oppoſitiones in Martio non eſſe Paſchales, ſed ad vltimum menſem præcedentis anni pertinere, quod ante diem 22. Martij contingant, vbi Paſchalium Pleniluniorum principium ſtatuitur, ac proinde non ſubſequatur diem æquinoctij, quod tamen Decreta Eccleſiaſtica requirunt.

Anni Domini.	Aur. Num.	Epactæ.	Oppoſitiones mediæ Aprilis Paſchales.			Oppoſitiones mediæ Martij non Paſchales.		
			D	H	M	D	H	M
1609	14	xxiiij	18	13	11	20	0	27
1628	14	xxiiij	18	5	43	19	16	59
1647	14	xxiiij	18	22	16	20	9	32
1666	14	xxiiij	18	14	48	20	2	4
1685	14	xxiiij	18	7	21	19	18	37

VERVM vt illud quoque appareat, aureum numerum 14. ab anno 1700. ad 1900. recte Lunationem Paſchalem ex Aprili in Martium reijcere, (quod ipſi concoquere non poſſunt) atque aureum numerum 17. ab anno 2200. ad 2300. congrue eandem exhibere menſe Aprili; ab anno vero 2300. ad 2400. menſe Martio; & denique ab anno 2400. ad 2500. eandem aptiſſime Aprili tribuere, ſupputauimus ſequentes oppoſitiones medias: vbi apparet, media Plenilunia aurei numeri 14. ſiue Epactæ xxiij. menſe Aprili ab anno 1700. ad 1900. non eſſe Paſchalia, ſed menſe Martio, cum ibi ſequantur diem 19. Aprilis, poſt quem nullum Plenilunium medium Paſchale eſt, ne Paſcha, quod nonnunquam poſt vltimam Lunam xiiij. Paſchalem quæ die 18. Aprilis aſcribitur, in diem 19. Aprilis cadit, ante plenilunium medium celebretur, hic vero diem 21. Martij æquinoctio deſtinatum ſequantur, vt ratio poſtulat. Ab anno vero 2200. ad 2300. medias oppoſitiones menſis Martij,

Anni Domini	Aurei Numeri.	Epactæ.	Plenilunia media non Paſchalia.				Plenilunia media Paſchalia.			
			D	H	M		D	H	M	
1723	14	xxiij	19	16	26	Apr.	21	3	42	Mar.
1818	14	xxiij	20	3	8	Apr.	21	14	24	Mar.
1837	14	xxiij	19	19	40	Apr.	21	6	56	Mar.
1875	14	xxiij	20	4	45	Apr.	21	16	1	Mar.
2201	17	xxiiij	20	0	23	Mar.	18	13	7	Apr.
2220	17	xxiiij	19	16	55	Mar.	18	5	39	Apr.
2239	17	xxiiij	20	9	37	Mar.	18	22	21	Apr.
2258	17	xxiiij	20	2	0	Mar.	18	14	44	Apr.
2277	17	xxiiij	19	18	32	Mar.	18	7	16	Apr.
2296	17	xxiiij	19	11	5	Mar.	17	23	49	Apr.
2315	17	xxiij	19	16	21	Apr.	21	3	37	Mar.
2372	17	xxiij	20	5	15	Apr.	21	16	31	Mar.
2429	17	xxiiij	20	6	52	Mar.	18	19	36	Apr.
2448	17	xxiiij	19	23	24	Mar.	18	12	8	Apr.
2486	17	xxiiij	20	8	29	Mar.	18	21	13	Apr.

Digitized by Google

quandò aureus numerus eſt 17. & Epacta xxiiij. non eſſe Paſchales quod non ſubſequantur diem 21. Martij æquinoctio deſtinatum: oppoſitiones vero medias menſis Aprilis Paſchales eſſe, cum vltra diem 19. Aprilis non extendantur. Similiter oppoſitiones medias Aprilis ab anno 2300. ad 2400. quando aureus numerus eſt 17. & Epactæ xxiij. Paſchales non eſſe, quod diem 19. Aprilis, ſubſequantur, quemadmodum ab anno 1700. ad 1900. Medias autem oppoſitiones menſis Martij Paſchales eſſe, cum diem æquinoctij ſubſequantur. Plenilunia denique media menſe Martio ab anno 2400. ad 2500. quando aureus numerus 17. & Epacta xxiiij. concurrunt, rurſus non eſſe Paſchalia, menſe autem Aprili Paſchalia eſſe, quemadmodum ab anno 2200. ad 2300. ob eam, quam ibi expoſuimus, cauſam. Ex his omnibus cuilibet manifeſtum eſſe poteſt, falſum eſſe, quod aduerſarij dicunt, in nouo Calendario propter æquationis tabulam multa plenilunia aſcribi primo menſi in Aprili, currente Epacta xxiiij. quæ ad ſecundum verius pertineant. Item multa tribui primo menſi in Martio, currẽte Epacta xxiij. quæ ad vltimum potius menſem antecedentis anni ſpectent.

Nullũ Cyclum quacunque ratione in Calẽdario deſcriptũ effugere poſſe quin Lunã xv. exhibeat nõ nunquam in ſecundo mẽſe vel vltimo quam tamẽ Paſchalem appellat.

QVOD ſi quando accidat propter illum tranſitum de vna linea Epactarum tabulæ expanſæ ad aliam, Plenilunium aliquod Paſchale Calendarij effici ſecundi menſis, aut vltimi, (Negare enim non poſſum, quin aliquando hoc contingat, licet raro) id tribuendum non eſt æquationis tabulæ, cnm ea rectiſſime ſit conſtituta, ſed vitio vertendum eſt naturæ Cycli, propterea quod nullus Cyclus quacunque ratione in Calendario deſcriptus motibus cæleſtibus tam accurate exquiſiteque poteſt reſpondere, vt non interdum ab ijs diſcrepet: cuius quidem rei plures ſunt cauſæ allatæ Num. 8. cap. præcedentis. Neque vero, quando hoc accidit, accuſanda eſt Eccleſia, quaſi non recte tunc faciat, quod relictis cæleſtibus motibus, errorem Cycli ſequi malit: quia vt cap. 4. copioſe oſtendimus, adhibere potius debet Cyclos in ſuis celebritatibus peragendis, quam motus cæleſtes, ſi regulare quid, quod facile fit, (vt par eſt) populo Chriſtiano præſcribere velit. Hinc fit, vt ſæpenumero cogatur quodammodo reſpuere Lunationes nonnullas Paſchales, ac ſi Paſchales non eſſent, eo ſolo nomine, quod earum Lunæ xiiij. ex Cyclo inuentæ diem 21. Martij æquinoctio aſſignatum, præueniant, etſi re ipſa in æquinoctium incidant: Nonnullas item non Paſchales pro Paſchalibus recipere, propterea quod earum Lunæ xiiij. ſecundum Cyclum in diem 21. Martij, cui æquinoctium affixum eſt, incidunt, quanquam vere æquinoctium ipſum præcurrãt. Liquido hoc cernitur in annis biſſextilibus, & ijs, qui à biſſexto tertij ſunt. In illis enim, quanquam æquinoctium diem 20. Martij, propter diem intercalarem adiectum, attingat, reijcit tamen omnes Lunationes, tanquam non Paſchales, quarum dies xiiij. in 20. Martij, hoc eſt, in æquinoctium tunc cadunt, ac proinde vere ad primum menſem ſpectant: In his autem omnes Lunationes approbat, tanquam Paſchales, quarum Lunæ xiiij. incidunt in diem 21 Martij, licet in ijs æquinoctium, propter 18. horas omiſſas in tribus annis poſt diem 21. contingat, ideoque Lunationes illæ re vera ad vltimum menſem, non autem ad primum, pertinere cenſendæ ſint. Id quod pluribus quoque cap. 5. Num. 11. & 12. docuimus.

Sæpenumero in anno nullũ poſſe celebrari Paſcha, ſi motus medij ab Eccleſia obſeruarentur, non autem Cycli. Quid faciat Eccleſia, etiamſi in anno aliquo nullum ſit plenilunium medium Paſchale.

6 MIRABILE magis videri hoc debet, quod ſubiungam; Eccleſiam ſcilicet, ſi non ſequeretur Cyclum, ſed medios motus obſeruaret, (Hos enim potius aſſumere deberet, quam veros, ſi aliquos motus cæleſtes ſibi proponeret ſequendos, quod medij motus æquales ſint, veri autem inæquales) pleriſque annis nullum Paſcha legitimum habere poſſe. Cum enim in Concilio Nicæno, quod poſtea à pluribus Concilijs, & Decretis Pontificum confirmatum fuit, dies tantum 29. Plenilunijs Paſchalibus dicati ſint, nimirum dies 22. Martij cum ſequentibus vſque ad diem 19. Aprilis incluſiue, ita vt Plenilunium quodcunque ante diem 22. Martij, aut poſt diem 19. Aprilis occurrens aptum non ſit ad Paſcha celebrandum, quod illud ad vltimum, hoc vero ad ſecundum menſem pertineat, vt ex dictis perſpicuum eſt; fieri poteſt, vt in annis quibuſdam nullum Plenilunium medium in aliquo illorum 29. dierum reperiatur, ſed in Martio quidem præcurrat diem 22. in Aprili vero diem 19. conſequatur. Quid ergo tunc agat Eccleſia? tranſigat ne annos illos ſine ſolennitate Paſchali? minime, ſed relicto plenilunio Aſtronomico, inquirit Lunam xiiij. ex Cyclo, quæ vel in diem 21. Martij, vel in diem 18. Aprilis incurrit, quamuis ea ſecundum leges Aſtronomorum (poſitis tamen ijſdem terminis Paſchæ à Concilijs, ac Patribus præſcriptis) ſpectet vel ad vltimum menſem, vel ad ſecundum. Exempla habes in annis ſequentis tabulæ, in qua litera M. menſem Martium, & A, Aprilem ſignificat.

Anni Domini	Aurei Numeri.	Epactæ.	Plenilunia media				Plenilunia media.			
			D	H	M		D	H	M	
1742	14	xxiij	20	20	14	M	19	8	58	A
1799	14	xxiij	20	20	51	M	19	9	35	A
1856	14	xxiij	20	23	29	M	19	12	13	A
1935	17	25	19	8	48	A	20	20	4	M
1943	6	xxiiij	19	10	14	A	20	21	30	M
2133	6	xxiiij	19	7	38	A	20	18	54	M
2190	6	xxiiij	19	9	15	A	20	20	31	M
2334	17	xxiij	20	20	10	M	19	8	54	A
2391	17	xxiij	20	21	47	M	19	9	3	A
2524	17	xxiij	20	17	34	M	19	6	18	A
2581	17	xxiij	20	19	11	M	19	7	55	A
2725	9	xxiiij	19	7	34	A	20	18	50	M
2782	9	xxiiij	19	9	11	A	20	20	27	M
2839	9	xxiiij	19	10	48	A	20	22	4	M
2972	9	xxiij	20	17	51	M	19	6	36	A

3116

Digitized by Google

Anni Domini	Aurei Numeri.	Epactæ	Plenilunia media				Plenilunia media.			
			D	H	M		D	H	M	
3116	1	xxiiij	19	6	14	A	20	17	30	M
3173	1	xxiiij	19	7	51	A	20	19	7	M
3230	1	xxiiij	19	8	28	A	20	19	44	M
3287	1	xxiiij	19	11	6	A	20	22	22	M
3621	12	xxiiij	19	8	9	A	20	19	25	M
3678	12	xxiiij	19	9	46	A	20	21	2	M
3936	4	xxiiij	19	12	39	A	20	23	55	M
4012	4	xxiiij	19	6	50	A	20	18	6	M
4069	4	xxiiij	19	8	27	A	20	19	43	M
4213	15	xxiij	20	19	20	M	19	8	4	A
4270	15	xxiij	20	20	58	M	19	9	42	A
4300	7	xxv	19	6	5	A	20	17	21	M
4460	15	xxiij	20	18	22	M	19	7	6	A
4604	7	xxiiij	19	6	44	A	20	18	0	M
4661	7	xxiiij	19	8	22	A	20	19	38	M
4919	18	xxiiij	19	11	15	A	20	22	31	M

IN his omnibus annis vides, neque Plenilunium Martij, neque Plenilunium Aprilis Paſchale eſſe, cum extra terminos præſcriptos vtrumque reperiatur. Omiſi autem plures alios annos, in quibus Plenilunium in Martio incidit in diem 21. aliquot horis poſt meridiem, ante Solis occaſum: in Aprili vero in diem 19. paucioribus horis poſt meridiem, quam 6. Quamuis enim illud aſſcribendum videatur vltimo menſi, & hoc ſecundo: quia tamen illud in Martio parum à 22. die diſtat, hoc vero in Aprili nondum diem 19. prorſus reliquit, noluimus ea à Paſchalibus Plenilunijs excludere, ſolumque ea in tabulam coniecimus, quæ vel meridiem diei 21. Martij antecedunt, vel in diem 19. Aprilis pluribus quam 6. horis poſt meridiem incidunt. Hæc enim ſecundum Patrum Decreta nullo modo Paſchalia eſſe poſſunt. Atq; in his annis, currente Epacta xxiij. celebratur Paſcha ab Eccleſia menſe Martio, quamuis Plenilunium medium non ſubſequatur diem 21. æquinoctio aſſignatum: currente vero Epacta xxiiij. vel xxv. differtur ab Eccleſia celebritas Paſchæ in Menſem Aprilem, licet medium Plenilunium poſt diem 19. contingat. *Quo menſe Eccleſia Paſcha celebret, quãdo in anno aliquo nullũ eſt Plenilunium medium Paſchale.*

7 SED ne vllus ſcrupulus in animo Lectoris reſideat, atque vt magis confirmatum relinquatur, Epactas optime eſſe in Calendario digeſtas, earumque æquationem recte inſtitutam, quamuis nonnunquam exhibeant Paſcha vel in vltimo, vel ſecundo menſe, quin etiam (vt cap. præcedenti Num. 7. diximus) ante mediam ferme oppoſitionem; conſideranda diligenter proponimus ea, quæ ſequuntur. Primum in memoriam reducatur, propter æquationem Lunæ, & exemptionem diei ex quibuſdam annis centeſimis ad æquandum æquinoctium, eundem aureum numerum, qui prius offerebat Epactam xxiij. exhibere mox Epactam xxiiij. & contra, atque adeo modo reijcere Paſcha ex Martio in Aprilem, modo ex Aprili in Martium vt ſupra Num. 4. & 5. diximus: vt mirari nemo debeat, ſi propter tantam mutationem, Paſcha ex Cyclo erutum interdum in errorem aliquem incurrat, contra leges motuum cæleſtium. *Eundē aureũ numerum reijcere aliquando Paſcha ex Martio in Aprilem & contra.*

8 DEINDE ſecum quiſque reputet, in vno eodemque ſpatio 100. annorum, in quo eiſdem aureis numeris eædem ſemper Epactæ reſpodent, hoc eſt, in quo vna eademque linea Epactarum tabulæ expanſæ in vſum recipitur, eandem numero Epactam indicare Lunam xiiij. Paſchalem modo ante oppoſitionem mediam, modo poſt eam. Nam vt è multis pauca exempla in medium proferam; Anno 1627. Epacta xiij. exhibet Lunam xiiij. Paſchalem die 31. Martij ante oppoſitionem mediam, quæ fit in Martio, die 31. hora 8. poſt meridiem. At anno 1684. eadem Epacta xiij. reponit rurſus Lunam xiiij. Paſchalem in 31. Martij, poſt mediam oppoſitionem, cum hæc contingat die 30. Martij, hor. 10. poſt meridiem. Item anno 1610. Epacta v. habet ſuam xiiij. die 8. Aprili ante oppoſitionem mediam, quæ incidit in diem 8. Apr. hor. 22. poſt mer. Eadem autem Epacta v. anno 1648. collocat quidem ſuam xiiij. rurſus in 8. Aprilis, cum tamen ſubſequatur mediam oppoſitionem, quæ tunc fit die 7. Apr. hor. 7. poſt mer. Idem cernitur in annis ſequentis tabellæ, vt plurimos alios omittam, qui depromi poterunt ex tabula magna capitis 22. vbi ab anno 1600. vſque ad 5000. ſupputauimus omnes oppoſitiones medias Paſchales, Lunas item xiiij. Paſchales, Literas Dominicales, vna cum diebus feſtis Paſchæ, &c. quemadmodum ex eadem illa tabula infra ſcriptos annos excerpſimus. *Eundē aureum numerum ab vno centeſimo ad proxime ſequentē centeſimum in quibuſdam annis exhibere Lunã xiiij. modo ante oppoſitionē mediam modo poſt eam.*

Anni Domini.	Aur. Num.	Epactæ.	Lunæ xiiij.		Oppoſitiones mediæ.		
					D	H	
1700	10	ix	4 Apr	Ante opp. med.	4	11	A
1776	10	ix	4 A	Poſt opp. med.	3	5	A
1711	2	xj	2 A	Ante opp. med.	2	15	A
1768	2	xj	2 A	Poſt opp. med.	1	15	A

Anni

Anni Domini.	Aur. Num.	Epactæ.	Lunæ xiiij.		Oppoſitiones mediæ. D	H	
1800	15	iiij	9 A	Ante opp. med.	9	19	A
1876	15	iiij	9 A	Poſt opp. med.	8	14	A
1851	9	xxviij	15 A	Ante opp. med.	15	15	A
1889	9	xxviij	15 A	Poſt opp. med.	14	9	A
1823	19	xviij	26 M	Ante opp. med.	26	12	M
1880	19	xviij	26 M	Poſt opp. med.	25	14	M
1927	9	xxvij	16 A	Ante opp. med.	16	17	A
1984	9	xxvij	16 A	Poſt opp. med.	15	14	A
2008	14	xxij	22 M	Ante opp. med.	21	12	M
2027	14	xxij	22 M	Poſt opp. med.	22	4	M
2235	13	x	3 A	Ante opp. med.	3	9	A
2292	13	x	3 A	Poſt opp. med.	2	11	A
2302	4	*	13 A	Ante opp. med.	13	6	A
2340	4	*	13 A	Poſt opp. med.	12	15	A
2344	8	xiiij	30 M	Ante opp. med.	29	15	M
2363	8	xiiij	30 M	Poſt opp. med.	30	8	M
2314	16	xij	1 A	Ante opp. med.	1	19	A
2352	16	xij	1 A	Poſt opp. med.	31	4	M
2307	9	xxv	18 A	Ante opp. med.	18	4	A
2364	9	xxv	18 A	Poſt opp. med.	17	5	A
2327	10	vj	7 A	Ante opp. med.	7	5	A
2384	10	vj	7 A	Poſt opp. med.	6	7	A
2331	14	xx	24 M	Ante opp. med.	24	5	M
2388	14	xx	24 M	Poſt opp. med.	23	7	M

Epactas recte eſſe in Calendario collocatas, æquatasque ex proxime dictis euidenter demonſtratur.

QVIS ergo dixerit, Epactas non eſſe recte collocatas in Calendario, aut earum æquationem perperam inſtitutam? Quis non videt, ſi Epactæ citius (quod nonnulli volunt) Nouilunia indicarent, hoc eſt, ſi ſuperior linea Epactarum in tabula expanſa aſſumeretur, vel ipſæ Epactæ per vnum diem ſurſum promouerentur, Lunas xiiij. quæ nunc ante oppoſitiones medias reperiuntur, multo magis eaſdem eſſe præceſſuras, quamuis quæ nunc poſt oppoſitiones medias eueniunt, eaſdem tunc vel præuenirent, vel propius ad eas accederent? Quo conceſſo, quis non animaduertat, Paſcha frequentiſſime celebrandum eſſe ante Plenilunium medium, quod Patrum Decretis repugnat? Quis item non videt, ſi Epactæ tardius monſtrarent Nouilunia, hoc eſt, ſi inferior linea Epactarum tabulæ expanſæ vſurparetur, vel ipſæ Epactæ per vnum diem deorſum retraherentur, Lunas xiiij. quæ nunc poſt oppoſitiones medias contingunt, longius ab eiſdem receſſuras, licet quæ nunc oppoſitiones medias anticipant, eaſdem tunc vel ſubſequerentur, vel non ita longe eas præcurrerent? Quod ſi fieret, quis non intelligat, Paſcha non raro in Lunam xxij. & xxiij. id eſt, in quartam hebdomadam, contra Decreta Patrum, eſſe differendum? Ne igitur quædã Epactæ magis, quam par eſt, ſuas xiiij. ante oppoſitiones medias exibeant, aliæ vero longius, quam decet, ſuas xiiij. poſt medias oppoſitiones monſtrent, rectiſſime eas in Calendario ita digeſſimus per dies, æquauimuſque, vt inter extrema medio ſemper itinere in anticipatione, & poſtpoſitione Lunarum xiiij. incedant. quod nemo iure reprehendere poteſt, cum nihil in hoc genere præſtantius poſſit excogitari.

In annis eiuſdẽ ſeculi Epactarum alias quidẽ monſtrare ſuas xiiij. ante medias oppoſitiones, alias vero poſt eaſdem.

QVOD ſi non velimus obſeruare Lunas xiiij. vnius eiuſdemque Epactæ, ſed variarum Epactarum Lunas xiiij. examinare, deprehendemus rurſus in eodem ſeculo, hoc eſt, in annis inter duos proximos centenarios incluſis, has quidem Epactas monſtrare Lunas xiiij. ante plenilunia media, has vero illas reijcere poſt medias oppoſitiones, vt ex eadem præcedenti tabella manifeſtum eſt, vbi quarundam Epactarum Lunas xiiij. vides antecedere medias oppoſitiones, aliarum autem ſubſequi; idemque in ſequenti tabella etiam perſpici poteſt. Non ergo rectius alia ratione deſcribi in Calendario potuerunt Epactæ, quam à nobis factum eſt. Nam ſi poſteriores emendare volueris, maiorem in prioribus anticipationem ſenties: ſi vero priores ſtudueris deorſum deuoluere, poſteriores multo magis ſuas xiiij. poſtponant, neceſſe eſt. Optimo igitur conſilio in medio quodam ſtatu repoſitæ ſunt in nouo Calendario. Sed ecce paucos quoſdam annos huius ſeculi 1600. currentis, ex prædicta illa tabula cap. 22. depromptos, relictis innumeris alijs, ne nimis longum faciam, in quibus quædam Epactæ accelerant ſuas xiiij. quædam vero eaſdem retardant.

Anni

Digitized by Google

Anni Domini.	Aur. Num.	Epactæ.	Lunæ xiiij.		Oppoſitiones mediæ. D	H	
1603	8	xviij	26 M		26	18	M
1609	14	xxiiij	18 A		17	13	A
1610	15	v	8 A		8	22	A
1615	1	j	12 A		12	20	A
1617	3	xxiij	21 M		21	13	M
1619	5	xv	29 M		29	19	M
1635	2	xij	1 A		1	21	A
1647	14	xxiiij	18 A	Ante opp. med.	18	22	A
1654	2	xij	1 A		1	13	A
1655	3	xxiij	21 M		21	22	M
1666	14	xxiiij	18 A		18	15	A
1674	3	xxiij	21 M		21	15	M
1675	4	iiij	9 A		9	12	A
1679	8	xviij	26 M		26	12	M
1691	1	j	12 A		12	14	A
1604	9	xxix	14 A		13	16	A
1608	13	xiij	31 M		30	16	M
1612	17	xxvij	16 A		15	4	A
1613	18	viij	5 A		4	6	A
1629	15	v	8 A		7	15	A
1632	18	viij	5 A		4	6	A
1652	19	xix	25 M		24	7	M
1664	12	ij	11 A	Poſt opp. med.	10	8	A
1668	16	xvj	28 M		27	8	M
1669	17	xxvij	16 A		15	6	A
1684	13	xiij	31 M		30	10	M
1688	17	xxvij	16 A		14	23	A
1689	18	viij	5 A		4	7	A
1690	19	xix	25 M		24	16	M
1696	6	xxvi	17 A		16	11	A

NE autem exiſtimes, ſolum in Cyclo Epactarum contingere, vt in eodem ſeculo quædam Epactæ ſuas Lunas xiiij. ante oppoſitionem mediam exhibeant, quædam autem poſt, immo (quod mirabilius videri poſſit) vt eadem Epacta numero exhibeat in eodem ſeculo Lunam xiiij. nunc ante plenilunium medium, nunc vero poſt illud; oſtendam, idem contigiſſe in Cyclo aurei numeri, quem à Concilio Nicæno acceptum Eccleſia vſq; ad correctionem Gregorianam in feſtis mobilibus indagandis ſemper adhibuit. Præteribo autem annos circa tempora Concilij Nicæni, quod tunc aurei numeri citius, quam par erat, Nouilunia monſtrauerint, vt mirum non fuerit, Lunas xiiij. ſæpiſſime ante media Plenilunia, rariſſime vero poſt eadem eueniſſe. Pretermittam etiam annos, qui non ita longe reſtitutionem Calendarij anteceſſerunt, ꝙ tunc ijdem aurei numeri ſerius, quam decebat, Nouilunia indicarint, ac proinde omnes Lunæ xiiij. medias oppoſitiones ſubſecutæ ſint, nõ aũt præceſſerint: Solum annos circa tempora Iuſtiniani Imperatoris, initio ſumpto ab anno 532. qñ iam aurei numeri in Calendario à Dionyſio exiguo inſcripti rectius ex vſu Eccleſiæ Nouilunia monſtrabant, hoc eſt, neque nimis cito neq; nimis ſero. Continebo me aũt intra ſpatium trecentorum annorum, quod in tanto ſpatio Luna nõ eguerit æquatione, atque adeo anticipatio, & poſtpoſitio Lunarum xiiij. in hanc æquationem neglectam referri non poſſit. In hiſce autem potiſſimum annis infraſcriptis vides, eundem interdum aureum numerum exhibere Lunam xiiij. ante medium plenilunium, interdum vero poſt. Item quoſdam aureos numeros anticipare, quoſdam vero poſtponere ſuas xiiij. Vbi ſane vides, in quatuor hiſce annis 535. 551. 555. 571. Lunas xiiij. plus æquo anticipari, adeo vt, ſi incurriſſent in diem ſabbathi, Paſcha celebratum fuiſſet propemodum ante oppoſitionem mediam. quod profecto mirum videri debet, cum eo iam tempore aurei numeri ſatis ſero Nouilunia indicarint: vt potius periculum eſſe potuerit, ne nimis Lunæ xiiij. poſtponerentur, vt factum eſſe conſpicis in annis 664. 690. in quibus Paſcha celebratum fuiſſet Luna xxij. ſecundum medium motum, in quarta hebdomada, ſi Luna xiiij. in diem Dominicum incidiſſet.

In veteri Calendario temporibus Iuſtiniani Imperatoris, eundem aureum numerum monſtraſſe Lunã xiiij. modo citius modo tardius. Item quoſdã anticipaſſe ſuas xiiij. quoſdam vero poſtpoſuiſſe.

IN annis porro 604. 661. oppoſitio media non contigit poſt æquinoctium diei 21. Martij affixum, ideoque ad vltimum potius menſem, quam ad primũ pertinere cenſenda eſt, ſi Concilium Nicænum in ſuo robore permanere debet. Sed nihilo magis media oppoſitio eorundem annorum in Aprili Paſchalis fuit, cum ea acciderit die 19. hora fere 7. poſt meridiem, nimirum poſt vltimum terminum Pleniluniorum Paſchalium. Itaq; ijs

In veteri Calendario in annis quibuſdã nullum reperiri plenilunium medium Paſchale.

Anni

Anni Domini.	Aur. Num.	Lunæ xiiij.		Plenilunia media D	H	
539	8	18 A	Ante opp.med.	18	17	A
672	8	18 A	Poſt opp. med.	17	12	A
599	11	15 A	Ante opp.med.	15	9	A
656	11	15 A	Poſt opp. med.	14	10	A
543	12	4 A	Ante opp.med.	4	17	A
600	12	4 A	Poſt opp. med.	3	12	A
547	16	21 M	Ante opp.med.	21	17	M
680	16	21 M	Poſt opp. med.	20	12	M
567	17	9 A	Ante opp.med.	9	8	A
624	17	9 A	Poſt opp. med.	8	8	A
568	18	29 M	Ante opp.med.	29	15	M
701	18	29 M	Poſt opp. med.	28	11	M

Anni Domini.	Aur. Num.	Lunæ xiiij.		Plenilunia media. D	H	
533	2	25 M	Ante oppoſitionem mediam	25	21	M
535	4	2 A		3	4	A
551	1	5 A		6	5	A
555	5	22 M		23	5	M
570	1	5 A		5	22	A
571	2	25 M		26	7	M
574	5	22 M		22	22	M
590	2	25 M		25	23	M
588	19	17 A	Poſt oppoſitionem mediam	16	5	A
607	19	17 A		16	8	A
640	14	12 A		11	8	A
645	19	17 A		16	7	A
664	19	17 A		16	0	A
681	17	9 A		8	10	A
690	7	30 M		28	20	M
700	17	9 A		8	2	A
604	16	21 M		20	18	M
661	16	21 M		20	19	M

annis,ſi medius motus obſeruari potius debuiſſet, quam Cyclus,nullum Paſcha legitime potuiſſet celebrari. Id quod ſupra Num.6.de quibuſdam etiam annis poſt correctionem aſſeruimus. Vides ergo,eadem omnino contigiſſe in veteri Calendario,& quidem ijs temporibus,quibus ex vſu Eccleſiæ maxime omnibus probatum fuit, quæ in nouo aduerſarij ſine cauſa tam acriter reprehendere non verentur.

Quatuor errores in nullo Calẽdario vitari poſſe, & qui ſint.

9 TERTIO velim, vt ij, qui tam in feſto animo Epactarum diſpoſitionem, æquationemque in nouo Calendario exagitant, diligenter conſiderent, nullum Calendarium Politicum, in quo Cyclus Lunaris ſiue per aureos numeros, ſiue per Epactas deſcribitur, poſſe quatuor errores ita vitare, atque effugere, vt in illos interdum non incurrat. Primum enim, quæcunque anni Solaris æquatio inſtituatur, æquinoctium in die 21. Martij non ita retineri poteſt, quin ab eo libere in vtramque partem euagetur, quanquam ad eum interim ſponte ſua redeat. Hoc autem neceſſario euenit, propter æquinoctij veri inæqualem, irregularemque motum, vt fuſe cap.6.& 7.explicatum eſt. Quin immo, etiamſi motus æquinoctij foret æqualis ſemper, atque vniformis, non tamen eidem ſemper diei adhærere poſſet, propter annos communes, ac biſſextiles, vt cap.5. Num.11. & alibi declarauimus. Deinde caueri non poteſt, quin aliquando Cyclus (quicunque tandem ille ſit) offerat Paſcha Luna xiiij. ante plenilunium medium celebrandum; propterea quod, vt Num.8.& 9.diximus,idem Cycli numerus in eodem ſeculo modo Lunam xiiij. anticipat,modo poſtponit: Item quorundam numerorum Lunæ xiiij.oppoſitiones medias anteuertunt,quorundam vero numerorum Lunæ xiiij.eaſdem medias oppoſitiones ſubſequuntur. Tertio, ne Cyclus ſæpius, quam volumus, præbeat nobis Paſcha ante medium Plenilunium, neceſſe eſt, eum in Calendario Nouilunia indicare ſerius, quam in cælo contingunt. Id quod noſtræ Epactæ in nouo Calendario ſedulo cuſtodiunt,cum ita in eo digeſtę ſint,vt plerunque earum Nouilunia vno die integro, & ali-

Digitized by Google

& aliquando plus, poſt cæleſtia Nouilunia eueniant: quanquam interdum, licet raro, illa ab his non diſcrepent, ac proinde Lunæ xiiij. tunc plus æquo oppoſitiones medias anteuertant. quod vitium in omni Cyclo reperitur; qua de re plura ſcripſimus cap. 18. Num. 5. & 6. Quarto ac vltimo, velimus nolimus, cogimur interdum, ob naturam Cycli, quicunque ille ſit, & quacunque ratione in Calendario diſpoſitus, Paſcha ex primo menſe modo in ſecundum, modo in vltimum, ſiue duodecimum reijcere, quando nimirum Luna xiiij. Paſchalis diem 21. Martij antecedit, ſubſequitur autem diem, quo æquinoctium contingit, vel in eundem incidit, ſi forte æquinoctium verum ante diem 21. Martij accidat: vel quando æquinoctium diem 21. Martij inſequitur, Luna vero xiiij. Paſchalis idem æquinoctium anteuertit, dummodo ante diem 21. non reperiatur. Sed hac de re plura Num. 5. & alijs in locis ſcripſimus. Hi ergo ſunt quatuor errores, (ſi erratum dicendum eſt, quod non temere, ſed neceſſario admitti interdum debet) qui in nullo Calendario, quod per Cyclos, ac regulas captu faciles, atque vniformes, vt par eſt, inſtituitur, euitari poſſunt. Hoc ſolum cauendum diligenter eſt, vt quam rariſſime in eos Cyclus in Calendario deſcriptus nos conijciat, quod ſoli huic noſtro Epactarum Cyclo conuenire, facile ac perſpicue ex ijs, quæ hactenus oſtenſa ſunt, colligi poteſt.

CAPVT XX.

Inuentio Cycli Solaris quouis anno propoſito.

1 EXPOSVIMVS hactenus ea, quæ maiorem difficultatem in hoc negotio correctionis continent, omnia videlicet, quæ ad annum Solarem, atque Lunarem pertinent, ad eum finem, vt æquinoctium, quo ad eius fieri poteſt, ſua in ſede retineatur, & Luna xiiij. Paſchalis recte in Calendario exhibeatur: nunc reliqua leuioris momenti, quæ tamen ad Calendarij cognitionem omnino neceſſaria ſunt, percurramus. Primo autem loco ſeſe offert Cyclus Solaris, qui nihil aliud eſt, quam reuolutio 28. annorum, propterea quod litteræ dominicales propter quas ſolas Cyclus hic excogitatus eſt, poſt 28. annos eodem prorſus ordine redeunt, vt cap. ſequenti docebimus; ex quo factum eſt, vt idem Cyclus Solaris, dictum ſit Cyclus literarum Dominicalium. Et quanquam Cyclus Solaris non ſit nobis ſimpliciter, & abſolute neceſſarius, cum ſine eo longe expeditius literam Dominicalium cuiuſcunque anni reperire poſſimus, vt ex cap. ſequenti conſtabit, tamen quia eum ante correctionem Gregorianam Eccleſia ſemper adhibuit ad literam Dominicalem inquirendam, non abs re erit docere, quo artificio idem Cyclus quolibet anno propoſito inueſtigandus ſit, & qua ratione ex eodem litera Dominicalis tum ante correctionem, tum poſt, ſit eruenda.

Cyclus Solaris quid. *Cyclus literarum Dominicaliũ idem, qui Solaris.*

2 OMISSIS autem regulis traditis Canone 3. Calendarij Gregoriani perpetui, quod ſub initium huius operis præmiſimus, extruemus hic tabulam expeditiſſimam, ex qua Cyclus Solaris cuiuslibet anni propoſiti eruatur, initio ſumpto ab anno Domini 1. quo Cyclus Solaris fuit 10. hoc videlicet modo. Diſponantur ordine omnes 28. numeri Cycli Solaris in tabella, initio facto à numero cycli Solaris 10. Deinde in alia tabula deſcribantur anni Domini incipientes ab 1. per continuam additionem 28. progredientes, quantum libuerit. His namque annis reſpondet Cyclus Solaris 10 primæ cellulæ. Inuenturus igitur Cyclum Solarem cuiuslibet anni, quære inter annos Domini annum propoſitum, qui ſi inueniatur, dices eo anno Cyclum Solarem eſſe 10. Si autem non inueniatur, cape annum proxime minorem, eumque primæ cellulæ Cycli Solaris tribue, ſequentem annum ſecundæ cellulæ, & inſequentem tertiæ, & ſic deinceps, donec ad annum propoſitum peruenias. Nam Cyclus Solaris cellulæ, in quam propoſitus annus incidit, erit is, qui quæritur, eiuſque vſus à Ianuario incipiet, quemadmodum & aurei numeri, & Epactæ, vt ſupra diximus.

Regula ad inueniendũ Cyclum Solarem cuiuslibet anni.

V. G. Anno 6021. quoniam in tabula is deſcriptus eſt, Cyclus Solaris erit 10. At anno 6036. Cyclus Solaris erit 25. Nam in cellulam numeri 25. incidit annus 6036. ſi annus 6021. primæ cellulæ tribuatur, & annus 6022. cellulæ ſecundæ, &c. Item anno Domini 5. Cyclus Solaris fuit 14. & anno 85. fuit 10. Denique anno 7777. Cyclus Solaris erit 2. Et ita de cæteris.

Vſus Cycli Solaris à Ianuario incipit.

HÆC tabula commodius fortaſſis per annos centeſimos inſtituetur, vt in altera tabula, quæ hanc ſequitur apparet.

Digitized by Google

Tabella Cycli Solaris.

10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23
24	25	26	27	28	1	2	3	4	5	6	7	8	9

Anni Domini, quibus prima cellula Cyclus Solaris 10. congruit.

Anni Domini per 28. collecti.

1	29	57	85	113	141	169	197	225	253
281	309	337	365	393	421	449	477	505	533
561	589	617	645	673	701	729	757	785	813
841	869	897	925	953	981	1009	1037	1065	1093
1121	1149	1177	1205	1233	1261	1289	1317	1345	1373
1401	1429	1457	1485	1513	1541	1569	1597	1625	1653
2681	1709	1737	1765	1793	1821	1849	1877	1905	1933
1961	1989	2017	2045	2073	2101	2129	2157	2185	2213
2241	2269	2297	2325	2353	2381	2409	2437	2465	2493
2521	2549	2577	2605	2633	2661	2689	2717	2745	2773
2801	2829	2857	2885	2913	2941	2969	2997	3025	3053
3081	3109	3137	3165	3193	3221	3249	3277	3305	3333
3361	3389	3417	3445	3473	3501	3529	3557	3585	3613
3641	3669	3697	3725	3753	3781	3809	3837	3865	3893
3921	3949	3977	4005	4033	4061	4089	4117	4145	4173
4201	4229	4257	4285	4313	4341	4369	4397	4425	4453
4481	4509	4537	4565	4593	4621	4649	4677	4705	4733
4761	4789	4817	4845	4873	4901	4929	4957	4985	5013
5041	5069	5097	5125	5153	5181	5209	5237	5265	5293
5321	5349	5377	5405	5433	5461	5489	5517	5545	5573
5601	5629	5657	5685	5713	5741	5769	5797	5825	5853
5881	5909	5937	5965	5993	6021	6049	6077	6105	6133
6161	6189	6217	6245	6273	6301	6329	6357	6385	6413
6441	6469	6497	6525	6553	6581	6009	6637	6665	6693
6721	6749	6777	6805	6833	6861	6889	6917	6945	6973
7001	7029	7057	7085	7113	7141	7169	7197	7225	7253
7281	7309	7337	7365	7393	7421	7449	7477	7505	7533
7561	7589	7617	7645	7673	7701	7729	7757	7785	7813
7841	7869	7897	7925	7953	7981	8009	8037	8065	8093
8121	8149	8177	8205	8233	8261	8289	8317	8345	8373
8401	8429	8457	8485	8513	8541	8569	8597	8625	8653
8681	8709	8737	8765	8793	8821	8849	8877	8905	8933
8961	8989	9017	9045	9073	9101	9129	9157	9185	9213
9241	9269	9297	9325	9353	9381	9409	9437	9465	9493
9521	9549	9577	9605	9633	9661	9689	9717	9745	9773
9801	9829	9857	9885	9913	9941	9969	9997	10025	10053
10081	10109	10137	10165	10193	10221	10249	10277	10305	10333
10361	10389	10417	10445	10473	10501	10529	10557	10585	10613
10641	10669	10697	10725	10753	10781	10809	10837	10865	10893
10921	10949	10977	11005	11033	11061	11089	11117	11145	& ſic in infinitū

Cyclus

Digitized by Google

Anni Domini per 100. collecti, quibus numeri Cycli Solaris, in vertice tabulæ deſcripti congruunt.

	A	B	C	D	E	F	G
Cycl. Solaris.	ix	xxv	xiii	j	xvij	v	xxj
	0	100	200	300	400	500	600
	700	800	900	1000	1100	1200	1300
	1400	1500	1600	1700	1800	1900	2000
	2100	2200	2300	2400	2500	2600	2700
	2800	2900	3000	3100	3200	3300	3400
	3500	3600	3700	3800	3900	4000	4100
	4200	4300	4400	4500	4600	4700	4800
	4900	5000	5100	5200	5300	5400	5500
	5600	5700	5800	5900	6000	6100	6200
	6300	6400	6500	6600	6700	6800	6900
	7000	7100	7200	7300	7400	7500	7600
	7700	7800	7900	8000	8100	8200	8300
	8400	8500	8600	8700	8800	8900	9000
	9100	9200	9300	9400	9500	9600	9700
	9800	9900	10000	10100	10200	10300	10400
	10500	10600	10700	10800	10900	11000	11100
	11200	11300	11400	11500	11600	11700	11800
	11900	12000	12100	12200	12300	12400	12500
	12600	12700	12800	12900	13000	13100	13200
	13300	13400	13500	13600	13700	13800	13900
	14000	14100	14200	14300	14400	14500	14600
	14700	14800	14900	15000	15100	15200	15300
	15400	15500	15600	25700	15800	15910	16000
	16100	16200	16300	16400	16500	16600	16700
	16800	16900	17000	17100	17200	17300	17400
	17500	17600	17700	17800	17900	18000	18100
	18200	18300	18400	18500	18600	18700	18800
	18900	19000	19100	19200	19300	19400	19500
	19600	19700	19800	19900	20000	20100	20200
	20300	20400	20500	20600	20700	20800	20900
	21000	21100	21200	21300	21400	21500	21600
	21700	21800	21900	22000	22100	22200	22300
	22400	22500	22600	22700	22800	22900	23000
	23100	23200	23300	23400	23500	23600	23700
	23800	23900	24000	24100	24200	24300	24400
	24500	24600	24700	24800	24900	25000	25100
	25200	25300	25400	25500	25600	25700	25800
	25900	26000	26100	26200	26300	26400	26500
	26600	26700	26800	26900	27000	27100	27200
	27300	27400	27500	27600	27700	27800	27900
	28000	28100	28200	28300	28400	28500	28600
	28700	28800	28900	29000	29100	29200	29300
	29400	29500	29600	29800	29800	29900	30000
	30100	30200	30300	30400	30500	30600	30700
	30800	30900	31000	31100	31200	31309	31400
	31500	31600	31700	31800	31900	32000	32100
	32200	32300	32400	32500	32600	32700	32800
	32900	33000	33100	33200	33300	33400	33500

Digitized by Google

CONSTRVCTIO autem huius tabulæ, quæ in infinitum extendi poteſt, ita ſe habet. Anni centeſimi ordine progrediuntur à ſiniſtra dextram verſus, facto initio ab anno o, donec ſeptem cellulæ ſint repletæ, vt in tabula apparet. Supra annum vero o. qui primus eſt inter centeſimos, deſcriptus eſt Cyclus Solaris ıx à quo reliqui ſex formantur per additionem continuam numeri 16. abiectis ſemper 28. quando ſumma conflata maior eſt, quam 28.

VSVS porro huiuſce tabulæ perfacilis eſt, ſi hæc altera tabella trium numerorum per 28. collectorum, quos annus o. præcedit, notetur, vna cum ſerie omnium 28. numerorum Cycli Solaris hic deſcripta.

Anni per 28. colllecti	0	28	56	84

Series numerorum Cycli Solaris.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
21	22	23	24	25	26	27	28												

NAM inuenturus Cyclum Solarem quouis anno, qui maior non ſit vltimò centeſimo præcedentis tabulæ, ſi is annus fuerit ex centeſimis aliquis, quære eum inter annos Domini, ſtatimque ſupra eum reperies Cyclum Solarem, quem quæris. Si vero annus propoſitus non fuerit centeſimus aliquis, ſume in proxima tabella annorum per 28. collectorum, numerum proxime minorem propoſito anno poſt datum centeſimum, eumque tribue illi numero Cycli Solaris proximæ ſeriei, qui ſupra illum centeſimum, poſt quem datus eſt annus, ſcriptus reperitur: ſequenti autem numero Cycli eiuſdem ſeriei, tribue ſequentem annum, & ſic deinceps, redeundo ad principium ſeriei, ſi opus eſt, donec ad annum propoſitum peruenias. Terminabitur enim numeratio in Cyclo Solari quæſito. Quod ſi datus annus poſt aliquem centeſimum reperiatur in tabella annorum per 28. collectorum, erit eo anno Cyclus Solaris is, qui illi anno centeſimo reſpondet, qui proxime datum annum non centeſimum præcedit.

V. G. Anno 1600. Cyclus Solaris eſt 13. At anno 1683. Cyclus Solaris eſt 12. quia tribuendo in proxima ſerie Cyclo Solari 13. ſupra annum 1600. repertum, annum 56. proximæ tabellæ annorum per 28. collectorum, & annum 57. ſequenti Cyclo Solari 14. &c. annus 83. cadit in Cyclum Solarem 12. Item anno 48. Cyclus Solaris fuit 1. Nam ſi in proxima ſerie, Cyclo Solari 9. ſupra annum centeſimum o. inuento, tribuatur annus 28. proximæ tabellæ annorum per 28. collectorum, qui proxime minor eſt anno 48. dato, & annum 29. ſequenti Cyclo Solari 10. &c. terminabitur annus 48. in Cyclo Solari 1. Item anno 1810. Cyclus Solaris erit 27. quia ſi in proxima ſerie, Cyclo Solari 17. ſupra annum centeſimum 1800. ſcripto tribuas annum o. proximæ tabellæ annorum per 28. collectorum, qui proxime minor eſt, quam 10. & annum 1. ſequenti Cyclo Solari 18. &c. incidet annus 10. in Cyclum Solarem 27. Poſtremo anno 1656. Cyclus Solaris erit 13. qui nimirum anno 1600. debetur: quia annus 56. in tabella annorum per 28. collectorum poſitus eſt. Et ſic de cæteris.

3 VERVM eandem hanc tabulam ad longe faciliorem vſum redigemus hoc modo. Supra Cyclos Solares prædictæ tabulæ ſcribantur ordine ſeptem literæ alphabeti maiuſculæ, eædemque eodem ordine in hac altera tabula repetantur, & infra quamlibet omnes vigintiocto Cycli Solares reponantur, initio facto in qualibet linea deſcendente ab eo Cyclo Solari, qui vnitate ſuperat Cyclum Solarem infra quamuis literam ſuperioris tabulæ aſſcriptum. Poſtremo iuxta eoſdem Cyclos Solares ad ſiniſtram diſponantur centum anni expanſi, vt in ſequenti tabula vides. Diſpoſitis hoc modo numeris Cycli Solaris, & annis expanſis, expeditiſſime Cyclus Solaris cuiuſque anni propoſiti reperietur. Nam ſi annus datus eſt centeſimorum aliquis, reperietur mox eius Cyclus Solaris ſupra ipſum in ſuperiori tabula, vt in eius vſu diximus. Si vero propoſitus eſt annus non centeſimus, inuenietur eius Cyclus Solaris in hac tabula è regione dati anni expanſi in illa linea deſcendente numerorum Cycli Solaris, cui eadem litera ſuperpoſita eſt, quæ centeſimo anno proxime elapſo in ſuperiori tabula reſpondet. Quo fit, vt ſeptem lineæ deſcendentes Cycli Solaris eſſe poſſint inſtar ſeptem tabellarum temporariarum ad Cyclum Solarem cuiuſq; anni inueſtigandum. Vt v. g. linea, cui ſupraſcripta eſt litera C, erit temporaria

Tabella temporaria Cycli Solaris.

Centum anni expanſi.					A	B	C	D	E	F	G
1	29	57	85		10	26	14	2	18	6	22
2	30	58	86		11	27	15	3	19	7	23
3	31	59	87		12	28	16	4	20	8	24
4	32	60	88		13	1	17	5	21	9	25

Centum

Digitized by Google

Centum anni expanſi.				A	B	C	D	E	F	G
5	33	61	89	14	2	18	6	22	10	26
6	34	62	90	15	3	19	7	23	11	27
7	35	63	91	16	4	20	8	24	12	28
8	36	64	92	17	5	21	9	25	13	1
9	37	65	93	18	6	22	10	26	14	2
10	38	66	94	19	7	23	11	27	15	3
11	39	67	95	20	8	24	12	28	16	4
12	40	68	96	21	9	25	13	1	17	5
13	41	69	97	22	10	26	14	2	18	6
14	42	70	98	23	11	27	15	3	19	7
15	43	71	99	24	12	28	16	4	20	8
16	44	72	100	25	13	1	17	5	21	9
17	45	73		26	14	2	18	6	22	10
18	46	74		27	15	3	19	7	23	11
19	47	75		28	16	4	20	8	24	12
20	48	76		1	17	5	21	9	25	13
21	49	77		2	18	6	22	10	26	14
22	50	78		3	19	7	23	11	27	15
23	51	79		4	20	8	24	12	28	16
24	52	80		5	21	9	25	13	1	17
25	53	81		6	22	10	26	14	2	18
26	54	82		7	23	11	27	15	3	19
27	55	83		8	24	12	28	16	4	20
28	56	84		9	25	13	1	17	5	21

ab anno 1600. cui in ſuperiori tabula eadem litera C, congruit, vſque ad annum 1700. ſi tamen anni expanſi ad ſiniſtram proximæ tabulæ deſcripti in vſum ſimul adhibeantur, &c. vt in cap. 12. Num. 4. de tabellis temporarijs aurei numeri dictum eſt. Sit ergo inueniendus Cyclus Solaris anni 1600. qui quoniam centeſimus eſt, reſpondebit ei in ſuperiori tabula Cyclus Solaris 13. Si vero Cyclus Solaris quæratur anni 1687. quoniam in ſuperiori tabula anno centeſimo 1600. proxime elapſo congruit litera C, inueniemus in linea literæ C, proximæ tabulæ, è regione anni expanſi 87. Cyclum Solarem 16. atque ita de cæteris.

CAPVT XXI.

Inuentio Literæ Dominicalis.

SVPERIORE capite diximus, Cyclum Solarem 28. annorum eſſe quoque Cyclum literarum Dominicalium, propterea quod eæ poſt 28. annos eodem prorſus ordine recurrunt. Quoniam enim ſeptem ſunt literæ Dominicales, propter ſeptem Hebdomadæ dies, continenturque in anno dierum 365 hebdomadæ 52. & inſuper vnus dies: fit vt deſcriptis in Calendario ſeptem literis, incipiendo ab A, primo die Ianuarij, iiſdemque quinquagies, ac bis repetitis, eadem litera A, repetatur vltimo die Decembris. Quocirca ſi v. g. in anno aliquo prima dies eſt Dominica, vltima etiam dies Dominica erit, ideoque prima dies in anno ſequenti dies Lunæ erit: adeo vt litera A, quæ in primo anno fuit Dominicalis, indicet in ſecundo anno diem Lunæ, ac proinde tunc litera Dominicalis mutanda ſit. Eadem de cauſa mutanda erit in ſequentibus annis. Mutatio ergo literarum Dominicalium ſingulis annis fit, vt vides, propter literam A, quæ primo diei anni aſſcribitur, vltimo anno die repetitam. Quod ſi non ſupereſſet dies vltra 52. hebdomadas, non repeteretur litera A, eſſetque rurſus prima dies anni Dominica. Et ſi quarto quoque anno non intercalaretur dies, redirent ſeptem literæ Dominicales eodem ordine poſt 7. annos, eſſetque quælibet litera in ſpatio 7. annorum ſemel Dominicalis. Verum quia quarto quoque anno adijcitur vnus dies, fitque annus biſſextilis, in quo duæ literæ Dominicales aſſumuntur, ſequitur vt antequam 28. effluxerint anni, literæ eadem proportione redire nequeant. In hoc namque annorum ſpatio vnaquæque literarum cum proxime antecedente vſurpatur in anno biſſextili: quod ſeptem modis fieri poteſt, nimirum G, cum F: F, cum E; E, cum D: D, cum C: C, cum B: B, cum A; & A, cum G. Item quælibet eſſe poterit Dominicalis primo anno poſt biſſextum, deinde ſecundo, ac denique tertio, vt infra in quolibet ſeptem Cyclorum literarum 28. Dominicalium patebit Atque hic 28. annorum numerus procreatur ex multiplicatione 7. in 4. quandoquidem literæ ſunt ſeptem, & quarto

Digitized by Google

quoqueanno duæ in vſu ſunt. Cum enim hi numeri 7. & 4. ſint inter ſe primi, indicabit numerus 28. ex illis genitus, quot modis inter ſe poſſint ſeptem literæ variari.

Conſtructio tabulæ ad inueniendam literã Dominicalem.

2 LITERA porro Dominicalis cuiuſuis anni, omiſſis regulis traditis Canone 4. Calendarij Gregoriani perpetui, reperietur nullo fere negotio ex ſequenti tabula, quæ ſic conſtruitur. In ſeptem cellulis ſcribantur anni omnes centeſimi, initio ſumpto ab anno 1600. ita tamen, vt centeſimi anni biſſextiles reponantur in eiſdem cellulis cum centeſimis non biſſextilibus proxime antecedentibus: quia in centeſimis biſſextilibus nulla fit Cycli literarum Dominicalium interruptio, ſed in ſolis non biſſextilibus, propter quam etiam cauſam in eadem cellula cum anno 1600. biſſextili aſſcriptus eſt annus 1582. poſt detractionem 10. dierum anno correctionis factam. His ſeptem cellulis in vertice aſſcribantur ſeptem literæ indices maiuſculæ. Deinde rurſus extruantur ſeptem lineæ deſcendentes 28. literarum Dominicalium, quæ naturali ſerie progrediantur ab infimis cellulis ad ſupremas aſcendendo, ita tamen vt prima incipiat à litera d, ſecunda ab e, tertia ab f, quarta à g, quinta ab A, ſexta à b, & ſeptima à c, obſeruando diligenter, vt quarto quoque loco binæ literæ ſimul ponantur in eadem cellula, propter annos biſſextiles. Atque his ſeptem ordinibus literarum Dominicalium ſuperponantur eædem ſeptem literæ indices maiuſculæ, quas ſupra annos centeſimos collocauimus. Poſtremo ad dextram dictorum ordinum omnes 28. Cycli Solares deſcribantur, vt in tabula factum eſſe vides. Non ſunt autem inter centeſimos annos appoſiti illi centeſimi, qui annum correctionis 1582. antecedunt, quia ante correctionem litera Dominicalis cuiuslibet anni inuenitur per ſolum Cyclum Solarem, ſine ope centeſimorum annorum, vt dicemus.

A	B	C	D	E	F	G
Anni centeſimi.						
1582 1600	1700	1800	1900 2000	2100	2200	2300 2400
2500	2600	2700 2800	2900	3000	3100 3200	3300
3400	3500 3600	3700	3800	3900 4000	4100	4200
4300 4400	4500	4600	4700 4800	4900	5000	5100 5200
5300	5400	5500 5600	5700	5800	5900 6000	6100
6200	6300 6400	6500	6600	6700 6800	6900	7000
7100 7200	7300	7400	7500 7600	7700	7800	7900 8000
8100	8200	8300 8400	8500	8600	8700 8800	8900
9000	9100 9200	9300	9400	9500 9600	9700	9800
9900 10000	10100	10200	10300 10400	10500	10600	10700 10800
10900	11000	11100 11200	11300	11400	11500 11600	11700
11800	11900 12000	12100	12200	12300 12400	12500	12600
12700 12800	12900	13000	13100 13200	13300	13400	13500 13600
13700	13800	13900 14000	14100	14200	14300 14400	14500
14600	14700 14800	14900	15000	15100 15200	15300	15400
15500 15600	15700	15800	15900 16000	16100	16200	Et ſic in infinitũ.

Digitized by Google

LITERÆ Dominicales.

A	B	C	D	E	F	G	Cyclus Solaris
b c	c d	d e	e f	f g	g A	A b	1
A	b	c	d	e	f	g	2
g	A	b	c	d	e	f	3
f	g	A	b	c	d	e	4
d e	e f	f g	g A	A b	b c	c d	5
c	d	e	f	g	A	b	6
b	c	d	e	f	g	A	7
A	b	c	d	e	f	g	8
f g	g A	A b	b c	c d	d e	e f	9
e	f	g	A	b	c	d	10
d	e	f	g	A	b	c	11
c	d	e	f	g	A	b	12
A b	b c	c d	d e	e f	f g	g A	13
g	A	b	c	d	e	f	14
f	g	A	b	c	d	e	15
e	f	g	A	b	c	d	16
c d	d e	e f	f g	g A	A b	b c	17
b	c	d	e	f	g	A	18
A	b	c	d	e	f	g	19
g	A	b	c	d	e	f	20
e f	f g	g A	A b	b c	c d	d e	21
d	e	f	g	A	b	c	22
c	d	e	f	g	A	b	23
b	c	d	e	f	g	A	24
g A	A b	b c	c d	d e	e f	f g	25
f	g	A	b	c	d	e	26
e	f	g	A	b	c	d	27
d	e	f	g	A	b	c	28

QVAN-

QVANDO ergo literam Dominicalem cuiuſuis anni poſt Calendarij correctionem propoſiti indagare volueris, quære primum per caput præcedens Cyclum Solarem illius anni. Nam confeſtim in proxima tabula literarum Dominicalium è regione illius Cycli Solaris ſub ea litera maiuſcula in vertice tabulæ poſita, quæ illi centeſimo reſpondet, in quo annus propoſitus continetur, reperies literam Dominicalem, quam inquiris. Hæc ſi duplex occurrat, erit annus ille biſſextilis; communis vero, ſi ſimplex. Et quia in annis centeſimis non biſſextilibus duplex quoque occurrit, ſumenda eſt vna duntaxat, ea videlicet, quæ ad ſiniſtram ſita eſt, priorque eſt in ſerie ſeptem literarum A, B, C, D, E, F, G, ita vt G, cenſeatur in hoc negotio præcedere literam A; quia abſoluto circulo harum ſeptem literarum, poſt G, reditur ad A; quemadmodum literam A, ſequitur litera B, &c. Exempli cauſa. Anno 1674. Cyclus Solaris eſt 3. è regione cuius in tabula proxima ſub litera A, in vertice poſita, quæ nimirum ſupra annum 1600. ſcripta eſt, reperitur litera Dominicalis G, ſimplex, ac proinde annus hic eſt communis. Anno vero 1892. Cyclus Solaris eſt 25. qui literas b, c, offert Dominicales, ideoque annus ille biſſextilis eſt. At anno 1700. Cyclus Solaris eſt 1. qui indicat literas c, d. Et quia annus hic centeſimus ſine biſſexto tranſigitur, erit ſola litera C, Dominicalis. Sic anno 2000. Cyclus Solaris erit 21. & literæ Dominicales d, e, cum is annus biſſextilis ſit. Eademque ratio in reliquis annis poſt correctionem ſeruanda eſt.

IN annis ante Calendarij emendationem indicabit Cyclus Solaris literam Dominicalem ſub litera maiuſcula E. Vt quoniam anno 1582. Cyclus Solaris fuit 23. reperies ſub litera E, Dominicalem literam g. quæ eo anno Dominicum diem indicauit, vſque ad quartum Octobris. Nam hinc ad exitum vſque anni litera C, Dominicalis fuit. Item anno 325. Cyclus Solaris fuit 26. & litera Dominicalis c. Denique anno 1100. Cyclus Solaris fuit 17. literæ vero Dominicales g, A. Et ſic de cæteris. In annis biſſextilibus litera, quæ in alphabeto, ſiue ſerie literarum poſterior eſt, Dominicalis erit vſque ad diem S. Matthiæ, reliqua vero hinc ad finem vſque anni.

HINC facili negotio quilibet excerpet tabellas literarum Dominicalium temporarias, per quas quouis ſeculo Dominicalis litera inueniatur. Nam ſeptem lineæ literarum Dominicalium deſcendentes in proxima tabula erunt ſeptem huiuſmodi tabellæ temporariæ. V. g. prima linea ſub litera A, temporaria erit ab anno 1600. qui in centeſimis annis ſub eadem litera A, collocatur, vſque ad annũ 1700. & ab anno 2500. vſque ad 2600. &c. Linea autem ſub litera E, temporaria erit à primo anno Chriſti vſque ad annum 1582. quo Calendarium emendatum eſt. *Tabellæ temporariæ literarũ Dominicaliũ.*

3 SED expeditius multo literam Dominicalem cuiuſuis anni reperiemus, ſine Cyclo Solari, ex ſequenti tabula, quæ ſic conſtruitur. Primo loco deſcribantur omnes anni centeſimi, initio facto ab anno 0. ita tamen, vt quando deſcriptus erit annus 1500. ante correctionem, relinquantur poſt eum duæ cellulæ vacuæ, in quibus hæc verba notentur, *Poſt correctionem*, & in quinta cellula ſcribatur iterum idem annus 1500. & in ſexta annus 1600. Relicta deinde ſeptima cellula vacua, annus 1700. ſcribatur in prima cellula, inſequentis lineæ tranſuerſæ. Item omiſſa cellula ſecunda, in tertia locetur annus 1800. Et in quinta, prætermiſſa quarta, ſcribatur annus 1900. Et in ſexta annus 2000. Et relicta cellula ſeptima, annus 2100. collocetur in prima alterius lineæ cellula. Et ſic deinceps in infinitum alij ſequentes centeſimi anni deſcribantur, omiſſis ſemper vacuis cellulis, ſecunda, quarta, ac ſeptima. In vertice deinde apponantur ſeptem literæ maiuſculæ, indices linearum literarum Dominicalium. Infra denique annos centeſimos aſcribantur literæ Dominicales, vt in tabula factum eſſe vides. *Inuentio facilior literæ Dominicalis, ſine Cyclo Solari.*

POST hæc deſcribantur ſeptem lineæ ſeptem literarum Dominicalium, ita vt quælibet ſemel primum occupet locum, initio facto à litera b, quæ primo anno Chriſti fuit Dominicalis, cæteriſque in tranſuerſum ordine retrogrado progredientibus. Hiſce autem lineis ad ſiniſtram apponantur eædem illæ ſeptem literæ maiuſculæ, quas ſupra annos centeſimos ſcribendas eſſe diximus, vt in altera tabula vides: quibus tandem ſeptem lineis ſupponantur centum anni expanſi.

| A | B |

ANNI CENTESIMI.

A	B	C	D	E	F	G
0	100	200	300	400	500	600
700	800	900	1000	1100	1200	1300
1400	1500	Poſt correctionē		1500	1600	
1700		1800		1900	2000	
2100		2200		2300	2400	
2500		2600		2700	2800	
2900		3000		3100	3200	
3300		3400		3500	3600	
3700		3800		3900	4000	
4100		4200		4300	4400	
4500		4600		4700	4800	
4900		5000		5100	5200	
5300		5400		5500	5600	
5700		5800		5900	6000	
6100		6200		6300	6400	
6500		6600		6700	6800	
6900		7000		7100	7200	
7300		7400		7500	7600	
7700		7800		7900	8000	
8100		8200		8300	8400	
8500		8600		8700	8800	
8900		9000		9100	9200	
9300		9400		9500	9600	
9700		9800		9900	10000	
10100		10200		10300	10400	
10500		10600		10700	10800	
10900		11000		11100	11200	
11300		11400		11500	11600	
11700		11800		11900	12000	
12100		12200		12300	12400	
12500		12600		12700	12800	
12900		13000		13100	13200	&c.
d c	e d	f e	g f	A g	b A	c b

Indices

Indices Literæ	Literæ Dominicales.						
A	b	A	g	f	e	d	c
B	c	b	A	g	f	e	d
C	d	c	b	A	g	f	e
D	e	d	c	b	A	g	f
E	f	e	d	c	b	A	g
F	g	f	e	d	c	b	A
G	A	g	f	e	d	c	b
Anni expanſi.	1 7 12	2 8 13	3 8 14	4 9 15	4 10 16	5 11 16	6 12 17
	18 24 29	19 24 30	20 25 31	20 26 32	21 27 32	22 28 33	23 28 34
	35 40 46	36 41 47	36 42 48	37 43 48	38 44 49	39 44 50	40 45 51
	52 57 63	52 58 64	53 59 64	54 60 65	55 60 66	56 61 67	56 62 68
	68 74 80	69 75 80	70 76 81	71 76 82	72 77 83	72 78 84	73 79 84
	85 91 96	86 92 97	87 92 98	88 93 99	88 94 100	89 95 100	90 96

DOMI-

DOMINICALEM igitur literam inuenturus ex hac tabula ſic agito. Si annus propoſitus eſt ex centeſimis aliquis, quære eum inter centeſimos deſcriptos. Infra enim illum binas reperies literas, quæ Dominicales erunt eo anno, ſi annus ille centeſimus biſſextilis eſt, cuiuſmodi ſunt omnes centeſimi ante annum reſtitutum, poſt correctionem vero illi ſoli, qui in ſexta cellula infra literam indicem F, deſcripti ſunt, nimirum 1600. 2000. 2400. &c. Si vero centeſimus annus datus, eſt communis, quales poſt anni emendationem ſunt omnes extra ſextam cellulam, è duabus literis vna ſola erit Dominicalis, ea videlicet, quæ ad dextram eſt poſita, prioremque locum in alphabeto occupat. Quod ſi annus propoſitus non ſit centeſimus, reperies eius literam Dominicalem ſupra datum annum expanſum, in illa linea literarum Dominicalium, quæ eandem literam indicem præfixam habet, quæ ſupra centeſimum annum proxime elapſum ante annum expanſum collocata eſt. Et ſi annus expanſus fuerit geminatus, annus ille erit biſſextilis, cui duæ literæ reſpondent Dominicales, quarum ea, quæ prior occurrit, vſum habebit ad diem S. Matthiæ ſacrum, altera vero ab eo die ad anni exitum.

VT anno 300. à Chriſto nato literæ Dominicales fuerunt g, f, quæ infra literam indicem D, & annum 300. poſitæ ſunt. At anno 325. litera Dominicalis fuit C, ſupra annum expanſum 25. in linea literæ indicis D, quæ videlicet ſupra annum 300. proxime elapſum ſcripta reperitur. Sic anno 1582. ante correctionem litera Dominicalis fuit g, ſupra annum expanſum 82. in linea indicis literæ B, quæ nimirum ſupra annum 1500. ante correctionem ſcripta eſt. At poſt correctionem idem annus habuit literam Dominicalem C, ſupra eundem annum 82. expanſum, in linea indicis literæ E, quod hæc eadem litera index poſita ſit ſupra annum 1500. poſt correctionem. Rurſus anno 1100. literæ Dominicales fuerunt A, g. Item anno 1674. deprehendes Dominicalem literam g, ſupra annum expanſum 74. in linea indicis literæ F, cum hæc litera ſupra annum 1600. reperiatur. Anno vero 1892. ſupra annum expanſum 92. geminatum inuenies literas c, b, in linea literæ indicis C, ſupra annum 1800. ſcriptæ, ac proinde annus is biſſextilis eſt. At vero anno 1700. litera Dominicalis erit c, infra annum 1700. relicta litera d. Poſtremo anno 2000. literæ Dominicales erunt b, A. Et ſic de cæteris.

In primis 4. annis Chriſti literas Dominicales ex præſcripto Calendarij diuerſas eſſe ab ijs, quæ vere tunc in vſu fuerunt.

PER regulas prædictas ſi quærantur literæ Dominicales pro annis Chriſti prope eius Natiuitatem, inuenientur eæ, quæ eſſe debuiſſent, ſi inſtitutio Iulij Cæſaris ſeruata fuiſſet: ſed quia Idolorum ſacerdotes errorem in intercalatione commiſerunt, quem Auguſtus poſtea correxit, fuerunt vſque ad annum Domini quartum incluſiue aliæ literæ Dominicales. Diuerſitatem ſequentes tabellæ demonſtrant.

Literæ Dominicales ſecundum correctionem Auguſti.

Anni Domini	0	1	2	3	4	5	6	7	8
Literæ Dominicales	B	A	G	F	E	D	C	B	A G

Literæ Dominicales ſecundum inſtitutionem Iulij Cæſaris, & regulas Calendarij.

Anni Domini	0	1	2	3	4	5	6	7	8
Literæ Dominicales	D C	B	A	G	F E	D	C	B	A G

ITAQVE Dominicales literæ iuxta præſcriptum Caleudarij à Natali Chriſti, id eſt, ab anno 0. vſque ad annum 4. incluſiue, diuerſæ ſunt ab ijs, quas correctio Auguſti Cæſaris dabat: ſed poſt annum 4. nulla amplius varietas interuenit.

Cyclus literarum Dominicalium 400. annorum poſt correctionem.

VT ſi anno 4000. Paſchale Nouilunium inquiratur. Numerus per millenas, centenaſque expreſſus eſt 40. Abiectis omnibus 20. nil ſupereſt. Radix ergo indicis 0. eligenda: cuius centeſimus 1600. ex 4000. centeſimo propoſito detractus relinquit 2400. qui numerus in tabula Epactarum correctarum habet Epactam D.25. H.10. Min.16. Sec.11. quæ quia ex Nouilunio radicis electæ ſubtrahi nequit, ſubtrahenda eſt ex numero eiuſdem radicis vna cum menſe Lunari proximæ tabellæ, hoc eſt, ex D.43 Hor.21. Min.18. Sec.57. Reliquus etenim numerus Nouilunium indicabit in Martio D.18. H.11. Min.2. Sec.46. quod Paſchale eſt.

ITEM ſi quæratur Nouilunium Paſchale anni 4800. Numerus per millenas, centenaſque expreſſus eſt 48. Reiectis omnibus 20. ſuperſunt 8. & abiectis omnibus 4. nil remanet. Ergo radix indicis 0. ſumenda: cuius centeſimus 1600. ex dato centeſimo 4800. demptus relinquit 3200. cum quo numero ſemel in tabulam ingrediendo excerpatur Epacta D.14. H.5. Min.12. Sec.14. Hæc enim ſi ex Nouilunio radicis electæ, anni videlicet 1600. tollatur, reliqua fiet Neomenia D.0. H.3. Min.22. Sec.40. in Martio, quæ Paſchalis non eſt. Addito ergo menſe Lunari D.29. H.12. Min. 44. Sec.3. reperies Nouilunium Paſchale in Martio D.29. H.16. Min.6. Sec.43.

Anni	D.	H.	M.	S.
100000	16	1	58	38
6000	19	6	34	25
1600	7	2	56	7
Summa	42	11	9	10
menſ. detr.	29	12	44	3
reſiduum	12	22	25	7
Nouil rad.	31	9	15	25
reſiduum detr.	12	22	25	7
Nouil. Mar.	18	10	50	18

RVRSVS datus ſit annus 109500. Numerus millenis, ac centenis expreſſus eſt. 95. Abiectis 20. remanent 15. & demptis 4. ſuperſunt 3. Ergo radix indicis 3. eligenda eſt: Huius centeſimus 1900. ex dato centeſimo 109500. detractus relinquit 107600. Ingrediendum ergo eſt in tabulam cum annis 100000. 6000. 1600. colligeturque ſumma Epactarum D.42. H.11. Min.9. Sec.10. à qua ſi dematur Lunaris menſis, remanebunt D.12. H.22. Min.25. Sec.7. quæ ablata ex Nouilunio radicis inuentæ, anni videlicet 1900. inuenietur Neomenia Paſchalis in Martio, D.18. H.10. Min.50. Sec.18.

DENIQVE ſi detur annus 165580200. Numerus per millenas, atq; centenas expreſſus eſt 02. Reiectis omnibus 20. & 4. relinquuntur 2. ideoq; radix indicis 2. anni videlicet 1800. deligenda eſt. Ablato centeſimo huius radicis ex dato anno, reliquus fit annus 165578400. Ergo ſi ingrediaris cum annis hic poſitis in tabulam, excerpaſque Epactas, colliges ſummam D.91. H. 19. Min.37. Sec.28. ex qua ſi demes reuolutionem Nouiluniorum maximam, quæ detrahi poteſt, nimirum D.88. H.14 Min 12. Sec.10. relinquentur D.3. H.5. Min.25. Sec.18. quę dempta ex Nouilunio radicis 2. id eſt, anni 1800 reliqua fiet Neomenia Paſchalis in Martio D.22. H.19. Min.36. Sec.37. Ex quo apparet, Epactam Vietæ ij. vel iiij. (Nam in hoc, vt ſupra dixi, non ſibi conſtat) non exhibere Neomeniam calculo Aſtronimico congruentem, vt antea diximus: Et tamen hic calculus Vietæ ex calculo à nobis c.13. propoſito extruitur totus, cũ ex Epactis annorũ collectorum ſolũ auferat dies propter æquinoctium exemptos, vt docuimus.

Anni	D.	H.	M.	S.
100000000	17	17	47	8
60000000	22	10	57	54
5000000	6	19	2	10
500000	21	8	25	3
70000	8	7	18	38
8000	6	0	16	32
400	9	3	50	3
Summa	91	19	37	28
Reu. No. det.	88	14	12	10
Reſiduum	3	5	25	18
Nouil. Rad.	26	1	1	55
Reſid. detra.	3	5	25	18
Nouil. Mart.	22	19	36	37

QVOD ſi pro ſuperioribus quatuor radicibus Nouiluniorum aſſumamus eorundem annorum quatuor radices Pleniluniorum, ſupputabimus eodem modo oppoſitiones medias Paſchales. Ita autem ſe habent Pleniluniorum radices in eiſdem annis 1600. 1700. 1800. 1900. ſupputatæ.

SIT

SIT inueſtigandum Plenilunium Paſchale anni 4800. Epacta ei debita eſt D. 14. H. 5. Min. 12. Sec. 14. vt patuit: quæ ſi auferatur ex Plenilunio anni 1600. quia radix indicis 0. ſumenda eſt, vt diximus. deprehendes Plenilunium Martij incidere in D. 14. H. 21. Min. 44. Sec. 42. quod Paſchale non eſt. Addito ergo menſe Lunari, fiet Plenilunium Paſchale in Aprili D. 13. H. 10. Min. 28. Sec. 45.

Qua ratione Plenilunium cuiuſuis centeſimi poſt anni correctionem ſupputetur.

RVRSVS anno 109500. conuenit radix indicis 3. & ſumma Epactarum (poſt abiectionem menſis Lunaris) D. 12. h. 22. M. 25. Sec. 7. quia ablata ex Plenilunio anni 1900. cadet Plenilunium Paſchale in Aprilis Diem 2. h. 5. Min. 12. Sec. 20.

Radices Pleniluniorum.							
		Anni	D.	H.	M.	S.	
Indices radicum	0	1600	29	2	56	56	Mar.
	1	1700	4	11	10	26	Apr.
	2	1800	9	19	23	56	Apr.
	3	1900	15	3	37	26	Apr.

PRÆTEREA anno 165580200. debetur radix indicis 2. & ſumma Epactarum (poſt abiectionem menſium Lunarium) D. 3. h. 5. m. 25. Sec. 18. qua deducta ex Plenilunio anni 1800 incidet plenilunium Paſchale in Aprilis Diem 6. h. 13. min. 58. Sec. 39.

DENIQVE ſi detur annus 3700. inuenietur radix indicis 1. cuius annus 1700. demptus ex propoſito anno, relinquit 2000. cui in tabula congruit Epacta D. 16. h. 6. m. 26. ſec. 10. quæ ex plenilunio Aprilis anni 1700. nimirum ex D. 4. h. 11. m. 10. ſec. 26. detrahi nequit. Si igitur addantur dies 31. Martij: vel addatur menſis Lunaris, & fiat ſubtractio, inuenies plenilunium in Aprili D. 17. h. 17. min. 28. ſec. 19. Et ſic de cæteris. Memor tamen eſto, vt, ſi plenilunium in Martio repertum non eſt Paſchale, addas menſem Lunarem; ſi vero in Aprili Paſchale non eſt, detrahas menſem Lunarem, additis prius diebus 31. Martij, ſi opus eſt. Tum autem plenilunium in Martium cadet, cum ſubtractio fit ex diebus Martij etiam poſt additionem menſis Lunaris: ita tamen, vt ſi reliquus numerus maior eſt, quam 31. auferas 31. vt plenilunium habeas in Aprili. Vt ſi deprehenderes plenilunium die 43. Martij, fieret illud die 12. Aprilis. In Aprilem autem plenilunium incidet, cum ſubtractio fit ex diebus Aprilis, etiam poſt additionē menſis Lunaris. V.g. in propoſito exemplo, ſi ad plenilunium Aprilis anni 1700. adijcies dies 31. Martij habebis plenilunium Martij Die 35. h. 11. min. 10. ſec. 26. ex quo ſi detrahes Epactam D. 16. h. 6. min. 26. ſec. 10. reperies plenilunium in Martio Die 19. h. 4. Min. 44. ſec. 16. quod Paſchale non eſt. Si igitur addetur Lunaris menſis, deprehendetur idem fieri in Martio Die 48. h. 17. Min. 28. Sec. 19. hoc eſt, in Aprili Die 17. H. 17. Min. 28. Sec. 19. At vero ſi eidem Plenilunio Aprilis anni 1700. addes menſem Lunarem, conficies Dies Aprilis 33. H. 23. Min. 54. Sec. 29. Et ſi detrahes Epactam eandem D. 16. H. 6. Min. 26. Sec. 10. habebis idem Plenilunium Paſchale in Aprili D. 17. H. 17. Min. 28. Sec. 19.

Quādo Plenilunium in Martiū, vel in Aprilem cadat.

HIC quoque ſubiunximus tabellam radicum Pleniluniorum vna cum menſe integro Lunari, vt quando numerus ſubtrahendus maior fuerit numero radicis electæ, ſubtractio fiat ex numero eiuſdem radicis huius tabellæ. Exempli cauſa. In proximo anno 3700. Epacta D. 16. H. 6. M. 26. Sec. 10. ex Plenilunio radicis electæ, anni videlicet 1700. ſubtrahi nequit. Si igitur dematur ex numero eiuſdem radicis indicis 1. huiuſce tabellæ, id eſt, ex D. 33. H. 23. M. 54. Sec. 29. reliquum fiet Plenilunium in Aprili D. 17. H. 17. Min. 28. Sec. 19. vt prius.

ITAQVE hic quoque, quando ſumma ex Epactis collecta maior quidem eſt menſe Lunari, minor vero numero radicis electæ in hac tabella, ſubducenda ea eſt, nō abiecto prius ex eadem, menſe Lunari.

Hæc tabella pro ſuperiori radicum adhibēda eſt, quando ſumma Epactarū detrahi non poteſt ex Plenilunio illius tabellæ ſuperioris.

Radices Pleniluniorum ad menſem Lunarem additorum.							
		Anni	D.	H.	M.	S.	
Indices radicum	0	1600	58	15	40	59	Mar.
	1	1700	33	23	54	29	Apr.
	2	1800	39	8	7	59	Apr.
	3	1900	44	16	21	30	Apr.

NEQVE vero hoc omittendum eſt, quando conſtat, ſummam Epactarum ex Nouilunio, Pleniluniove radicis electæ ſubductam relicturam Nouilunium, aut Plenilunium in Martio non Paſchale, vel eam detractam reliquum feciſſe Nouilunium, Pleniluniumue Martij non Paſchale, eam ſubtrahi debere ex numero tabellæ Nouiluniorum, vel Pleniluniorum additorum. Ita enim Paſchale Nouilunium, aut Plenilunium remanebit. V.g. In ſuperiori exemplo anni 4800. certum eſt, Epactam D. 14. h. 5. M 12. Sec. 14. ſubtractam ex Nouilunio radicis anni 1600. hoc eſt, ex D. 14. H. 8. M. 34. Sec. 54. relinquere Nouilunium nō Paſchale: quia remanent D. 0. H. 3. M. 22. Sec. 40. Martij. Quare ſi eadem illa Epacta detrahatur ex numero eiuſdem radicis in poſteriori tabella Nouiluniorum, id eſt, ex D. 43. H. 21. Min. 18. Sec. 57. reliquum erit Nouilunium Paſchale in Martio D. 29. H. 16. Min. 6. Sec. 43. quod ſupra etiam inuentum eſt.

Inuēto Nouilunio aut plenilunio alicuius cēteſimi poſt correctionē quo pacto inde eliciatur Nouilu. aut plenilunium cuiuſuis anni poſt illum centeſimū.

3 IAM vero ſi quis cupiat Nouilunium Paſchale cuiuſuis anni expanſi poſt datum centeſimum, detrahenda eſt Epacta illius anni expanſi in prima tabula cap. 13. deſcripta, (Hanc ad maiorem commoditatem hic repetendam cenſuimus.) ex Nouilunio, Pleniluniove illius centeſimi, adiuncto prius integro menſe Lunari, ſi ſubtractio fieri nequit; ita tamen, vt ſi centeſimus non eſt biſſextilis, (quod ſcies, ſi poſt abiectionem 20. & 4. ex numero per millenas, & centenas expreſſo aliquid ſupereſt) abijcias à reſiduo adhuc vnam vnitatem. Ita enim nota fiet Neomenia illius anni expanſi.

QVÆRENDVM ſit v.g. Nouilunium, Pleniluniumue Paſchale anni 1673. Epacta anni 73. eſt D. 26. H 9 M. 44. S. 14. quę ex Nouilunio cēteſimi 1600. adiecto prius menſe Lunari, ſubducta relinquit Nouilunium Paſchale in Martio D. 17. H. 11. M. 34. Sec. 43. Sit rurſus inueniendum Nouilunium Paſchale anno 29447. Quoniam millenæ atque centenæ dant numerum 94. abiectis autem 20. & 4. remanent 2. Ergo centeſimus eſt non biſſextilis, eligendaque eſt radix indicis 2. cuius centeſimus 1800. ex dato centeſimo 29400. detractus relinquit 27600. Quare Neomenia Paſchalis anni 29400. fiet in Martio D. 4. h. 13. M. 54. ſec. 5. Ex qua ſi demas Epactam anni 47. remanebunt D. 5. H. 10. M. 28. Sec. 51. Ablata inſuper vnitate, quia centeſimus biſſextilis non eſt, reliqua fiet Neomenia in Martio D. 4. h. 10. M. 28. Sec. 51. quæ Paſchalis non eſt. Adiecto igitur menſe ſynodico, comperies Neomeniam Paſchalem in Martio D. 33. h. 23. M. 12. Sec. 54. hoc eſt, in Aprili D. 2. Hor. 23. Min. 12. Sec. 54.

	D.	H.	M.	S.
Nouil. 1600.	14	8	34	54
Menſis Lun.	29	12	44	3
Summa	43	21	18	57
Epa. anni 73.	26	9	44	14
Nouil. 1673	17	11	34	43

Digitized by Google

IDEM inquirendum ſit Plenilunium Paſchale anni 1673. Epacta anni 73. eſt D. 26. h. 9. Min. 44. Sec. 14. quæ ex Plenilunio centeſimi 1600. detracta reliquum faciet Plenilunium Martij D. 2. h. 17. m. 12. Sec. 42. quod Paſchale non eſt. Addito igitur Lunari menſe, fiet Paſchale Plenilunium in Aprili D. 1. H. 5. Min. 56. Sec. 45.

	D.	H.	M.	S.
20000	15	0	41	21
6000	19	6	34	25
1600	7	2	36	7
Summa	41	9	51	53
Mẽſis detr.	29	12	44	3
Reſiduum	11	21	7	50
Nouil. rad.	26	1	1	55
Reſid. detr.	11	21	7	50
Nouil. Mar.	14	3	54	5
Ep. anni 47.	8	17	25	14
Reſiduum	5	10	28	51
Nouil. Mar.	4	10	28	51
Menſ. addit.	29	12	44	3
Summa	33	23	12	54
Nouil. Apr.	2	23	12	54

PRÆTEREA explorandum ſit Plenilunium anni 29447. Quoniam in centeſimo 29400. Plenilunium accidit in Martio D. 28. H. 22. Min. 16. Sec. 7. Ex quo ſi dematur Epacta anni 47. quæ eſt D. 8. H. 17. Min. 25. Sec. 14. & inſuper dies 1. abijciatur, quod centeſimus biſſextilis non ſit, remanebit propoſiti anni Plenilunium in Martio D. 19. H. 4. M. 50. Sec. 53 quod Paſchale non eſt. Addito ergo menſe Lunari, deprehendetur Paſchale Plenilunium in Aprili D. 17. H. 17. Min. 34. Sec. 56.

DENIQVE Plenilunium Paſchale anni 4018. inueſtigandum proponatur. Quoniam huic anno congruit radix o. cuius centeſimus 1600. ex eo detractus relinquit 2400 cui conuenit Epacta D. 25. h. 10. Min. 16. Sec. 11. Hæc autem dempta ex Plenilunio anni 1600. reliquum facit Plenilunium Martij D. 3. h. 16. min. 40. Sec. 45. quod Paſchale non eſt. Addito ergo menſe Lunari, cadet Paſchale Plenilunium in Aprilis D. 2. h. 5. Min. 24. Sec. 48. Ex quo demi non poteſt Epacta anni expanſi 18. Si ergo adijciatur menſis Lunaris, fiatque ſubtractio, prodibit Plenilunium anni 4018. quæſitum D. 13. h. 13. M. 8. Sec. 36. in Aprili. Hic facile liquet, Epactam anni 2400. ex Plenilunio anni 1600. ſubductam relinquere Plenilunium in Martio non Paſchale. Igitur ſi eadem Epacta D. 25. h. 10. m. 16. Sec. 11. dematur ex Plenilunio addito poſterioris tabellæ nimirum ex D. 58. h. 15. m. 40. Sec. 59. comperiemus Plenilunium Paſchale incidere in Aprilis D. 2. h. 5. m. 24. ſec. 48. vt prius.

Quãdo loco Epactarum vſurpanda ſint earundem complementa.

QVONIAM vero non raro contingit, Epactam anni expanſi ex Nouilunio, aut Plenilunio centeſimi anni præcedentis non poſſe ſubtrahi, adiunximus hic tabulæ Epactarum (quam ex ca. 13. huc ad maiorem commoditatem tranſtulimus) aliam tabulam, quæ earundem Epactarum complementa ad integrum menſem Lunarem complectitur: vt videlicet, quando Epacta ſubtrahi nequit, adijciatur eius complementum ad Nouilunium, Pleniluniumue anni centeſimi; ita tamen, vt ſi centeſimus eſt communis, detrahatur dies 1. ex numero conflato. quamuis idem Nouilunium, aut Plenilunium producatur, ſi Epacta ſubducatur ex Nouilunio, Pleniluniove anni centeſimi præcedentis, addito prius Lunari menſe, &c.

EXEMPLI gratia. In proximo anno 4018. repertũ eſt Plenilunium centeſimi in Aprili D. 2. H. 5. M. 24. Sec. 48. ex quo Epacta anni expanſi 18. demi nequit. Si ergo addamus complementum eius Epactæ D. 11. H. 7. Min. 43. Sec. 48. deprehendemus Plenilunium anni 4018. in Aprili D. 13. H. 13. Min. 8. Sec. 36. vt ſupra.

Tabula Epactarum in 100. annis expanſis.

Anni expanſi.	Epactæ D.	H.	M.	S.	Anni expanſi.	Epactæ D.	H.	M.	S.	Anni expanſi.	Epactæ D.	H.	M.	S.
1	10	15	11	22	28	9	9	57	41	55	7	4	43	59
2	21	6	22	44	29	20	1	9	3	56	18	19	55	21
3	2	8	50	2	30	1	3	36	21	57	29	11	6	43
4	14	0	1	24	31	11	18	47	43	58	10	13	34	2
5	24	15	12	46	32	23	9	59	5	59	21	4	45	24
6	5	17	40	5	33	4	12	26	24	60	3	7	12	42
7	16	8	51	27	34	15	3	37	46	61	13	22	24	4
8	28	0	2	49	35	25	18	49	7	62	24	13	35	26
9	9	2	30	7	36	7	21	16	26	63	5	16	2	45
10	19	17	41	29	37	18	12	27	48	64	17	7	14	7
11	0	20	8	48	38	29	3	39	10	65	27	22	25	29
12	12	11	20	10	39	10	6	6	29	66	9	0	52	47
13	23	2	31	32	40	21	21	17	51	67	19	16	4	9
14	4	4	58	50	41	2	23	45	9	68	1	18	31	28
15	14	20	10	12	42	13	14	56	31	69	12	9	42	50
16	26	11	21	34	43	24	6	7	53	70	23	0	54	12
17	7	13	48	53	44	6	8	35	12	71	4	3	21	30
18	18	5	0	15	45	16	23	46	33	72	15	18	32	52
19	28	20	11	37	46	27	14	57	55	73	26	9	44	14
20	10	22	38	55	47	8	17	25	14	74	7	12	11	33
21	21	13	50	17	48	20	8	36	36	75	18	3	22	55
22	2	16	17	36	49	1	11	3	55	76	0	5	50	13
23	13	7	28	58	50	12	2	15	16	77	10	21	1	35
24	24	22	40	20	51	22	17	26	38	78	21	12	12	57
25	6	1	7	38	52	4	19	53	57	79	2	14	40	16
26	16	16	19	0	53	15	11	5	19	80	14	5	51	38
27	27	7	30	22	54	26	2	16	41	81	24	21	3	0

Anni

Digitized by Google

Anni expanſi.	Epactæ. D.	H.	M.	S.
82	5	23	30	18
83	16	14	41	40
84	28	5	53	2
85	9	8	20	21
86	19	23	31	43
87	1	1	59	1
88	12	17	10	23
89	23	8	21	45
90	4	10	49	4
91	15	2	0	26
92	26	17	11	47
93	7	19	39	6
94	18	10	50	28
95	29	2	1	50
96	11	4	29	9
97	21	19	40	30
98	2	22	7	49
99	13	13	19	11
100	25	4	30	33

Tabula complementorum Epactarum in 100. annis expanſis.

Anni expanſi.	Complementa Epactarum. D.	H.	M.	S.
1	18	21	32	41
2	8	6	21	19
3	27	3	54	1
4	15	12	42	39
5	4	21	31	17
6	23	19	3	58
7	13	3	52	36
8	1	12	41	15
9	20	10	13	56
10	9	19	2	34
11	28	16	35	15
12	17	1	23	53
13	6	10	12	32
14	25	7	45	13
15	14	16	33	51
16	3	1	22	29
17	21	22	55	10
18	11	7	43	49
19	0	16	32	27
20	18	14	5	8
21	7	22	53	46
22	26	20	26	27
23	16	5	15	6
24	4	14	3	44
25	23	11	36	25
26	12	20	25	3
27	2	5	13	41
28	20	2	46	23
29	9	11	35	1
30	28	9	7	42
31	17	17	56	20
32	6	2	44	58
33	25	0	17	40
34	14	9	6	18
35	3	17	54	56
36	21	15	27	37
37	11	0	16	15
38	0	9	4	53
39	19	6	37	35
40	7	15	26	13
41	26	12	58	54
42	15	21	47	32
43	5	6	36	10
44	23	4	8	52
45	12	12	57	30
46	1	21	46	8
47	20	19	18	49
48	9	4	7	27
49	28	1	40	9
50	17	10	28	47
51	6	19	17	25
52	24	16	50	6
53	14	1	38	44
54	3	10	27	22
55	22	8	0	4
56	10	16	48	42
57	0	1	37	20
58	18	23	10	1
59	8	7	58	39
60	26	5	31	21
61	15	14	19	59
62	4	23	8	37
63	23	20	41	18
64	12	5	29	56
65	1	14	18	35
66	20	11	51	16
67	9	20	39	54
68	27	18	12	35
69	17	3	1	13
70	6	11	49	51
71	25	9	22	33
72	13	18	11	11
73	3	2	59	49
74	22	0	32	30
75	11	9	21	9
76	29	6	53	50
77	18	15	42	28
78	8	0	31	6
79	26	22	3	47
80	15	6	52	26
81	4	15	41	4
82	23	13	13	45
83	12	22	2	23
84	1	6	51	1
85	20	4	23	43
86	9	13	12	21
87	28	10	45	2
88	16	19	33	40
89	6	4	22	18
90	25	1	54	55
91	14	10	43	38
92	2	19	32	16
93	21	17	4	57
94	11	1	53	35
95	0	10	42	13
96	18	8	14	55
97	7	17	3	33
98	26	14	36	14
99	15	23	24	52
100	4	8	13	30

4 INVENTO Nouilunio, nemo non ſcit, ſi addatur ſemiſſis menſis Lunaris, nimirum D.14. H.18. Min.22. Sec.2. conflari Plenilunium medium.

QVOD ſi voles Nouilunium, Pleniluniumue cuiuſuis alterius menſis cognoſcere ex Nouilunio, Pleniluniove Martij, vel Aprilis inuento: ſi quidem menſis datus eſt poſt Martium, vel Aprilem, adde Nouilunio, vel Plenilunio Martij, Aprilisue reuolutionem Nouiluniorum tot menſium, quot menſes à Martio, aut Aprili incluſiue completi ſunt vſque ad menſem propoſitum excluſiue; & à ſumma abiice dies, quos illi menſes completi complectuntur. Numerus enim reliquus dabit Nouilunium, aut Plenilunium propoſiti

Plenilunij inuentio ex Nouilun. Inuētio Nouilun. aut Plenil. cuiuſuis menſis, ex Martij, vel Aprilis Nouil. aut Plenilu.

Digitized by Google

menſis quæſitum. Si vero datus menſis eſt ante Martium, vel Aprilem, ſi ex Nouilunio, pleniluniove Martij, aut Aprilis (addito prius menſe Februario, & Ianuario, immo & Martio, ſi opus eſt, vt ſubtractio fieri poſſit.) reiicies vnam Lunationem, vel duas, aut tres, relinquetur Nouilunium, Pleniluniumue Februarij, vel Ianuarij, vel Martij. Vt quoniam anno 4800. Nouilunium Paſchale inuentum eſt in Martio D. 29. H. 16. Min. 6. Sec. 43. ſi deſideretur Nouilunium Nouembris eodem anno, adiiciemus octauam reuolutionem Nouiluniorum, nimirum D. 236. H. 5. Min. 52. Sec. 25. quia octo menſes à Martio elapſi ſunt: & à ſumma D. 265. H. 21. Min. 59. Sec. 8. auferemus dies 245. à Martio vſque ad finem Octobris elapſos. Reliquus namque numerus indicabit Nouilunium in Nouembri D. 20. H. 21. Min. 59. Sec. 8. Sic ſi datum ſit Plenilunium in Martio D. 14. H. 21. Min. 44. Sec. 41. & quæratur Plenilunium in Nouembri: addemus rurſus octauam reuolutionem Nouiluniorum, hoc eſt, D. 236. H. 5. Min. 52. Sec. 25. & à ſumma D. 251. Hor. 3. Min. 36. Sec. 6. detrahemus eoſdem dies 245. Reliquus enim numerus nobis oſtendet Plenilunium in Nouembri D. 6. H. 3. Min. 36. Sec. 6. Quod ſi ex eodem Nouilunio Martij D. 29. H. 16. Min. 6 Sec. 43. detrahes duas Lunationes, nimirum D. 59. H. 1. Min. 28. Sec. 6. (quia ſi vnam tantum detraheres, permaneres in Martio) addito prius Februario 29. dierum, quod annus ſit biſſextilis, & Ianuario dierum 31. remanebit Nouilunium Ianuarij D. 30. H. 14. Min. 38. Sec. 37. In Februario autem illo anno nullum fiet Nouilunium: Sed eius Plenilunium cognoſcetur fieri D. 14. H. 9. Min. 0. Sec. 38. ſi nimirum ex Plenilunio Martij D. 14. H. 21. Min. 44. Sec. 41. addito prius Februario dierum 29. ſubtrahatur menſis Lunaris D. 29. H. 12. Min. 44. Sec. 3.

Compendium pro Plenil. annorum 100. expanſorũ ſupputãdis. SI denique Plenilunia Paſchalia ad omnes annos 100. expanſos poſt quemlibet centeſimum ſupputanda ſint, (quod neceſſarium eſt, ſi quis Plenilunia Paſchalia ſuperioris tabulæ feſtorum mobilium cap. 22. examinare, vel ea ad vlteriores annos extendere inſtituat) ne opus ſit, niſi raro, addere, vel detrahere menſem Lunarem, adhibendum erit hoc artificium. Ad Plenilunium inuentum proximi centeſimi elapſi, ſi quidem cadit in Martium, adde integram Lunationem; ſi vero in Aprilem incurrit, adiice dies 31. Martij. Vtroque enim modo gignetur numerus, ex quo Epactæ annorum expanſorum detractæ relinquunt Plenilunium Martij Paſchale, niſi relicti fuerint plures dies, quam 31. Tunc enim detractis diebus 31. reliqui dies Aprili tribuendi ſunt, eidemque menſi Plenilunium Paſchale aſcribendum. Eodem modo Epacta anni cuiuſuis expanſi dempta ex Plenilunio Paſchali Martij, ſi demi poteſt, reliquum faciet Plenilunium Martij Paſchale, dummodo non accidat ante diem 21. Nam quando hoc continget, detrahenda erit Epacta anni expanſi ex ſuperiori numero, qui ex Plenilunio Martij, & integra Lunatione conflatus eſt. Item ſi Plenilunium in Aprilem incidit, addenda eſt integra Lunatio. Epacta namque anni cuiuſlibet expanſi ex illo Plenilunio, vel ex numero conflato ſubducta relinquet Plenilunium Aprilis Paſchale. Itaque quando conſtabit, Plenilunium Paſchale alicuius anni expanſi futurum in Martio, facienda erit ſubtractio Epactæ illius anni ex Plenilunio Paſchali Martij, vel ex numero conflato ex eo Plenilunio, & Lunatione integra, vel denique ex numero conflato ex Plenilunio Aprilis, & diebus 31. Martij. Si vero Plenilunium anni expanſi, quod quæritur, ad Aprilem pertinebit, detrahenda erit Epacta illius anni ex Plenilunio Aprilis, vel ex numero conflato ex eo Plenilunio, & integra Lunatione. Facile autem cognoſces ex Epacta anni expanſi, an Plenilunium Paſchale incurſurum ſit in Martium, an in Aprilem. Nam hæ Epactæ 23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. cum Lunam xiiii. habeant in Martio, exhibebunt quoque Plenilunium in Martio: aliæ vero Epactæ Plenilunium in Aprilem reiicient.

VERBI gratia. Anno centeſimo 4200. Plenilunium Paſchale incidit in diem Aprilis 13. H. 21. Min. 51. Sec. 48. & ſi addatur Lunatio integra, habebitur dies Aprilis 43. H. 10. Min. 35. Sec. 51. Atque ex altero horum duorum Pleniluniorum facienda erit ſubtractio Epactæ anni cuiuſuis expanſi, vt Plenilunium Paſchale in Aprili reperiatur. Iam ſi ex Plenilunio D. 13. H. 21. Min. 51. Sec. 48. (additis prius diebus 31. Martii) detrahatur Lunatio integra, reperietur Plenilunium Martij D. 15. H. 9. Min. 7. Sec. 45. non quidem Paſchale, ſed ſi adiiciatur Lunatio integra, conficientur D. 44. H. 21. Min. 51. Sec. 48. Martij, qui numerus etiam conflatur ex diebus 31. Martij. additis Plenilunio Paſchali Aprilis. Rurſus ſi ad Plenilunium Martii D. 44. H. 21. Min. 51. Sec. 48. apponatur integra Lunatio, fiet ſumma D. 74. H 10. Min. 35. Sec. 51. Martij: Atque ex altero duorum horum numerorum facienda eſt ſubtractio Epactarum annorum expanſorum, vt Plenilunia Paſchalia in Martio inueniantur. Eademque ratio eſt de aliis. Hac ratione ſemper habebimus numeros, ex quibus Epactas annorum expanſorum ſubtrahere poſſimus, & raro admodum ſubtrahenda erit, vel addenda alia Lunatio integra, vt Paſchale Plenilunium inueniatur.

Nouilunia, Plenilunia que ante correctionẽ quomodo indagãda. 5 NOVILVNIA ac Plenilunia ante correctionem, atque etiam ante annum 1600. poſt annum correctum, facilius ſupputabuntur ex ijs, quę cap. 13. tradita ſunt. Nam poſt annum 1582. vſque ad annum 1600. addendi ſolum ſunt decem dies ablati: Ante correctionem vero nihil omnino addendum eſt; ac proinde neceſſe non eſt, vt ratio ſupputandi hoc cap. explicata ad illos annos accommodetur, qui annum 1600. præcedunt.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

DE NOVA QVADAM ALIA, AC FACILLIMA ratione ſupputandi Nouilunia, Pleniluniaque media Paſchalia poſt correctionem.

1 NOLO prætermittere hoc loco aliam quandam nouam rationem Nouilunia, pleniluniaque Paſchalia ſupputandi poſt correctionem, quæ ſeſe mihi obtulit, cum cap. 24. Num. 14. paulo attentius progreſſum Neomeniarum à centuria ad centuriam explorarem. Itaque Nouilunia annorum huiuſce tabellæ ex cap. 13. ſupputata, ita ſe habent. Et ſi Nouilunium quodlibet à proxime inferiori detrahatur, reperientur progreſſus, vt in ſubiecta altera tabella deſcripti ſunt. Sed vt Nouilunium anni 1900. à Nouilunio anni 2000. ſubtrahi poſſit, ſumendus eſt dies 34. Martii, pro 3. Aprilis, qui quidem progreſſus ab illis, quos ſupra deprehendimus, non differunt.

	D.	H.	M.	S.	T.	Q.	
1600	14	8	34	54	20	0	Mar.
1700	20	16	48	24	28	32	Mar.
1800	26	1	1	54	37	4	Mar.
1900	31	9	15	24	45	36	Mar.
2000	3	17	28	54	54	8	Apr.

RATIO autem Nouiluniorum, pleniluniorumque ſupputandorum ex his ita inſtituetur. Primum proponantur præcedentium quatuor centuriarum Nouilunia, tanquam radices aliorum Nouiluniorum ſupputandorum, quemadmodum in ratione præcedentis capitis. Deinde tabula conſtruatur annorum, ſicut in antecedente cap. quibus loco Epactarum apponantur progreſſus Neomeniarum, hoc ordine. Iuxta annum 400. ſcribatur ſumma ſuperiorum progreſſuum, id eſt, D. 20. H. 8. Min. 54. Sec. 0. Ter. 34. Q. 8. Hanc ſummam duplicatam ſcribe ad annum 800. triplicatam vero ad annum 1200. & quadruplicatam ad annum 1600. atque ita deinceps, abiecto ſemper menſe Lunari, quando abiici poteſt. Quando autem ad annum 4000. perueneris, vbi ceſſat progreſſio 400. annorum, coniunge ſimul progreſſus annorum 2000. & 4000. vt progreſſum conficias anno 6000. aſcribendum. Duplica quoque progreſſum anni 4000. vt progreſſus anni 8000. confletur. Tandem iunge ſimul progreſſus annorũ 4000. & 6000. vt progreſſus componatur anni 10000. Hanc duplica, triplica, quadruplica, &c. pro annis 20000. 30000. 40000. &c. Sic etiam progreſſus anni 100000. duplicandus eſt, triplicandus, quadruplicandus, &c. pro annis 200000. 300000. 400000. &c. atque ita in infinitum. Verum quamuis, vt tabula hæc progreſſuum correcta proponatur, conſtruenda ſit vſque ad Quarta: tamen in ipſa tabula vltra Secunda non progreſſi ſumus, ſed quando Tertia plura ſunt, quam 30. addidimus Secundis vnum Secundum. Sed ecce tabulam progreſſuum, vna cum radicum tabella tam Nouiluniorum, quam Pleniluniorum.

	Progreſſus Neomeniarum.					
	D.	H.	M.	Sec.	Ter.	Quar.
A cent. biſſ. ad non biſſ.	6	8	13	30	8	32
A prima cent. non biſſ. ad non biſſ.	5	8	13	30	8	32
A ſecunda cent. non biſſ. ad non biſſ.	5	8	13	30	8	32
A tertia cent. non biſſ. ad biſſ.	3	8	13	30	8	32

Radices Nouiluniorum.							
Indices radicum		Anni	D.	H	M.	S.	
	0	1600	14	8	34	54	Mar.
	1	1700	20	16	48	24	Mar.
	2	1800	26	1	1	55	Mar.
	3	1900	31	9	15	25	Mar.

Radices Pleniluniorum.							
Indices radicum		Anni	D.	H.	M.	S.	
	0	1600	29	2	56	56	Mar.
	1	1700	4	11	10	26	Apr.
	2	1800	9	19	23	56	Apr.
	3	1900	15	3	37	26	Apr.

Pro-

Digitized by Google

Progreſſus Nouiluniorum, ac Pleniluniorum.

Anni	Progreſſus D.	H.	M.	S.
400	20	8	54	1
800	11	5	3	58
1200	2	1	13	55
1600	22	10	7	56
2000	13	6	17	53
2400	4	2	27	51
2800	24	11	21	51
3200	15	7	31	49
3600	6	3	41	46
4000	26	12	35	47
6000	10	6	9	37
8000	23	12	27	30
10000	7	6	1	20
20000	14	12	2	40
30000	21	18	4	0
40000	29	0	5	21
50000	6	17	22	38
60000	13	23	23	58
70000	21	5	25	18
80000	28	11	26	38
90000	6	4	43	55
100000	13	10	45	15
200000	26	21	30	31
300000	10	19	31	43
400000	24	6	16	58
500000	8	4	18	10
600000	21	15	3	25
700000	5	13	4	37
800000	18	23	49	53
900000	2	21	51	5
1000000	16	8	36	20
2000000	3	4	28	37
3000000	19	13	4	57
4000000	6	8	57	13
5000000	22	17	33	33
6000000	9	13	25	50

Anni	Progreſſus D.	H.	M.	S.
7000000	25	22	2	10
8000000	12	17	54	26
9000000	29	2	30	46
10000000	15	22	23	3
20000000	2	8	2	3
30000000	18	6	25	6
40000000	4	16	4	6
50000000	20	14	27	9
60000000	7	0	6	9
70000000	22	22	29	12
80000000	9	8	8	12
90000000	25	6	31	15
100000000	11	16	10	15
200000000	23	8	20	31
300000000	5	11	46	43
400000000	17	3	56	58
500000000	28	20	7	13
600000000	10	23	33	26
700000000	22	15	43	41
800000000	4	19	9	53
900000000	16	11	20	8
1000000000	28	3	30	24
2000000000	26	18	16	44
3000000000	25	9	3	5
4000000000	23	23	49	25
5000000000	22	14	35	46
6000000000	21	5	22	6
7000000000	19	20	8	27
8000000000	18	10	54	47
9000000000	17	1	41	8
10000000000	15	16	27	28
20000000000	1	20	10	53
30000000000	17	12	38	21
40000000000	3	16	21	46
50000000000	19	8	49	15
60000000000	5	12	32	40

Quo pacto Nouiluniũ cuiuslibet centeſimi poſt correctionẽ ſupputetur.

2 IAM vt Neomenia dati centeſimi poſt anni correctionem ſupputetur, eligenda eſt primo loco radix ex illis quatuor ſuperioribus, vt Num. 2. cap. antecedentis dictum eſt. quod facillime fiet, ſi ex numero per millenas, centenaſque expreſſo abiiciantur omnia 20. Si enim nihil ſupereſt, aſſumenda eſt radix indicis 0. ſi vero aliquid ſupereſt, abiicienda ſunt omnia 4. & ſi quidem nihil remanet, eadem radix indicis 0. eligenda eſt; ſi vero ſupereſt 1. radix indis 1. Si 2. radix indicis 2. ſi denique 3. radix indicis 3. Itaque ſi in loco millenarum & centenarum, reperiantur 00. radix indicis 0. ſtatim aſſumenda eſt.

ELECTA radice, ſubtrahatur eius annus centeſimus ex centeſimo dato, & cum reſiduo in tabulam Progreſſuum ingrediendo, quoties opus erit, excerpantur Progreſſus reſpondentes, quibus vna cum Nouilunio radicis electæ in vnam ſummam redactis, & abiecto menſe Lunari, quoties abiici poteſt, habebitur Neomenia in Martio quæſita. Quando tamen ſumma conflata maior quidem eſt menſe Lunari, minor vero diebus 31. non eſt auferendus menſis Lunaris, ſed ipſamet ſumma Nouilunium Martij Paſchale exhibebit.

QVÆRATVR Nouilunium Paſchale anni 5000. Abiectis 20. ex 50. numero per millenas, centenaſque expreſſo, remanent 10. & abiectis 4. remanent 2. ergo radix indicis 2. eligenda: cuius centeſimus 1800. ex dato centeſimo 5000. detractus relinquit 3200. cum quo numero ſemel in tabulam ingrediendo, excerpatur progreſſus D. 15. H. 7. Min. 31. Sec. 49. Cui ſi addatur Nouilunium Radicis electæ, anni videlicet 1800. nimirum D. 26. H. 1. Min. 1. Sec. 55. fiet Summa D. 41. H. 8. Min. 33. Sec. 44. & detracto Lunari menſe D. 29. H. 12. Min. 44. Sec. 3. reliqua fiet Neomenia Martii D. 11. H. 19. M. 49. Sec. 41. quæ Paſchalis eſt.

RVRSVS inueſtigandum ſit Nouilunium Paſchale anni 19480000. Radix eligenda eſt indicis 0. quia per millenas, atque centenas numerus expreſſus eſt 00. Detracto ergo eius radicis centeſimo 1600. ex dato centeſimo, ſupereſt annus 19478400. Si igitur cum annis hic appoſitis in tabella ingrediaris in tabulam Progreſſuum, & omnes progreſſus cum Radice in vnam colligas ſummam, efficies D. 148. H. 18. M. 32. Sec. 30. ex qua ſi reuolutionem Nouiluniorum D. 147. H. 15. M. 40. Sec. 16. ſubtrahes, reliqua fiet Neomenia in Martio D. 1. H. 2. Min. 52. Sec. 14. quæ Paſchalis non eſt. Addito ergo menſe ſynodico, fiet Neomenia Paſchalis in Martio D. 30. H. 15. Min. 36. Sec. 17. Cum igitur hoc anno Vieta exhibeat Epactam xxix. quæ Neomeniam Paſchalem in 8. Martij reponit, liquet, quod ſupra dixi, eius æquationem in tam longe diſtantibus ſeculis cum calculo Aſtronomico non conuenire. Quod autem aſſerit, & in hoc anno 19480000. & 165580200. calculum Aſtronomicum à ſuis Epactis non diſcrepare, verum nõ eſt, vt ex triplici calculo, nimirum ex eo, quem cap. 13. & ex duobus, quos poſtremis hiſce duobus capitibus expoſui, manifeſtum eſt. Eius autem calculus omnino mendoſus eſt. Nam eius Epactæ, (demptis prius diebus exemptis) quas propoſ. 9. in Calendario vulgari proponit, vitioſæ ſunt, vt patet, ſi conferantur cum Epactis noſtris præcedentis cap. Exemplo ſit annus 100000. cuius Epactam facit D. 16. H. 1. M. 24. cum debeat eſſe D. 16. H. 1. M. 58. Sec. 38. Hinc factum eſt, vt ipſe ſuam Epactam multiplicans per 1000. & ex producto auferens reuolutiones Nouiluniorum, quæ auferri poſſunt, repererit Epactam anni 100000000. D. 23. h. 5. M. 18. cum vere ſit D. 17. h. 17. M. 47. Sec. 8. duntaxat. Eadem ratione anni 60000000. inuenit Epactam D. 8. h 0. M. 39. cum noſtra ſit D. 22. h. 10. M. 57. Sec. 54. Atque eodem modo in cæteris Epactis erraſſe conuincetur. Quare mirum non eſt, eius calculum per accidens Epactis quodammodo in annis quibuſdam maximis congruere.

Anni	D.	H.	M.	S.
10000000	15	22	23	3
9000000	29	2	30	46
400000	24	6	16	58
70000	21	5	25	18
8000	23	12	27	30
400	20	8	54	1
Radix	14	8	34	54
Summa	148	18	32	30
Menſ. Lu. detr.	147	15	40	16
Nouil. Martij	1	2	52	14
Menſ. Lun. add.	29	12	44	3
Neom. Paſch.	30	15	36	17

Plenilunij inuentio per progreſſus.

3 PLENILVNIA eodem modo ſupputabuntur, ſi loco radicum Nouiluniorum adhibeantur Pleniluniorum radices. Vt ſi quæratur Plenilunium Paſchale anni 4400. Radix eligenda eſt indicis 0. cuius annus 1600. ex dato anno ſubtractus relinquit annum 2800. cui reſpondet progreſſus D. 24. Hor. 11. Min. 21. Sec. 51. qui additus ad Plenilunium radicis, id eſt, ad D. 29. H. 2. M. 56. Sec. 56. Martij, efficit Plenilunium in Martio D. 53. H 14. Min. 18. Sec. 47. hoc eſt, (detracto menſe Martio) in Aprili D. 22. Hor. 14. Min. 18. Sec. 47. quod Paſchale non eſt. Detracto igitur menſe Lunari, (additis prius diebus 31. menſis Martij) fiet Plenilunium Paſchale in Martio D. 24. H. 1. Min. 34. Sec. 44.

RVRSVS quæratur Plenilunium Paſchale anni 3900. Radix eligenda eſt 3. cuius annus 1900. ex dato anno ſubtractus relinquit annum 2000. cui debetur progreſſus D. 13. H. 6. Min. 17. Sec. 53. quo addito ad radicis Plenilunium Aprilis D. 15. H. 3. Min. 37. Sec. 26. conflabitur Plenilunium Aprilis D. 28. Hor. 9. Min. 55. Sec. 19. quod etiam Paſchale non eſt. Dempto igitur Lunari menſe (additis prius diebus 31. Martii) reliquum erit Plenilunium in Martio D. 29. Hor. 21. M. 11. Sec. 16.

Quid agendũ pro Plenilunijs in annis expanſis, & quolibet menſe.

QVOD vero attinet ad Nouilunia, Pleniluniaque annorum expanſorum poſt datum centeſimum inquirenda, etiam in quolibet anni menſe, ſeruentur ea, quæ cap. præcedenti Num. 3. 4. & 5. præcepimus.

Digitized by Google

CAPVT XXVII.

Confutantur alij, qui Gregorianum Calendarium oppugnarunt.

Quid plerique in Calendario Gregoriano reprehendant.

1 COMPLVRES alij nouum hoc Calendarium Gregorianum reprehendere auſi ſunt, diuerſis tamen nominibus. Quidam enim Epactarum æquationem redarguunt, quod nimis ſero Nouilunia exhibeat: quibus abunde ſatisfactum eſſet reor cap. 19. & alibi. Aliis non placet, duas haſce Epactas xxv. xxiiii. item has 25. xxvj. eidem eſſe diei aſcriptas. Sed ratio huius rei, nimirum vt Lunationes fierent alternis dierum 30. & 29. expoſita à nobis eſt cap. 10. Nonnulli alij contendunt, Lunam xiiii. non debere præcedere oppoſitionem mediam, ne in ipſo Plenilunio medio, ſi forte in Dominicam diem incurrat, Paſcha celebremus. quod ipſi putant non licere: quos omnino hallucinari, & contra vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem ſentire, docuit cap. 18. & ea, quæ cap. 1. Num. 6. & 7. ſcripſimus. Denique non deſunt, qui velint Lunam anticipare vnum diem in annis 304. non autem 312½. vt nos cap. 8. oſtendimus. Verum iſtis non aliud reſpondemus, quam quod prædicto capite 8. à nobis demonſtratum eſt.

Quinā proprium Calendarium conſtruxerint à Gregoriano diuerſum.

2 INTER omnes autem, quibus Calendarium Gregorianum non recte videtur eſſe reſtauratum, duo ſolum ſunt, Franciſcus Vieta, & Ioſephus Scaliger, qui alia Calendaria à Gregoriano diuerſa condiderunt, & rem acu plane tetigiſſe ſibi perſuaſerunt. Et quoniam cap. 24. Vietæum Calendarium ſatis ſuperque demonſtratum eſt, in multis peccare, operæ me pretium facturum arbitror, ſi idem hoc cap. de Scaligeriano fecero. Quamuis enim hoc ipſum in peculiari libello, quem aduerſus ipſius Caſtigationem Calendarij Gregoriani ſeorſum emiſimus, copioſe ac prolixe refutauerim, non abs re tamen erit, eiuſdem errata præcipua, ac vitia hoc loco breuiter, ac ſummatim percenſere, vt omnibus clare conſtet, nullum poſſe extrui Calendarium, quod magis ex vſu Eccleſiæ ſit, quam id, quod à Gregorio XIII. editum eſt. Vix enim fieri poſſe videtur, vt aliud à Gregoriano, & Vietæo, ac Scaligeriano diuerſum poſſit excogitari. Si ergo duo poſteriora conuincantur eſſe erronea, dubitandum nullo modo erit, quin prius, hoc eſt, Gregorianum omnibus anteferendum ſit: quippe quod pauciora incommoda, & quæ vix, vt oſtendi, vitari poſſunt, quam illa, contineat.

Scaligerum ſumpſiſſe Calendarium Compendij pro ſuo.

3 PRIMVM ergo Scaliger arripuit Calendarium Lilianum, quod ad Principes Chriſtianos à Greg. XIII. miſſum eſt, pro ſuo: in quo videlicet æquatio Lunationum, vt alternis fiant 30. & 29. dierum, adhibetur vltimo die Martij, per duas Epactas ●. & xxix. quamuis ille pro ●. aſſumpſerit o. Item 29. Maij; 27. Iulij; 24. Septembris: & 22. Nouembris. Epactarum tamen collocationem à Martio, non à Ianuario auſpicatur; quod nihil refert, cum Ianuarius ac Februarius menſes Paſchales, quorum maior ratio in Calendario habenda eſt, non perturbent.

Quæ errata Scaliger in ſuo Calendario commiſerit.

Sed in hac æquatione maxime peccauit, quod iiſdem in locis iuxta Epactam j. non collocauit aliud ſignum, nimirum *. eiuſdem ſignificationis cum ●. vt in Liliano factum eſt. Quia enim neceſſitatem huius rei non intellexit, cogitur ſæpiſſime in eodem Cyclo decemnouennali bis Nouilunium in eundem diem intrudere. quod omnibus Computiſtis aduerſatur. Accidet autem hoc, quotieſcunq; aureus numerus 1. cum aliqua harum octo Epactarum iiij. vij. xij. xv. xviij. xxiij. xxvj. xxix. concurrit: quia tunc in eodem Cyclo decemnouennali vtraque Epacta xxix. & xxx. quam ſignificat ●. & *. vel apud Scaligerum nota o in vſu eſt; vt liquido conſtat ex tabula expanſa in Calendario Compendij ad initium huius operis deſcripta. Hoc abſurdum vitatur, ſi cum aureis numeris maioribus, quam 11. accipiatur Epacta *. non autem ● ſicut in noſtro Calendario Gregoriano cum eiſdem aureis numeris aſſumimus Epactam 25. non autem xxv. In aliud maius incommodum incurrit, quod vltimo die Februarij, qui apud ipſum totius anni extremus eſt, iuxta Epactam xx. non aſcripſerit Epactam 19. vt in Calendario Gregoriano factum eſt vltimo die Decembris. Nam niſi hoc fiat, continebit apud ipſum Lunatio die 30. Ianuarij inchoata dies 59. ſi tunc cum Epacta xix. concurrit numerus aureus 1. vt cap. 12. declaratum eſt in Lunatione die 2. Decembris in noſtro Calendario incipiente ab Epacta xix. Omitto quod menſes Paſchales Epactarum xxix. xxviii. xxvii. xxvj. xxv. xxiiii. facit dierum 30. contra omnes Computiſtas.

QVIA vero in Scaligeri Calendario Lunas xiiii. Paſchales potiſſimum examinabimus, eaſque plerunque falſas oſtendemus, propter Epactarum collocationem, earumq; æquationem perperam inſtitutam, omiſſis aliis menſibus, ſolum Martium, & Aprilem, in quibus Nouilunia Paſchalia contingunt, in conſpectum dabimus hoc loco. Nihil autem hic dicam de eius tabula æquationis, qua noſtram æquationem per 400. annos progredientem emendare conatur, quæ inſcribitur. *Tabula æquationis Epactarum in Tetracoſieteride emendata.* In qua ipſe progreditur bis per 132. annos, & ſemel per 136. ordine continuato. Nihil, inquam, dicam de hac tabula, tum quia ipſe eam non magni facit, tum quia cap. 5. 18. ſatis perſpicue oſtendimus, æquationem centeſimo quouis anno adhibitam, æquinoctium rectius in ſua ſede, hoc eſt, in die 21. Martii conſeruare, quam ſi expectentur 134. anni, ſiue 132. vel 136. Vt ſatis mirari non poſſim, quod Scaliger putet, hanc alternationem facilius à vulgo capi poſſe, quam noſtrum æquabilem progreſſum per annorum centurias.

SOLVM igitur eius tabulam æquationis Epactarum in iuſta periodo tropica paulo diligentius expendemus, in qua alternis progreditur per annos 132. & 136. Hanc autem tanti facit, vt eam quaſi delapſam de cœlo regulam ac normam veritatis, omnibus gentibus ac populis proponere auſus ſit, ad quam omnium iudicia in emendatione Calendarii dirigantur. Atque hanc tabulam ante prædictos duos menſes appoſuimus. Poſt ſequitur alia tabella annorum 19. cum Neomeniis iudaicis, quam fundamentum totius ſui Calendarij conſtituit, eamque infra poſitis ferme verbis explicat.

Tabula

Digitized by Google

Tabula æquationis Epactarum in iuſta periodo tropica.					
Anni Chriſti correcti	Aur. Num.	Lit. Domin.	Dies reiect.	Epac. cur.	Epac. aureo num. 1. ref.
1601	6	G	10	26	1
1733	5	D	11	15	1
1869	8	C	12	18	1
2001	7	G	13	6	0
2137	10	F	14	9	0
2269	9	C	15	26	28
2405	12	B	16	29	28
2537	11	F	17	19	29
2673	14	E	18	20	27
2805	13	B	19	9	27
2941	16	A	20	12	27
3073	15	E	21	29	25
3209	18	D	22	3	26
3341	17	A	23	20	24
3477	1	G	24	23	23
3609	19	D	25	9	21

Tabula æquationis Epactarum in iuſta periodo tropica.					
Anni Chriſti correcti	Aur. Num.	Lit. Domin.	Dies reiecti	Epactæ curr.	Epac. aureo num. 1. ref.
3745	3	C	26	15	23
3877	2	G	27	3	22
4013	5	F	28	5	21
4145	4	C	29	23	20
4281	7	B	30	26	20
4413	6	F	31	14	19
4549	9	E	32	16	18
4681	8	B	33	6	19
4817	11	A	34	9	19
4949	10	E	35	26	17
5085	13	D	36	28	16
5217	12	A	37	17	16

Ordo literarum Dominicalium continetur hoc diſticho Scaligeriano.

Gaude digne coli, gaude fax clara bonorum
Felix eſto bonis, ades & deuotus amicis.

MARTIVS		
Epactæ	Lit. Do.	Dies
o	d	1
xxix	e	2
xxviii	f	3
xxvii	g	4
xxvi	A	5
xxv	b	6
xxiiii	c	7
xxiii	d	8
xxii	e	9
xxi	f	10
xx	g	11
xix	A	12
xviii	b	13
xvii	c	14
xvi	d	15
xv	e	16
xiiii	f	17
xiii	g	18
xii	A	19
xi	b	20
x	c	21
ix	d	22
viii	e	23
vii	f	24
vi	g	25
v	A	26
iiii	b	27
iii	c	28
ii	d	29
j	e	30
o.xxix	f	31

APRILIS		
Epactæ	Lit. Do.	Dies
xxviii	g	1
xxvii	A	2
xxvi	b	3
xxv	c	4
xxiiii	d	5
xxiii	e	6
xxii	f	7
xx	g	8
xx	A	9
xix	b	10
xviii	c	11
xvii	d	12
xvi	e	13
xv	f	14
xiiii	g	15
xiii	A	16
xii	b	17
xi	c	18
x	d	19
ix	e	20
viii	f	21
vii	g	22
vi	A	23
v	b	24
iiii	c	25
iii	d	26
ii	e	27
j	f	28
o	g	29
xxix	A	30

TABELLA NEOMENIARVM Iudaicarum.

	Aur. Num.	Anni Chri.	Lit. Dominicales	Neomeniæ Iudaicæ: Feriæ.	Horæ.	Scru. 1080	Dies Menſiũ Scaligeri.		Epactæ
	1	1577	B	3	13	256	29.	M	2
	2	1578	A	7	22	52	19.	M	12
Adar	3	1579	G	5	6	928	8.	M	23
	4	1580	F E	4	4	437	26.	M	5
	5	1581	D	1	13	233	15.	M	16
	6	1582	C	7	10	822	3.	A	26
	7	1583	B	4	19	618	24.	M	7
	8	1584	A G	2	4	414	12.	M	19
	9	1585	F	1	1	1003	31.	M	29
	10	1586	E	5	10	694	20.	M	11
Adar	11	1587	D	2	19	595	10.	M	21
	12	1588	C B	1	17	104	27.	M	4
	13	1589	A	6	1	980	17.	M	14
	14	1590	G	4	23	489	5.	A	24
	15	1591	F	2	8	285	25.	M	6
	16	1592	E D	6	17	81	13.	M	18
	17	1593	C	5	14	670	1	A	28
	18	1594	B	2	23	466	22	M	9
	19	1595	A	7	8	262	11	M	20

Digitized by Google

FINGAMVS Lilianam formam ab initio annorum Chriſti obtinuiſſe ; & ab anno Chriſti 1577. qui eſt Iudaicus 5337. inſtituamus Cyclum Lunæ decemnouennalem, adiectis Neomeniis Iudaicis, quarum Plenilunia non incidunt ante 21. Martij Liliani, quibus Neomenijs ex more Iudæorum præpoſita eſt feria ; quæ mutatur, quoties horæ ſequentes peruenerunt ad 18. Adiecimus etiam literam Dominicalem, ad notandam in Calendario Nouiluny Epocham, vt habes in tabella. In qua primum vides lineam annorum aurei numeri ab anno Chriſti 1577. ad annum 1595. Sequitur litera Dominicalis. Quarto loco Neomenia Iudaica, quæ ſemper eſt Niſan, præterquam in annis 3. & 11. in quibus Adar ſumitur pro Niſan : quia eius Plenilunium incidit poſt xx. Martij. Primus numerus Neomeniæ Iudaicæ eſt feria hebdomatica; ſecundus, horæ medij motus Lunæ; tertius reſidua de ſcrupulis 1080. Exemplum. In anno primo Cycli, hoc eſt, anno 1577. Neomenia fuit 3. 13. 256. Primus numerus indicat Nouilunium contigiſſe feria tertia. Et quia litera Dominicalis eſt B. Ergo feria tertia erit litera D. & propterea Neomenia Iudaici Niſan incidit in 29. Martij hora 13. 256. ab initio noctis, quæ præcedit diem propoſitum 29. Quando vero horæ peruenerunt ad 18. aut vltra, tunc feria augetur vnitate. Vt exempli gratia, anno ſecundo Cycli Neomenia fuit 7. 22. 52. Quia horæ vltra 17. 1079. peruenerunt, propterea pro feria 7. ſumenda feria prima, hoc eſt, litera A, pro G, & ita ſemper.

4 HOC ergo Calendarium, & duas adiunctas tabulas, quas Scaliger in cœlum effert laudibus, paulo attentius inſpiciamus. Sed ne aliquis exiſtimet, nos in examine non accipere veras Epactas Scaligeri, doceamus prius, qua via ipſe Epactas cuiuſlibet anni eruat ex Cyclo Epactarum perpetuo, quem & in Calendario Gregoriano, & in cap. 12. Num. 6. poſuimus, in quo tamen pro *. aſſumit o. & in ſexta cella, relicta Epacta 25. accipit ſolum xxv. Hanc igitur init viam. In vltimo ordine tabulæ æquationis Epactarum accipit Epactam aureo numero 1. reſpondentem, anno propoſito, vel ſi is in primo ordine non reperitur, anno proxime minori. Ab hac Epacta in Cyclo Epactarũ perpetuo numerat ab 1. 2. 3. &c. vſq; ad aureum numerum anni propoſiti. Nam finis numerationis in Epactam quæſitam cadet. V. g. Volo Epactam anni 2001. cuius aureus numerus eſt 7. Et quia eo anno reſpondens numero aureo 1. eſt o. numerabimus in Cyclo perpetuo à prima cellula Epactæ *, vel o. aureum numerum 7. incidemusque in Epactam vi. in ſeptima cellula. Item proponatur annus 2595. qui in tabula deſcriptus non eſt. Proxime minori anno in tabula 2537. tribuitur Epacta 29. aureo numero 1 reſpondens. Si igitur ab Epacta xxix. in Cyclo perpetuo numeremus 12. quod aureus numerus dati anni 2595. ſit 12. reperiemus Epactam o. primæ cellulæ. Denique datus ſit annus 3195. quo aureus numerus eſt 4. E regione anni 3073. proxime minoris in tabula deprehenditur Epacta 25. aureo numero 1. reſpondens. Numerãdo ergo in Cyclo perpetuo ab Epacta xxv. quatuor vnitates aurei numeri 4. occurret nobis Epacta xxviii. & ſic de cæteris.

Qua ratione Scaliger Epactam cuiuſq; anni inueſtiget.

Tabellam Neomeniarum Iudaicarum à Scaligero propoſitam non ſatis conſtare cũ cyclo Epactarũ perpetuo.

PRIMVM igitur, quod ad ſuperiorem tabulam 19. annorum vnius Cycli à 1577. ad 1595. attinet, tuam, doctiſſime Scaliger, conſtantiam deſidero. Neque enim eam cum tuo Cyclo Epactarum perpetuo, aut doctrina conuenire reperio. Nam cum in tabula iuſtæ periodi tropicæ aureo numero 1. reſpondere velis Epactam 1. ab anno 1601. amabo te, cur anno 1577. qui ab illo 24. tantum annis abeſt, vt proinde in Luna mutatio fieri nulla potuerit, eidem aureo numero 1. Epactam ij. tribuis? Aut ſi anno 1577. aureo numero 1. Epactam ij. addicis, cur anno 1601. eandem Epactam ij. eidem aureo numero 1 non aſſignas? Id enim vtique ratio poſtularet. An vero propterea aureo numero 1. Epactam ij. tribuendam cenſes anno 1577. vt Neomeniæ Iudaicæ ſeruias, quam in 29. Martii ſtatuiſti? Si hoc recipis, ſerpet error longius. Videbis enim plurimas Epactas reliquorum 18. annorum illius tabellæ mendoſas exiſtere. Nam quoties aureo numero 1. reſpondet Epacta ij. reſpondebunt ex tuo Cyclo perpetuo aliis aureis numeris, durante eodem Cyclo decemnouennali, Epactæ huiuſce tabellæ, quam hoc loco ſubiecimus: quarum ſane Epactarum plurimæ ab ijs, quas in illa tua tabella notaſti, penitus diſcrepant.

Aur. Num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Ep. Cyc. perp.	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	o	xi
Epact. Scal.	ij	xij	xxiij	v	xvj	xxvj	vij	xix	xxix	xi
Aur. Num.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
Ep. Cyc. perp.	xxij	iij	xiiij	xxv	vj	xvij	xxviij	ix	xx	
Epact. Scal.	xxj	iiij	xiiij	xxiiij	vj	xviij	xxviij	ix	xx	

EN huiuſce tabellæ Epactæ decem ſolum locis cum tuis Epactis congruunt, nimirum in Cycli annis 1. 4. 5. 8. 10. 13. 15. 17. 18. 19. in cæteris diſcrepant. Quod ſi anno 1577. aureo numero 1. tribuatur Epacta 1. quemadmodum ab anno 1601. vt par eſt, (hoc quippe anno, cum nullus adhuc dies, præter 10. reiectus ſit, Luna nondum æquatione eget) multo maior differentia apparebit, vt hæc altera tabella demonſtrat.

Aur. Num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Ep. Cyc. perp.	j	xii	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x
Epact. Scalig.	ij	xii	xxiij	v	xvi	xxvi	vij	xix	xxix	xj
Aur. Num.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
Ep. Cyc. perp.	xxi	ij	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	
Epacta Scalig.	xxi	iiij	xiiii	xxiiii	vi	xviii	xxviii	ix	xx	

Videſne,

Videſne, in ſeptem duntaxat locis, nimirum in Cycli annis 2. 3. 6. 7. 9. 11. 14. Epactas conuenire? Et quidem in aureis numeris 12. & 16. differentiam eſſe duarum vnitatum? quod eſt perabſurdum, vt mox calculus docebit. Ad hæc, Epactam iiij. aurei numeri 12. procreatam eſſe ab antecedente Epacta per adiectionem 13. vnitatum? quod omnino prodigioſum eſt, & à Nouiluniorum ratione alieniſſimum; niſi ſi forte in tabula expanſa ad lineam ſuperiorem aſcendendum ſit, currente tamen aureo numero 19. vt cap. 12. Num. 14. tradidimus. Dices, id factum eſſe interuentu biſſexti: audio: ſed hoc quoque dic. cur idem factum non eſt annis 4. 8. 16. qui etiam ſunt biſſextiles? Cur deteriore conditione (tuis verbis vtor) erunt hi, quam ille? Certe Lunationes cuiuſuis anni à proxime ſuperioris anni Lunationibus verſus menſium initia recedere non poſſunt longius, quam 11. diebus, ad ſummum 12. anno biſſextili: cum Epacta vnius anni ſit D. 10. H. 15. *Min.* 11. Sec. 22. ſi communis ſit; ſin autem biſſextilis, D. 11. H. 15. *Min.* 11. Sec. 22. vt cap. 13. declarauimus. At Lunationes per tuas Epactas anni 12. notatæ diſtant 13. diebus à Lunationibus anni 11. quæ ab Epactis indicantur, iis menſibus exceptis, qui duas Epactas o. xxix. eidem diei aſcribunt. Hoc manifeſtum eſt in *Maio*, & Aprili. Nam ab Epacta xxj. in *Maio*, quæ Nouilunium anno 11. monſtrat, ad Epactam iiij. quam anno 12. Nouilunium notare vis in Aprili, numerantur dies 13. cum tamen calculus differentiam duorum horum Nouiluniorum mediorum, exhibeat tantum dierum 11. H. 15. *Min.* 11. Sec. 21. qui numerus duodecim diebus eſt minor, nedum tredecim. *Ageſis*, calculum conſulamus. *Anno* 1587. Nouilunium medium *Maij* incidit in diem 6. Hor. 23. Min. 50. Sec. 31. Anno vero 1588. Nouilunium medium in Aprili contingit die 25. Hor. 8. Min. 39. Sec. 10. cum tamen tua Epacta iiij. illud reponat in diem 25. multo ante Nouilunium medium, quod diei 26. tribuendum eſt. Iam ſi dies Aprilis 25. Hor. 8. *Min.* 39. Sec. 10. detrahamus ex diebus *Maij* 6. hoc eſt, ex diebus Aprilis 36. Hor. 23. Min. 50. Sec. 31. relinquetur dicta differentia Dierum 11. Hor. 15. Min. 11. Sec. 21. Vbi quæſo, hic eſt differentia 13. dierum? At credo ſolum id eſt in Nouiluniis mediis dictorum annorum, non etiam in veris. Immo nihilo minus in his, quam in illis: cum neque Nouilunia vera eorundem duorum annorum, ac menſium per totos 12. dies inter ſe diſtent, vt ex Ephemeridibus Io. Antonii *Magini* conſtat. Vides, in quos laqueos Neomeniæ Iudaicæ te induxerunt, vnde nunquam te expedire poſſis? vt nimirum Nouilunia cœleſtia præuenias, & vnum ab altero longius disiungas, quam ratio poſtulat. quod nihil eſt aliud, quam totam Nouiluniorum rationem confundere, ac perturbare.

500000000	28	20	7	13	25	52
600000000	10	23	33	25	34	24
700000009	22	15	43	40	53	44
800000000	4	19	9	53	2	16
900000000	16	11	20	8	21	36
1000000000	28	3	36	23	40	56
2000000000	26	18	16	44	11	4
3000020000	25	9	3	4	41	12
4000000000	23	23	49	25	11	20
5000000000	22	14	35	45	41	28
6000000000	21	5	22	6	11	36
7000000000	19	20	8	26	41	44

Digitized by Google

PROGRESSVS NOVILVNIORVM, ac Pleniluniorum. Capitis XXVI.

Anni	D	H	M	Sec.	Ter.	Quar.
8000000000	18	10	54	47	11	52
9000000000	17	1	41	7	42	0
10000000000	15	16	27	28	12	8
20000000000	1	20	10	53	13	28
30000000000	17	12	38	21	25	36
40000000000	3	16	21	46	26	56
60000000000	19	8	49	14	39	4
70000000000	5	12	32	39	40	24

RADICES NOVILVNIORVM INSERVIENTES TAM EPACTIS CORrectis Capitis 25. quam Progreſſibus Nouiluniorum Capitis 26. vt in Nouiluniis annorum centeſimorum ſupputandis Cap. 25. & 26. dictum eſt.

Indices radicum.		Anni	D	H	M	Sec.	Ter.	Quar.	
	0	1600	14	8	34	54	20	0	Mart.
	1	1700	20	16	48	24	28	32	Mart.
	2	1800	26	1	1	54	37	4	Mart.
	3	1900	31	9	15	24	45	36	Mart.

RADICES EORVNDEM NOVILVNIORVM AD MENſem integrum Lunarem additorum.

Indices radicum.		Anni	D	H	M	Sec.	Ter.	Quar.	
	0	1600	43	21	18	57	30	48	Mar.
	1	1700	50	5	32	27	39	20	Mar.
	2	1800	55	13	45	57	47	52	Mar.
	3	1900	60	21	59	27	56	24	Mar.

RADICES PLENILVNIORVM.

Indices radicum.		Anni	D	H	M	Sec.	Ter.	Quar.	
	0	1600	29	2	56	55	55	24	Mar.
	1	1700	4	11	10	26	3	56	Apr.
	2	1800	9	19	23	56	12	28	Apr.
	3	1900	15	3	37	26	21	0	Apr.

RADICES EORVNDEM PLENILVNIORVM AD menſem integrum Lunarem additorum.

Indices radicum.		Anni	D	H	M	Sec.	Ter.	Quar.	
	0	1600	58	15	40	59	6	12	Mar.
	1	1700	33	23	54	29	14	44	Apr.
	2	1800	39	8	7	59	23	16	Apr.
	3	1900	44	16	21	29	31	48	Apr.

FINIS.

COM-

Digitized by Google

COMPVTVS ECCLESIASTI-CVS

PER DIGITORVM ARTICVLOS, ET TABVLAS TRADITVS.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

QVONIAM in explicatione Calendarij non ſolum rationes ac fundamenta correctionis vberrime expoſuimus, verum etiam argumentis aduerſariorum quam cumulatiſſime ſatisfecimus, non erit à noſtro inſtituto alienum, ſi appendicis loco regulas nonnullas proponamus, quibus omnia, quæ in Calendario Gregoriano continentur, vel in digitorum articulis memoriter, vel in tabulis dicto citius reperiantur. Ita enim fiet, vt nihil amplius deſiderari poſſe videatur, quod ad Calendarij explicationem pertineat. Eo autem libentius haſce regulas explicationi noſtræ Calendarij adiunxi, quod multos, qui ante reſtitutionem Calendarij Computum Eccleſiaſticum memoriter per articulos digitorum nouerant, permoleſte tuliſſe accepi, ſe eiſdem nunc regulis in Calendario nouo vti non poſſe; vt hæc res non poſſit illis non iucunda accidere, præſertim quando intelligent, noſtras haſce regulas Calendario perpetuo, vbi centeſimo quoque ferme anno dies vnus omittitur, accommodatas, longe eſſe faciliores antiquis Computiſtarum regulis. Pro rudioribus quoque adiunximus tabellas aliquot, maiori ex parte nouas omnino, & adhuc inuſitatas, quamuis aliquæ in explicatione quoque Calendarij exaratæ ſunt, per quas breuiſſime, & ſine vlla moleſtia, ac labore, omnia, quæ in Eccleſiaſtico Computo poſſunt deſiderari, inueniuntur. Hanc ob cauſam totum Computum in duas ſecuimus partes. Prior regulas complectitur, quibus omnia memoriter inueſtigantur, quæ ad Computum Eccleſiaſticum ſpectant: Poſterior autem pars tabulas ad eandem rem pertinentes continet.

COMPVTI ECCLESIASTICI PARS PRIMA per digitorum articulos memoriter.

CAPVT I.

De Aureo numero.

Cyclus aurei numeri quid.

CYCLVS decemnouennalis aurei numeri eſt reuolutio annorum 19. ab 1. vſque ad 19. qua reuolutione peracta, iterum ad 1. reditur: ita vt quolibet anno aliquis ex nouendecim aureis numeris ſit in vſu. Quo pacto autẽ hi 19. aurei numeri ad Nouilunia indicanda deſcripti olim fuerint in Calendario, & cur non plures ſint, vel pauciores quam 19. copioſe explicauimus in explicatione Calendarij Gregoriani cap. 8. Qui ergo aureus numerus quolibet anno ſit in vſu, hoc modo memoriter cognoſcemus.

Collocatio annorum centeſimorum in articulis digitorum ad aureum numerum cuiuslibet anni inueniendum.

IN articulis quatuor digitorum ſiniſtræ manus, Pollice omiſſo, (Nomine articulorum intelligimus etiam digitorum extremitates, ita vt in quolibet digito, dempto Pollice, ſeptem articulos numeremus, initio facto à radice interiore cuiuſuis digiti, appellando exteriorem proxime ſub vngue, quintum, &c.) collocãdi ſunt anni centeſimi ab ortu Chriſti Domini, hoc modo. In radice, ſiue primo articulo Indicis interioris, collocatur annus 0. In radice digiti *Medij* ponitur annus 100. In radice digiti Annularis 200. In radice digiti Auricularis 300. In ſecundo deinde articulo Indicis ponitur annus 400. In articulo ſecundo digiti Medij 500. In articulo ſecundo Annularis 600. In articulo ſecundo Auricularis, 700. In tertio poſteà articulo Indicis, 800. In tertio articulo *Medij* 900. In tertio articulo Annularis, 1000. In articulo tertio Auricularis 1100. Poſt hæc in quarto articulo Indicis, hoc eſt, in extremitate, 1200. In extremo *Medij*, 1300. In extremo Annularis, 1400. In extremo Auricularis; 1500. Deinde in quinto articulo Indicis, qui eſt exterior proxime ſub vngue 1600. in articulo quinto *Medij*, 1700. In quinto articulo Annularis 1800. Et quoniam centeſimi anni collocati iam ſunt in 19. articulis, quot nimirum ſunt aurei numeri, redeundum eſt ad radicem Indicis interiorem, ibique ponendus annus 1900. In radice deinde digiti Medij, 2000. & ſic deinceps, reuertendo ſemper poſt articulum 19. ad radicem Indicis interiorem.

Inuentio facilis ſedis cuiuſuis centeſimi, quãuis magni in digitorũ articulis.

CÆTERVM ne cogamur ſæpius illos 19. quos diximus, articulos ſiniſtræ manus percurrere, ſatis eſt, ſi diligenter ediſcantur ſedes 19. centeſimorum ab anno 0. vſque ad annum 1900. vt dictum eſt. His enim accurate cognitis, facili negotio ſedem cuiuſuis centeſimi, quamuis magni, inueniemus hac ratione. Ex numero annorum centeſimorum auferantur 20. quoties fieri poteſt, & reliquo numero tot vnitates addantur, quoties ablata ſunt 20. Nam vbi centeſimus huius ſummæ ſedem habet, ibi ſedes quoque erit centeſimi propoſiti. Exempli cauſa, quærenda ſit ſedes anni 4900. Ex numero 49. centeſimorum (ſemper autem numerus centeſimorum exprimitur per figuras numeri, demptis duabus vltimis ad dextram, vt in anno 34561. numerus centeſimorum eſt 345. expreſſus per figuras reliquas, ſi duæ ad dexteram: nimirum 61. abiiciantur, &c.) auferuntur 20. bis. Reliquo ergo numero 9. addenda ſunt 2. vt fiant 11. Et quia vndecimus centeſimus, id eſt, annus 1100. ſedem habet in tertio articulo interiore Auricularis digiti, collocabitur ibidem annus 4900.

ITEM deſideret quis ſedem anni 9700. Ex numero 97. centeſimorum detrahuntur 20. quater, & ſuperſunt 17. quibus ſi addantur illa 4. fient 21. Et ablatis rurſum 20. ſemel, remanet 1. additoque 1. propter vnicam illam ablationem, fiunt 2. Quoniam igitur annus 200. locatur in radice Annularis digiti, ponendus erit ibidem annus 9700. propoſitus.

RVR-

Digitized by Google

RVRSVS, quia ex 20. centeſimis, hoc eſt, ex anno 2000. detrahi poſſunt 20. ſemel, & ſupereſt 0. addita ergo 1. propter vnicam illam detractionem, fit 1. Vbi ergo primus centeſimus collocatur, videlicet in radice digiti Medij, ibi annus 2000. ſedem quoque habebit.

Quoties cōtineantur 20. in quātumuis magno numero centenariorū, quo pacto cognoſcatur.

NON erit autem difficile ei, qui vel mediocriter in Arithmeticis verſatus eſt, cognoſcere, quoties 20. in quolibet numero centeſimorum contineantur, ac proinde quo in articulo centeſimus ille locandus ſit. Nam ſi, dempta prima figura centeſimorum ad dextram, reliquus numerus per 2. diuidatur, hoc eſt, dimidietur, (quod facile fit memoriter) indicabit dimidium numeri, quoties 20. in dato numero centenariorum comprehendantur. Quare ſi ſumatur vnitas, ſi qua forte remanſerit in dimidiatione, pro dena, præponenda eſt hæc dena figuræ demptæ, & totus hic numerus dimidiato illi numero adiiciendus. Quod ſi conflatus hic numerus ſuperet numerum 20. idem cum eo faciendum erit: hoc eſt, dempta prima figura ad dextram, dimidiandus, &c. atque ita deinceps progrediendum, donec numerus habeatur minor, quam 20. Verbi gratia, ſi annus proponatur 57800. vbi numerus centenariorum eſt 578. Dempta prima figura 8. dimidium reliqui numeri 57. eſt 28. Toties ergo continentur 20. in 578. quoties vnitas eſt in 28. & quia in dimidiatione ſupereſt 1. præponenda ea erit figuræ demptæ 8. vt fiat numerus 18. qui additus ad dimidium prædictum 28. facit 46. numerum maiorem, quam 20. Quare dempta prima figura 6. dimidium reliqui numeri 4. eſt 2. & nil remanet: cui dimidio ſi addatur dempta figura 6. fiet numerus 8. minor, quam 20. Cum ergo octauus centeſimus ponatur in tertio articulo interiore Indicis, erit ibidem ſedes anni propoſiti 57800. Atque ita de cæteris.

In quo articulo collocetur quilibet centeſimus non maior, quā 1800.

VT quoque facile ſcias ſedem centeſimi, qui maior non eſt, quam 1800. adde 1. ad numerum centeſimorum. Articulus enim, quem numerus conflatus ſignificat, ſedes erit dati centeſimi. Vt ſi detur annus 900. Addita 1. ad 9. numerum centeſimorum, fit numerus 10. Ergo annus 900. ſedem habet in decimo articulo, hoc eſt, in articulo tertio Medij, & ſic de cæteris.

Collocatio aureorum numerorū in digitorū articulis, ad aureum numerum cuiuſuis anni reperiendum.

COLLOCATIS hac arte annis centeſimis in prædictis 19. articulis diſponendi ſunt in eiſdem omnes 19. aurei numeri, hoc ordine. Quia proximo anno ante Chriſtum natum fuit aureus numerus 1. collocandus eſt hic aureus numerus 1. in radice Indicis, vbi poſitus fuit annus Domini 0. hoc eſt, annus, qui Chriſti ortum proxime anteceſſit. Quoniam vero Cyclus aurei numeri quinquies in 100. annis continetur, ſuperſuntque 5. ſi aureo numero 1. in radice Indicis collocato addantur 5. fiunt 6. pro aureo numero in radice digiti Medij collocando, qui quidem debetur anno 100. poſt Chriſtum natum, & omnibus aliis centeſimis, qui in eam radicem ſecundum ſuperiorem diſpoſitionem cadunt. Si rurſus ad 6. adiiciantur 5. fient 11. pro aureo numero in radice interiori digiti Annularis ponendo, qui anno 200. & aliis omnibus centeſimis ibi collocatis reſpondet. Eodem modo ſi ad 11. apponantur iterum 5. fient 16. pro aureo numero in radice interiore digiti Auricularis reponendo, qui debetur anno 300. & aliis centeſimis ibi poſitis. Rurſus addendo 5. ad 16. fient 21. abiectis autem 19. (quod nullus aureus numerus poſſit eſſe maior, quam 19. remanebunt 2. pro aureo numero in ſecundo articulo Indicis ſupra radicem collocando. Atque ita deinceps omnes aureos numeros reperies in 19. articulis reponendos, qui quidem illis centeſimis debentur, qui in eoſdem articulos incidunt. Inuenies enim hac ratione in ſecundo articulo Medij locari 7. In articulo ſecundo Annularis 12. In articulo ſecundo Auricularis 17. In tertio articulo Indicis 3. In tertio Medij 8. In tertio Annularis 13. In tertio Auricularis 18. In quarto Indicis, hoc eſt, in eius extremitate 4. In extremo Medij 9. In extremitate Annularis 14. In extremo Auricularis 19. In quinto articulo Indicis, qui eſt exterior proxime ſub vngue, 5. In quinto articulo Medij 10. In quinto denique articulo Annularis 15. Atque hoc modo collocati ſunt omnes 19. aurei numeri in 19. articulis, in quibus centeſimos annos repoſuimus.

SED ſatis eſt, inueniſſe hac arte quatuor aureos numeros 1. 6. 11. 16. in quatuor radicibus digitorum interioribus collocatos. Nam ſi ab aureo numero cuiuſuis radicis progrediaris per ſeriem naturalem numerorum verſus ſecundum articulum eiuſdem digiti, vſque ad quintum, qui exterior eſt proxime ſub vngue, (excepto digito Auriculari, in quo ſolo ad extremitatem vſque procedendum tantummodo eſt) habebis aureos numeros in reliquis articulis reponendos. Ita reperies in ſecundo articulo Auricularis digiti, in cuius radice ponitur aureus numerus 16. collocandum eſſe aureum numerum 17. in tertio 18. & in extremitate 19. item in ſecundo articulo digiti Medij, in cuius radice ponitur aureus numerus 6. locandum eſſe aureum numerum 7. in tertio 8. in extremitate 9. & in quinto articulo, qui exterior eſt proxime ſub vngue, 10. & ſic de cæteris, vt prius.

Facillima collocatio aureorum numerorū in articulis digitorum.

FACILIVS tamen eoſdem aureos numeros in digitorum articulis collocabis, ſi ab aureo numero 1. in radice interiori Indicis poſito, progrediaris per ſeriem naturalem numerorum verſus ſecundum articulum eiuſdem, vſque ad quintum articulum, qui eſt exterior proxime ſub vngue, & poſt hunc ad radicem interiorem digiti Medij regrediaris, deinde verſus ſecundum articulum eiuſdem vſque ad quintum articulum, qui eſt exterior proxime ſub vngue, & ſic deinceps. Ita enim collocabitur aureus numerus 2. in ſecundo articulo interiori Indicis, & 3. in tertio, &c. Ita vt aureus numerus 19, in extremitatem digiti Auricularis cadat, vt prius. Ratio huius rei hæc eſt. Quoniam quilibet articulus cuiuſuis digiti ab articulo proximo eiuſdem digiti, vel alterius proxime antecedentis, (ſi articulos à radice Indicis per ſecundum articulum, tertium, & quartum progrediendo, vſque ad articulum quintum, numeremus.) diſtat annis 400. ex ſuperiori collocatione centeſimorum annorum, continetur autem Cyclus aurei numeri in annis 400. vicies, ac ſemel, ſupereſtque vnitas: fit, vt vnitas addita aureo numero cuiuſuis articuli faciat aureum numerum proxime inſequentis articuli in eodem digito, vel alio proxime inſequente, vna vnitate maiorem, ita vt aurei numeri per ſeriem naturalem numerorum progrediantur à radice Indicis verſus ſecundum articulum, tertium, quartum, quintum eiuſdem digiti, & hinc verſus radicem Medij, ſecundum articulum, tertium, & alios, &c.

Inuētiō aurei numeri cuiuslibet anni.

EX his facile aureus numerus cuiuſuis anni reperietur. Nam ſi datus ſit annus aliquis centeſimus, inuenienda eſt eius ſedes inter ſuperiores 19. articulos, vna cum aureo numero ibi collocato. Is enim aureus numerus illi centeſimo debetur. Si vero datus ſit annus quilibet non centeſimus, inueſtigādus eſt aureus numerus illius centeſimi, qui proxime antecedit datum annum, vt iam docuimus. Deinde quoniam quolibet anno aureus numerus vnitate augetur, adiiciēdæ ſunt tot vnitates aureo numero illius centeſimi inuento, quotus annus

datus

Digitized by Google

datus eſt poſt illum centeſimum. Conficietur enim hac ratione aureus numerus propoſiti anni. Quod ſi numerus compoſitus maior fuerit, quam 19. reiiciendus erit numerus 19. toties, quoties reiici poteſt. Reliquus enim numerus dabit aureum numerum quæſitum. Si autem remanſerint 19. aut nihil, erit aureus numerus 19.

Qua ratione facile abiiciantur 19. ex maiore numero.

PORRO vt facilius ex magno numero reiicias 19. reiice 20. quoties fieri poteſt, & pro ſingulis abiectionibus ſingulas vnitates repone, quas nimirum vna cum 19. abieciſti.

RECTIVS quoque feceris, ſi prius eo modo, quo proxime diximus, reiicias 19. ex numero annorum poſt centeſimum proxime antecedentem, ſi reiici poſſunt, & reſiduum aureo numero illius centeſimi adiicias, vt aureum numerum propoſiti anni componas.

EXEMPLI cauſa. Anno 2500. aureus numerus eſt 12. quoniam ſedes illius anni eſt ſecundus articulus interior digiti Annularis, vbi aureus numerus 12. collocatur; vt patet, ſi ab 1. numeres, incipiendo à radice Indicis, vſque ad illum articulum, qui eſt duodecimus eo ordine, quem diximus, nimirum à radice cuiuſque digiti progrediendo verſus extremitatem vſque ad quintum articulum, hoc eſt, ad exteriorem ſub vngue: Vel certe, ſi ab aureo numero 11. in radice digiti Annularis collocato progrediaris per ſeriem naturalem numerorum aſcendendo, vſque ad eundem ſecundum articulum, in quo ſedes eſt anni 2500.

QVÆRATVR rurſus aureus numerus anni 2507. Sedes anni 2500. eſt in ſecundo articulo digiti Annularis, ibique aureus numerus 12. ei debitus ponitur, vt modo diximus, cui ſi addas 7. (ſeptimus enim annus poſt annum 2500. proponitur) efficies 19. pro aureo numero anni 2507.

ITEM inquirendus ſit aureus numerus anni 983. Sedes anni 900. eſt in tertio articulo digiti Medij, ibique collocatur aureus numerus 8. anno 900. debitus. Quoniam vero ex annis 83. quater abiici poſſunt 20. addemus quatuor vnitates, propter quatuor illas abiectiones, ad 3. annos reliquos, conflatumque numerum 7. ad aureum numerum 8. anno 900. debitum adiiciemus, vt conficiamus aureum numerum 15. anni 983.

RVRSVS ſit inueniendus aureus numerus anni 1604. Sedes anni 1600. eſt in articulo quinto Indicis, id eſt, in exteriore ſub vngue, vbi aureus numerus 5. ponitur; ad quem ſi adiiciamus annos 4. reſiduos, efficiemus 9. pro aureo numero anni 1604.

DATVS præterea ſit annus 2108. Sedes anni 2100. eſt in radice digiti Annularis, vbi ponitur aureus numerus 11. cui ſi addamus reliquos 8. annos, conflabimus aureum numerum 19 anni 2108.

POSTREMO detur annus 3003. Sedes anni 3000. eſt in tertio articulo interiori digiti Auricularis, vbi aureus numerus 18. poſitus eſt, cui ſi apponamus annos 3. reliquos, conflabimus 21. abiectisque 19. remanebunt 2. pro aureo numero anni 3003.

Inuentio aurei numeri per præcepta Arithmetices.

AVREVS numerus facili quoque negotio per præcepta Arithmetices reperietur quolibet anno hac ratione. Anno Domini propoſito addatur 1. & numerus collectus per 19. diuidatur. Numerus enim, qui ex diuiſione relinquitur, (nulla habita ratione Quotientis numeri; hic enim ſolum oſtendit, quot reuolutiones Cycli aureorum numerorum à Chriſto vſque ad annum propoſitum peractæ ſint) erit aureus numerus anni propoſiti. Et ſi ex diuiſione nihil remanet, aureus numerus erit 19. V.g. ſi quæratur aureus numerus anni 1589. addo 1. & collectum numerum 1590. diuido per 19. inuenioque ex diuiſione relinqui 13. Fuit ergo anno 1589. aureus numerus 13. Rurſus ſi anno 2614 quærendus ſit aureus numerus, addita 1. fit numerus 2615. quo diuiſo per 19. nihil ſupereſt. Anno igitur 1614. aureus numerus erit 19. Atque ita de cæteris.

POTES etiam diuidere annos Domini per 19. non adiecta prius vnitate: dummodo ad Quotientem addas vnitatem.

CAPV II.

De Epactis, Nouiluniis, Ætate Lunæ, & litera Martyrologij.

Epacta quid.

Quo pacto aurei numeri in Pollice locentur, ad Epactas inueniendas.

EPACTÆ ſunt dies, quibus Solaris annus Lunarem ſuperat, vt in explicatione Calendarij cap. 9. Num. 14. oſtendimus. Primo enim anno ſuperſunt dies 11. ſecundo 22. tertio 33. hoc eſt, 3. (numerus enim 30. abiiciendus eſt.) quarto 14. &c. Reſpondent autem ſingulis 19. aureis numeris, variis temporibus, variæ 19. Epactæ, vt in eadem explicatione cap. 11. Num. 1. & cap. 12. Num. 11. docuimus. Epactam igitur cuiuſlibet anni, quæ currenti aureo numero reſpondet, quæque in Calendario Nouilunia demonſtrat, hac ratione tum ante correctionem anni, tum poſt, in Pollice manus ſiniſtræ inueniemus.

Quid addendum ſit aureis numeris in Pollice collocatis, vt fiant Epactæ ante Calendarium reſtitutũ.

IN Pollicis ſiniſtri extremitate, articulo medio, & infimo, collocandi ſunt aurei numeri hoc ordine. In extremitate ponitur 1. in medio articulo, 2. in imo, 3. Deinde rurſus in extremo, 4. In articulo medio, 5. In imo, 6. In ſummo item Pollice, 7. & ſic deinceps, ita vt vltimus aureus numerus 19. cadat in extremum Pollicis.

POST hæc aureo numero in Pollicis extremitate collocato addantur 10. Aureo numero vero poſito in articulo medio adiungantur 20. numero denique aureo, qui in imo articulo locatur, nihil apponatur. Numeri enim ita compoſiti (abiectis 30. ſi numerus conflatus maior fuerit, quam 30.) ſunt Epactæ, quæ vna cum illis aureis numeris, à quibus in Pollice formatæ ſunt, in vſu fuerunt ante Calendarij correctionem.

Quid ex Epactis, quæ ante correctionẽ vſurpabantur, auferendũ ſit, vt reliqua fiat Epacta poſt anni reſtitutionẽ.

SI autem à ſingulis Epactis hoc modo inuentis ſubtrahantur 10 (quoniam propter 10. dies ſimul exemptos, Lunationes decem diebus ſerius contingunt, quam ante correctionem) relinquentur Epactæ cum eiſdem aureis numeris currentes poſt emendationem Calendarij, ad annum vſque 1700. excluſiue. Tunc enim quia propter omiſſionem biſſexti, Lunationes adhuc vno die ſerius contingunt, auferenda ſunt 11. vſque ad annum 1900. excluſiue, Nam poſt hunc detrahenda ſunt 12. propter aliam biſſexti omiſſionem. At anno 1800. quanquam dies intercalaris omittitur, tamen non fit mutatio in Epactis, Lunæ æquatione id ita exigente, vt declaratum eſt in explicatione Calendarij cap. 11. Num. 8. Quare tunc idem numerus 11. detrahendus eſt, quem

Digitized by Google

quem anno 1700. demendum eſſe diximus. Atque in hunc modum ſemper tot vnitates vltra 10. detrahendæ erunt, per quot dies Lunationes in Calendario deſcenderint. Quod ſi ſubtractio fieri nequeat, addenda erunt 30. ad Epactam inuentam, vt fieri poſſit ſubtractio.

Quo pacto inueſtigentur Epactæ ab anno correctionis vſque ad annum 1700. excluſiue.

ITAQVE inuenturus Epactam ab anno correctionis vſque ad annum 1700. excluſiue; quære ex cap. 1. aureum numerum anni propoſiti, cumque in Pollice colloca, vt dictum eſt. Et deinde adde 10. ſi eſt in ſummo Pollice, aut 20 ſi eſt in medio articulo, aut denique 0. hoc eſt, nihil, ſi in imo. Ex numero enim conflato ſi detrahas 10. (additis prius 30. ſi detractio fieri nequeat) dabit reliquus numerus Epactam currentem, quam quæris.

EXEMPLI cauſa. Anno 1599. aureus numerus eſt 4. qui cadit in extremitatem Pollicis. Quare ei addo 10. & facio 14. Ablatis autem 10. relinquuntur 4. pro Epacta anni 1599.

ITEM anno 1609. aureus numerus eſt 14. cadens in articulum Pollicis medium. Additis ergo 20. fiunt 34. & ablatis 10. relinquuntur 24. pro Epacta anni 1609.

RVRSVS anno 1617. aureus numerus eſt 3. ſedem habens in imo articulo Pollicis. Quare ei nihil addendum eſt, ſed quia ex 3. auferri non poſſunt 10. adiungemus 30. vt habeamus 33. à quibus ſi demantur 10. reliqua fient 23. pro Epacta anni 1617.

PRÆTEREA anno 2314. aureus numerus eſt 16. incidens in extremitatem Pollicis. Additis ergò 10. fiunt 26. Ablatis autem 14. (quia ad eum annum vſque incluſiue deſcenſus factus erit in Lunationibus per 4. dies vltra decem illos, per quos anno correctionis factus eſt deſcenſus) remanent 12. pro Epacta anni 2314.

POSTREMO anno 3129. aureus numerus eſt 14. cadens in medium articulum Pollicis. Additis ergo 20. fiunt 34. & ablatis 17. (quod ad eum annum vſque incluſiue ſeptem mutationes factæ ſint in Lunationibus deſcendendo) relinquuntur 17. pro Epacta anni 3129.

Quando Epacta 25. diuerſi charácteris coloriſue ſumendá ſit. Itē quandó Epacta 19. vltimo die Decembris ſcripta in vſu ſit.

SCIENDVM tamen eſt, Epactam 25. ſumendam eſſe diuerſo colore, aut charactere notatam, quando procreatur ab aureo numero maiore, quam 11. Item Epactam 19. diuerſo quoque charactere, aut colore, vltimo diei Decembris aſcriptam, eſſe quoque in vſu, quando ab aureo numero 19. gignitur, vt contigit anno 1595. contingetque iterum annis 1614. 1633. 1652. 1671. 1690. & nunquam amplius, niſi poſt vſum 30. linearum Epactarum Tabulæ expanſæ: cuius rei cauſam expoſuimus in Calendarij explicatione cap. 12. Num. 14.

Quo pacto inueſtigentur Epactæ poſt annū 1700.

VT autem ſcias, quot vnitates vltra 10. auferendæ ſint quolibet anno poſt Calendarij reſtitutionem propoſito, vt Epacta quæſita relinquatur: hoc eſt, per quotnam dies poſt correctionem factus ſit deſcenſus in Lunationibus vltra illos 10. anni correctionis; & (quod raro fit) quando iterum factus ſit aſcenſus, ediſcendi ſunt duodecim hi verſiculi.

Cuiuis chara bono bonitas, bonitatis amantem
Vrit amor, vitij turpia tela terens.
Subiectuſque ſibi regitur ratione, regitque
Quam præfert quoties, prælia nulla nocent:
Nec mentis lædit lethali lumina krimen
Kuſpide: iuſtitiæ iuraque iuſtus habet:
Gaudet habens, gaudens fruitur, felixque fruendo
Excipit excelſo dogmata digna Deo.
Certa bono cuius bonitas accommoda paucis:
At plures nectit noxia noxa malos.
Mens hebet his, horrenſque gemit, fruſtraque gemendo
Flet, donec Diuûm dulcia caſtra colat.

PRIMA vox, [Cuiuis,] horum carminum tribuitur anno 1700. ſecunda, [chara,] anno 1800. tertia, [bono] anno 1900. & ita deinceps cæteræ inſequentibus annis centeſimis; ita vt vltimum vocabulum [colat] quod eſt ſeptuageſimum, reſpondeat anno 8600. Illa etenim carmina vſum tantum habent vſque ad annum 8700. excluſiue.

VIDE ergo, cui voci propoſitus quiuis centeſimus annus reſpondeat. Deinde articulis interioribus manus ſiniſtræ (Pollice omiſſo) in tranſuerſum omnes voces vſque ad illam incluſiue, quæ dato centeſimo reſpondet, accommoda hoc ordine, vt voces ab eadem litera incipientes eidem articulo tribuas, & quando próxime antecedens litera initialis (liceat nobis neceſſitatis cauſa ita appellare) reperitur, vocem illam proxime antecedenti articulo iterum aſcribas. Quot enim articulos hac ratione percurreris, tot vnitates vltra 10. auferendæ erunt, vt Epacta propoſiti anni relinquatur: hoc eſt, per tot dies vltra illos 10. anni correctionis, factus erit deſcenſus in Lunationibus.

VERBI gratia. Vis ſcire, quot vnitates vltra 10. auferre debeas anno 2100. & aliis annis inſequentibus vſque ad annum 2200. excluſiue? Quoniam ab anno 1700. incluſiue vſq; ad annum 2100. incluſiue ſunt quinque centeſimi, numerandæ erunt quinque primæ voces [Cuiuis chara bono bonitas, bonitatis] in articulis ſiniſtræ manus hoc ordine. Hæ duæ [Cuiuis chara] quia ab eadem litera incipiunt, collocandæ ſunt in primo articulo: & aliæ tres [bono bonitas, bonitatis] in articulo ſecundo, quod eandem literam initialem habeant. Quoniam igitur duos tantum articulos percurrimus, auferendæ erunt vltra 10. vnitates, aliæ duæ, nimirum 12. in vniuerſum.

ITEM anno 2300. ad quem incluſiue ab anno 1700. incluſiue ſunt ſeptem centeſimi, numerandæ erunt primæ ſeptem voces [Cuiuis chara bono bonitas, bonitatis amantem vrit] in articulis manus hac ratione, vt primæ duæ [Cuiuis chara] dentur primo articulo, ſequentes tres [bono bonitas, bonitatis] ſecundo; inſequens ſola, [amantem,] tertio; & vltima quoque ſola, [Vrit] quarto: ita vt quatuor articuli percurrantur. Quatuor ergo vnitates vltra 10. auferendæ erunt ab anno 2300. incluſiue vſque ad annum 2400. excluſiue. Et quoniam ſubſequens vox octaua, [amor,] incipit ab eadem litera A, quæ dedit initium voci ſextæ, [amantem] quæ vocem [Vrit] antecedit, collocanda eſt octaua vox [amor] iterum in tertio articulo,

Digitized by Google

in quo prior vox [amantem] collocabatur, ita vt anno 2400. vltra 10. auferenda ſint tantum 3. atque ita de reliquis.

Quid agendum, quando numerus ex Epactis auferendus eſt 30. vel maior.

IAM vero ſi numerus vnitatum detrahendarum, quas carmina exhibent, vna cum 10. diebus anno correctionis exemptis, fuerit 30. nihil auferendum erit ex Epactis ante correctionem inuentis, ſed eædem prorſus tunc Epactæ aureis numeris reſpondebunt, quæ ante anni reſtitutionē cum eiſdem aureis numeris erant in vſu. Si vero idem numerus fuerit maior, quam 30. abiiciantur 30. quoties fieri poteſt, & reliquus numerus ex Epactis ante correctionem inuentis detrahatur. Reliquæ enim fient Epactæ, quæ tempore propoſito vſurpandæ erunt.

QVONIAM vero poſt vocem [Flet] in poſtremo verſiculo fit tranſitus ad literam d, propter vocem [donec] omiſſa litera e, in medio, cum tamen in aliis ſemper fiat tranſitus ad literam proximam: addenda erit diebus auferendis inſuper vnitas in dictionibus poſt dictionem [Flet] ab anno 8200. & deinceps; quandoquidem ab f, ad d, Luna deſcendit per duos dies, non autē per vnum. V.g. dictio [colat] reſpondet anno 8600. & percurruntur 30. articuli, additis 10. fiunt 40. & detractis 30. ſuperſunt 10. ergo auferenda eſſent 10. ab Epactis ante correctionem inuentis: Sed quia dictio [colat] ſequitur dictionem [Flet] addenda erit vnitas, ita vt tunc auferenda ſint 11.

AD finem huius cap. tradam aliam regulam ſatis expeditam ad Epactam cuiuſuis anni inquirendam.

Nouilunia vbi notata ſint in Calendario.

INVENTA Epacta cuiuſque anni, doceamus, qua arte per eam Nouilunia memoriter inquirenda ſint, hoc eſt, quomodo cognoſcatur, quibus diebus menſium Epacta dati cuiuſuis anni præfigatur. Iis enim diebus fiunt Nouilunia, ex vſu Eccleſiæ, quamquam ſecundum calculum Aſtronomicum plerumque contingant vno die citius, ita vt non male feceris, ſi Nouilunium quodcunque per Epactam inuentum tribuas antecedenti diei, ſi coniunctionē Luminarium habere velis, non ex vſu Eccleſiæ, ſed quando ea in cœlo fit. Nam cū Eccleſia maiorem rationem habeat Lunæ quartædecimæ, & plenilunij, quam Nouilunij, propter ſolemnia Paſchæ, poſtpoſita ſunt de induſtria Nouilunia per Epactas vno fere ſemper die in Calendario, vt in explicatione Calendarij cap. 11. Num. 5. & cap. 18. Num. 4. declaratum eſt. Eodem modo ante correctionem Eccleſia illis diebus celebrabat Nouilunia, quibus aurei numeri præfixi erant.

Quæ Epactæ Calendis menſiū aſcribātur.

SED ante omnia diſcendum erit, quænam Epactæ in principiis menſium, ſiue Calendis ſint poſitæ. Quod facile ſcies hoc pacto. Ianuarius habet in ipſis Calendis Epactam *, ſeu xxx. Februarius. xxix. Martius rurſus *, ſeu xxx. Aprilis iterum xxix. Maius xxviii. Iunius xxvii. & ſic deinceps alij menſes ordine ſemper vno minus: Auguſtus tamen ſolus habet in principio duas haſce Epactas xxv. xxiiij ac proinde Calendis Septembris Epacta xxiij. appoſita eſt, & Calendis Octobris xxij. &c. Quare ſi duodecim articulis digitorum ſiniſtræ manus (Pollice omiſſo) tribuas 12. menſes ordine, progrediendo à radice Indicis per radices digiti Medij, Annularis, & Auricularis, ſtatuendoque quintum articulum eum, qui in Indice ſecundus eſt, & ſextum eum, qui ſecundus eſt in Medio, &c. adeo vt articulus tertius Auricularis digiti, ſit duodecimus, & in primo articulo, qui Ianuario reſpondet, mente reponas Epactam *. vel xxx. in ſecundo autem xxix. & in tertio rurſus *. vel xxx. in quarto iterum xxix. & in quinto xxviij. atque ita deinceps, ſemper vno minus, dummodo in octauo, qui Auguſto reſpondet, ponas duas has xxv. & xxiiij. ſimul: ſine magno labore cognoſces Epactam Calendis cuiuſuis menſis appoſitam. Quam tamen fortaſſis facilius cognoſces, ſi ſolum memoria retineas, Epactam xx. collocari in duodecimo articulo, id eſt, in principio Decembris. Nam ſi ab hac Epacta progrediaris per ſeriem naturalem numerorum, tribuendo vndecimo articulo, hoc eſt, menſi Nouembris xxj. Decimo vero xxij. Nono xxiij. & ita deinceps (modo des Auguſto in octauo articulo duas has Epactas, xxiiij. xxv. atq; in Februario, & Ianuario Epactas Aprilis, ac Martij, hoc eſt, xxix. & *. repetas) habebis omnes Epactas menſium initiis, hoc eſt, Calendis adſcriptas. Vbi hoc notandum eſt, in omnibus menſibus (Februario excepto) eaſdem Epactas in fine poni, quæ in principio poſitæ ſunt; in Auguſto tamen, qui duas has Epactas xxiiii. xxv. in ipſis Calendis habet, ſola Epacta xxiiii. repetitur in fine.

Menſes omnes, præter Februarium, eandem Epactā habent in principio ac fine.

Qui mēſes habeant duas Epactas 24. 25. ſimul eidē diei aſcriptas.

DEINDE ſciendum quoque eſt, in ſex menſibus, quorum vnus eſt Auguſtus, vt diximus, duas has Epactas xxiiij. xxv. ſimul eidem diei aſcribi: quales ſunt menſes locorum parium vſque ad Auguſtum incluſiue, hoc eſt, ſecundus, quartus, ſextus, & octauus, eiuſmodi ſunt Februarius, Aprilis, Iunius, Auguſtus: & poſt Auguſtum duo menſes locorum imparium, vt nonus atque vndecimus, hoc eſt, September, & Nouember. In quibus quidem menſibus ſcribitur quoque Epacta 25. diuerſo colore, vel charactere notata, prope Epactam xxvj. quæ duas illas xxiiij. xxv. antecedit. In ſolo Auguſto Epacta 25. diuerſæ figuræ non ſcribitur prope Epactam xxvj. ſed vltimo die Iulij, vbi poſita eſt Epacta xxvj. duas Epactas xxv. xxiiii. Calendis Auguſti adſcriptas antecedens. In ſeptem vero menſibus, videlicet, Ianuario, Martiq, Maio, Iulio, Auguſto, Octobri, ac Decembri, eadem Epacta 25. diuerſi coloris, aut Characteris prope Epactam xxv. ſcribenda eſt: ita vt Epacta 25. diuerſæ figuræ menſe Iulio bis ſcribatur, ſemel die ſecundo prope Epactam xxv. deinde iterum prope Epactam xxvj. poſtremo diei adſcriptam.

Quo pacto facile per digitos manus ſiniſtræ ſciatur, qui menſes habeāt dies 30 & qui 31. vel 28. ac proinde qui eidē diei aſcriptas habeant Epactas 24. 25.

HI porro ſex menſes, qui duas Epactas xxv. xxiiij. eidem diei aſcriptas habent, ſunt ij omnes, qui continent tantum dies 30. aut 28. vno Auguſto excepto, qui dies 31. habet. Itaque ſi Indicem, & Annularem digitum manus ſiniſtræ deprimas, cæteros autem tres digitos, Pollicem, Medium, & Auricularem erigas, & per quinque hos digitos omnes menſes enumeres, initio facto à Martio, & Pollice, cadent quinque menſes dierum 30. vel 28. in duos illos digitos depreſſos, Indicem, & Annularem, in quibus iiſdem duæ illæ Epactæ xxiiij. xxv. eidem diei aſcribuntur, & 25. alterius coloris, aut characteris prope Epactam xxvj. quibus ſi addas Auguſtum, habebis omnes 6. menſes, quos diximus. Qui iidem ſex menſes hoc etiam verſiculo comprehenduntur.

Bella decent fortes: humiles ieiunia laudent.

NAM initiales literæ ſex vocum huius verſiculi indicant eos menſes duas Epactas xxiiii. xxv. eodem die ſcriptas continere, qui ea loca in menſibus occupant, quæ ab initialibus illis literis in alphabeto occupantur, quales ſunt menſes 2. 4. 6. 8. 9. 11. Ita enim vides literas initiales B, D, F, H, I, L, eadem loca occupare in alphabeto, nimirum B, ſecundum; D, quartum; F, ſextum; H, octauum; I, nonum; & L, vndecimum.

HIS

Digitized by Google

HIS præmiſſis ita Nouilunia indagabis. Numera in tranſuerſum per triginta articulos ſiniſtræ manus (ſumendo duos in pollice,& alios in quatuor reliquis digitis, quorum 12. ſunt interiores, 4. in extremitatibus, & 12. exteriores) ab Epacta currente incluſiue, (cuius videlicet Nouilunium inquiris) vſque ad Epactam item incluſiue Calendis propoſiti menſis appoſitam, tribuendo tamen menſi Februario, Aprili, Iunio, Auguſto, Septembri, ac Nouembri, eidem articulo duas haſce Epactas xxiiij. xxv. & inſequenti articulo duas has, 25. diuerſo colore, aut charactere notatam, & xxvj. Numerus enim articulorum, quos percurreris, dabit diem Nouilunij, hoc eſt, diem, cui aſcripta eſt in Calendario Epacta currens. Perfacilis autem erit hæc numeratio, etiamſi Epacta currens maior ſit, quam ea, quæ in principio menſis ponitur. Nam quando peruentum erit ad *. adiicienda erit Epacta primi diei menſis ad articulos, quos percurreris vſque ad *. vt habeatur dies Nouilunij. In menſibus tamen, in quibus duæ Epactæ xxiiij. xxv. eidem diei aſcriptæ, exiſtunt inter *. & Epactam primi diei, adiicienda erit Epacta primi diei, dempta prius vnitate.

Nouilunia quo modo per Epactas memoriter reperiatur, prout in Calendario non annotatur.

BREVIVS eundem diem Nouilunij reperies, ſi Epactam currentem ab Epacta primi diei menſis auferas: vel ſi illa maior eſt, quam hæc, à xxx. & reliquo numero Epactam primi diei adiicias. Numerus enim reliquus, vel coaceruatus, addita prius vnitate, dabit diem Nouilunij. In menſibus tamen, in quibus Epacta xxv. Epactæ xxiiij. aſcripta exiſtit inter Epactam currentem, & Epactam primi diei, nihil addendum eſt numero illi reliquo, vel conflato.

EVNDEM diem etiam habebis, ſi ab Epacta incluſiue, quæ in principio menſis poſita eſt, numeres in articulis retrogrado ordine vſque ad Epactam currentem incluſiue, tribuendo duas Epactas xxv. xxiiij. Item duas has, 25. diuerſi characteris, aut coloris, & xxvi. eidem diei, vbi in Calendario eundem diem occupant. Sed priores rationes magis expeditæ ſunt.

POTES etiam, ſi placet, præſertim quando Epacta currens maior eſt ea, quæ Calendis propoſiti menſis apponitur, vel minor multo, numerare per articulos ab Epacta vltimi diei menſis (quæ eadem eſt, vt diximus, quæ primi diei, Februario excepto) vſque ad Epactam currentem, tribuendo duas Epactas xxiiij. xxv. Item 25. & xxvj. eidem articulo, quando eidem diei aſcriptæ ſunt. Numerus enim articulorum, quos percurreris, dempta prius vnitate, ex numero dierum menſis propoſiti detractus, relinquet diem Nouilunij, hoc eſt, diem cui Epacta currens aſcripta eſt.

PORRO quando Epacta xix. & aureus numerus 19. concurrunt, fit menſe Decembri primum inſequentis anni Nouilunium die vltimo, vt ſupra dictum eſt: quod alioquin in primum diem Ianuarij caderet.

SED exemplis rem totam illuſtremus. Currente Epacta x. ſi menſe Nouembri, qui in principio habet Epactam xxj. Nouilunium deſideres, numera ab Epacta x. incluſiue, per xj. xij. &c. progrediendo, vſque ad xxj. incluſiue, percurreſque 12. articulos. Die ergo 12. notatum eſt Nouilunium per Epactam x. menſe Nouembri. Vel aufer 10. à xxj. remanentque 11. additaque vnitate, fiunt 12. pro die Nouilunij, vt ante. Vel ab Epacta xxj. incluſiue Calendis aſcripta retrogredere per xx. xix. &c. vſque ad x. in articulis, percurreſque 12. articulos, vt prius. Vel denique numera in articulis ab Epacta xxj. incluſiue poſtremo diei appoſita, naturali ordine vſque ad x. procedendo per xxij. xxiij. &c. tribuendoque Epactas xxiiij. xxv. vni eidemque diei. Percurres enim 19. articulos, quos ſi, dempta prius vnitate, detrahas ex 30. diebus menſis Nouembris, reliquus fiet dies 12. Nouembris, quo Nouilunium continget, vt antea.

ITEM menſe Iunio, qui ad Calendas habet Epactam xxvij. numera ab Epacta x. vſque ad xxvij. tribuendo vni, eidemque articulo Epactas xxiiij. xxv. percurreſque 17. articulos. Die ergo 17. in Iunio notatum eſt Nouilunium. Vel detrahe Epactam x. ex xxvij. relinquenturque dies 17. pro die Nouilunij, vt ante: quia hic nihil additur, propterea quod Epacta xxv. Epactæ xiiij. aſcripta interponitur in Iunio inter propoſitam Epactam x. & Epactam xxvij. Calendis appoſitam. Vel ab Epacta xxvij. primo diei præfixa, numera ordine retrogrado in articulis, per xxvj. xxv. xxiiij. &c. vſque ad Epactam x. tribuendo vni, eidemque articulo Epactas xxv. xxiiij. Percurres enim 17. articulos, vt prius. Vel deniq; ab Epacta xxvij. ad extremum Iunij diem poſita numera in articulis ordine naturali vſque ad x. progrediendo per xxviij. xxix. *. i. ij. Percurres enim 14. articulos, quos, dempta prius vnitate, ſi auferas ex 30. diebus menſis Iunij, reliquus erit dies 17. Iunij, quo Nouilunium fiet, vt ante.

RVRSVS currente Epacta xxix. in Iunio percurruntur (tribuẽdo Epactas xxiiij. xxv. vni, eidemq; articulo) 28. articuli ab Epacta xxix. per *. i. ij. &c. vſque ad xxvij. quæ Epacta Calendis adſcripta eſt. Vel ſi auferatur Epacta xxix. à xxx. & reliquæ vnitati addatur Epacta xxvij. primi diei, conficiũtur 28. pro die Nouilunij. Hic enim non additur vnitas, propter Epactã xxv. Epactæ xxiiij. aſcriptã, quæ poſita eſt inter Epactam xxix. currentem, & Epactam xxvii. primi diei. Sic etiam ſi numeratio fiat ab Epacta xxvii. primi diei ordine retrogrado, per xxvj. xxv. xxiiij. &c. vſque ad Epactam xxix. propoſitam (tribuendo Epactas xxv. xxiiij. vni, & eidem articulo) percurremus 28. articulos, vt antea. Denique ſi numeres ab Epacta xxvii. vltimi diei, per xxviij. xxix. &c. vſque ad xxix. Epactam currentem, percurrentur 3. articuli, qui, dempta prius vnitate, ablati ex diebus 30. menſis Iunij, relinquunt 28. pro die Nouilunij.

COGNITO die Nouilunij, facile ætatem Lunæ quolibet die deprehendemus, ſi à die proximi elapſi Nouilunij incluſiue numeremus inſequentes dies vſque ad diem propoſitum incluſiue elapſos. Vt currente Epacta x. ſi deſideretur ætas Lunæ die 3. Iulij, quoniam Nouilunium antecedens factum eſt die 17. Iunii, numerabimus à die 17. Iunii incluſiue vſque ad diem 3. Iulii incluſiue, percurremuſque 17. articulos. Erit igitur die 3. Iulii, qui propoſitus eſt, Luna xvij. & ſic de cæteris.

Ætas Lunæ quo pacto deprehendatur.

VERVM hac, quam expoſuimus ratione inueſtigantur dies Nouiluniorum, atque ætatis Lunæ ex vſu Eccleſiæ, quæ hac in re de veris motibus non admodum laborat, hoc eſt, prout Epactæ per Calendarii dies digeſtæ eam exhibent, quamquam vt plurimum res aliter ſe habeat in cœlo. Cuius rei cauſam in explicatione Calendarii cap. 11. Num. 5. & cap. 18. Num. 4. attulimus.

IMMO ſi ætatem Lunæ vltimo die menſis præcedentis inquires, inuenies quolibet die ætatem Lunæ, ſi ad diem propoſitum adiicias ætatem vltimi diei præcedentis menſis. Quod ſi numerus conflatus ſuperet integram Lunationem, demenda ea eſt, ſiue ſit 29. dierum, ſiue 30. Vt quoniam currente Epacta i. ætas Lunæ

Digitized by Google

poſtremo die Nouembris eſt 10. ſi ad diem 22. Decembris adiicias 10. & ex conflato numero 32. auferas 29. Nam ea Lunatio dies 29. complectitur) reliqua fiet die 22. Decembris Luna iij. Similiter ſi diei 11. Decembris addas 10. inuenies die 11. Lunam xxj. & ſic de cæteris.

Quæ Lunationes in Calendario ſint 30 dierum, & quæ 29.

VT autem cognoſcas, quænam Lunationes Epactarum contineant 30. dies, & quænam 29. diligenter memoriæ inſigenda ſunt ſex illa loca, vbi duæ Epactæ xxiiij. xxv. eidem diei adſcriptæ ſunt. Lunationes enim incipientes à 30. Epactis, quæ Epactam xxiiij. eidem diei cum Epacta xxv. adſcriptam proxime antecedunt, vt à xxiiij. xxiij. xxij. & à cæteris præcedentis menſis vſque ad illam xxiiij. quæ eidem diei cum xxv. aſcribitur, continent 29. dies, in quocunque menſe id contingat. Excipiuntur Lunationes Epactæ 25. diuerſi coloris eidem diei cum Epacta xxvj. aſcriptæ. Hæ etenim dies 30. continent, quemadmodum & aliæ omnes Lunationes dies 30. complectuntur, exceptis Lunationibus eiuſdem Epactæ 25. diuerſi coloris characteriſue, quando ea è regione Epactæ xxv. reperitur. Hæ enim Lunationes dies tantum 29. continent.

DENIQVE quotieſcunque inter Epactam propoſitam, cuius quantitas Lunationis inquiritur, & eius ſimilem in menſe ſequente interponitur Epacta xxv. eidem diei cum xxiiij. aſcripta, continebit propoſitæ Epactæ Lunatio dies 29. quod tunc ſimilis illa Epacta ſequentis menſis per vnum diem ſurſum promota ſit extra proprium locum: Si vero non interiiciatur Epacta xxv. eidem diei xxiiij. aſcripta, complectetur Epactæ propoſitæ Lunatio dies 30. Epacta vero xxv. eundem diem cum xxiiij. occupans habebit Lunationem ſemper dierum 29. quod in ſequentis menſis Epacta xxv. per vnum diem aſcenderit in Calendario. Idem dicendum de Epacta 25. diuerſi characteris è regione Epactæ xxv. poſita. Nam ſequens quoque Epacta 25. diuerſi characteris per vnum diem eſt promota ſurſum è regione Epactæ xxvj. Verum Lunatio huius Epactæ 25. ita promotæ, vt Epactæ xxv. non eundem diem cum xxiiij. occupantis, ſemper continet dies 30.

Quid agendum, vt Epactæ vltra annũ 8699 reperiãtur.

QVONIAM vero ſupra propoſuimus duodecim carmina ad inueniendas Epactas vſque ad annum 8699. incluſiue, ſi quis vltra prædictum annum velit progredi, inſpicienda erit tabula æquationis Epactarum cap. 12. in explicatione Calendarij poſita, & ex eius literis carmina alia condenda, quorum videlicet dictiones ab ijs literis incipiant, quemadmodum ſuperiorum duodecim carminum voces à literis tabulæ æquationis capitis 11. initium capiunt. Hanc enim ob cauſam duas haſce voces [krimen kuſpide] per k, ſcripſimus, quamquam id contra rectam orthographiam factum ſit.

Quo pacto ex qualibet Epacta inſequentis anni Epacta formetur.

CÆTERVM inuenta Epacta cuiuſlibet anni, formabitur facili negotio ſequentis anni Epacta, ſi ad illam adiiciantur 11. & ex ſumma, ſi maior, quam 30. fuerit, abiiciantur 30. vel ſi fuerit 30. pro Epacta ſumatur ſignum *. Solum ad Epactam illius anni, in quo aureus numerus eſt 19. addenda ſunt 12. non autem 11. vt ſequentis anni, in quo aureus numerus eſt 1. Epacta componatur. Huius rei cauſa à nobis reddita eſt in explicatione Calendarij Cap. 12. Num. 12. & 13. Obſeruandum tamen eſt, quando Epacta ita compoſita fuerit xxv. aureuſque numerus illius anni, in quo Epacta illa eſt in vſu, extiterit maior, quam 11. aſſumatur Epacta 25. quæ diuerſo ab aliis colore, aut charactere eſt inſignita. id quod ad initium huius capitis quoque diximus.

Epactæ veræ ante anni correctionem, quo pacto reperiantur.

IAM vero ſi quis velit veras Epactas memoriter inuenire à 1. anno Domini vſque ad annum 1582. correctionis, obſeruanda erunt hæc quæ ſequuntur. Primum quoniam ante correctionem annus Solaris non æquabatur, vt æquinoctium in ſua ſede retineretur, æquanda fuit Luna quouis anno trecenteſimo, nimirum poſt annum 1. Chriſti, anno 300. licet in tabula æquationis ſcripſerimus annum 320 tanquam viciniorem Concilio Nicæno. Deinde anno 500. tempore ſcilicet Iuſtiniani Imperatoris, aut circiter, non æquatur Luna, vt in explicatione Calendarij cap. 11. Num. 7. docui. Poſt hæc annis 800. 1100. 1400. fit æquatio, vt in tabula æquationis apparet. literæ autem dictis annis aſcriptæ in tabula æquationis hoc carmine memoriter teneri poſſunt.

Nerua Potens Princeps animoſe bella ciebat.

Primæ enim literæ harum dictionum (quarum priores tres maiuſculæ, & tres poſteriores minuſculæ) ſunt illæ, quæ in tabula æquationis prædictis annis ſunt affixæ, ita vt prima dictio correſpondeat anno 1. Chriſti, ſecunda anno 320. tertia anno 500. quarta anno 800. quinta anno 1100. & ſexta anno 1400.

Quo pacto formentur numeri in articulis pollicis, qui aureis numeris addendi ſunt, vt conficiatur Epacta.

ITAQVE quotum locum quælibet litera in alphabeto occupat (initio facto ab a, minuſcula, & omiſſa litera o, minuſcula cum maiuſculis I, K, L, O: ita tamen vt literæ minuſculæ vltra u, non progrediantur.) tot vnitates habet Epacta in tabula expanſa cum aureo numero 3. concurrens. Si igitur ab ea demantur 3. (additis prius 30. ſi detractio fieri nequit) relinquetur numerus, qui in radice Pollicis aureo numero addendus eſt, vt formetur Epacta: in medio Pollice collocandus erit numerus decem vnitatibus minor: & in ſummitate numerus iterum decem vnitatibus minor, quam in medio, additis prius ſemper 30. quando decem vnitates nequeunt ſubtrahi. Exempli gratia. Litera N, maiuſcula occupat locum 29. Igitur quando litera N, maiuſcula eſt in vſu, concurret Epacta 29. cum aureo numero 3. ac proinde addi debent 26. ad aureum numerum 3. vt Epacta 29. formetur: In medio Pollice addenda erunt 16. & in ſummitate 6. Rurſus quoniam b, minuſcula eſt ſecunda litera in alphabeto, concurret Epacta 2. cum aureo numero 3. Si igitur ab Epacta 32. tollantur 3. remanent 29. qui numerus in radice pollicis aureo numero addendus eſt, vt Epacta illi aureo numero reſpondens conflетur: In medio Pollicis addendus erit numerus 19. & in ſummitate 9. quemadmodum hoc ſeculo ante correctionem in ſummitate addebantur 10. in medio 20. atque in radice 30. vel 0. Hac arte, cognito quæ litera tabulæ expanſæ eſt in vſu, facile formabuntur numeri, qui in articulis Pollicis addi debent aureis numeris, vt Epactæ fiant. Vt quoniam ab anno 1582. vſque ad annum 1700. D, maiuſcula eſt in vſu, quæ locum 23. obtinet, concurret Epacta 23. cum aureo numero 3. Igitur in radice Pollicis, vbi locatur aureus numerus 3. addenda ſunt 20. ad aureum numerum 3. vt fiat Epacta 23. ideoque in medio Pollice addenda ſunt 10. & in ſummitate 0.

FACILIVS fortaſſe, inuento numero, qui in radice Pollicis aureo numero addendus eſt, vt Epacta conficiatur, inuenies alios numeros in ſummitate Pollicis, & in medio articulo addendos, per additionem, hoc modo. Adde 10. ad numerum, qui in radice Pollicis addendus eſt. Ita namque habebis numerum in extremo Pollice addendum. Et ſi ad hunc iterum adiicias 10. conflabitur numerus in medio Pollice addendus. Abiicienda tamen ſemper erunt 30. ex ſumma, ſi ea maior fuerit, quam 30.

POSTRE-

Digitized by Google

POSTREMO vt litera Martyrologij memoriter quolibet anno reperiatur, inuenienda prius eſt E- *Inuentio literæ Martyrologij*
pacta illius anni. Quot enim vnitates ea Epacta continet, tot literæ numerandæ erunt ab a, minuſcula, pro-
grediendo per b,c,d,&c. ita tamen vt omittatur o,minuſcula,cum I,K,L,O,maiuſculis,& literæ minuſculæ vl-
tra u,non progrediantur,vt paulo ante dictum eſt. Nam vltima litera erit ea, quæ in Martyrologio eo anno æ-
tatem Lunæ indicabit. Itaque quando Epacta eſt 1.litera Martyrologij erit a,minuſcula: quando Epacta eſt 20.
litera Martyrologij erit *A*,maiuſcula: quando Epacta eſt 19.litera Martyrologij erit u,minuſcula: quando vero
Epacta eſt 30.litera Martyrologij erit P, maiuſcula, & ſic de cæteris.

QVINQVE porro illæ literæ o, minuſcula, & I, K, L, O, maiuſculæ,quæ omittuntur,hoc verſiculo
memoriæ inhærebunt.

Ornabit Iuſtos Κυει& Laudabilis Omnes.

Nam primæ literæ harum dictionum ſunt illæ, quæ omitti debent, ſumendo primam literam o, pro
minuſcula, & alias initiales pro maiuſculis.

AD pleniorem Epactarum cognitionem, explicanda videntur hæc, quæ ſequuntur. Primum quem-
admodum regulam tradidimus ad cognoſcendum, cui diei menſis propoſiti Epacta currens ſit præfixa, vt dies
Nouilunij inueniatur: ita viciſſim tradenda erit regula,ad cognoſcendum, quæ Epacta cuius diei menſis pro- *Quæ Epacta propoſito diei menſis cuiuſuis ſit præfixa.*
poſiti præfixa ſit,quæ talis eſt. Dies datus detrahatur ex Epacta Calendis menſis aſcripta, additis prius 30. ſi de-
tractio fieri nequeat: Relicto numero addatur 1. ſi inter diem datum, & primam Epactam menſis non exi-
ſtit Epacta xxv.aſſociata Epactæ xxiiij. Conflatus enim numerus erit Epacta diei propoſito aſcripta.Vt ſi pro-
ponatur dies xxiij. *A*uguſti detractis 23. & 25.ſuperſunt ij. pro Epacta diei 23. Auguſti præfixa. Hic enim non
additur 1. quia prima Epacta menſis eſt xxv. Epactæ xxiiij. aſſociata. Rurſus proponatur dies 23 Decembris.
Quoniam igitur 23. ex xx. prima Epacta Decembris auferri nequit, auferemus 23. ex 30.& reſiduo 7. primam
Epactam xx.addemus, vna cum 1. propterea quod inter diem 23.& primam illam Epactam non continetur
Epacta xxv.Epactæ xxiiij. aſcripta,efficiemusque Epactam xxviij.diei 23.Decembris appoſitam. & ſic de cæte-
ris. Itaque prius perſpectum eſſe debet,quibuſnam diebus duæ Epactæ xxv.xxiiij. ſimul præfixæ ſint: qui qui-
dem ſunt 5 Febr.& *A*pr. Item 3.Iunij: 1.Auguſti: 29.Sept.& 27.Nouemb.

COGNITA Epacta, quæ dato diei præfigitur,cognoſcemus eius ope ætatem Lunæ eadem illa die, ſi *Ætas Lunæ quo modo aliter inueniatur.*
Lactam ex Epacta currente detrahemus, adiectis prius 30. ſi ſubtractio fieri nequit, & reliquo numero addemus
inſuper 1. ſi Epacta xxv. eundem diem occupans cum xxiiij. non exiſtit inter Epactam propoſiti diei, & Epa-
ctam currentem,quæ propoſitum diem antecedit,non autem,quæ ſequitur. Vt currente Epacta vij. ſi deſide-
retur ætas Lunæ die 27.*A*uguſti,cui præfixa eſt Epacta xxviij. Quoniam 28. ex 7.auferri nõ poſſunt,auferemus
ea ex 30.& reſiduo 2. adiiciemus Epactam vij. & inſuper 1. quod inter 28.& 7. non reperiatur Epacta xxv. vna
cum xxiiij. conflabiturque ætas Lunæ dierum 10. & ſic de cæteris.

DEINDE commodiſſimam aliam regulam trademus ad inueniendam Epactam, ſi prius cognoueri- *Alia inuentio Epactæ.*
mus, quæ litera tabulæ expanſæ propoſito centeſimo reſpondeat. Hanc dabunt 70. dictiones ſuperiorum 12.
carminum. ſingulæ namq; dictiones ſingulis centeſimis reſpondent,initio facto à 1700.ita vt dictio[regitque]
tribuenda ſit anno 3300. & ſic de reliquis. Priores aut literæ initiales illarum vſque ad a, maiuſculæ ſunt; ſe-
quentes deinde ab u,vſque ad a,minuſculæ; aliæ denique iterum maiuſculæ ſunt. Litera porro quælibet exhi-
bet Epactam reſpondentem aureo numero 3.tot vnitatum, quotum ipſa locum occupat in alphabeto. Vt lite-
ra u,ſignificat Epactam xix. Litera D,xxiij.&c. Si igitur ad Epactam literæ,quæ in ſeculo propoſito currit, ad-
damus continue 3.inuentæ erunt Epactæ aureis numeris debitæ, quos ternarius metitur. Quod ſi à qualibet
Epacta ita inuenta,detrahentur 11.adiectis prius 30. ſi fieri nequit detractio, reliqua erit Epacta præcedenti au-
reo numero congruens. Si vero addantur 11. conficietur Epacta ſequenti aureo numero reſpondens. Adii-
cienda autem ſemper ſunt 30. quando ſumma maior eſt.

EXEMPLVM. Anno 3300.reſpondet litera r, minuſcula propter dictionem [regitque] locum 16.
occupans in alphabeto. Igitur Epacta xvj. curret tunc cum aureo numero 3. & xix. cum 6.& xxij. cum 9. &c.
Quare cum aureo numero 8.curret Epacta xj.& cum aureo numero 10.Epacta xxxiij. hoc eſt,iij. Item cum au- *Regula generalis.*
reo numero 7. curret Epacta xxx. vel *. &c. Itaque quando aureus numerus datus numeratur à ternario,
conflabitur eius Epacta per continuam additionem 3. ad Epactam cum aureo numero 3. currentem, vt dixi-
mus. Quando vero aureus numerus à ternario non numeratur, inuenienda eſt primum Epacta aurei numeri
proxime maioris,vel proxime minoris,quem ternarius metitur, & ab ea auferenda 11.vel addenda, vt propoſi-
ti aurei numeri Epacta eruatur. Vt ſi Epacta eodem ſeculo quæratur aurei numeri 19. inueniemus Epactam
aurei numeri 18. quæ eſt j. *A*dditis ergo 11. fit Epacta xij. aurei 19. Sic ſi cupiat quis Epactam aurei numeri
17.inuenta rurſus Epacta j.aurei numeri 18.detrahenda erunt 11.additis prius 30. Reliqua enim Epacta xx.au-
reo numero 17.reſpondebit. *A*t vt Epacta aurei numeri 1.habeatur, auferenda ſunt bis 11. ex Epacta aurei nu-
meri 3.quo pacto reperies Epactam xxiiij. Et pro Epacta aurei numeri 2. demenda ſunt 11.ex Epacta aurei nu-
meri 3. vt reliqua fiat Epacta v. aureo numero 2. congruens.

CAPVT III.

De Cyclo Solari, ſiue literarum Dominicalium 28. annorum.

CYCLVS Solaris,ſiue literarum Dominicalium, eſt reuolutio 28. annorum, propterea *Cyclus Solaris quid.*
quod literæ Dominicales poſt 28.annos eodem ordine redeunt. Procreatur hic Cyclus
28. annorum ex multiplicatione 7. per 4. cum ſeptem ſint literæ Dominicales, propter
7. dies hebdomadæ, & quarto quoque anno vnus dies intercaletur, ac proinde ordo ille
7. literarum tunc interrumpatur. Cyclum igitur Solarem cuiuſuis anni hac ratione inue-
ſtigabimus.

Digitized by Google

Collocatio annorum centeſimorum in articulis digitorum, ad cyclum Solarem inueniendum.

IN Pollicis ſiniſtri tribus articulis, & quatuor radicibus 4. digitorum interioribus collocandi ſunt anni centeſimi ab ortu Chriſti Domini, hoc modo. In extremo Pollice ponitur annus 0. in medio articulo interiore, annus 100. in radice 200. In radice Indicis 300. in radice digiti Medij, 400. In radice digiti Annularis 500. In radice digiti Auricularis, 600. Deinde redeundum eſt ad extremitatem Pollicis, ibique ſtatuendus annus 700. In medio autem articulo annus 800. & ita deinceps, reuertendo ſemper poſt radicem digiti Auricularis ad extremitatem Pollicis.

NE autem cogamur toties prædictos 7. articulos percurrere, reperiemus ſedem cuiuſuis centeſimi anni, quamuis magni, hoc modo. Ex numero centenariorum reiice omnia 7. vt in probatione ſeptenaria apud Arithmeticos fieri ſolet, & ad reſiduum adiice 1. Numerus enim conflatus dabit articulum propoſiti centeſimi. Vt ſi detur annus 45600. abiectis 7. ex centenariorum numero 456. remanet 1. Addita 1. fiunt 2. ergo annus 45600. in 2. articulo, hoc eſt, in medio Pollice collocabitur. Sic etiam ſi detur annus 1300. Abiectis 7. ex centenariorum numero 13 remanent 6. Addita 1. fiunt 7. ergo annus 1300. collocabitur in articulo 7. hoc eſt, in radice digiti Auricularis. & ſic de cæteris.

Collocatio cycli Solaris in digitorum articulis.

DEINDE quoniam proximo anno ante Chriſtum natum fuit numerus Cycli Solaris 9. collocandus eſt hic numerus 9. in Pollicis extremitate, vbi poſitus fuit annus Domini 0. hoc eſt, annus Chriſti ortum proxime antecedens. Et quoniam Cyclus Solaris 28. annorum ter in 100. annis continetur, & ſuperſunt 16. ſi numero 9. in extremitate Pollicis collocato addantur 16. fient 25. pro numero Cycli Solaris in medio articulo Pollicis collocando, qui quidem debetur anno 100. poſt Chriſtum, & omnibus aliis centeſimis, qui in eum articulum ex ſuperiori diſpoſitione incidunt. Si rurſus ad 25. adiicientur 16. fient 41. Abiectis autem 28. (tantus enim eſt numerus annorum Cycli Solaris) remanent 13. pro cyclo ponendo in radice Pollicis. Eadem ratione ſi ad 13. addantur 16. fient 29. & abiectis 28. relinquetur 1. pro cyclo ponendo in radice Indicis. Et ſi iterum ad 1. adiiciantur 16. fient 17. pro cyclo in radice digiti Medij collocando. Ad quem ſi apponantur rurſus 16. fient 33. & reiectis 28. remanebunt 5. pro cyclo in radice digiti Annularis ponendo. Tandem ſi ad 5. iungantur 16. fient 21. pro cyclo in radice digiti Auricularis collocando. Neque altera collocatione opus eſt, quod iidem numeri iam collocati iterum redeant eodem ordine. Nam ſi ad 21. quem numerum in radice digiti Auricularis ſtatuimus, addantur 16. fient 37. & abiectis 28. relinquentur 9. pro cyclo in extremitate Pollicis iam dudum poſito, &c. Atque hi ſeptem numeri in ſeptem illis articulis poſiti reſpondent omnibus centeſimis, qui ex diſpoſitione ſuperiore in illos ſeptem articulos incidunt.

QVOD ſi nimis laborioſum videatur, diſponere in ſeptem illis articulis cyclum Solarem per additionem numeri 16. & abiectionem numeri 28. collocabimus eundem facilius per additionem quaternarij, in alternis articulis, hoc ordine. Ad 9. qui numerus in ſummo Pollice ponitur, addantur 4. fientque 13. pro cyclo, qui in radice eiuſdem digiti (medio articulo omiſſo) locandus eſt: qui quidem debetur anno 200. in eadem radice poſito. Nam in 200. annis continetur cyclus Solaris 28. annorum ſepties, & ſuperſunt 4. Et ſi ad 13. addantur 4. fient 17. pro cyclo in radice digiti Medij (omiſſo Indice) ponendo, vbi collocatus eſt annus 400. Si iterum ad 17. addantur 4. fient 21. pro cyclo in radice digiti Auricularis (prætermiſſo Annulari) ponendo, vbi locatus eſt annus 600. Et ſi denuo adiiciantur 4. ad 21. fient 25. in medio articulo Pollicis (præterito Annulari) vbi poſitus eſt annus 800. reponenda. Ad 25. ſi rurſus apponantur 4. fient 29. & abiectis 28. remanebit 1. pro cyclo radicis Indicis (relicto imo Pollicis articulo) vbi annus 1000. poſitus eſt. Et tandem ſi ad 1. addantur 4. fient 5. pro cyclo radicis digiti Annularis (Medio prætermiſſo) vbi annum 1200. collocauimus. Vides igitur per additionem 4. eoſdem numeros in eiſdem articulis, alterno tamen ordine, (relicto nimirum ſemper vno articulo in medio) collocari.

Inuentio cycli Solaris.

IAM ex his facile numerus cycli Solaris quouis anno elicietur. Nam ſi datus ſit annus aliquis centeſimus, inuenienda eſt eius ſedes inter 7. illos, quos diximus articulos, vna cum numero cycli Solaris ibi collocato. Is enim erit numerus cycli Solaris illius centeſimi anni. At ſi datus ſit annus quicumque poſt aliquem centeſimum, nueſtigandus eſt cyclus Solaris centeſimi proxime elapſi, vt iam docuimus. Deinde quia ſingulis annis cyclus Solaris ſingulis vnitatibus augetur, addendæ ſunt tot vnitates cyclo Solari illius centeſimi inuento, quotus annus datus eſt poſt illum centeſimum. Conflabitur enim hoc modo cyclus Solaris propoſiti anni. Verum ſi numerus conflatus maior fuerit, quam 28. reiicienda erunt 28. toties, quoties reiici poſſunt. Reliquus enim numerus erit cyclus Solaris quæſitus. Quod ſi remanſerint 28. aut 0. erit cyclus Solaris 28.

FACILE autem ex quolibet numero, quamuis magno, reiicientur 28. ſi abiiciantur 30. & pro ſingulis abiectionibus binæ vnitates repoſcantur, quæ nimirum vna cum 28. abiectæ ſunt.

RECTE quoque feceris, ſi prius eo modo, quo diximus, reiicias 28. ex numero annorum poſt centeſimum proxime antecedentem, ſi reiici poſſunt, & reliquum numerum ex cyclo Solari illius centeſimi adiicias, vt cyclum Solarem propoſiti anni conficias.

EXEMPLI cauſa. Anno 1598. quærendus ſit Cyclus Solaris. quoniam ſedes anni 1500. eſt in medio articulo Pollicis, vbi collocatur numerus Cycli Solaris, 25. erit eius centeſimi Cyclus Solaris, 25. Et quia ex annis 98. qui vltra 1500. dantur, reiici poſſunt 30. ter, addemus ter duas, hoc eſt, ſex vnitates, propter tres illas abiectiones, ad 8. annos reliquos, conflatumque numerum 14. ad inuentum numerum Cycli Solaris 25. anno 1500. debitum adiiciemus, atque ex collecto numero 39. iterum 30. reiiciemus, & pro hac abiectione duas vnitates reliquo numero 9. apponemus, vt conſtituamus 11. pro cyclo Solari anni 1598. Eademque in cæteris ratio ſeruanda eſt.

Inuentio cycli Solaris per præcepta Arithmetices.

PER Arithmetices quoque præcepta inuenietur cyclus Solaris cuiuſuis anni, hoc modo. Annis Domini addantur 9. collectusque numerus per 28. diuidatur. Reliquus enim ex diuiſione numerus (nulla habita ratione Quotientis, quippe qui reuolutiones cycli Solaris elapſas duntaxat monſtret) erit cyclus Solaris anni propoſiti. Et ſi nihil ex diuiſione ſuperſit, cyclus erit 28. Vt ſi quæratur cyclus Solaris anni 1598. Addantur 9. ad 1589. & collectus numerus 1598. diuidatur per 28. Diuiſione enim abſoluta, reliquus erit numerus 2. pro cyclo Solari anni 1589. Rurſus, ſi deſideretur cyclus Solaris anni 10967. additis 9. ad 10967. fit numerus 10976. quo diuiſo per 28. ſupereſt 0. cyclus ergo Solaris illius anni erit 28. & ſic de aliis.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IIII.

De litera Dominicali.

ETSI ad literam Dominicalem cuiuſuis anni inueniendam cyclo Solari non indigemus, cum eam ſine cyclo Solari multo facilius reperire poſſimus, vt paulo poſt docebimus: tamen vt ratio ab Eccleſia ad hoc vſque tempus obſeruata in Dominicali litera inuenienda aliquo modo retineatur, (eam enim rationem reddidimus etiam aliquanto commodiorem, vt patebit, ſi quis noſtram rationem cum ea, quam Computiſtæ ante anni reſtitutionem tradiderunt, contulerit) trademus primũ viam, qua litera Dominicalis cuiuſuis anni ex cyclo Solari inuento reperiatur. Ita ergo rem exequemur. In radicibus interioribus digitorum ſiniſtræ manus (omiſſo Pollice) collocandæ ſunt hæ quinque literæ, C, D, E, F, G, (ex quibus litera Dominicalis cuiuſuis anni per cyclum Solarem reperietur) hoc modo. In radice digiti Auricularis ponitur C, In radice Annularis D, in radice digiti Medii, E, & in radice Indicis duæ, F, G, propter annos biſſextiles, qui omnes cadunt in articulos Indicis, vt patebit. Hæ autem quinque literæ hoc verſiculo comprehenduntur.

Collocatio quinque literarum in ſiniſtra manu, ad literam Dominicalem ex cyclo Solari inueſtigandam.

Cordati Dauid Extinxit Funda Gigantem.

Si enim primam vocem, [*Cordati,*] tribuas digito Auriculari, & ſecundam, [*Dauid,*] Annulari, & tertiam, [*Extinxit,*] Medio, poſtremas denique duas, [*Funda Gigantem,*] Indici, dabunt primæ earum vocum literæ illas, quas in radicibus digitorum collocandas eſſe diximus.

INVENTVRVS deinde literam Dominicalem quouis anno propoſito, quære cyclum Solarem illius anni, eumque numera in 28. articulis eorum quatuor, quos diximus, digitorum ſiniſtræ manus, hoc ordine. Primus annus cycli tribuatur interiori radici Indicis, ſecundus radici digiti Medii, tertius radici Annularis, quartus radici Auricularis, quintus ſecundo articulo interiori Indicis; & ſic deinceps in tranſuerſum, ita tamen, vt quatuor extremitatibus, quatuor etiam annos cycli tribuas: qua ratione annus 28. cadet in radicem exteriorem digiti Auricularis. Annus porro quilibet, cuius cyclus Solaris in Indicem incidit, biſſextilis eſt, alii vero anni, quorum cycli Solares in alios tres digitos cadunt, omnes communes ſunt. Notandus autem erit diligenter articulus, in quem numerus cycli inuentus incidit. Ibi enim litera Dominicalis tum ante Calendarii correctionem, tum poſt, inuenietur. Ante quidem correctionem, hoc modo.

Collocatio cycli Solaris in 28. articulis ad literã Dominicalem inueniendam.

IN digito, in quem cyclus Solaris incidit, numera ſecundum ſeriem naturalem literarum Dominicalium (quæ ſunt hæ ſeptem, A, B, C, D, E, F, G,) initio facto ab ea litera, quæ ex prima regula huius Cap. in eiuſdem digiti radicem interiorem cadit, percurrendo articulos, ſeu nodos, vna cum internodijs, tribueque ſingulis tam internodiis, quam nodis, ſingulas, redeundo poſt, G, ad A, donec ad articulum propoſiti cycli Solaris perueniás. Litera namque in eum articulum incidens, erit Dominicalis eo anno. In Indice tamen prætereunda ſunt internodia, & ſingulis articulis binæ tribuendæ literæ; quod ibi anni biſſextiles collocentur, quibus binæ literæ reſpondent: quarum poſterior Dominicum diem indicabit à principio anni vſque ad feſtum S. Matthiæ, prior autem ab eodem feſto ad finem vſque anni. Atque hoc quidem modo litera Dominicalis cuiuſuis anni ante anni reſtitutionem reperitur.

Inuentio literæ Dominicalis ex cyclo ante anni correctionem.

POST correctionem vero Calendarii ita litera Dominicalis inuenietur. Primum inquirenda eſt litera Dominicalis, perinde ac ſi nondum correctum eſſet Calendarium eo quem proxime tradidimus, modo. Deinde numerandæ ſunt à litera inuenta excluſiue tot adhuc literæ ſecundum ordinem alphabeti, quot vnitates ſuperſunt, ſi ſeptenarius numerus dierum vnius hebdomadæ toties abiiciatur, quoties abiici poteſt, ex numero dierum, qui vſq; ad principium dati anni ablati fuerint; qui quidem dierum numerus ex inſequenti cap. 5. fine magno labore cognoſcetur: ita tamen, vt tum in annis quibuſuis biſſextilibus, tum in centeſimis non biſſextibus, hoc eſt, in quibus intercalaris dies omittitur, numeratio literarum ſemper fiat à poſteriori litera inuenta. Vltima enim litera huius numerationis erit Dominicalis poſt correctionem Calendarii, ſi annus eſt communis. ſi autem biſſextilis eſt, poſtrema illa litera, & proxime antecedens, erunt Dominicales: In centeſimis porro annis non biſſextilibus ſola vltima litera illius numerationis eſt Dominicalis, ita vt cum ea non ſit aſſumenda proxime antecedens litera, quemadmodum in biſſextilibus annis faciendum eſſe diximus.

Inuentio literæ Dominicalis ex Cyclo poſt anni correctionem.

EXEMPLIS rem illuſtremus. Sit inuenienda litera Dominicalis anni 1522. Cyclus Solaris eo anno fuit 19. qui cadit in quintum articulum digiti Annularis, qui exterior eſt, & vngui proximus: ac propterea annus ille communis eſt, cum eius cyclus in Indicem non incidat. Si ergo à litera D, quæ in radice Annularis digiti poſita eſt, per ſeriem naturalem literarum progrediaris, ponendo E, in proximo internodio, & F, in ſecundo articulo, &c. cadet litera E, in quintum illum articulum, atque idcirco litera E, Dominicalis fuit anno 1522.

ITEM quærenda ſit litera Dominicalis anni 1520. Cyclus Solaris eius anni fuit 17. qui cadit in quintum articulum Indicis, in exteriorem videlicet ſub vngue: ac proinde annus biſſextilis fuit, quod eius cyclus in Indicem cadat. Si igitur à literis F, G, quæ in radice indicis collocatæ ſunt numeres per ordinem alphabeti literas Dominicales, ponendo binas A, B, in ſecundo articulo, & binas C, D, in tertio, &c. cadent binæ G, A, in quintum illum articulum: quæ propterea Dominicales fuerunt anno 1520.

RVRSVS inquirenda ſit litera Dominicalis anni 1594. Cyclus Solaris eius anni eſt 7. qui in ſecundum articulum interiorem digiti Annularis incidit, atque idcirco annus ille communis eſt. Si igitur à litera D, quæ in radice eiuſdem digiti collocatur, numeres literas Dominicales per ſeriem alphabeti, ponendo E, in proximo internodio, cadet F, in ſecundum articulum, vbi poſitus eſt Cyclus Solaris 7. quæ litera Dominicalis eſſet, niſi Calendarii correctio decem dies abſtuliſſet. Quare ſi poſt F, percurras adhuc tres literas G, A, B, quod poſt abiectionem 7. ex 10. diebus ablatis ſuperſint 3. erit B, litera Dominicalis anno 1594.

ANNO quoq; 1604. litera Dominicalis reperietur hoc modo. Cyclus Solaris eſt 17. qui incidit in quintũ articulum Indicis, nimirũ in exteriorem vngui proximum, in quẽ cadunt binæ literæ G, A, quæ Dominicales

 eſſent

Digitized by Google

eſſent, niſi 10. dies eſſent exempti. Si numeres ergo à poſteriori litera A, adhuc tres literas B, C, D, & cum vltima D, aſſumas quoque antecedentem literam C, quod annus datus ſit biſſextilis, (cum eius Cyclus incidat in Indicem,) erunt literæ Dominicales C, D.

ITEM datus ſit annus 1813. Cyclus Solaris eſt 2. qui in radicem digiti medij cadit, vbi litera E, collocatur. Sed quia ablati tunc erunt dies 12. numerandæ ſunt poſt E, hæ 5. literæ F, G, A, B, C, quod abiectis 7. ex 12. remaneant 5. Ergo litera tunc Dominicalis erit C.

POSTREMO ita inquires Dominicalem literam anno 1800. non biſſextili. Cyclus Solaris eſt 17. quem in quintum articulum Indicis cadere diximus, vbi ponuntur binæ literæ G, A. Et quoniam vſque ad principium anni 1800. ablati erunt dies 11. (Nam in Feſto S. Matthiæ erit primum ablatus dies 12. quod tunc dies intercalaris omittatur) numerabimus poſt A, quatuor adhuc literas, B, C, D, E, quod poſt obiectionem 7. ex 11. remaneant 4. Erit ergo ſola litera E, tunc Dominicalis, cum annus 1800. ſit communis, hoc eſt, ſine intercalari die tranſigatur, ac propterea proxime antecedens litera D, aſſumenda non ſit, quemadmodum in annis biſſextilibus faciendum eſſe præcepimus.

VERVM longe facilius reperiemus literam Dominicalem tum ante, tum poſt correctionem Calendarij, nulla habita ratione Cycli Solaris, qui propoſito cuiuis anno reſpondet, idque in ſeptem ſolis articulis ſiniſtræ manus, quorum primus ſit in Pollice ſummo, ſecundus in medio, tertius in imo, quartus in radice Indicis, quintus in radice digiti Medij, ſextus in digiti Annularis radice, & ſeptimus in radice digiti Auricularis. Primum igitur ante correctionem Calendarij, centeſimi anni ita diſtribuendi ſunt in ſeptem illos articulos, de quibus iam dictum eſt. In extremo Pollice ponitur annus 0. In articulo medio eiuſdem annus 100. In eiuſdem radice annus 200. In radice Indicis 300 In radice Medij annus 400. In radice Annularis annus 500. In radice Auricularis annus 600. Deinde rurſus in Pollicis extremo annus 700. atque ita deinceps, vt Capite 3. de Cyclo Solari dictum eſt, donec ad annum 1500. perueneris, qui in medium articulum Pollicis incidit. Alij enim centeſimi anni inſequentes ſunt iam poſt anni correctionem, ac proinde aliam diſpoſitionem poſtulant, vt paulò poſt dicemus.

Collocatio annorum centeſimorum in 7. articulis ad inueniendam literam Dominicalem ſine Cyclo ante correctionem.

POSTEA numerandi ſunt in eiſdem 7. articulis omnes anni poſt quemlibet centeſimum, quos expanſos vocant, hoc ordine. In Pollicis extremo ponitur annus 1. In medio articulo annus 2. In radice annus 3. In radice tam Indicis, quã digiti Medij annus 4. 4. quod quartus annus ſit biſſextilis, ac proinde duas poſcat literas. In radice digiti Annularis annus 5. In radice Auricularis annus 6. Deinde redeundo ad Pollicem, in eius extremo collocatur annus 7. In medio eiuſdem, & radice annus 8. 8. quod octauus quoque annus ſit biſſextilis. In radice Indicis annus 9. In radice Medij annus 10. In radice Annularis annus 11. In radice Auricularis, & extremo Pollice annus 12. 12. quod annus duodecimus ſit quoque biſſextilis; atque ita deinceps omnes 100. anni expanſi in illis 7. articulis ordine collocabuntur; dummodo memineris, in binis articulis binos numeros annorum biſſextilium reponere; quales ſunt anni 4. 8. 12. 16. 20. 24 28. 32 36. 40. & reliqui omnes, quos quaternarius metitur, qui quidem binis articulis tribuendi ſunt, hoc modo, 4. 4: 8. 8: 12. 12: 16. 16: 20. 20. &c.

SED quoniam longum foret, ac difficile, numerare hac arte omnes annos expanſos vſque ad propoſitum annum poſt quemlibet centeſimum, præſertim ſi ab inſequenti centeſimo datus annus non longe abſit, vtemur eodem illo artificio, quo ſupra vſi ſumus Capite 3. quod eiuſmodi fuit. Reiectis 30. ex numero anni poſt centeſimũ dati, quoties fieri poteſt, & pro ſingulis abiectionibus binis vnitatibus reſumptis, addemus has vnitates reliquis annis, (qui nimirum poſt abiectionem 30. ſuperſunt,) numerumque collectum, qui nunquam maior eſt, quam 28. (ſi namque maior aliquando fuerit, reijcienda ſunt 28.) in 7. illis articulis ſiniſtræ manus ſupputabimus, initio facto à Pollicis extremo, & numeris biſſextilium annorum, puta 4. 8. 12. &c. binis articulis ſemper attributis, vt ſupra diximus. Vt ſi datus ſit, verbi gratia, poſt aliquem centeſimum annus 60. quoniam abijci poſſunt 30. bis, repoſcemus 4. vnitates, hoc eſt, bis duas, eaſque (quia nullus alius annus poſt 60. ſupereſt) numerabimus in articulis, tribuendo 4. 4. radicibus Indicis, & digiti Medij. Atque hæ duæ radices anno 60. poſt quemlibet centeſimum perpetuo tribuentur. Item ſi datus ſit annus 85. poſt centeſimum aliquem: reiectis 30. bis, & 4. vnitatibus, id eſt, bis duabus, receptis, propter duas illas abiectiones 30. adiiciemus eas ad reliquos annos 25. qui poſt abiectiones 30. ex 85. ſuperſunt, & à numero conflato 29. abijciemus 28. hoc eſt, numerum Cycli Dominicalium literarum, reliquamque vnitatem in extremo Pollice ſtatuemus, vbi perpetuo ſedes eſt anni 85. & omnium aliorum, in quibus poſt abiectionem 28. vnitas eſt reliqua.

RVRSVS quia moleſtum quoque eſt percurrere ſingulos annos vſque ad 28. in 7. illis articulis, facileque labi quis poteſt in ea numeratione, non tribuendo per incuriam binis articulis, binos numeros eoſdem annorum biſſextilium, vti licebit hoc compendio. Quaternos annos (nimirum 4. 8. 12. 16. 20. 24. 28.) binis articulis tribuemus continuato ordine, initio tamen facto à digito Medio, atque Indice, per radicem, & medium articulum Pollicis, deinde per extremum Pollicem, ac radicem Auricularis, itemq; per radices Annularis, ac Medij, atque ita deinceps verſus Pollicem progrediendo, ordine ſcilicet contrario ei numerationi, quam annis expanſis præſcripſimus; cum annorum expanſorum numeratio à Pollicis ſummo incipiens, per eius medium, atque imum, &c. verſus Auricularem progrediatur; quaterni autem anni contrario ordine per binos articulos diſtribuantur, principio ſumpto à radicibus digiti Medij, & Indicis, ac verſus Pollicem progrediendo.

NVMERATIO vero hæc quaternorum annorum facile ſic fiet. Poſita extremitate digiti Medij dextræ manus in radice digiti Medij manus ſiniſtræ, & extremitate Indicis manus dextræ in radice Indicis ſiniſtræ manus, ſtatuemus ibi 4. 4. Deinde poſita extremitate Medij dextræ manus in radice Pollicis ſiniſtri, & extremitate Indicis manus dextræ in medio Pollicis ſiniſtri, ibi locabimus 8. 8. Rurſus poſita Indicis dextri ſummitate in Pollice ſummo ſiniſtro, & Medij dextri extremitate in radice Auricularis ſiniſtri, ponemus in his duobus articulis 12. 12. Poſt hæc poſita extremitate Medij dextri in radice Annularis ſiniſtri, & Indicis dextri ſummitate in radice Medii ſiniſtri, conſtituemus in duabus hiſce radicibus 16. 16. Item poſita extremitate Medii dextri in radice Indicis ſiniſtri, & extremitate dextri Indicis in radice Pollicis ſiniſtri, collocabimus in his duabus

radicibus

Digitized by Google

radicibus 20.20. Præterea, poſita Medii dextri ſummitate in medio Pollicis ſiniſtri, & Indicis dextri extremitate in ſummo Pollice ſiniſtro, ponemus ibi 24.24. Denique poſita extremitate Medij manus dextræ in radice Auricularis ſiniſtræ manus, & extremitate dextri Indicis in radice Annularis ſiniſtræ manus, ſtatuemus in duabus hiſce radicibus 28.28. Atque in hunc modum collocati erunt omnes numeri annorum biſſextilium in proprijs ſedibus, in ijs nimirum articulis, in quos per ſuperiorem numeratione͂ incidebant. Quod ſi datus ſit annus quiſpiam ex expanſis non biſſextilis, inquiremus eius ſedem in eiſdem 7. articulis hoc modo. Inuenta ſede proxime antecedentis anni biſſextilis, eo quo diximus, artificio, tribuemus primum annum poſt illum biſſextum, ei articulo, qui ſedem eius biſſexti inuentam proxime in ordine inſequitur, quem in numeratione annorum expanſorum ſeruandum eſſe diximus, ordine ſcilicet contrario ei, quem in collocatione quaternorum annorum nuper tenuimus: Item ſecundum annum poſt eundem biſſextum alteri articulo proxime inſequenti, & tertium alteri adſcribemus. Velut ſi datus ſit annus 19. inueniemus primo loco ſedem anni 16. (qui biſſextilis eſt, proxime antecedens annum 19.) in radicibus Annularis, ac Medii. Annum deinde 17. proximum poſt biſſextilem 16. dabimus radici Auricularis, & annum 18. ſecundum poſt biſſextilem eundem 16. extremitate Pollicis, & annum 19. tertium ab eodem biſſexto 16. medio articulo Pollicis, Atque in medio Pollice dices ſedem eſſe anni 19. Item ſi datus ſit annus 14. reperiemus primum ſedem anni 12. (qui eſt biſſextilis proxime antecedens) in extremo Pollice, & radice Auricularis. Annum deinde 13. qui primus eſt poſt biſſextilem 12. tribuemus medio Pollicis, & annum 14. ſecundum ab eodem biſſexto 12. radici eiuſdem Pollicis, ibique ſedem eſſe dicemus anni 14. atque ita de cæteris.

SED percommode quoque ſic agemus in ſedibus annorum 28. expanſorum inueniendis. Quoties quaternarius in dato numero annorum expanſorum (reiecto prius, ſi fieri poteſt, Cyclo 28. annorum) continetur tot vnitates eidem annorum numero addantur. Si enim in 7. illis articulis numerum collectum numeremus à ſummo Pollice per eius medium, radicem, &c. nullo numero Binis articulis tributo, finietur numeratio in articulo, qui dati anni ſedes eſt: ita tamen, vt in anno biſſextili articulus inuentus ſit ex duobus ei debitis poſterior, ac propterea eidem tribuendus quoque ſit proxime antecedens articulus verſus Pollicis ſummitatem, & ab hac (ſi forte articulus ſit Pollicis ſummitas) verſus radicem Auricularis progrediendo. Vt ſi datus ſit, verbi gratia, annus 27. Quoniam in 27. continetur quaternarius ſexies addemus 6. ad eundem numerum 27. annorum, & conflatum numerum 33. ita breuiter numerabimus. Demptis 7. quoties fieri poteſt, computabimus in articulis reliquas 5. vnitates, à ſummo Pollicis incipientes; cadetque quinta vnitas in radicem Medii. Ibi ergo ſedes erit anni 27. Sic quoque ſi datus ſit annus 76. poſt quempiam centeſimum, reiectis 30. bis, addemus reliquo numero 16. bis duas vnitates, hoc eſt, 4. vt numerum 20. compleamus. Quoniam vero in 20. continentur 4. quinquies, addemus 5. ad 20. vt faciamus 25. atque hunc numerum compoſitum 25. numerabimus, vt prius, hoc eſt, reiectis 7. quoties fieri poteſt, reliquas 4. vnitates in articulis numerabimus, principio ab extremitate Pollicis ſumpto, cadetque vltima vnitas in radicem Indicis. Quare annus 20. cum biſſextilis ſit, ſedem habebit in radicibus Indicis, & Pollicis. Radici enim Indicis adiungendus etiam eſt articulus antecedens, nimirum radix Pollicis, propter biſſextilem annum, vt dictum eſt.

HIS poſitis, ita literam Dominicalem ante anni reſtitutionem inueſtigabimus. Inuenta in 7. illis articulis ſede centeſimi, qui annum propoſitum proxime antecedit, vt paulo ante docuimus, ſtatuemus in ea literam B. Notato quoque articulo, qui ſedes eſt propoſiti anni expanſi poſt datum centeſimum, progrediemur à litera B, quam in ſede propoſiti centeſimi ſtatuimus, naturali ordine literarum per C, D, E, F, G, A, verſus extremitatem Pollicis, & hinc ad radicem Auricularis procedemus, deinde ad radicem Annularis, &c. donec ad articulum, qui anni poſt eum centeſimum dati ſedes eſt, veniamus. Litera enim in eum articulum incidens, Dominicalis erit eo anno, ſimplex quidem, ſi annus eſt communis; ſi vero biſſextilis, duplex, duæ nimirum cadentes in duos articulos anno biſſextili tributos: quarum poſterior in alphabeto, id eſt, quæ poſterius occurrit in numeratione per articulos facta, in priori anni parte vſque ad feſtum S. Matthiæ aſſumenda eſt, prior autem in parte anni poſteriori. *Facillima inuentio literæ Dominicalis ante correctionem ſine Cyclo Solari.*

QVOD ſi anno quopiam centeſimo litera Dominicalis inquirenda ſit, numerandum erit à litera B, quam in illius centeſimi ſede collocauimus, eodem naturali ordine per C, D, E, F, G, A, verſus Pollicis extremitatem, vſque ad radices Auricularis, & Annularis. Literæ enim in has radices incidentes, Dominicales erunt eo centeſimo anno biſſextili. Cum enim poſt radices Annularis, atque Auricularis in numeratione annorum expanſorum tranſeatur ſtatim ad ſummum Pollicis, vbi primus annus eum centeſimum inſequens locatur; ita vt litera in eum locum incidens per numerationem literarum à B, (quæ in ſede eiuſdem centeſimi poſita eſt) per C, D, E, &c. ſit primo illo anno poſt eum centeſimum Dominicalis: conſequens eſt neceſſario, vt anno centeſimo proxime præterito literæ Dominicales fuerint duæ illæ, quæ in radices Auricularis, & Annularis eadem numeratione incidunt, quæ quidem duæ radices in numeratione literarum ſerie naturali proxime inſequuntur Pollicis extremum; at in numeratione annorum expanſorum, proxime antecedunt eandem Pollicis extremitatem. Id quod videmus quoque aliis annis accidere. Nam ſi, verbi gratia, litera Dominicalis alicuius anni incidit in radicem digiti Medii, neceſſe eſt, Dominicalem literam proxime antecedentis anni cadere in radicem Indicis, quæ quidem radix in numeratione literarum ſerie naturali proxime inſequitur radicem Medii, in numeratione vero annorum expanſorum eandem radicem Medii proxime antecedit. Quæ omnia ex iis, quæ diximus, perſpicua ſunt. *In quos articulos cadant literæ Dominicales centeſimorum annorum biſſextilium.*

EXEMPLI cauſa. Inuenienda ſit litera Dominicalis anno 400. poſt Chriſtum natum. Quoniam hic annus ſedem habet in radice digiti Medii, collocabimus ibi literam B, à qua ſi numeremus ordine naturali alias literas, poſita litera C, in radice Indicis, & litera D, in radice Pollicis, &c. cadent in radices Auricularis, & Annularis, vbi diximus literas Dominicales annorum centeſimorum inueniendas eſſe, literæ G, A, quarum poſterior A, Dominicalis fuit priore anni parte, & prior G. poſteriore.

ITEM quærenda ſit litera Dominicalis anni 1580. Sedes anni 1500. eſt in medio Pollice. Ibi ergo collocabimus literam B, & quoniam annus 80. hoc eſt, (reiectis Cyclis 28. annorum) annus 24. biſſextilis eſt, caditque in medium, & extremitatem Pollicis, numerabimus à litera B, in medio Pollice locata, vſque ad extremitatem

Pollicis,

Digitized by Google

Pollicis, quæ vna cum medio Pollicis ſedes eſt propoſiti anni; cadetque in hanc extremitatem litera C. Igitur cum in medio Pollicis conſtituta ſit litera B, fuerunt literæ B, C, Dominicales anno biſſextili 1580. quarum poſterior C, in principio anni vſum habuit, prior autem B, poſt feſtum S. Matthiæ.

POSTREMO inueſtiganda ſit litera Dominicalis anno 1347. Sedes anni 1300. eſt in radice Auricularis. Ibi ergo figenda erit litera B, à qua ſi numeremus vſque ad medium Pollicis, vbi ſtatuitur annus 47. hoc eſt, (reiecto cyclo 28. annorum) annus 19. reperiemus ibidem literam Dominicalem G, quæ Dominicum diem anno 1347. indicauit.

Collocatio annorum centeſimorum in 7. articulis, ad inueniendam literam Dominicalem ſine Cyclo poſt correctionem.

EODEM prorſus modo literam Dominicalem poſt correctionem Calendarij reperiemus: ſi modo centeſimos annos poſt emendatum annum cum litera B, quæ eos annos ſemper comitatur, aliter diſponamus in Pollice, & radicibus digitorum manus ſiniſtræ. Nam ſedes annorũ expanſorum eædem prorſus permanent. Collocatio autem annorum centeſimorum poſt reſtitutum Calendarium hæc eſt. In ſummo Pollice ſtatuuntur omnes anni centeſimi, qui à biſſextis centeſimis primi ſunt: In eiuſdem imo (prætermiſſo articulo medio) collocantur omnes anni centeſimi à biſſextis ſecundi: In radice digiti Medij, (omiſſa etiam radice Indicis) ponuntur omnes anni centeſimi tertij poſt biſſextos: Denique in radice proxima digiti Annularis ſedem habent omnes anni centeſimi biſſextiles. Vbi vides, ſedem centeſimorum annorum in ſummo Pollice, qui à biſſextis primi ſunt, inſequi ſedem centeſimorum biſſextilium, quæ eſt in radice Annularis, non proxime, ſed radice Auricularis vacua relicta; quemadmodum alij centeſimi non biſſextiles alios item centeſimos non biſſextiles non proxime ſequuntur, ſed ſemper vno articulo præterito. Sola ſedes centeſimorum biſſextilium ſedem centeſimorum, qui à biſſextis tertij ſunt, proxime inſequitur, nullo articulo inani relicto. Itaque cognito, num centeſimus propoſitus ſit biſſextilis, an primus, ſecundus, aut tertius poſt biſſextum, nõ opus erit ſæpius percurrere omnes articulos, vt in centeſimis ante correctionem Calendarij faciendum erat, ſed eius ſedes inter quatuor enumeratos articulos ſtatim in promptu erit. Quo pacto autem centeſimos annos biſſextiles à non biſſextilibus facile ſecernere poſſimus, capite inſequenti tradемus: Interim quia annus 1600. biſſextilis eſt, erit eius ſedes in radice Annularis; ac proinde annus 1500. (quod ad annos expanſos poſt anni correctionem attinet) cum proxime antecedens, erit inſtar centeſimi cuiuſpiam à biſſexto tertij, cum proxime inſequens annus centeſimus, nimirum 1600. ſit biſſextilis. Igitur annus 1500. (quod ſpectat ad annos expanſos poſt anni reſtitutionem) ſedem habet in radice digiti Medij. At annus 1700. primus poſt biſſextum in Pollicis ſummo locabitur: Et annus 1800. ſecundus à biſſexto, in Pollicis radice: Annus vero 1900. tertius poſt biſſextum in radice digiti Medij: Annus deinde 2000. biſſextilis ſedem iterum habebit in Annulari: Et annus 2100. in extremo Pollice. Atque ita deinceps alios centeſimos, qui inſequuntur, in iiſdem articulis collocabis, relicto ſemper vno articulo vacuo, exceptis radicibus digiti Medij, & Annularis, inter quas nullus articulus inanis relinquitur.

Inuẽtio literæ Dominicalis ſine Cyclo, poſt correctionem, longe etiam facillima.

ITAQVE ſi poſt correctionem anni, ſedes centeſimi anni propoſiti, vna cum litera B, inueniatur, atq; articulus notetur, in quem annus poſt eum centeſimum datus incidit: Ab ea autem litera B, verſus Pollicis extremitatem, & hinc verſus Auricularem, Annularemque inſequentes literæ recto ordine percurrantur, donec ad articulum anni poſt centeſimum propoſiti perueniatur, reperietur eo in articulo litera Dominicalis, non ſecus atque ante anni reſtitutionem. Quod ſi litera Dominicalis anni alicuius centeſimi quæratur, numerandum erit à litera B, in loco illius centeſimi collocata, per inſequentes literas vſque ad radices Auricularis, atque Annularis. Ibi enim inuenietur litera Dominicalis, vt ante correctionem: duplex quidem in vtraque radice, ſi centeſimus datus ſit biſſextilis; ſimplex vero in ſola radice Auricularis, ſi communis fuerit.

EXEMPLI cauſa. Sit quærenda litera Dominicalis anni 1590. Quoniam annus 1500. poſt correctionem ſedem habet in radice digiti Medij, quemadmodum & omnes alij centeſimi, qui tertij ſunt à centeſimis biſſextilibus (ſubſequens enim centeſimus 1600. biſſextilis eſt, ideoque ſedem habet in radice Annularis, quam proxime antecedit, vt diximus, ſedes centeſimorum, qui tertij ſunt à biſſextis:) locabimus literam B, in eadem radice digiti Medij. Deinde quia 30. continentur in annis 90, poſt centeſimum datis, ter, & nil ſupereſt, accipiemus ter duas vnitates, id eſt, 6. quas ſi numerabimus in ſeptem, quas diximus, articulis manus ſiniſtræ, initio ab extremitate Pollicis facto, ita tamen vt 4.4. radicibus Indicis, ac digiti Medij tribuamus, cadet ſexta vnitas in radicem Auricularis. Quod etiam ex compendio ſupra tradito conſtat. Si enim 4.4. in radicibus Medij, & Indicis ponamus, & 5. in radice Auricularis. Quamobrem ſi à litera B, in radice digiti Medij poſita, vbi ſedes eſt anni 1500. numeremus literas Dominicales ſecundum ſeriem alphabeti, verſus Pollicem progrediendo, reperiemus in radice Auricularis, hoc eſt, in ſede anni expanſi 90. literam G, quæ Dominicalis fuit anno 1590.

RVRSVS proponatur annus 1800. qui ſedem habet vna cum litera B, in radice Pollicis, cum ſit ſecundus centeſimus à biſſexto 1600. Sed quia annus 1800. non eſt biſſextilis, inuenienda erit eius litera Dominicalis in radice Auricularis, vt dictum eſt. Si igitur numeremus à litera B, in radice Pollicis vna cum anno 1800. collocata, alias literas ordine naturali verſus Pollicis extremum, vſque ad radicem Auricularis, reperiemus literam E, Dominicalem eſſe anno 1800.

ITEM datus ſit annus 2000. qui ſedem habet vna cum litera B, in radice Annularis, cum biſſextilis ſit, (vtpote quartus à biſſexto 1600. ac proinde eius literæ Dominicales in radicibus Annularis, & Auricularis inueniendæ. Si ſupputemus igitur à litera B, in radice Annularis (vbi eſt annus 2000.) poſita, alias literas naturali ſerie verſus Pollicem, inueniemus in radicibus Auricularis & Annularis literas A, B, quæ Dominicales erunt anno 2000. Verum poſita litera B, in Annulari, perſpicuum eſt, literam A, ante eam ſtatui in Auriculari. Quare cum annus 2000. ſit biſſextilis, conſtat ſine alia numeratione, literas A, B, eſſe Dominicales in quolibet centeſimo biſſextili.

SIT deinde propoſitus annus 2143. Quoniam annus 2100. locatur in extremitate Pollicis, vna cum litera B, cum primus centeſimus ſit poſt biſſextilem 2000. Annus vero 43. hoc eſt, (reiectis 28.) annus 15. cadit in radicem Indicis, ſi numerauerimus à litera B, in extremo Pollice vna cum anno 2100. poſita, alias literas ordine alphabeti, tranſitu ſtatim facto à ſummo Pollice ad Auricularem, & hinc ad Annularem, vſque ad Indicem, offendemus ibi literam Dominicalem F, pro anno 2143.

DENIQVE detur annus 4752. Quoniam annus 4700. tertius à biſſexto ſedem habet cum litera B, in radice

Digitized by Google

in radice digiti medii, caditque annus expanſus 52. hoc eſt, (abiectis 28.) annus 24. biſſextilis, in medium Pollicis, eiuſque extremitatem, reperiemus in hiſce articulis, (ſi à litera B, poſita in radice digiti Medii, vbi annus eſt 4700. numeratio literarum inſtituatur) literas Dominicales E, F, pro anno dato 4752.

CAPVT V.

De Annis Biſſextilibus, Communibuſque tum centeſimis, tum non centeſimis, & numero dierum ob æquationem anni Solaris vſque ad datum quodcunque tempus exemptorum.

ANNOS non centeſimos Biſſextiles, & communes ita cognoſces. Propoſito quouis anno, reijce omnes milleſimos, & centeſimos annos, item ex cæteris numerum 20. quoties potes. Ex reliquo denique numerum 4. quoties id fieri poteſt. Si enim nihil remanſerit, annus propoſitus biſſextilis eſt; ſi ſuperfuerit 1. erit primus poſt biſſextum; ſi reliqua fuerint 2. ſecundus poſt biſſextum; ſi denique 3. tertius à biſſexto. Eodem modo, ſi poſt abiectionem omnium 100. vel 20. nihil remanſerit, annus biſſextilis eſt. *Anni non centeſimi biſſextiles, & communes qua ratione cognoſcantur.*

VERBI cauſa. Proponatur annus 1589. Reiectis annis 1500. (qui centeſimi ſunt) & 20. ex reliquis 89. quoties fieri poteſt, & ex reſiduis annis 9. detractis omnibus 4. ſupereſt 1. Quare annus 1589. communis eſt, ac primus poſt Biſſextum.

ITEM datus ſit annus 5960. Abiectis 5900. (hoc eſt annis centeſimis) & 20. ex reliquis 60. nihil ſupereſt. Annus ergo 5960. Biſſextilis eſt.

DENIQVE detur annus 6456. Reiectis centeſimis annis, hoc eſt, 6400. & 20. bis ex reliquis 56. & 4. quater ex reliquis 16. nihil remanet. Quare datus annus 6456. Biſſextilis eſt.

EADEM ratione centeſimos Biſſextiles, & non biſſextiles dignoſcemus. Nam propoſito quolibet anno centeſimo, reijciantur omnes denæ millenarum vnitatum, (vt more Arithmeticorum loquar) hoc eſt, 10000. anni: 20000. 30000. 40000. 50000. 60000. 70000. 80000. 90000. 100000. 200000 & denique omnes anni, quos numerus 10000. metitur; quales ſunt omnes illi, qui vltra quartum locum ſui numeri (procedendo à dextra ſiniſtrā verſus) reperiuntur; Nam ij omnes Biſſextiles ſunt. Et cum numero reliquorum centeſimorum annorum, qui ſemper minor erit, quam 100. (cum 100. centeſimi efficiant 10000.) agatur, ac ſi eſſent anni ſimplices, & expanſi, non autem centeſimi. Centeſimus enim annus, quando poſt abiectionem omnium 20. vel 4. ex numero millenarum, & centenarū, (non habita ratione denarum millenarum) nil remanet, biſſextilis eſt. ſi ſupereſt 1. primus centeſimus poſt biſſextum; ſi 2. ſecundus; & ſi 3. tertius. Quod ſi datus annus habuerit primas quatuor figuras, procedendo à dextra ſiniſtram verſus, 0000. is biſſextilis quoque erit. *Anni centeſimi biſſextiles, & non biſſextiles quo pacto cognoſcātur.*

ITAQVE ſi proponatur numerus centenariorum, quamuis magnus, ſuis characteribus deſcriptus, conſiderandus tantum eſt numerus expreſſus duabus figuris, quæ in quarto loco, & tertio reperiuntur, id eſt, in loco millenarum, & centenarum; atque cum eo numero procedendum, vt de annis non centeſimis dictum eſt. Vt ſi detur annus 37000. notandus eſt numerus 70. cum figura 7. locum millenarum occupet, & figura 0. locum centenarum. Si vero annus datus ſit 30900. habenda eſt ratio ſolius figuræ centenarum 9. cum figura millenarum 0. nihil addat ei præpoſita. Sic (vt vis huius præcepti etiam in maximis annorum numeris cernatur) (in anno 946700000. nihil conſiderandum eſt, cum in loco millenarum, & centenarum figura 0. exiſtat; ſed annus propoſitus Biſſextilis eſt. Denique in anno 6789200. ratio habenda eſt numeri 92. &c.

EXEMPLI gratia. Datus ſit annus 1900. qui quoniam minor eſt, quam 10000. nihil reijciemus, ſed notandus in eo ſolum eſt numerus figuris millenarum, & centenarum expreſſus, hoc eſt numerus 19. à quo ſi abijcientur omnia 20. ſuperſunt 19. ex quibus ſi demantur omnia 4. remanent 3. Quare annus 1900. communis eſt, etſi centeſimus eſt, ac tertius poſt Biſſextilem centeſimum.

DETVR quoq; annus 30400. Reiectis 30000. hoc eſt, conſiderata ſolum figura centenarum 4. quod figura millenarum ſit 0. ſi reijciantur omnia 4. ex 4. nil ſupereſt. Ergo annus 30400. biſſextilis eſt.

ITEM datus ſit annus 407600. Reiectis 400000. ſuperſunt 76. cēteſimi, qui ſoli conſiderandi ſunt. Ex quibus ſi abijciantur 20. ſuperſunt 16. ex quibus ſi tollantur omnia 4. nihil relinquitur. Quamobrem annus 407600. propoſitus Biſſextilis eſt.

POSTREMO offeratur annus 580600. Abiectis 580000. ſuperſunt 6. centeſimi. Abiectis autem 4. ſemel ex 6. ſuperſunt 2. Quare centeſimus annus datus 580600. communis eſt, & ſecundus poſt centeſimum Biſſextilem.

PERCOMMODE igitur incidit Calendarij correctio in annum inter 1500. & 1600. contentum, qualis eſt annus correctionis 1582. cum hac raione anni centeſimi Biſſextiles, ac communes regulam annorum Biſſextilium, ac communium non centeſimorum retineant.

IAM vero quot dies intercalares vltra illos 10. anno correctionis exemptos vſque ad quemcunque centeſimum annum propoſitum incluſiue omiſſi ſint, hoc modo cognoſces. Ablatis annis 1600. ex numero centeſimi anni propoſiti, partire reliquos annos centeſimos per 4. Quotientem numerum (vt Arithmetici loquuntur) per 3. multiplica (propterea quod ſpatio quolibet 400. annorum tres dies intercalares omittuntur) & producto numero reſiduum diuiſionis, ſi quod eſt, adijce, (quod vnitates reſidui numeri, quæ ſemper pauciores erunt, quam 4 ſint centeſimi anni communes) conficieſque numerum dierum ad illud vſque tempus exemptorum vltra 10. dies, qui anno correctionis exempti ſunt. *Quot dies intercalares omiſſi ſint vſque ad quemcunque annum centeſimum incluſiue qua arte cognoſcatur.*

VERBI gratia. Si quis optet ſcire, quot ſint dies exempti à tempore correctionis vſque ad annum 6790. incluſiue, detrahat 1600. ex 6700. (Nam centeſimorum tantum ratio habetur) vt remaneant 5100. hoc eſt, anni

Digitized by Google

anni centeſimi 51.qui ſi per 4.diuidantur, erit Quotiens 12.& reſiduum 3. Si igitur Quotiens 12.multiplicetur per 3.& procreato numero 36.adijciantur 3. anni centeſimi ex diuiſione reſidui, conficientur 39. dies vſque ad annum 6790.incluſiue detracti, quibus ſi adijciantur dies 10.anno correctionis exempti fient dies omnino 49.

SIC poſt correctionis annum ad annum 8800.vſque incluſiue, ablati erunt dies 54.Nam demptis annis 1600.ex 8800.ſuperſunt anni 7200.hoc eſt, anni centeſimi 72.qui ſi diuidantur per 4.erit quotiens 18.nihilque ex diuiſione ſupererit. Multiplicato igitur Quotiente 18.per 3.fiet numerus dierum exemptorum 54.Additis autem 10.diebus anni correctionis, efficientur dies 64.in vniuerſum ablati.

COMMODIVS fortaſſe idem aſſequemur, ſi omnes annos centeſimos, non ſubtractis 1600.per 4. partiamur, & ex Quotiente (ſeruato interim reſiduo diuiſionis, ſi quod eſt) demamus 4.propterea quod 4.in 16.centeſimis, id eſt, in annis 1600.quos auferre debueramus, continentur quater. Nam ſi reliquum numerum per 3. multiplicemus, numeroque producto reſiduum diuiſionis adiungamus, colligemus numerum dierum vltra illos 10.dies anni correctionis exemptorum.

EXEMPLI cauſa. Sit propoſitus annus 8800. Diuiſis 88 centeſimis per 4.fiet Quotiens 22.Ablatis 4. ſupererunt 18.quibus multiplicatis per 3.gignentur 54.Tot ergo dies vltra illos 10.anni correctionis ablati tunc erunt, quos priori etiam via inueneramus.

RVRSVS ſit propoſitus annus 634700.Diuiſis centeſimis annis 6347.per 4.fiet Quotiens 1586.& remanebunt 3.Ablatis 4. ex Quotiente, & reliquo numero 1582 multiplicato per 3. gignetur numerus 4746.additiſque 3. quæ reliqua fuerunt, fiet numerus dierum exemptorum 4749. præter eos 10.qui anno correctionis ablati ſunt.

ATQVE cognitio hæc numeri dierum exemptorum omnino neceſſaria eſt, ſi beneficio cycli Solaris Dominicalem literam inueſtigare velimus, vt nimirum intelligamus, quot literæ poſt inuentam literam Dominicalem ſint numerandæ, veluti principio cap.4.docuimus. Perneceſſaria quoque eſt eorundem dierum cognitio, vt motus cæleſtes ex tabulis Aſtronomicis ad quemcunque annum poſt correctionem Calendarij datum poſſint ſupputari.

CAPVT VI.

De Feſtis Mobilibus.

Collocatio 7. literarũ Dominicalium in digitis ad feſta mobilia inuenienda

AD inuenienda feſta mobilia tum ante, tum poſt Calendarij reſtitutionem, collocandæ ſunt primum omnes 7. literæ Dominicales in quolibet 4. digitorum manus ſiniſtræ (pollice omiſſo) & rurſus in digito Auriculari dextræ manus, hoc modo. In radice interiori cuiuſque illorum 5.digitorum ponitur D; In ſecundo articulo E; in tertio F; In quarto, hoc eſt, in extremitate G; in quinto, qui eſt exterior ſub vngue, A; in ſexto B; in ſeptimo C; quæ quidem collocatio hoc verſu continetur.

Donec Erat Fortis, Gens Africa Bella Ciebat

Nam ſi, initio facto à radice interiori, omnes 7.articulos cuiuſque illorum quinque digitorum percurras, ſingulíſque articulis ſingulas voces illius verſiculi tribuas, oſtendet prima litera cuiuſque vocis eam literam, quæ in reſpondente articulo collocatur.

Collocatio 30. Epactarum in ſiniſtra manu, ad feſta mobilia inuenienda.

DEINDE vt mobilia feſta poſt anni correctionem reperiantur, (De eorundem enim inuentione ante annum reſtitutum paulo poſt agemus) diſponendæ ſunt 30. Epactæ in manu ſiniſtra hoc ordine. In vola manus ponitur Epacta xxiij. In radice interiori Indicis xxij. In ſecundo eiuſdem articulo xxj atque ita deinceps ordine retrogrado in Epactis ſeruato, ita tamen, vt à radice exteriori cuiuſque digiti confeſtim ad radicem interiorem inſequentis digiti tranſilias, hoc eſt, à ſeptimo articulo Indicis ad primum digiti Medij, & à ſeptimo huius ad primum digiti Annularis, ac demum ab huius ſeptimo ad primum Auricularis digiti. Hac ſeruata ratione, Epacta xv.incidet in radicem interiorem digiti Medij, & viij.in radicem Annularis, & 1.in radicem Auricularis. Porro in penultimo articulo Auricularis ponenda quoque eſt Epacta 25.diuerſo colore, aut charactere notata, vna cum Epacta xxvj. In vltimo vero duæ Epactæ xxv.xxiiij. vt in Calendario fit.

SED facilius fortaſſe ordine naturali numerorum eædem Epactæ collocabuntur in manu, ſi ab vltimo articulo Auricularis exteriore initium fiat; ibique colloces Epactas xxiiij. xxv. ſimul, & progrediaris verſus penultimum articulum, & antepenultimum articulum, &c. vſque ad radicem Indicis interiorem, & volam manus: hoc eſt, in articulo penultimo Auricularis ponas xxvj.25.in antepenultimo xxvij. In extremitate 28.& ita deinceps. Cadet enim tandem hac ratione Epacta xxiij.in volam manus, vbi antea initium fiebat.

VERVM multo facilius ſedem cuiuslibet Epactę comperiemus hoc modo. Epactę propoſitæ adijciantur 6.& numerus coaceruatus, ſi minor eſt, quam 30.aut certe, ſi minor non eſt, numerus, quo ille coaceruatus ſuperat 30.in imo pollice ſiniſtro collocetur. Deinde ſi ab hoc numero incluſiue fiat numeratio ſecundum ſeriem naturalem numerorum per volam manus ſiniſtræ, & per articulos tam interiores, quam exteriores Indicis & aliorum digitorum vſque ad 30. Vel ſi Epacta eſt 25, diuerſi coloris, characteriſue, aut xxiiij. (quarum vtraque per vnum diem in Aprili ſuperius aſcendit; propterea q; Lunationem in Martio inchoatam habet dierum 29.) vſque ad 29. numeratio hæc in ſede Epactæ propoſitæ terminabitur.

VELVTI ſi Epactæ x. addamus 6. fiunt 16. Statuendo ergo 16 in radice pollicis, & 17.in vola manus, & 18.in radice Indicis, &c. cadet numerus 30.in penultimum articulum digiti Medij, qui eſt exterior. Ibi ergo ſedes eſt Epactæ x.

ITEM ſi Epactæ 25.diuerſo charactere, vel colore notatæ adijciantur 6.fiunt 31.qui numerus ſuperat 30. vna vnitate. Si ergo ponamus 1.in radice pollicis; & 2.in vola manus, & 3 in radice Indicis, &c. cadet numerus 29.

(quando

Digitized by Google

(quando enim Epacta eſt 25. diuerſi coloris, vel characteris, numerandum eſt vſque ad 29. duntaxat, quod eius Lunatio menſe Martio incipiens contineat dies duntaxat 29.) in penultimum articulum, ſiue ſextum Auricularis. Ibi ergo locus eſt Epactæ 25. quæ diuerſo colore, vel charactere ſcribi ſolet.

RVRSVS ſi Epactæ xxiij. addatur 6. fiunt 29. ſi ponamus igitur 29. in radice Pollicis, cadet numerus 30. in volam manus. Statuetur ergo Epacta xxiij. in vola manus.

SI denique Epactæ xxiiij. addantur 6. fiunt 30. qui numerus ſuperat 30. nihilo. Ergo ſi ſtatuamus 0. in radice Pollicis, & 1. in vola manus, & 2. in primo articulo Indicis, terminabitur numerus 29. (Nam quãdo Epacta eſt xxiiij. numerandum etiam ſolum eſt vſque ad 29. quod eius quoque Lunatio in Martio incipiens ſit dierum ſolum 29.) in vltimo articulo Auricularis. Ibi ergo ſedes eſt Epactæ xxiiij.

TERTIO diligenter memoriæ mandandæ ſunt radices feſtorũ Mobilium, hoc eſt, dies menſium, ante quos nunquam feſta Mobilia celebrari poſſunt, in ipſis tamen nõ nunquam celebrantur. Præcipua autem feſta Mobilia ſunt Septuageſima, dies Cinerum, Paſcha, Aſcẽſio Domini, Pentecoſte, feſtum Corporis Chriſti. Atq; horum feſtorum diſtantiæ inter ſe nunquam mutantur, ſed ſemper idem numerus dierum interijcitur. Aduentus autem Domini etiamſi mobile etiam feſtum ſit, aliam tamen rationem ſequitur, vt infra dicetur. Radix igitur Septuageſimæ eſt dies 18. Ianuarij. Diei Cinerum dies 4. Februarij. Paſchæ dies 22. Martij. Aſcenſionis Domini, dies 30. Aprilis. Pentecoſtes, dies 10. Maij. Et Corporis Chriſti, dies 21. Maij. Huiuſmodi enim feſta in in hiſce diebus radicum celebrari poſſunt, ante eos non poſſunt. Hæ autem radices facilius fortaſſis memoriã retinebuntur hiſce carminibus: *Feſta mobilia, eorũque radices quæ ſint.*

Octodecim Ianus. Februus ſed quatuor optat.
Viginti duo Mars: Triginta poſcit Aprilis:
Bis quinque at Maius: Ter ſeptem poſtulat idem.

NAM hæ radices ſuperioribus feſtis conueniunt ordine enarrato, vt prima radix primo feſto Mobili, id eſt, Septuageſimæ; ſecunda ſecundo, hoc eſt, diei Cinerum &c.

ITAQVE inuenturus quodcunq; ex illis feſtis Mobilibus quolibet anno, vide primum, in quem articulum Epacta illius anni, ex ſuperiori diſpoſitione, incidat: Deinde in quo articulo poſt Epactam iam ſuo loco affixam litera Dominicalis eiuſdem anni poſita ſit eo ordine, quem principio huius capitis præſcripſimus: Ita tamen, vt ſi litera Dominicalis in eundem articulum cum Epacta incidit, accipiatur eadem litera in ſimili articulo ſubſequentis digiti. Quod etiam intelligendnm eſt de duabus literis anni Biſſextilis. Si enim alterutra earum eundem, quem Epacta, articulum occupat, ſumendæ ſunt eædem duæ literæ in ſimilibus articulis digiti inſequentis. Tertio, & vltimo, à radice feſti propoſiti numera dies menſium, initio à radice Indicis facto, (poſito nimirum in articulo primo Indicis numero radicis diei feſti propoſiti; in ſecundo, proxime maiore numero, & ſic deinceps: dummodo memor ſis, Ianuarium habere dies 31. Februarium 28. tam in anno communi, quam in biſſextili, quod ad præſens negotium ſpectat; Martium 31. Aprilem 30. & Maium 31.) vſque ad articulum, in quo litera Dominicalis poſt ſedem Epactæ currentis collocata eſt. Dies enim menſis, quo numeratio terminatur, erit is, quo propoſitum feſtum celebrandum eſt. Vbi illud etiam notandum, in Paſchæ inquiſitione diem menſis, qui in articulum currentis Epactæ incidit, eſſe eum, quo xiiij. Paſchalis, vel Paſcha Hebræorum occurrit. Itaque ſi quis Paſcha Hebræorum, vel Lunam xiiij. Paſchalem deſideret, numerandum erit à radice Paſchæ, id eſt, à 22. die Martij, vſque ad articulum, in quo Epacta currens ſedem habet. *Inuẽtio feſtorũ mobilium.* *Paſcha Hebræorum, vel xiiij. Paſchalis, quo pacto inueniatur.*

CÆTERVM in anno biſſextili omnia feſta Mobilia inueſtiganda ſunt per literam Dominicalem poſteriorem, quæ nimirum in vſu eſt poſt diem feſtum S. Matthiæ: ea tamen lege, vt ad diem quidẽ Septuageſimæ inuentum ſemper adijciatur vnus dies, ad diem vero Cinerum tum ſolum vnus quoque dies adiungatur, cum is menſe Februario, non autem menſe Martio inuentus fuerit. Quia enim ante diem S. Matthiæ ſacrum in vſu eſt prior litera Dominicalis, quæ nimirum in alphabeto poſterior eſt, ac proinde literam Dominicalem poſteriorẽ, quæ in alphabeto priorem tenet locum, vno die in Calendario ſubſequitur, fit vt ſeptuageſima, & dies Cinerum ante eundem feſtum diem S. Matthiæ, celebretur vno die ſerius, quam à poſteriore litera Dominicali currente, hoc eſt, à priori in alphabeto, indicatur. Quare diei inuento per poſteriorem literam addendus tunc eſt vnus dies. Poſt feſtum autem S. Matthiæ, licet poſterior litera ſit iam in vſu, addendus tamen tunc quoq; eſt dies alter diei Cinerum menſe Februario inuento, propter diem intercalarem ſexto calendas Martias additum, qui in Calendario deſcriptus non eſt. Propter hunc enim diem intercalarem dies 24. Februarij in Calendario dicitur 25. & dies 25. vocatur 26. & dies 26. appellatur 27. hic autem 28. & hic 29. Ex quo efficitur, diem Cinerum inuentum, verbi gratia, die 26. Februarij per poſteriorem literam Dominicalem, reipſa eſſe diem 27. in dierum numeratione, & ſic de aliis. Quod ſi dies Cinerum reperiatur menſe Martio in anno biſſextili, nihil addendum eſt diei inuento, ſicut neque in Paſchæ feſto, & aliis ſubſequentibus, quia tunc & litera poſterior Dominicalis eſt in vſu, & dies menſium propriis numeris reſpondent, cum dies intercalaris Februario ſit additus: ita vt primus dies Martij dicatur primus, & ſecundus, ſecundus, &c. Cur autem in biſſextili anno per poſteriorem literam inquirenda ſint feſta, declaratum eſt Can. 6. in Calendario Gregoriano, quod explicationi eiuſdem Calendarii præpoſitum eſt. *Quid agendum in anno biſſextili propter duas literas Dominicales.*

EXEMPLI cauſa. Sint inueſtiganda omnia feſta mobilia anni 1589. quo ex ſuperioribus regulis Epacta eſt xiij. & litera Dominicalis A. Et quoniam Epacta xiii. ſedem habet in tertio articulo digiti *Medii*, & litera A, eum articulum proxime inſequens, in articulo quinto eiuſdem digiti collocatur; cadent omnia feſta mobilia in hunc articulum quintum digiti *Medii*. Si ergo à radice Septuageſimæ, id eſt, à die 18. Ianuarii incluſiue numeres initio à radice Indicis ſumpto, & verſus articulum ſecundum, & alios progrediendo, donec ad quintum articulum *Medii* peruenias, deprehendes Septuageſimam in diem 29. Ianuarii incidere. Si vero eodem modo, initio à radice Cinerum, hoc eſt, à die 4. Februarii facto, numeres, donec ad eundem articulum quintum *Medii* peruenias, comperies diem Ciuerum 15. die Februarii celebratum eſſe, & ſic de aliis.

ITEM anno 1605. quo Epacta eſt x. incidens in penultimum articulum *Medii*, qui eſt ſextus. Quia vero litera Dominicalis B, illius anni in eundem illum articulum cadit, accipienda eſt litera B, in eodem articulo ſexto

Annularis. In eum enim articulum omnia illius anni feſta mobilia cadent. Quapropter ſi numerus à radice Paſchæ, id eſt, à die 22. Martij, initio facto à primo articulo Indicis, reperies in penultimo articulo Annularis diem 10. Aprilis, quo Paſcha anno 1605. celebrabitur.

RVRSVS anno 1588. biſſextili Epacta fuit ij. cadens in vltimum articulum Annularis, qui eſt exterior. Literæ Dominicales fuerunt C, B. Et quoniam litera B, poſterior in vſu, (etſi in alphabeto prior eſt) per quam omnia feſta ſunt indaganda, vt diximus, proxime antecedit eum vltimum articulum Annularis, accipienda erit eadem litera B, in penultimo articulo Auricularis. Inuenies autem Septuageſimam cadere in 13. diem, addito vero vno die, in diem 14. Februarij. Diem autem Cinerum comperies in diem 2. Martij incidere, ac propterea nihil addendum eſſe, &c.

DEINDE anno biſſextili 1596. Epacta eſt j. cadens in radicem interiorem Auricularis. Literæ Dominicales G, F, quarum F, poſterior in vſu, cadit in articulum tertium eiuſdem Auricularis. Si igitur à radice cuiuſuis feſti numeres vſque ad eum articulum, reperies Septuageſimam incidere in diem 10. Februarij. Addita ergo vnitate, comperies, eam celebratam eſſe die 11. Diem autem Cinerum deprehendes cadere in diem 27. Februarij. Addita igitur vnitate, dices eum celebratum fuiſſe die 28. qui quidem in Calendario eſt 27. dicitur autem 28. ob diem intercalarem ſexto Calendas Maij additum.

PRÆTEREA anno 1535. Epacta eſt 25. diuerſo ab alijs colore, aut charactere notata, ſedem habens in penultimo, ſiue ſexto articulo Auricularis. Litera Dominicalis F, quæ poſt Epactam cadit in tertium articulum Auricularis manus dextræ. Quare incidet Septuageſima in diem 17. Febr. dies Cinerum in 6. Martij, Paſcha in 21. Aprilis, &c.

INSVPER anno 1700. non biſſextili Epacta eſt ix. cuius ſedes eſt in vltimo articulo Medij, hoc eſt, in radice exteriore. Litera Dominicalis C, in eundem articulum incidens, vt propterea litera C, in vltimo articulo Annularis accipienda ſit. Igitur ſi à radice Aſcenſionis fiat numeratio, hoc eſt, à die 30. Aprilis, inuenietur Aſcenſio Domini die 20. Maij.

AD hæc anno biſſextili 2096. Epacta eſt v. ſedem habens in extremitate Annularis. Literæ Dominicales A, G, per quarum poſteriorem G, (quæ videlicet in vſu, non autem in ordine literarum Dominicalium, poſterior eſt, cum in ordine literarum litera A, proxime ſequatur literam G, non autem contra, litera G, literam A,) omnia feſta mobilia ſunt inquirenda. Sed quoniam litera G, cadit in eandem extremitatem Annularis, ſumenda eſt eadem litera G, in Auricularis extremo, quo in loco reperies Septuageſimam cadere in diem 11. hoc eſt, (addita vnitate) in diem 12. Februarij: Cineres in diem 28. id eſt, (addita vnitate) in diem 29. Februarij, qui in Calendario eſt dies 28. Paſcha in diem 15 Aprilis: Aſcenſionem Domini in diem 24. Maij: Pentecoſten in diem 3. Iunij: feſtum denique Corporis Chriſti in diem 14. Iunij.

DENIQVE anno 1612. biſſextili Epacta eſt xxvij. cuius ſedes eſt in quinto Auricularis articulo, qui exterior eſt, & vngui proximus. Literæ Dominicales A, G, quarum A, prior in vſu cadit in eundem articulum, & poſterior G, ante eum articulum ſtatuitur in extremitate. Quare accipiendæ ſunt eædem literæ in digito inſequenti, hoc eſt, in Auriculari manus dextræ, & per poſteriorem G, quæ cadit in extremitatẽ Auricularis dextræ manus, inquirenda feſta mobilia. Inuenies enim in ſummo Auricularis Septuageſimam die 18. Februarij, hoc eſt, addita vnitate) die 19. celebrandam eſſe. Cineres die 7. Martij: Paſcha die 22. Apr. Aſcenſionem Domini die 31. Maij. Pentecoſten die 10. Iunij: & Corpus Domini die 21. Iunij. Eademque ratio in omnibus alijs annis ſeruanda eſt.

Paſcha & alia feſta, quo pacto aliter inueniantur ſine Epactis in manu, &c.

CÆTERVM percommode eadem feſta mobilia reperiemus ſine diſpoſitione Epactarum, & literarum Dominicalium in manu, hac ratione. Inueniatur Nouilunium Paſchale, vt cap. 2. docuimus. Ad diem Nouilunij adijciantur 13. vt habeatur Luna xiiij. Paſchalis. Deinde inueſtigetur dies hebdomadæ, in quem Luna xiiij. incidit. quod facillimo negotio fiet per ea, quæ cap. 9 tradémus. Tertio vide, quot dies numerentur poſt diem Lunæ xiiij. vſque ad Dominicum incluſiue. Numerus enim horum dierum additus ad diem Lunæ xiiij. dabit diem Paſchæ.

EXEMPLVM. Quando Epacta eſt vij. & litera Dominicales c, b, in aliquo anno biſſextili: Detracta Epacta vij. ex 30. quæ Calendis Martii aſcribitur, ſuperſunt 23. & addita 1. fiunt 24. pro die Nouilunii Paſchalis. Additis 13. fiunt 37. hoc eſt, (abiectis diebus 31. Martij) dies 6. Aprilis pro Luna xiiij. cadens in diem Mercurij, poſt quem numerantur 4. dies vſque ad Dominicam. Ergo Paſcha celebrabitur die 10. Aprilis. Rurſus currente Epacta xxvj. & litera Dominicali A, reperietur Nouilunium 4. Aprilis, & xiiij. Luna 17. Aprilis, cadens in diem Lunæ, poſt quem numerantur ſex dies vſque ad Dominicam. Ergo die 23. Aprilis Paſcha celebrabitur.

VT autem quodcunque aliud feſtum mobile inueniatur, inueſtigandum prius erit Paſcha, vt dictum eſt Deinde videndum, quot diebus poſt radicem hoc eſt, poſt 22. Martij celebretur, obſeruando, quod in Martio ſuperſunt dies 9. Igitur addendo diem Paſchæ, ſi in Aprili celebretur, habebitur numerus dierum poſt radicem Paſchæ. Et quia alia feſta totidem diebus à ſuis radicibus abſunt, ſi eum dierum numerum ad radicem cuiuſque feſti adiicies, habebis diem, quo celebrari debet. In annis tamen biſſextilibus addenda eſt inſuper vnitas diei Septuageſimæ, & Cinerum: ita tamen, vt quando dies Cinerum fuerit 29. vel maior, vnitas non addatur, ſed 28. detrahantur, vt reliqua fiat dies Cinerum in Martio. Verbi gratia, In poſteriori exemplo Paſcha incidit in 23. Aprilis. Additis 9 fiet eius diſtantia poſt radicem, id eſt, poſt 22. Martii, dierum 32. quæ addita ad radicem Septuageſimæ, hoc eſt, ad 18. Ianuarii, efficiunt 50. & ablatis diebus 31. Ianuarii relinquetur dies 19. Febr. pro Septuageſima. Sic reperietur dies Cinerum die 36. hoc eſt, detractis diebus 28. Febr. die 8. Martii. Aſcenſio die 62. Aprilis, hoc eſt, demptis diebus 30. Aprilis & 31. Maii die 1. Iunii, &c. In priori vero exemplo anni biſſextilis diſtat Paſcha à ſua radice diebus 19. quæ diſtantia addita radici Septuageſimæ, cadet Septuageſima in diem 37. Ianuarii. hoc eſt, in 6. Febr. & addita 1. in 7. Dies Cinerum in 23. Februarii. id eſt, addita 1. in 24. nimirum in vigiliam S. Matthiæ, &c.

Collocatio aureorum numerorũ in manu.

IAM vero ſi loco Epactarũ diſponantur in manu ſiniſtra aurei numeri, inuenietur eodem modo, vt ſupra dictũ eſt de Epactis, feſta omnia mobilia à Concilio Niceno vſq; ad annũ reſtitutionis Calẽdarii. Ita autem

aurei

Digitized by Google

aurei numeri locabuntur in ſiniſtra manu. In vola manus ponitur 16. Additis 8. & ex ſumma 24. abiectis 19. relinquitur aureus numerus 5. locandus in radice interiore Indicis poſt volam manus. Additis rurſus 8. conficitur aureus numerus 13. tertij articuli Indicis, ſecundo vacuo relicto. Numerus enim aureus minor in hac diſpoſitione ſequitur ſemper maiorem in proximo articulo, maior autem minorem non in proximo, ſed in altero. quod diligenter obſeruandum eſt, vt omnes aurei numeri propriis in locis reponantur. Additis rurſus 8. ad aureum numerum 13. in tertio articulo Indicis poſitum, & ex ſumma 21. abiectis 19. reliquus fit aureus numerus 2. in extremitate Indicis ponendus, nullo articulo vacuo relicto, cum numerus 2. minor ſit, quam 13. Rurſus additis 8. ad aureum numerum 2. conficitur aureus numerus 10. maior, quam antecedens, ac proinde in ſexto articulo Indicis (quinto relicto vacuo) collocandus. Ad hunc ſi iterum adiiciantur 8. fit aureus numerus 18. maior item, quam antecedens 10. ideoque in radice digiti Medii, (omiſſo vltimo articulo Indicis vacuo) reponendus. Adiectis præterea 8. ad aureum numerum 18. in radice Medii conſtitutum, & ex ſumma 26. reiectis 19 relinquitur aureus numerus 7. qui quoniam minor eſt quam 18. in proximo articulo Medii, id eſt, in ſecundo ponendus eſt. Atque hoc artificio omnes 19. aurei numeri in ſiniſtra manu collocabuntur, ſi modo memineris, minorem proxime locandum eſſe poſt maiorem, maiorem vero poſt minorem non proxime, ſed vno articulo in medio relicto: Ille porro aureus numerus ſemper antecedente minor eſt, qui poſt abiectionem 19. relinquitur: quod fit quando ex additione 8 ad antecedentem aureum numerum conficitur ſumma maior, quam 19. Tunc vero aureus numerus maior eſt, quam antecedens, quando non ſunt abiicienda 19. ex ſumma confecta ex additione 8. ad antecedentem aureum numerum: quod tum demum fit, quando ea ſumma maior non eſt, quam 19.

IIDEM aurei numeri ita quoque in manu ſiniſtra diſponentur. Quando antecedens aureus numerus maior eſt, quam 11. ſubtrahantur 11. & reliquus numerus ponatur in proxime inſequenti articulo: quando autem non eſt maior, quam 11. addantur 8. & numerus conflatus non in articulo proximo, ſed in altero, vno inani relicto, collocetur. Vt quoniam aureus numerus 16. in vola manus poſitus, maior eſt, quam 11. abiectis 11. reliquus eſt aureus numerus 5. minor in proximo articulo, hoc eſt, in radice Indicis, locandus. Additis 8. ad 5. fit aureus numerus 13. non in ſecundo articulo Indicis, ſed in tertio, ſecundo vacuo relicto, ponendus. Detractis rurſus 11. ex 13. remanet numerus 2. minor ponendus in articulo proximo, id eſt, in extremitate Indicis, atque ita de reliquis.

CÆTERVM ſedem cuiuſque aurei numeri in manu ſiniſtra reperiemus per Epactam, quæ ei aureo numero ante correctionis annum reſpondebat, etiamſi antecedentes aurei numeri nondum ſint locati, hoc modo. Ad Epactam, quæ ex dato aureo numero ante anni reſtitutionem elicitur, vt ad initium capitis 2. traditum eſt, addantur 3. & numerum collectum, ſi minor eſt quam 30. vel ſi minor non eſt, reliquum numerum poſt abiectionem 30. tribue Pollici: proxime maiorem numerum volæ manus: inſequentem item proxime maiorem radici Indicis, & ſic deinceps, donec ad 30. peruenias. In quem enim articulum numerus 30. incidet, ibi erit locus aurei numeri. Vt ſi quæratur ſedes aurei numeri 8. cui ante correctionem anni reſpondebat Epacta 28. addantur 3. ad Epactam 28. vt fiat ſumma 31. Ablatis 30. remanet 1. Si igitur in Pollice ſtatuas 1. in vola manus 2. in radice Indicis 3. & ita deinceps, cadent 30. in extremum articulum digiti Auricularis. Ibi ergo ſedes eſt aurei numeri 8.

SIC etiam, quia ante annum reſtitutum aureo numero 1. reſpondebat Epacta xj. ſi ad hanc Epactam adiicias 3. & numerum collectum 14. ponas in Pollice; 15. in vola manus; 16. in primo articulo Indicis; 17. in ſecundo, & ſic deinceps, incidet numerus 30. in primum articulum Annularis. Ibi igitur aurei numeri 1. ſedes eſt, atque ita de reliquis.

ITAQVE ſi à radice cuiuſcunque feſti mobilis in primo articulo Indicis poſita numeres ſequentes dies menſis, donec poſt ſedem currentis aurei numeri ad articulum peruenias, vbi litera Dominicalis propoſiti anni, ex iis, quæ ad initium huius capitis docuimus, ponitur, reperies in eo articulo diem menſis quo feſtum propoſitum ante correctionem anni celebratum eſt. Verbi gratia, ſi ſcire velis, quo die Paſcha celebratum ſit anno 1450. cuius litera Dominicalis fuit D, & aureus numerus 7. ſedem habens in ſecundo articulo digiti Medii id efficies hac ratione. Quoniam litera Dominicalis D, articulum ſecundum Medii conſequens ponitur in radice Annularis, ſi à radice Paſchæ in primo articulo Indicis poſita, hoc eſt, à die 22. Martij numeres vſque ad radicem Annularis, inuenies Paſcha anno 1450. celebratum eſſe die 5. Aprilis. Eademque in cæteris ratio eſt.

Inuentio feſtorũ mobilium per aureos numeros, ante correctionẽ anni.

CAPVT VII.

De Aduentu Domini.

QVO die menſis prima Dominica Aduentus celebretur, ita expeditiſſime cognoſcemus. Quoniam initium Aduentus Domini, ſemper celebratur ea Dominica, quæ feſto S. Andreæ proxima eſt, vel in ipſum feſtum incidit, manifeſtum eſt, Dominicam primam Aduentus celebrari poſſe tribus diebus ante illud feſtum, & tribus poſt. Si igitur memoriter teneas, literam F, Calendis Decembris præfigi, (quod tamen facile docebit cap. 9.) perſpicue intelliges, diei ſecundo præfixam eſſe literam G, & literam A, tertio diei: At poſtremo diei Nouembris, qui eſt 30. apponi literam E, quæ videlicet literam F, primo diei Decembris adſcriptam præit; literam autem D, diei 29. & literam C, diei 28. ac poſtremo literam B, diei 27. Atque hinc Aduentum eo die celebrandum eſſe intelligemus, cui litera Dominicalis propoſiti anni præfigitur. Vt quoniam anno 1598. litera Dominicalis fuit D, quę in diem 29. Nouembris incidit, (quod patebit, ſi à litera F, Calendis Decembris adſcripta retrocedas vſque ad D,) dices Aduentum eo anno incepiſſe die 29. Nouembris, qui diem S. Andreæ ſacrum antecedit. Itaque vt vides ſatis eſt, ſi teneas memoriter, literam F, Calendis Decembris præfigi.

Inuẽtio primæ Dominicæ Aduentus.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

De numero Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum.

Numerus Dominicarum inter Pentecoſten & aduentum quantus ſit quolibet anno.

BREVISSIME ac facillime numerum Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum hac via aſſequeris. Vide, quot ſint Dominicæ poſt Paſcha vſque ad diem S. Georgij incluſiue, qui in diem 23. Aprilis incidit, hoc eſt, quoties hic numerus 7. in dieb. poſt Paſcha vſq; ad eum diem B. Georgio ſacrum incluſiue contineatur. Tot enim Dominicæ addendæ erunt ad 24. vt compleatur numerus Dominicarum inter Pentecoſten & Aduentum. Quod ſi nulla Dominica inueniatur poſt Paſcha vſq; ad illud feſtum S. Georgij incluſiue, hoc eſt, ſi pauciores dies ſint poſt Paſcha vſque ad diem S Georgij, quam 7. vel Paſcha in ipſum diem feſtum incidat, erunt 24. tantum Dominicæ. Si denique poſt eundem diem S. Georgii Paſcha celebretur, erunt tantum Dominicæ 23. inter Pentecoſten, & Aduentum.

VERBI gratia. Cadente die Paſchæ in diem 22. Martii, ſic inquires numerum Dominicarum inter Pentecoſten, & aduentum. Poſt Paſcha, hoc eſt, poſt diem 22. Martii vſque ad diem B Georgii, ſiue ad diem 23. Aprilis incluſiue, numerantur 32. dies, nimirum 9. vſq; ad exitum Martii; (detractis enim 22 ex diebus 31. Martii, ſuperſunt 9.) & alii 23. in Aprili vſque ad diem 23. Quia vero in 32. diebus continetur numerus 7. quater, addendæ ſunt 4. Dominicæ ad 24. vt totus numerus 28. Dominicarum inter Pentecoſten, & Aduentum compleatur.

SIC etiam, incidente die Paſchæ in 3. diem Aprilis, numerantur 20. dies poſt Paſcha, ſeu poſt 3. diem Aprilis, vſque ad 23. diem; quod ablatis 3. ex 23. ſuperſint 20. Et quia in 20. continetur numerus ſeptenarius bis, addendæ erunt 2. Dominicæ ad 24. Erunt ergo tunc 26. Dominicæ, &c. Eadem prorſus ratio eſt in aliis.

CAPVT IX.

A quo die hebdomadæ quilibet dies menſis anno quouis propoſito denominetur, ſiue primus is ſit, ſiue non.

Quæ litera Dominicalis ad Calendas cuiuſuis mẽſis ſcripta ſit.

PRIMO loco diſcendum eſt, quæ litera Dominicalis primo diei cuiuſuis menſis in Calendario præfigatur. Quod ex duodecim vocibus horum verſuum facile cognoſces.

Aſtra dabit Dominus, gratiſque beabit egenos.
Gratia Chriſticolæ feret aurea dona fideli.

Nam prima vox [*Aſtra*] primo menſi, hoc eſt, Ianuario tribuitur: ſecunda [*Dabit*] ſecundo; id eſt, Februario, atque ita deinceps: ita tamen, vt quarta vox [*Gratiſque*] pro vna tantum accipiatur. Prima autem litera cuiuſque vocis, eſt ea Dominicalis, quæ in Calendario Calendis eius menſis, quem illa vox refert, apponitur. Veluti Ianuarius Calendis ipſis adſcriptam habet literam A, Februarius D, Martius item D, Aprilis G, Maius B, Iunius E, Iulius G, Auguſtus C, September F, October A, Nouember D, & December F.

A qua feria quilibet menſis incipiat quolibet anno.

COGNITA prima litera Dominicali cuiuslibet menſis, facile intelliges, à qua feria quilibet menſis incipiat. Nam ſi in digitorum articulis à litera Dominicali anni propoſiti incluſiue numeres inſequentes literas ordine alphabeti, vſque ad eam literam, quæ Calendis dati menſis præfixa eſt, (redeundo à litera G, ad literam A, ſi opus eſt) indicabit numerus articulorum, quos in digitis percurriſti, numerum feriæ, à qua menſis propoſitus initium ducit.

VERBI gratia. Anno 1592. Biſſextili, quo literæ Dominicales ſunt E, D, quoniam Ianuarii Calendis appoſita eſt prima litera A, propter primam vocem [*Aſtra*] primo menſi tributam; ſi à litera Dominicali currente E, (Hæc enim vſque ad diem S. Matthiæ vſum habet) numeres alias literas ſerie literarum naturali vſque ad A, hoc modo, E, F, G, A, percurres quatuor articulos. Ianuarius igitur à feria quarta, hoc eſt, à die Mercurii incipit. Nam ſi litera E, Dominicam indicat, ſignificabit litera F, diem Lunæ, ſiue feriam ii. litera G, diem Martis, hoc eſt, feriam iii. & litera A, feriam iiii. ſeu diem Mercurii.

DEINDE, quia Calendis Februarii adſcripta eſt litera D, ob ſecundam vocem [*Dabit*] quæ Februario debetur, ſi ab eadem currente litera Dominicali E, numeres alias literas vſque ad D, hoc modo, E, F, G, A, B, C, D, percurrentur ſeptem digitorum articuli, ac propterea Menſis Februarius initium ſumit à feria ſeptima hoc eſt, à die Sabbati. feria enim vii. Sabbatum appellari ſolet, ſicut feria i. Dominica.

RVRSVS quia mẽſis Martius incipit à litera Dominicali D, vt tertia vox [*Dominus*] denotat, eſtque tunc in vſu poſterior litera Dominicalis D, pronuntiabis primũ diem mẽſis Martii eſſe Dominicã, ſeu feriam primã.

Quæ litera Dominicalis propoſito diei cuiuſuis menſis aſcripta ſit: & à qua feria idem ille dies denominandus ſit.

POSTREMO quoniam Maius à litera B, incipit, quod ei quinta vox [*Beabit*] reſpondeat, eſtque in vſu tunc litera poſterior D, Dominicalis, numerandum erit à D, vſque ad B, hoc ordine, D, E, F, G, A, B, cum ergo ſex articuli digitorum percurrantur, erit primus dies Maii dies Veneris, ſeu feria vi.

IAM vero ſi à numero cuiuslibet diei in quocunque menſe abiicias 7. quoties fieri poteſt, ita tamen, vt pro reſiduo, ſi nihil remanet, aſſumas 7. & à prima litera Dominicali propoſiti mẽſis incluſiue numeres ſerie naturali literas inſequentes in digitorum articulis; (redeundo poſt G, ad A,) donec tot articulos percurreris, quot vnitates in numero illo reſiduo continentur, collocata erit vltima litera (quæ nimirum in vltimum articulum numeratum incidit) ad diem menſis propoſitum. Quare ſi rurſus à litera Dominicali currente alias literas ſequentes numeres vſq; ad literã diei propoſito aſcriptam, (quæ proxime inuenta fuit,) cognoſces eodem modo feriam hebdomadæ, à qua propoſitus dies menſis nomen habet, quo feriam primi diei menſis cognouimus.

EXEMPLI

Digitized by Google

EXEMPLI cauſa. Eodem anno 1592. cuius literæ Dominicales ſunt E, D, deſiderat quis ſcire, quæ litera Dominicalis diei 22. Februarii, quo Cathedra S. Petri Antiochena celebratur ab Eccleſia, apponatur, & quæ feria tunc ſit. Quoniam vox [*Dabit*] indicat literam D, Calẽdis Februarij apponi, & abiectis 7. ter ex 22. ſupereſt 1. numeranda erit in vno ſolo articulo prima menſis litera D, hoc modo, D. Igitur litera D. diei 22. Februarij adſcribitur. Quocirca cum prior adhuc litera Dominicalis E, ſit tunc in vſu, ſi numerabimus incluſiue vſque ad D, 7. literas E, F, G, A, B, C, D, comperiemus diem propoſitum 22. Februarij eſſe feriam vij. hoc eſt, Sabbatum.

RVRSVS volo ſcire, quæ litera præfixa ſit ſexto diei Decembris, qui B. Nicolao ſacer eſt. Quoniam vltima vox [*Fideli*] monſtrat literam F, appoſitam eſſe primo diei, numerabimus ab F, ſex literas hoc modo; F, G, A, B, C, D, quoniam 7. ex 6. reijci non poſſunt. Igitur D, præfigitur diei ſexto, ac proinde dies ille Dominicus erit, cum litera Dominicalis tunc ſit D.

SIC ſi quæratur de die 21. Decembris B. Thomæ ſacro. Reiectis omnibus 7. nihil remanet. Numerandi ergo erunt 7. literæ ab F, hoc ordine F, G, A, B, C, D, E, ita vt E, præfigatur diei 21. Ad quam ſi fiat numeratio à Dominicali litera D, hoc modo. D, E, reperies eum diem eſſe feriam ſecundam.

DEINDE ſit inquirendum, quæ litera ad anniuerſarium diem S. Matthiæ, qui in diem 24. Februarii incidit, ponatur; & quæ feria dies ille ſit, Numera à prima litera menſis, nimirum à D, tres literas hoc ordine, D, E, F, (Reiectis enim 7. ex 24. quoties fieri poteſt, nimirum ter, ſuperſunt 3.) Nam vltima F, diei 24. aſcripta eſt. Sed quia tunc poſterior iam litera D, vſurpanda eſt, ſi numeres à D, vſque ad F, hoc modo D, E, F, reperies feſtum S. Matthiæ, id eſt, diem 24. Februarij, qui vere tunc eſt 25. propter diem intercalarem adiectum, incidere in feriam iij. id eſt, in diem Martis.

EADEM ratione, ſi in anno Biſſextili quocunq; proponatur dies in Februario poſt feſtum S. Matthiæ, quærenda erit litera, quæ ei diei præfigitur, cuius numerus proxime minor eſt numero diei propoſiti: atque per poſteriorem literam Dominicalem feria inueſtiganda. Vt ſi propoſitus ſit dies 28. quærenda eſt litera diei 27. propterea quod dies intercalatus in Calendario deſcriptus non eſt. Ita vides, paulo ante pro feſto S. Matthiæ inquiſitam eſſe literam diei 24. quamuis in anno biſſextili illud feſtum die 25. celebretur.

Quid agendum in anno biſſextili, quando dies propoſitus eſt poſt feſtum S. Matthiæ.

AD extremum ſit inquirendum, in quam feriam dies anniuerſarius S. Iacobi Apoſtoli, hoc eſt, dies 25. Iulij incidat. Quoniam ſeptima vox [*Gratia*] monſtrat, literam G, Calendis Iulij adſcribi, & abiectis ter. 7. ex 25. remanent 4. numerandæ erunt à G, quatuor literæ hoc modo, G, A, B, C. Nam vltima C, diei 25. præfixa eſt. Si igitur à poſteriori litera Dominicali D, quæ tunc in vſu eſt, fiat numeratio vſque ad C, proxime inuentam, hoc ordine D, E, F, G, A, B, C, deprehendes feſtum diem S. Iacobi, hoc eſt, diem 25. Iulij incidere in Sabbatum, vel in feriam vij.

RATIO autem, cur à numero diei propoſiti reijcienda ſint 7. quoties fieri poteſt, eſt, quod poſt diem 7. menſis cuiuſuis, & poſt 14. 21. & 28. repetitur eadem illa litera, quæ Calendis præfigitur.

CAPVT X.

De Nonis, Idibus, & Calendis.

PRIMVS dies cuiuslibet menſis à Calendis nomen accipit. Nam primo die Ianuarii dicere ſolemus, Calendis Ianuarij; primo die Februarii, Calendis Februarii, atque ita in cæteris. Alii autem omnes dies à Nonis, vel Idibus eiuſdem menſis, vel à Calendis inſequentis menſis notari ſolent: ita vt die, qui quatriduo abeſt incluſiue à Nonis, Idibus, vel Calendis (duobus nimirum diebus interpoſitis) dicendum ſit Quarto Nonas; Quarto Idus, & Quarto Calendas, incluſiue.

VT autem quemcunque diem menſis propoſiti rite denominare ſcias à Nonis, Idibus, vel Calendis, diligenter memoriæ mandandi ſunt dies, in quos Nonæ, atque Idus cuiuslibet menſis incidunt. Hi autem facile ex numero Nonarum, atque Iduum cuiuſque menſis comprehendi poſſunt. Vt quia hi 4. menſes Martius, Maius, Iulius, October, habent 6. Nonas, alii autem 8. menſes, Ianuarius, Februarius, Aprilis, Iunius, Auguſtus, September, Nouember, December, 4. duntaxat, cadent Nonæ in prioribus 4. menſibus in diem 7. in poſterioribus vero 8. in diem 5. Numero enim Nonarum adiiciendus eſt primus dies qui non à Nonis, ſed à Calendis nomen ſumit, vt dies habeatur Nonarum. Quia vero ſinguli menſes habent 8. Idus, ſi diei Nonarum addantur 8. incident Idus priorum 4. menſium in diem 15. poſteriorum vero 8. in diem 13. Atque ad memoriam iuuandam hi duo verſiculi conditi ſunt.

Quot Nonas, atque Idus, quilibet menſis habeat, & in quem diem incidant tam Nonæ, quàm Idus.

Maius ſex Nonas, October, Iulius, & Mars.
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

ITAQVE antequam diem cuiuſuis menſis propoſitum à Nonis, vel Idibus, Calendiſue denomines, vide prius, num menſis ille ſit vnus ex 4. prioribus, necne. Si enim ex illis eſt, & dies propoſitus eſt 7. appellabis diem illum, Nonas eius menſis. Si vero datus dies eſt 15. dices eum Idus eiuſdem menſis. Quod ſi dies oblatus eſt ante diem 7. vel poſt, ante tamen 15. diem, detrahe eius numerum, dempta prius vnitate, (numerum videlicet eius diei, qui propoſitum diem antecedit in Calendario) ex 7. vel 15. & reliquum numerum denomina à Nonis, vel Idibus, prout dies propoſitus fuerit ante diem 7. vel 15. At ſi datus dies diem 15. conſequitur, ſubtrahe eius numerum, dempta prius vnitate, (numerum ſcilicet eius diei, qui in Calendario diem datum proxime anteit.) ex numero dierum totius menſis propoſiti, ſi tamen prius vnitatem addideris ad menſis diem, (nimirum primum inſequentis menſis diem, in quem eius Calendæ incidunt) & numerum reliquum à Calendis menſis inſequentis denomina.

Quo pacto dies menſium denominandi ſint à Nonis, Idibus, & Calendis.

Digitized by Google

EADEM hæc in poſterioribus 8. menſibus ſeruabis omnino, dummodo pro 7. die Nonarum, & 15. Iduum, ſumas diem 5. & 13. in quos videlicet dies, Nonæ atque Idus illorum menſium incidunt.

EXEMPLI gratia. Denominandus ſit dies 3. Martij, qui Nonas diei 7. antecedit. Deme 2. (numerum videlicet vnitate minorem numero diei 3. propoſiti) ex 7. remanent 5. Dices ergo die 3. Quinto Nonas Martij, hoc eſt, quinto die ante Nonas incluſiue.

RVRSVS detur dies 10. eiuſdem menſis. Quia Idus cadunt in 15. diem Martij, & dies 10. propoſitus eſt poſt Nonas ante Idus, detrahe 9. ex 15. vt reliqua fiant 6. Dices igitur die 10. Sexto Idus Martij.

PRÆTEREA offeratur dies 23. Iunij. Quoniam Idus præterierunt, & Calendæ Iulij inſequentis incidunt in diem 31. à Calendis Iunij numeratum, (quod Iunius habeat dies 30.) auferemus 22. ex 31. vt relinquantur 9. Die igitur 23. Iunij dicendum eſt, Nono Calendas Iulij.

SIT denique datus dies 10. Auguſti. Quia Nonæ præterierunt, Idus vero in diem 13. incidunt; ſi 9. ex 13. demantur, remanebunt 4. Dices ergo tunc, Quarto Idus Auguſti.

ADVERTE tamen, quando numerus reliquus eſt 2. non eſſe dicendum, Secundo Nonas, vel Idus, vel Calendas, ſed Pridie Nonas, vel Idus, vel Calendas.

Quomodo ex Nonis Idibus, & Calendis dies menſium cognoſcantur.

IAM vero ſi dies proponatur à Nonis vel Idibus alicuius menſis aut à Calendis ſubſequentis denominatus, velimuſq; ſcire, quotus dies menſis is ſit, detrahendus erit numerus denominationis, minus vno, ex numero diei, in quem Nonæ cadunt, vel Idus, vel Calendę inſequentis menſis, prout dies denominatus erit à Nonis, vel Idibus, aut Calendis. Reliquus enim numerus dabit diem menſis, qui quæritur.

VERBI gratia. Scriptæ ſint literæ quædam Quinto idus Ianuarij. Quoniam Idus Ianuarij in diem 13. incidunt, demendus erit numerus 4. (vnitate ſcilicet minor numero Quinti Idus) ex 13. vt reliqua ſint 9. Fuit ergo dies ille, quo ſcriptæ ſunt literæ, dies 9. Ianuarij.

ITEM datæ ſint aliæ literæ Pridie Nonas Octobris. Quoniam Nonæ Octobris cadunt in diem 7. auferemus 1. (numerum ſcilicet vnitate Minorem numero Secundi Nonas, qui Pridie profertur) ex 7. relinquetur que dies 6. Octobris.

POSTREMO ſcriptæ ſint aliæ literæ Decimooctauo Calendas Iulij, qui dies in menſe Iunio exiſtit. Quia ergo Calendæ Iulij cadunt in diem 31. à Calendis Iunij numeratum, cum Iunius habeat dies 30. ſi detrahantur 17. ex 31. ſuperſunt 14. Literæ ergo illę ſcriptæ ſunt 14. Iunii, proximo videlicet die poſt Idus.

CAPVT XI.

De Indictione.

Indictio quid.

INDICTIO eſt reuolutio 15. annorum ab 1. vſque ad 15. qua reuolutione finita, iterum ad 1. reditur. Et quoniam frequens vſus eſt Indictionis in Bullis Pontificiis, ac diplomatibus, aliiſque ſcripturis publicis, non abs re erit paucis docere, qua via cuiuslibet anni Indictio reperiri poſſit: quod hac ratione fiet.

Collocatio annorum centeſimorum in manu, ad Indictionem peruestigãdam.

IN extremitatibus Pollicis, Indicis, ac Medii ſiniſtræ manus diſponẽdi ſunt primum anni centeſimi, hoc modo. In Pollice ponatur 0. In Indice 100. In Medio 200. Rurſus in Pollice 300. In Indice 400. In Medio 500. In Pollice 600. &c.

MAGNO autem numero centeſimorum annorum propoſito, ita ſedem eius centeſimi expedite reperies. Reiice 3. ex numero centeſimi propoſiti, quoties fieri poteſt; quod facile fiet, ſi figuras numerum centeſimum exprimentes in vnam ſummam ordine colligas, reiectis ſemper 3. quemadmodum apud Arithmeticos reiici ſolent 9. in probatione nouenaria. Si namque poſt abiectionem omnium 3. reliquo numero adiicias 1. collocandus erit annus centeſimus in eo digito, quem numerus procreatus, qui nunquam maior erit quam 3. indicat. Verbi gratia, ſi datus ſit annus 4716. Ex 47. numero ſcilicet centeſimorum annorum, reiectis 3. remanent 2. (Reiectio hæc ita fiet. Abiectis 3. ex figura 4. manet 1. quæ addita ad figuram 7. fiunt 8. & abiectis 3. relinquuntur 2.) quibus ſi adiicias 1. fiunt 3. In tertio igitur digito, id eſt, in Medio locandus erit annus 4700. Item datus ſit annus 1589. Abiectis 3. ex 15. nimirum ex numero centeſimorum, remanet 0. Addita 1. fit 1. Igitur in primo digito, videlicet in Pollice, annus 1500. ponendus eſt.

Collocatio trium Indictionũ, ad Indictionẽ cuiuſuis anni inquirẽdam.

DEINDE in eiſdem tribus extremitatibus reponendi ſunt tres numeri trium Indictionum, hac ratione. Quia Chriſtus Dominus natus eſt poſt annum 3. Indictionis, ponetur Indictio 3. in Pollice, vbi ſcilicet locatus eſt annus 0, id eſt, annus ortum Chriſti proxime antecedens. Et quoniam Cyclus 15. annorum Indictionis in 100. annis ſexies continetur, & ſuperſunt 10. ſi addemus 10. ad 3. conficietur Indictio 13. in ſecundo collocanda digito. Additis rurſus 10. ad proximam Indictionem 13. colligitur ſumma 23. à qua ſi reiicietur Cyclus Indictionis, hoc eſt, anni 15. ſupererit, Indictio 8. locanda in tertio digito. Atque hæ Indictiones illis annis centeſimis debentur, qui in illis digitorũ extremis ex ſuperiore diſpoſitione collocantur. Hi aũt tres numeri Indictionũ, quos in digitorum annorum extremis ſtatuimus, hoc verſiculo comprehenduntur.

Da tria primo, alij tredecim, deinde octo ſequantur.

Hoc enim carmine indicatur, primo digito tribui 3. ſecundo 13. & tertio 8.

IAM ſi Indictioni cuiuſuis centeſimi anni, quæ collocata eſt in eo digito, in quo ille centeſimus eſt conſtitutus, adiicias annos expanſos poſt eum centeſimum datos, atque ex ſumma abiicias 15. quoties fieri poteſt, procreabis Indictionem anni propoſiti.

EXEMPLI gratia. Datus ſit annus 1589. Quoniam annus 1500. in Pollicem cadit, ſiue in primum digitum, (quod reiectis 3. ex 15. numero videlicet annorum centeſimorum ſuperſit 0, & addito 1. fiat 1.) conueniet anno 1500. Indictio 3 in eodem Pollice conſtituta. Ad quam ſi adiiciantur anni expanſi 89. & ex ſumma 92. reiiciantur omnia 15. reliqua fiet Indictio 2. anni 1589.

RVRSVS propoſito anno 4716. qui in digitum Medium, ſiue tertium, cadit, quod reiectis 3. ex 47.

numero

numero ſcilicet annorum centeſimorum, reliqua ſint 2. quibus ſi addatur 1. fiunt 3.) vbi collocata eſt Indictio 9. Cui ſi anni 16. expanſi addantur, colligetur ſumma 24. Ex hac reiecto Cyclo 15. annorum Indictionis, ſupereſt Indictio 9. anni 4716. propoſiti. atque ita de cæteris.

INDICTIONEM quoque per Arithmetices præcepta facile reperiemus, ſi annis Domini adiiciemus 3. numerumque collectum per 15. diuidemus. Numerus enim ex diuiſione reliquus erit Indictio quæſita: aut ſi nihil ſuperſit, Indictio quæſita erit 15. Vt ſi Indictio quæratur anno 1589. Additis 3. & numero conflato 1592. per 15. diuiſo, ſupereſt numerus 2. pro Indictione anni 1589. Rurſus ſi Indictio anni 3462. deſideretur; Additis 3. ad annos 3462. diuidatur collectus numerus 3465. per 15. ſupererit enim 0. Igitur Indictio anni 3462. erit 15. Eadem in reliquis ratio ſeruanda eſt. *Inuentio Indictionis per præcepta Arithmetices.*

CAPVT XII.

De loco Solis in Zodiaco.

VT ſcias, quonam in ſigno, & gradu Zodiaci, plus minus, Sol quotidie commoretur, noſſe primo loco oportet, in quod ſignum quolibet menſe Sol ingrediatur. Pro qua re diſcendi ſunt duo hi verſiculi ab Aſtronomis olim compoſiti.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo:
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

Hæc enim duodecim ſigna eodem ordine duodecim menſibus anni, ſumpto principio à Martio, conueniunt. Primum etenim ſignū, id eſt, Arietem, ingredietur Sol menſe Martio; ſecundum, quod eſt Taurus, menſe Aprili: atque ita deinceps: ita vt vndecimum, nimirum Amphoram, ſiue Aquarium, menſe Ianuario, qui vndecimus eſt à Martio, ingrediatur: Et menſe Februario Piſces, ſiue duodecimum ſignum. *In quod ſignum quolibet menſe Sol ingrediatur.*

DEINDE diſcendum, quo die menſis Sol in ſignum ei tributum menſi ingrediatur. Quod vt memoria facilius comprehendi poſſit, hi alij duo verſiculi excogitati ſunt.

Inclyta Laus Iuſtis Impenditur: Hæreſis Horret
Garrula: Grex Gratus Fauſtos Gratatur Honores.

Nam 12. voces horum verſuum 12. menſibus anni eodem ordine reſpondent, initio tamen facto à Ianuario, ita vt prima vox [*Inclyta*] tribuatur Ianuario: ſecunda [*Laus*] Februario, & ſic deinceps.

IGITVR vt diem habeas, quo Sol in ſignum proprij menſis intret, vide, quota ſit in alphabeto prima litera eius vocis, quæ propoſito menſi reſpondet. Si enim tot vnitates, quotum in alphabeto ea litera locum occupat, ex 30. ſubtrahas, reliquus fiet numerus illius diei, quo Sol ſignum illius menſis ingreditur. *Quo die Sol in quodlibet ſignum ingrediatur.*

VELVTI ſi ſcire cupias, quo die menſis Martij Sol ſignum Arietis introeat: quoniam Martio, id eſt, tertio menſi tribuenda eſt vox tertia [*Iuſtis*] cuius prima litera I, nona eſt in alphabeto, detrahemus 9. ex 30. vt relinquantur 21. Die ergo 21. Martij Sol principium Arietis tenebit.

SIC ſi velim ſcire, quo die Nouembris Sol intret ſignum Arcitenentis, ſeu Sagittarij: quia Nouembri, hoc eſt, vndecimo menſi, reſpondet vndecima vox, [*Gratatur*] cuius litera prima G, ſeptima eſt inter alphabeti literas; auferenda erunt 7. ex 30. vt dies 23. Nouembris fiat reliquus, quo Sol Sagittarium ingreditur.

QVOD ſi eaſdem vnitates, quas prima litera cuiuſuis menſis offert, adiicias ad numerum propoſiti diei eiuſdem menſis, colliges numerum, qui indicabit quo in gradu ſigni Sol exiſtat eo die: ea tamen lege, vt ſi numerus collectus minor fuerit, quam 30. inuentus gradus referatur ad ſignum antecedentis menſis; quod tunc Sol nondum ad proprium ſignum propoſiti menſis peruenerit. Si vero idem numerus maior, quam 30. fuerit, in eo gradu ſigni proprij menſis dicas Solem commorari, qui relinquitur, ſi 30. abiiciantur ex numero conflato. Si denique ſumma confecta fuerit omnino 30. pronuncies Solem tenere vel gradum 30. ſigni antecedentis menſis, vel principium proprij menſis. *In quo gradu Sol quotidie verſetur.*

VERBI gratia. Si quis ſcire deſideret, vbi Sol die 10. Aprilis exiſtat: addat 9. propter primam literam I, quartæ vocis [*Impenditur*] quæ quarto menſi, id eſt, Aprili debetur; addat, inquam, 9. ad 10 diem propoſitum, vt efficiat 19. qui numerus minor eſt quam 30. Nondum ergo Sol ſignum Tauri, quod Aprili tribuitur, ingreſſus eſt, ſed in gradu 19. Arietis, ſigni videlicet antecedentis menſis Martij, verſatur.

RVRSVS optet quiſpiam cognoſcere, in quo gradu verſetur Sol die 27. Septembris, qui menſis nonus eſt, ac propterea nona vox [*Gratus*] ei tribuenda eſt, cuius prima litera G, ſeptimum locum inter literas Alphabeti occupat. Si igitur addam 7. ad diem 27. propoſitum, efficiam 34. numerum maiorem, quam 30. ex quo intelligam, Solem iam ingreſſum eſſe Libram, ſignum ſcilicet menſis Septembris. Ablatis autem 30. ex 34. ſupereſt 4. gradus Libræ, in quo Sol tunc exiſtet.

POSTREMO ſi cupias noſſe, vbi Sol die 22. Maij moretur: quoniam Maio, quinto menſi, reſpondet vox [*Hæreſis*] cuius prima litera H, octaua eſt in Alphabeto. Additis ergo 8. ad diem 22. conficitur ſumma 30. Sol ergo die 22. Maij verſabitur in gradu 30. Tauri, vel in principio Geminorum.

ETSI autem hac ratione non omnino verus locus Solis cognoſci poteſt, tum propter annos Biſſextiles, atque communes, tum quia Sol non prorſus vnum gradum quotidie in Zodiaco peragrat; vix tamen error committetur dimidiati gradus, vel ad ſummum vnius; ita vt plus minus, verum Solis locum aſſequamur, tam certo videlicet, atque explorate, vt tuto eo poſſimus vti in vſu eorum horologiorum, in quibus ad horas cognoſcendas neceſſe eſt, locum Solis in Zodiaco habere perſpectum. Quod etiam ad vſum aliorum inſtrumentorum, quibus Aſtronomi vtuntur, requiritur.

Digitized by Google

CAPVT XIII.

De loco Lunæ in Zodiaco, & quot horis noctu luceat.

QVEM locum Zodiaci Luna quolibet die propoſito occupet, hoc eſt, in quo ſigno, & gradu exiſtat, plus minus, colligunt Computiſtæ hoc fere modo. Ætatem Lunæ in Calendario inuentam, addita prius vnitate, (propterea quod Luna plerumque vno die citius cum Sole coniungitur, quam Epactis monſtratur: ac proinde cum Epacta quælibet indicat Lunam dierum, verbi gratia, 16. merito eandem dicemus in cœlo eſſe dierum 17.) duplicant, numerumque procreatum per 5. partiuntur. Quotiens enim numerus indicabit, quot ſignis integris Luna à Sole, ſecundum ſucceſſionem ſignorum diſtet: vnitates autem reliquæ, ſi quæ ſunt, dabunt quintas partes vnius ſigni, (ita vt pro ſingulis vnitatibus ſenos gradus accipiant;) quibus vltra ſigna integra, Luna à Sole abeſt, ſecundum eandem ſucceſſionem ſignorum.

EXEMPLI gratia. Anno 1588. die 7. Decembris Luna inuenietur habere dies 18. verius autem continebit tunc dies 19. Duplica igitur 19. & numerum procreatum 38. partire per 5. Quotiens erit 7. & reliquæ vnitates 3. Aberit ergo tunc Luna à Sole 7. ſignis, & inſuper 18. gradibus, id eſt, tribus quintis partibus vnius ſigni. Cum igitur die 7. Decembris Sol teneat gradum 15. Sagittarij, vt ex capite ſuperiori patet, ſi poſt Sagittarium numeremus ſeptem ſigna, Capricornum, Aquarium, Piſces, Arietem, Tauros, Geminos, Cancrum, diſtabit gradus 15. Cancri à loco Solis, hoc eſt, à gradu 15. Sagittarij, ſeptem ſignis: & ſi adiiciamus alios 18. gradus, reperiemus tunc Lunam occupare gradum 3. Leonis fere.

HAC regula diſces, Lunam in primo aſpectu quadrato, cum ſcilicet eſt dierum 7. cum ſemiſſe, abeſſe à Sole tribus ſignis: In plenilunio autem, cum habet dies 15. diſtare Lunam ſex ſignis à Sole: In ſecundo denique quadrato aſpectu, cum fere eſt dierum 22. cum ſemiſſe, receſſiſſe Lunam à Sole nouem ſignis. Nam bis 7. & ſemis faciunt 15. quibus diuiſis per 5. producuntur 3. ſigna. Item bis 15. efficiunt 30. quibus diuiſis per 5. producuntur ſex ſigna. Denique bis 22. & ſemis ſunt 45. quibus diuiſis per 5. exeunt 9. ſigna.

EVNDEM locum Lunæ in Zodiaco ita quoque inueſtigare poterimus. Quoniam Luna mouetur ab occaſu in ortũ motu medio Grad. 13. fere, vt ex Theoricis patet; ſi ætatem Lunæ multiplicemus per 13. procreatumque numerum per 30. partiamur, indicabit Quotiens numerum ſignorum, quibus Luna ſecundum ſucceſſionem ſignorum diſtat à loco, vbi in Nouilunio erat: Reliquus autem numerus dabit gradus. Inuento ergò loco Solis tempore illius Nouilunij, reperies facile locum Lunæ.

VT die 7. Decembris anni 1588. Luna habet dies 19. qui mutiplicati per 13. efficiunt 247. gradus, hoc eſt, ſigna 8. & gradus 7. Cum ergo die 19. Nouembris, quo Nouilunium factum eſt in cœlo, (licet Epacta ij. illud reiiciat in diem 20.) Sol ac proinde & Luna extiterit in gradu 26. Scorpij, exiſtet die 7. Decembris Luna in 3. gradu ferme Leonis, hoc eſt, diſtabit ſignis 8. gradibus 7. fere à gradu 26. Scorpij.

PER hanc etiam regulam diſces Lunam in plenilunio abeſſe 6. ſignis à Sole, in primo autem quadrato aſpectu ſignis 3. & in ſecundo ſignis 9. Nam multiplicatis 15. per 13. fiunt 195. gradus, hoc eſt, ſigna 6. & gradus 15. Cum ergo Sol confecerit grad. 15. à Nouilunio vſque ad Plenilunium, aberit Luna à Sole ſignis 6. In primo autem quadrato aſpectu ſi dies 7. & ſemis, ducantur in 13. fiunt grad. 97. & ſemis, hoc eſt, ſigna 3. & grad. 7. cum ſemiſſe. Cum igitur Sol à Nouilunio ad primum quadratum aſpectum vſque confecerit grad. 7. cum ſemiſſe, diſtabit Luna à Sole ſignis 3. In ſecundo denique aſpectu quadrato, ſi ducantur dies 22. & ſemis in 13. procreantur grad. 292. cum ſemiſſe, hoc eſt, ſigna 9. & grad. 22. cum ſemiſſe. Quare cum Sol à Nouilunio vſque ad ſecundum aſpectum quadratum confecerit fere grad. 22. cum ſemiſſe, aberit Luna à Sole ſignis 9.

Quot horis noctu Luna luceat.

IAM vero quanto tempore Luna noctu luceat, Computiſtæ ita fere cognoſcunt. Ætatem Lunæ inuentam (addita quoque prius vnitate) ſi maior non ſit, quam 15. dierum: vel eius complementũ ad 30. ſi maior fuerit, quam 15. multiplicant per 4. numerumq; genitum partiuntur per 5. Quotiens enim indicabit horas inæquales, & reliquæ vnitates, ſi quæ ſint, quintas partes vnius horæ, quibus luna lucet; quæ quidem horæ poſt occaſum Solis numerandæ ſunt, quando plenilunium nondum aduenit; poſt Plenilunium vero eædẽ numerandę ſunt ante Solis exortum: adeo vt Luna creſcente fulſio eius ſit veſpertina; matutina autem, eadem decreſcente.

VERBI gratia. Anno 1588. die 7. Decembris reperietur ætas Lunæ dierum 18. & addita vnitate, dierum 19. Complementum eius ad 30. eſt 11. quo numero multiplicato per 4. numeroque producto 44. diuiſo per 5. fiet Quotiens 8. cum quatuor quintis. Tot ergo horis inæqualibus, hoc eſt, octo duodecimis partibus totius noctis, & inſuper quatuor quintis vnius partis duodecimæ, Luna ea nocte lucebit ante ortum Solis.

HAC porro regula comperies Lunam in plenilunio lucere 12 horis, id eſt, tota nocte: in vtroque quadrato aſpectu, 6. horis, hoc eſt, dimidiata nocte: cum Luna dies 5. vel 25. habet, horis 4. id eſt, tertia parte noctis. Denique cum Luna eſt 4. aut 26. dierum, horis ferme 3. ſiue quarta noctis parte.

ITAQVE cognita magnitudine noctis propoſitæ, ſi ea in 12. partes æquales diſtribuatur, cognoſcetur etiam horæ æquales, quibus Luna lucet. Vt quoniam die 7. Decemb. nox continet hor. 14. min. 55. fere ad latitudinem gr. 42. lucetq; cum Luna ex data regula horis 8 inæqualibus, cum quatuor quintis; complectitur autem pars duodecima noctis horam 1. min. 14. cum 7. duodecimis, comprehendent octo duodecimæ noctis, & quatuor quintæ vnius partis duodecimæ, horas æquales ferme 10. mi. 56. & paulo amplius, quibus Luna tũc lucebit.

MVLTAS autem ob cauſas, neque locus Lunæ in Zodiaco, neque tempus eius fulſionis, per haſce regulas ad vnguem reperitur; tum quia minuta in ijs negliguntur, & Luna non æquabiliter ſub Zodiaco fertur; ex quo neceſſario error aliquis in eius loco inueſtigando committitur: tum etiam, quia tempus Lunæ augetur, cum ipſa ſuo motu velox eſt, & Septentrionalis: diminuitur autem, cum tarda eſt, ac Meridionalis; vt propterea in eo tempore inquirendo neceſſario à vero aberretur. Huc accedit, quod neq; ætas Lunę exquiſite per Epactas reperitur, neque locus Solis in Zodiaco: quæ res aliquot graduum errorem inducat, neceſſe eſt. Satis eſt per has regulas reperiri, plus minus, ſignum, in quo Luna die propoſito exiſtat, etiamſi interdum aliquot gradibus à vero eius loco, ob eas, quas diximus cauſas, aberremus.

COM-

Digitized by Google

COMPVTI EC-CLESIASTICI

Pars Secunda per Tabulas.

Aurei numeri inuentio ex tabula 1.

SI propoſitus annus eſt vnus ex centeſimis, quære eum inter centeſimos annos. Nam deſcendendo illico è regione illius reperies aureum numerum illi centeſimo congruentem in linea ſolitaria aureorum numerorum.

SI vero datus annus non eſt centeſimus, inuenies eius aureum numerum è regione dati anni expanſi ſub centeſimo, qui datum annum expanſum proxime antecedit.

Tabula Paſchalis, ſiue feſtorum mobilium noua reformata, & perpetua. 34

Tabula Lunationum aureorum numerorum in veteri Calendario deſcriptorum. 342

Tabulæ Prutenicæ, quæ hodie ab omnibus vſurpantur, cur incertæ iudicari poſſint. 67

Tabularum Aſtronomicarũ inconſtantia vnde proueniat. 67

Tabularum Aſtronomicarum inconſtantiam non obeſſe perfectioni, ac perpetuitati Calendarij. 81

Tabulas Aſtronomicas magni faciendas eſſe etiamſi longo tempore durare nequeant. 67

Tabulas medij motus Lunæ vtiles eſſe ad examinandum Cyclum quemcunque propoſitum. 347

Tabulas Prutenicas ad Calendarium reſtituendum eſſe adhibitas. 81

Traditionem eſſe Apoſtolicam de celebrando Paſchate die Dominica poſt Lunam xiiij. primi menſis. 56

Tropicus annus quando ſit maximus, quando minimus, & quando mediocris. 96

V.

VErno æquinoctio dies 21. Martij à Concilio Nicæno tributus eſt. 62

Verum æquinoctium prolapſurum ad diem 27. Martij, quare quidam Aſtronomus opinatus ſit. 80

Victoris Papæ Mart. decretum de Paſchate celebrando poſt Lunam xiiij. primi menſis. 55

Vieta propter quam cauſam cogatur toties conſtituere Lunarem menſem dierum 28. & interdum dierum duntaxat 27. 512

Vietæ Calendarij inſcriptio. 505

Vietam comminiſci nouam Epactarum collocationem, nouumque anni principium. 506

Vietæ κριτικὰ aduerſus Calendarium Gregorianum, earumque ſolutiones. 515

Vietæ audax facinus in Calendario ſuo ſeorſum excudendo, cum bulla Gregorij. 510

Vietam ſecundum priorem tabulam æquationis celebrare Paſcha non raro in ſecundo menſe. 524

Vietam, velit, nolit, facere interdum Lunationem dierum 31. in anno biſſextili. 512

Vietam infringere regulam vulgarem inueſtigandi ætatem Lunæ per Epactas. 510

Vietæ Epactas vere non eſſe Epactas. 510

Vietæ Epactas non eſſe æquales diebus, qui in Decembri poſt vltimam Lunationem ſuperſunt. 511

Vietam duas tabulas æquationis Epactarum proponere inter ſe contrarias. 519

Vietam ſecundum priorem tabulam æquationis exhibere 125. Paſchata ante Plenilunium medium. 521

Vietam ſecundum poſteriorem tabulam æquationis ſæpius in menſe vltimo Paſcha celebrare. 525

Vietam ſæpiſſime exhibere Lunas xv. ante tempus legitimum. 527

Vietam non paucas Lunas xiiij. plus æquo, poſtponere. 52[illegible]

Vietam nonnunquam vel conſtituere duo Nouilunia proxima, nullo intercedente die, vel nullum habere in vno anno Nouilunium Paſchale, vnique Lunationi dies 31. tribuere. 513

Vietam interdum vel conſtituere Lunationem duorum tantum dierum, vel 32. nullumque habere in vno anno Nouilunium Paſchale. 514

Vietam non ſemper addere 11. vt Epacta ſequens formetur. etiamſi neque aureus numerus ſit 19. neque alia litera æquationis accipienda ſit: contra omnium Computiſtarum doctrinam. 514

Vietam temere ſex dies anni Nouilunio priuare. 514

Vſus æquationis Epactarum ſecundum Aloyſium Lilium inſtitutæ. 10

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google


NOVI CALENDARII ROMANI APOLOGIA,

Aduerſus Michaelem Mæſtlinum Gæppingenſem, in Tubingenſi Academia Mathematicum,

DVOBVS LIBRIS EXPLICATA,

AVCTORE

CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI E SOCIETATE IESV.



MOGVNTIÆ,

Sumptibus ANTONII HIERAT, excudebat JOANNES ALBINVS.

Cum Gratia & Priuilegio Sacræ Cæſar. Maieſt.

ANNO M. DC. XII.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS LECTORI.

QVI in conficiendo nouo Calendario Romano plurimum operæ & laboris poſuerat, idem in defendendo ſolus ferè laborauit Chriſtophorus Clauius. Ac primum quidem Michaelis Mæſtlini, cum in illud ante omnes fere alios incurriſſet, impetum repreſſit hac ipſa Apologia: Deinde cum plures alii, qui vel eodem, quo Mæſtlinus Religionis odio ducebantur; vel ingenii ſui famam periclitari putabant, ſi quid ab aliis bene feliciterque geſtum faterentur, apertam veritatem oppugnare pergerent, maiore ſibi apparatu eam defenſionem adornandam eſſe cenſuit: itaque ſecundo in lucem edidit ROMANI CALENDARII A GREGORIO XIII. RESTITVTI EXPLICATIONEM, *ad quam multa ex hac Apologia transtulit, tam multa addidit, vix vt amplius quicquam deſiderari poſſit, nec nos operæpretium facturi videamur, ſi priorem illam Apologiam prælo iterum ſubiecerimus. Ne quid tamen ex doctiſſimi viri monumentis periret, vel aliquid minimum omittere religio fuit. Tantum triginta illa aureorum numerorum Calendaria triginta lineis tabulæ expenſa Epactarum reſpondentia, & totidem Cyclorum Lunationes, quod iam in locupletiore illa Calendarii expoſitione extarent, & hinc ſine vllo incommodo abeſſe poſſent, repetendas eſſe non putauimus Seiunximus etiam vnum librum ab altero, vt vtro quis velit, ſeorſim vti poſſit: nam eorum alter ad eam, quæ de Calendario eſt, doctrinam conſequendam abunde ſufficit. Atque hac de re monere lectorem voluimus.*

Digitized by Google

APOLOGIAE CALENDARII NOVI

ADVERSVS MICHAELEM MÆSTLINVM Mathematicum Tubingenſem

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

QVOD ſummis votis Concilia Oecumenica, quod omnes Mathematici, & boni omnes ſemper expetiuerunt, vt Calendarium Romanum ab erroribus, in quos ob inæquales Solis, ac Lunæ curſus diuturnitate temporis erat prolapſum, reuocaretur, hoc ſuperioribus annis à Gregorio XIII. Pont. Max. conſultis per literas totius orbis Chriſtiani Principibus, adhibitiſque peritiſſimis Mathematicis, Deo adiuuante, perfectum atque abſolutum eſt. Quæ res cum à Rudolpho II. Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, à Regibus, Principibuſque Chriſtianis, à Rebuſpub. & à præcipuis Academiis, mirifica, & penè incredibili voluntatum, ſtudiorumque conſenſione probata eſſet, atque laudata; deinde, legibus, vt ab omnibus ſanctè obſeruaretur, confirmata eſt. Vnus hiſce diebus prodiit Michael Mæſtlinus neſcio quis Gœppingenſis, in Academia Tubingenſi Mathematicus, qui arrogantia plus quam hæretica tumens non ſolum factum hoc Pontificis memoria dignum, perinde ac cætera omnium Pontificum præcepta, ac leges pro nihilo habet, atque contemnit, (quod omnium ſemper hæreticorum fuit proprium) vetum etiam edito longo ſatis ac verboſo examine Calendarii emendationem funditus euertere conatur, idque tam præcipiti proiectaq; audacia, vt quaſi alter Iſmael, cuius manus contra omnes, in Pontificem ipſum Chriſti Vicarium, in Mathematicos omnes, in conſenſionem omnium fidelium ludibundus incurrat. Ediderat quidem prius, vt aſſerit, aliud examen Germanica lingua conſcriptum, quod in manus meas nondum peruenit; ſed quia id vidit tantas non habuiſſe vires, vt Calendarium è medio, quod optabat, tolleret, quippe quod non ſolum Catholici omnes, ſed plerique etiam hæretici eius præſtantia, ac veritate allecti receperint, addidit hoc alterum, quo ſane putat ſe victoriam de Calendario reportaſſe, atque ſilentium impoſuiſſe omnibus, qui id adhuc approbarunt, & vt reciperetur ab omnibus, ſuo hortatu, & conſilio apud Principes, ac Magiſtratus auctores extiterunt. Vt autem omnes videant, quam arroganter, atque inſolenter in poſteriori hoc examine iſte centumgeminus Briareus non ſolum nouo Calendario, cœloque bellum indicat, verumetiam omnes, quotquot vbique gentium ſunt, Mathematicos ad pugnam prouocet, non abs re fore iudicaui, ſi inflata eius inſcriptio ad verbum hic inſeratur, quæ ita ſe habet.

Digitized by Google

ALTERVM EXAMEN NOVI PONTIFICIALIS GREGORIANI CALENDARII, QVO EX IPSIS FONTIBVS DEMONſtratur, quod nouum Calendarium omnibus ſuis partibus, quibus quam rectiſsimè reformatum vel eſt, vel eſſe putatur, multis modis mendoſum, & in ipſis fundamentis vitioſum ſit.

Inſolens inſcriptio examinis Mæſtliniani.

QVO AVCTOR vniuerſos Mathematicos, qui vel primum confecere nouum illud Calendarium, vel defendere hactenus, audacter prouocat, vt niſi impoſtores, & publicæ pacis in S. Romano Imperio turbatores haberi velint, ad hoc examen reſpondeant. Aut ſi reſpondere nequeant, vt ſe nimis temerario applauſu, & præcoci conſilio hoc Calendarium collaudaſſe, atque paſſim ad recipiendum perſuaſiſſe, ingenue, pro communis Patriæ ſalute, agnoſcant.

Cur non citius ad examen Mæſtlini reſponſum ſit

HÆC eſt glorioſi illius militis verborum iactatio, qua ſibi omnino perſuaſit, neminem ad eius examen reſpondere auſurum eſſe. Cui ego quidem examini vel propter obſcuritatem aduerſarij, vel propter apertas calumnias, atque ineptias neminem arbitror, (coniecturam enim facio ex me) adhuc reſpondere voluiſſe. Neminem enim tam ſtultum, tam fatuum, tam cæcum fore exiſtimabant, apud quem aduerſus Pontificis Max. Imperatoris Rom. & Chriſtianorum Regum auctoritatem, Catholicique orbis conſenſionem vnius hominis loquacitas valeret. At cuius hominis? nempe eius, qui ex Germaniæ angulo Gœppinga, ex inſcitiæ latebris emerſus, ignotus omnibus, famam, celebritatemque nominis ex Romani Calendarii euerſione, velut ille olim ex Dianæ Epheſiæ ruina, quæreret. Ac me quidem cum ſæpius à grauiſsimis viris ad reſpondendum incitarer, hæc ipſa cogitatio fecit vel ad ſuſcipiendum opus vel ad exequendum, tardiorem. Ad extremum, cum ex amicorum literis cognouiſſem, detrectatione tam ignobilis certaminis, tanquam conceſsione victoriæ iſtum inſolentiſsime debacchari, & quorundam nimis credulorum animos paulatim iam labare cœpiſſe, ſtatui hoc qualecunque certamen non refugere. Ego igitur, qui vnus ex ijs fui, quibus veteris Calendarij corrigendi negotium datum eſt, quantuluſcunque ſum, velut alter Dauid, diuina magis ope, quàm meis viribus fretus, cum iſto Golia, pro Eccleſiæ dignitate, congrediar. Quis eſt enim iſte Philiſtæus incircumciſus, qui exprobrauit aciem Dei viuentis? Itaque hac Apologia, quantum in me erit efficiam (quando cum alijs me prouocat) vt omnes intelligant, nos impoſtores non eſſe, aut pacis perturbatores, ſed prudenti conſilio, ac neceſſario, errores è Calendario ſuſtuliſſe, ipſum vero neque, in quo correctio Calendarij conſiſtat intellexiſſe, neque illud reſtitutum iam, atque emendatum rectè oppugnaſſe, ſed multa prauo animo & iniquo, in eo ad alienum ſenſum torſiſſe, vt facilius orbi terrarum imponeret, rudeſque, & imperitos in Calendarium nouum, tanquam innumeris vitiis, atque erroribus refertum, ſimulque in Pontificem Max. eius auctorem concitaret. Silentio autem prætenibo impias huius eccleſiæ turbinis voces aduerſus poteſtatem Pontificis Romani; cum omnium hæreticorum tam veterum, quam recentiorum proprium ſemper fuerit, ab obedientia capitis Eccleſiæ (quod eſſe Pontificem Romanum, innumerabiles fermè Doctores ex Concilijs, & Patribus luce clarius demonſtrarunt) ſe ſubducere. Tantum iſtius omnium gentium correctoris examen pro virili examinabo, vt cuiuſmodi tandem ſit perſpici queat. Cæterum oro, quaſoque eos, qui hoc volumen lecturi ſunt, ne ſi quando iſti, vti prouocauit, reſpondero, modeſtiæ, meique me oblitum putent: ſed meminerint tantam hæretici hominis audaciam Pontificiæ maieſtati inſolentiſsime inſultantem leniter, clementerque accipiendam non fuiſſe. Nam vt errantis inſcitia docenda eſt, ita furentis audacia frangenda. Id adeo D. Hieronymum, alioſque ſanctos Patres factitaſſe cernimus, qui Hæreticorum impudentiam acri, vehementique oratione retuderunt. Ne videlicet Catholicorum lenitas inſolentiam aleret, augeretque Hæreticorum, ſi homines arrogantiſsimi modeſtiam metum interpretarentur, Quocirca nemo erit tam iniuſtus rerum exiſtimator, qui non idem in eademque cauſa mihi quoque licere arbitretur: præſertim cum nouus iſte Golias vinci, ſternique non poſsit, niſi porrecta, attritaque audaciſsimi hominis frons ſubinde feriatur. Verum faciemus id modice, vt ipſe quoque intelligat, nos non tam cruorem, quam ruborem elicere voluiſſe. Vt autem reſponſum hoc meum neque infructuoſum ſit legentibus, & ab omnibus facilius percipiatur, explicanda in eo erunt, quæ ad negotium correctionis Calendarij opportuna viſa fuerint, atque inter cætera, cur emendari oportuerit, & in quo eius reſtitutio conſiſtat. Ita enim fiet, opinor, vt non ſolum calumnijs Mæſtlini ſatisfiat quam cumulatiſſime verum etiam, vt omnibus alijs, qui nouum hoc Calendarium improbare nonnunquam ſolent, (non aliam ob cauſam arbitror, quam quod rationes correctionis non plane illis ſint perſpectæ, ac cognitæ) ſilentium imponatur: cæteri autem qui iamdiu noui Calendarij rationem diligentius cognoſcere expetunt, habeant aliquando, vnde vberiorem eius cognitionem petant. Sunt quidem omnia fundamenta reſtituti Calendarij copioſiſsime explicata in libro nouæ rationis reſtituendi Calendarij Romani: ſed quia liber ille tum ob intempeſtiuam mortem Gregorij XIII. felicis recordationis, tum ob alia impedimenta, quæ varia extiterunt, nondum in lucem prodijt, viſum eſt, quàm maxima fieri poteſt breuitate, exponere in hoc reſpnoſo ea, ſine quibus ſatisfieri cauillationibus Mæſtlini plene non poteſt. Totam vero Apologiam in duos libros tribuemus. In primo omnia, quæ ad Aequinoctium ſpectant, explicabunntur. Secundus cyclum Epactarum, atque literarum Dominicalium continebit, Epactaſque rectè in Calendario diſpoſitas eſſe ad Paſcha debito tempore celebrandum clariſsime demonſtrabit.

Diſtributio huius operis in duos libros.

QVID

Digitized by Google

QVID IN SACRIS LITERIS DE PASCHÆ *celebratione præcipiatur, & quid in eadem à SS. Patribus, & Conciliis ſancitum ſit.*

CAPVT PRIMVM.

Præceptum de Paſcha celebratione ex ſcriptura ſacra.

PRINCIPIO igitur, vt à certis confeſsiſque ordiamur, in Exod. c. xii. Phaſe, ſiue Paſcha Hebreis præcipitur his verbis. *Dixit quoque Dominus ad Moyſen, & Aaron in terra Aegypti: Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael, & dicite eis, Decima die menſis huius tollat vnuſquiſq; agnum per familias & domos ſuas.* & paulo infra. *& ſeparabitis eum vſque ad quartam decimam diem menſis huius, immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam.* Et poſt pauca. *Eſt enim Phaſe (id eſt tranſitus) Domini* & infra. *Habebitis autem hanc diem in monumentum, & celebrabitis eam ſolennem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno.* Et paulo poſt. *Primo menſe. quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azima vſque ad diem vigeſimamprimam eiuſdem menſis.* Deinde Leuitici capite XXIII. *Hæ ſunt ergo feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus ſuis. Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperam Phaſe Domini eſt, & quintadecima die menſis huius ſolennitas azymorum Domini eſt.* Item Numerorum capite. IX. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai anno ſecundo, poſtquam egreſſi ſunt de terra Aegypti, menſe primo, dicens: Faciant filij Iſrael Phaſe in tempore ſuo, quartadecima die menſis huius ad veſperam, iuxta omnes ceremonias & iuſtificationes eius.* Et aliquanto poſt. *Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Loquere filijs Iſrael: Homo qui fuerit immundus ſuper anima, ſiue in via procul in gente veſtra, faciat Phaſe Domino in menſe ſecundo, quartadecima die menſis ad veſperam.* Numerorum quoque Capite XXVIII. habentur hæc verba. *Menſe autem primo, quartadecima die menſis, Phaſe Domini erit, & quintadecima die ſolennitas.* Ex hiſce omnibus locis manifeſtum eſt, præceptum à Deo fuiſſe Hebræis, vt Phaſe, ſiue Paſcha celebrarent die quartadecima primi menſis ad veſperam.

Quando Iudæi Paſcha celebrarunt ex præcepto diuino.

Menſis primus quis.

IS autem menſis Lunaris (menſibus enim Lunaribus Hebræi vtebantur) primus eſt, cuius dies XIIII. Lunæ (numerato etiam ipſo die Nouilunij, ſiue Neomeniæ) cadit vel in diem æquinoctii verni, vel poſt æquinoctium primo occurrit. Colligitur hoc non obſcure ex antiquioribus, & doctioribus Hebræis, qui ſemper Paſcha ſecundum cyclum Lunarem in Luna XIIII. cadente in æquinoctium, vel ipſum proxime ſequente celebrandum eſſe tradiderunt. Cuius rei teſtis locupletiſſimus eſt Ioſephus Iudæus libro III. Antiquitatnm Iudaicarum Capite XIII. ſic ſcribens. *Menſe verò Xanthico, qui apud nos Niſan appellatur, & eſt anni principium, quartadecima Luna, Sole oppoſito in Ariete, quo menſe liberati ſumus à ſeruitute Aegyptiorum, ſacrificium, quod tunc egredientes ex Aegypto fecerunt, immolare nos annis ſingulis, (quod Paſcha dicitur) celebrareque præcepit. Et vtique celebramus illud per Tribus noſtras, nihil immolatorum in craſtinum reſeruantes.* Quibus verbis aperte docet, quartamdecimam Lunam primi menſis qua Iudæi Paſcha celebrabant, eſſe eam, quæ vel in æquinoctii diem cadit, vel quæ proxime æquinoctium ſequitur, nimirum cum Sol eſt vel in principio Arietis, vel in aliquo Arietis gradu.

Idem ſenſiſſe Philonem Iudæorum doctiſſimum, & alios Iudæos antiquiores, clariſſimis verbis docet Anatolius Laodiceæ vrbis Syriæ epiſcopus, qui circa annum Domini 280. annis ferme 45. ante Concilium Nicænum floruit, qui poſtquam docuerat, (vt auctor eſt Euſebius lib. VII. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Capite XXIX.) annum, quod ad Paſchæ celebrationem attinet, ab æquinoctio verno eſſe inchoandum hæc ſubiungit. *Et ideo non parum delinquere dicimus eos, qui ante initium hoc noui anni (id eſt, ante vernū æquinoctium) Paſcha putant eſſe celebrandum. Sed nec à nobis primum exordium ſumit hæc ratio, ſed ab antiquis Iudæis fuiſſe comprobata demonſtratur, & ante aduentum Chriſti obſeruata: ſicut euidenter docet Philo, & Ioſephus, ſed & horum antiquiores Agathobulus, & ab eo eruditus Ariſtobulus ex Paneade, qui vnus ex illis lxx. ſenioribus fuit, qui miſſi fuerant à Pontificibus ad Ptolomæum regem Aegypti, Hebræorum libros interpretari in Græcum ſermonem: quique multa ex traditionibus Moſi proponenti Regi, percunctantique reſponderunt. Ipſi ergo cum quæſtiones Exodi exponerent, dixerunt, Paſcha non prius eſſe immolandum, quam æquinoctium vernale tranſiret. Ariſtobulus verò etiam hoc addidit, In die Paſchæ non ſolum obſeruandum eſſe, vt Sol æquinoctium vernale tranſcendat, verum & Luna. Cum enim duo ſint æquinoctia, Veris ſcilicet, & Autumni, æquis ſpaciis dirempta, & quartadecima menſis primi ſit ſtatuta ſolemnitas poſt veſperam, quando Luna Soli oppoſita deprehenditur è regione, ſicut etiam oculis probare licet: inuenitur vtique vernalis æquinoctii partem Sol obtinens, Luna verò è contrario Autumnalis. Legi in eorum libris, & aliis multa de his validiſſimis aſſertionibus expoſita, quæ euidenter oſtendunt, Paſchæ ſolennitatem omni genere poſt æquinoctium celebrandam.* Hæc Euſebius de Anatolio refert. Ex quibus liquet, vetuſtiores Hebræos, ac peritiores ſumpſiſſe ex traditione Moyſis eam Lunam XIIII. primi menſis, quæ vel in æquinoctium incidit, vel ipſum proxime ſequitur: ita vt Luna XIIII. æquinoctium antecedens reiecta ſemper fuerit, vt inutilis, & quæ ad vltimum potius menſem anni, quam ad primum ſpectaret. Atque hæc in ſacra, & diuina Scriptura, & à doctoribus Hebræis de Paſcha Moſaico ſancita ſunt.

Cur Eccleſia maluerit Paſcha mobile eſſe quàm fixum.

IAM verò tempore gratiæ poſt legem Moſaicam, Eccleſia Catholica, etſi ceremonialibus illis præceptis obſtricta non erat, propterea quod legalia omnia per mortem, & reſurrectionem Ieſu Chriſti ceſſauerunt, atque vim ſuam amiſerunt, vt inter ſacros Doctores conuenit: voluit tamen Paſcha Chriſtianum cuius Paſcha Hebræorum figura fuit atque vmbra, vagum quoque eſſe ac mobile, non autem ſtatum ac fixum; in eoque celebrando eadem, quæ Hebræi, obſeruare, hoc eſt, æquinoctium vernum, & Lunam XIIII.

Digitized by Google

primi menſis, propter ſacramentum, & recondita myſteria, quæ in eiuſmodi celebratione Paſchæ reſurrectionis Dominicæ includuntur, vt copioſe à S. Auguſtino libro II. ad Inquiſitiones Ianuarij Cap. I. & II. ſcriptum eſt. Quare non audiendi ſunt, qui exiſtimant, eccleſiam debere ſolennitatem Paſchæ celebrare ſtato ſemper die, inſtar aliarum celebritatum, quæ fixæ nuncupantur, nulla habita conſideratione Lunæ primi menſis; hac potiſſimum inducti ratione, vt Eccleſia ſe à difficultatibus, & controuerſijs, quæ in nouiluniis Paſchalibus oriri ſolent inter ſcriptores, liberet omnino, atque expediat: Non ſunt, inquam, audiendi, (quamuis Eccleſia id ſuo iure vtens libere facere poſſet, & nemo eam ob id poſſet reprehendere, cum illud Paſchæ præceptum ſit Ceremoniale, quod iam ceſſauit, vt dictum eſt) quoniam nunquam eo ritu celebrandi Paſcha Eccleſia Catholica vſa eſt, ſed ſemper in eo celebrando motum Lunæ, ac Solis obſeruauit, ſancitumque ita fuit ab antiquiſſimis, ſanctiſſimiſque Pontificibus Romanis, nec non à Concilio primo Nicæno confirmatum, & aliis quamplurimis, vt mox dicemus. Quamobrem conſuetudo hæc tam vetuſta nullo modo ſine graui aliqua cauſa infringenda videtur.

Dominica prima poſt Lunā 14. primi mē- ſis Paſcha Chriſtianis celebrādū eſſe, ita vt Luna 14. in Domini- cam caden- te, transfe- ratur in Dominicā ſequētem.

CÆTERVM in hoc Eccleſia à Iudæorum more diſceſſit, quod Paſcha non in ipſa quartadecima Luna primi menſis, vt Hebræi, ſed in Dominica, quæ quartamdecimam Lunam primi menſis proxime conſequitur, celebrari iuſſit, propterea quod prima Dominica poſt Iudæorum Paſcha Dominus à mortuis reſurrexit. Quocirca quemadmodum Iudæi Paſcha celebrant in decimaquarta Luna propter immolationẽ agni, qui mortẽ Chriſti præfigurabat, ita nos in Paſcha, reſurrectionis Chriſti memoriā, quæ Dominico die facta eſt celebramus. Veruntamen quoties dies XIIII. Lunæ primi menſis in diem Dominicū cadit, ſolennitatẽ Paſchæ transferri præcipit in ſequentem diem Dominicum, in quem nimirum Luna XVI. primi menſis incidit. Cuius rei duæ potiſſimū cauſæ à Patribus, & ſcriptoribus afferuntur. Primum, ne in Luna XIII. ieiunium quadrageſimale ſoluatur, aut (ſi tunc non ſoluatur, ſed in XIIII. Luna, vt Patres antiqui volebant) ne die Dominico ieiunare cogamur cum hæreticis Manichæis, & ſequenti die Lunæ feſta Paſchalia incipiant. Non licuiſſe autem ante Lunam XIIII. primi menſis ſoluere ieiunium, liquido conſtat ex Euſebio libro V. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Capit. XXIII. vbi ſic ait. *In prouincijs Aſiæ quæſtio non minima exorta eſt, velut ex antiqua eorum obſeruatione deſcendens, quod quartadecima Luna putarunt omni modo Paſcha celebrandum, quando videlicet Iudæis præcipitur agnus immolari, veluti neceſſario confirmantes, quacunque die ſeptimanæ quartadecima Luna veniſſet, ſolui debere ieiunium, cum talis conſuetudo in nullis prorſus alijs vnquam obſeruata fuiſſet eccleſiis.* Idem docet Beatus Ambroſius in Epiſtola ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos, his verbis. *Vnde ſi inciderit, ſicut futurum eſt proxime, quartadecima Luna menſis primi die Dominica, quia neque Dominica ieiunare debemus, neque tertiadecima Luna, die Sabbati incidente, ieiunium ſoluere, (quod maxime die Paſſionis eſt exhibendum) in alteram hebdomadam celebritas Paſchæ eſt differenda.* Venerabilis etiam Beda libro de temporum ratione Cap. LVII. de eadem re ita ſcribit. *Conuenit itaque diligenter aduertere, vt quoties XIIII. Luna in Dominicum incurrit diem, in ſequentem ſeptimanam Paſchalem diem potius differamus, duplici hoc modo. Primum quidem, ne XIII. Luna inuenta in Sabbati die ſoluamus ieiunium, quod conſequens non eſt, quod nec ipſa lex præcipit. Deinde ne Dominica die Luna XIIII. conſtituta ieiunare cogamur, indecentem rem, illicitamque facientes. Hoc enim Manichæorum ſecta conſuetudo poſſedit. &c.* Deinde ne vnquàm cum Iudæis Paſcha celebremus, aut cum Quartadecimanis hæreticis congruamus, qui legem Moſaicam cum Euangelio obſeruandam eſſe docebant.

PASCHA autem celebrandum eſſe Dominica, eaque prima poſt Lunam XIIII. primi menſis, hoc eſt, poſt Paſcha Iudæorum, multis SS. Patrum auctoritatibus & Conciliis decretiſque confirmari poteſt. Primum quidem celebrandum id non eſſe Luna XIIII. cum Iudæis, ſed Dominica die, ſtatuit S. Pius Papa, & martyr, decimus à B. Petro circa annum Domini CL. in Epiſtola decretali, his verbis, vt habetur De Conſecr. Diſtinct. 3. Cap. Noſſe. *Noſſe vos volumus, quod Paſcha Domini die Dominico annuis temporibus ſit celebrandum.* & paulo poſt. *Vnde & nos Apoſtolica auctoritate inſtituimus, idem omnes obſeruare debere, quia & nos idem ſeruamus: Nec debetis à capite quoquomodo diſcedere.*

Decretum S. Pii Papæ de celebra tione Pa ſcha die Dominica.

ET S. Victor Papa item & martyr, quartus decimus à B. Petro, circa annum Domini CXC. in Epiſtola ad Theophilum Cæſarienſem epiſcopum, quæ habetur Diſtinct. III. De Conſacr. Cap. Celebritatem, decernit Paſcha celebrari debere non qualibet die Dominica, ſed ea, quæ Lunam XIIII. primi menſis ſequitur, ita ſcribens. *Celebritatem Sancti Paſcha die Dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud eadem die ſolenniter celebrare mandamus: quia non decet, vt membra à capite diſcrepent, aut aliter gerant. A quartadecima verò Luna primi menſis vſque ad vigeſimam primam eiuſdem menſis eadem celebretur feſtiuitas.*

Decretum S. Victoris Papæ de Paſcha ce- lebratione die Domi- nico poſt Lunam 14 primi mē- ſis.

Ad hæc idem à variis Conciliis confirmatum eſt, atque ſancitum, Nam in Concilio primo poſt Apoſtolos, quod S. Victoris Summi Pont. cuius mentionẽ proxime fecimus, hortatu in Cæſarea Paleſtinæ à compluribus Epiſcopis celebratum eſt, cui præfuerunt Theophilus eiuſdem vrbis Epiſcopus, Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymorum, & Caſſius Eccleſiæ Tyri Epiſcopus, ita decretum eſſe, legimus apud Euſebium libro V. Eccleſiaſt. Hiſtoriæ, Cap. XXIII. *Conuentus Epiſcoporum, & Concilia per ſingulas quaſque prouincias conuocantur, prorogatiq; ad ſe inuicem epiſtolis de ſingulis quibuſq; locis, vnum omnes Eccleſiaſticum dogma confirmant. Ne liceat aliquando, niſi in die Dominica, in qua Dominus ſurrexit à mortuis, Dominicum Paſcha celebrare myſterium, & in hac ſola ſoluendum eſſe Paſchale ieiunium.* De hoc decreto idem Theophilus in epiſtola Synodali, vbi explicat clarius, Paſcha eſſe die Dominica poſt Lunam XIIII. celebrandum, ita ſcribit. *Conſtitutum eſt in illa Synodo, vt ab XI. Calend. Aprilis vſq; ad XII. Calend. Maij Paſcha deberet obſeruari, & nec antea, nec poſtea cuicunque limites transgrediendi ſit facultas. Similiter & de Luna præceptum diuinum teneatur: Mandatum per Moſen ſit vobis obſeruatum, à decimaquarta Luna vſque ad vigeſimam primam. Has ergo ſeptem Lunas in Paſcha ſimiliter tenendo conſtat fuiſſe conſecratas. Quando ergo fit inter illum limitem, ab XI. Cal. Aprilis vſque ad XII. Calend. Maij dies Dominicus, & Luna ex illis ſeptem ſanctificatis, conuenit nobis Paſcha, vt iuſtum eſt, obſeruare in* CHRISTO IESV domino

Decretum Concilii Cæſariēſis in Palæſti- na de cele- bratione Paſcha poſt Lunā 14. primi menſis.

Domino noſtro. Ex hac conſtitutione patet, eo tempore Paſcha celebrari ſolitum à die 22. Martii, vſque ad 20. Aprilis; cui tamen tempori additi poſtea ſunt quinque alii dies, primo menſe id neceſſario exigente: ita vt Paſcha celebrari poſſit vſque ad 25. Aprilis incluſiue. Primus enim menſis non eſt ille, in quo Sol totum Arietem percurrit, vt videntur voluiſſe Patres in illa Synodo Cæſarienſi, ſed cuius Luna xiiii. cadit in aliquem dierum a 21. Martii incluſiue, in quo æquinoctium fit, vſque ad 18. Aprilis incluſiue. Ex quo ſequitur, Paſcha celebrari poſſe die 25. Aprilis, vt paulo poſt dicemus.

DEINDE in celeberrima illa ſynodo Nicæna cccxviii. epiſcoporum, ſanctitate & innocentia vitæ inſignium, præſentibus ſedis Apoſtolicæ Legatis à S. Syluestro Papa eo miſſis, & Conſtantino Magno, cuius ſumptibus eſt celebrata, ſolenni ritu decretum idem eſt, ſiue potius confirmatum, atque renouatum communi omnium conſenſu. De qua re in epiſtola ab eadem ſynodo ad Eccleſiam Alexandrinam, & ad fratres Ægyptum, Libyam & Pentapolim incolentes miſſa, hæc extant verba vt refert Socrates libr. 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Cap. vi. atque Theodoretus libr. 1. Hiſtor. Eccleſ. Cap. ix. *Quod autem ad omnium conſenſum de ſacratiſſimo feſto Paſchatis celebrando attinet, ſcitote quod veſtris precibus controuerſia de ea re ſuſcepta prudenter, & commode ſedata eſt: ita vt omnes fratres qui Orientem incolunt, quique Iudæorum conſuetudinem ante in eo feſto obſeruando imitari ſolebant, iam Romanos, nos, & omnes vos, qui eundem morem quem nos, in illo recolendo à primis temporibus tenuiſtis, ſint conſentientibus animis in eodem celebrando deinceps ſedulo ſecuturi.* Ipſe quoque Imperator Conſtantinus Magnus elegantem epiſtolam de eodem argumento ad eccleſias ſcripſit, quæ quidem ab eiſdem ſcriptoribus affertur locis citatis.

> *Epiſt. Concilii Nicæni de Paſcha celebratione.*

DENIQVE idem fuit poſtea ſtabilitum, & ſub pœna anathematis præceptum in ſynodo Antiochena & in Concilio Chalcedonenſi 630. epiſcoporum, quod ſub Leone Magno celebratum eſt, & in pleriſque aliis Conciliis.

> *Confirmatur decretum Concilii Nicæni de Paſcha celebratione à concilio Antiocheno, Chalcedonenſi, & aliis.*

ETSI autem verba illa Nicæni Concilii expreſſe non explicant, quo die ſacroſanctum Paſcha celebrandum ſit, ſed ſolum cum Iudæis non eſſe obſeruandum, indicare videtur; non obſcure tamen ex iis intelligi poteſt, conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ ſanctionemque Pii, ac Victoris Romanorum Pontificum, quo Paſcha die Dominico à Luna xiiii. ad xxi. vſque celebrandum præcipitur, confirmatam eſſe, atque renouatam: quippe cum aperte ſignificent, omnes Orientales, qui prius cum Iudæis Luna xiiii. Paſcha celebrabant, conſentientibus animis Romanorum morem, qui Dominico die poſt Lunam xiiii. idem perpetuo obſeruarunt, amplexatos eſſe. Atque hanc eſſe magni illius Concilii de Paſchæ celebratione ſententiam, imo in eodem canonem ea de re editum eſſe, innumerabiles pene rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores docuerunt, è quibus Venerabilis Beda cum pluribus locis, tum præſertim libi. iii. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorum Cap. xv. diſertis verbis idem confirmat, cum in quadam de Paſcha recte celebrando diſceptatione introducit Vvilfridum quendam, qui iuſſus à Rege dicere ſic exorſus eſt.

> *Concilium Nicænum cõfirmaſſe potius quã inſtituiſſe.*

PASCHA quod facimus (loquitur autem de Paſcha celebrando die Dominico poſt xiiii. Lunam, vt ex ſequentibus liquet) vidimus Romæ, vbi beati Apoſtoli Petrus, & Paulus vixere, docuere, paſſi ſunt, & ſepulti, ab omnibus celebrari: hoc in Italia, hoc in Gallia, &c. Deinde paulo poſt. *At vero Petrus cum Romæ prædicaret, memor quia Dominus prima Sabbati reſurrexit à mortuis, ac mundo ſpem reſurrectionis contulit ita, Paſcha faciendum intellexit, vt ſecundum conſuetudinem, ac præcepta legis, xiiii. Lunam primi menſis, æque ſicut Ioannes, orientem ad veſperam ſemper expectaret: & hac exorta, ſi Dominica dies (quæ tunc prima Sabbati vocabatur) erat mane ventura, in ipſa veſpera Paſcha Dominicum celebrare incipiebat, quo modo & nos omnes hodie facere ſolemus: Sin autem Dominica non proximo mane poſt Lunam xiiii. Sed xvi. aut xvii, aut alia qualibet Luna vſque ad xxi. eſſet ventura, expectabat eam, & præcedente Sabbato veſpere ſacroſancta Paſchæ ſolennia inchoabat: ſicque fiebat, vt Dominica Paſchæ dies non niſi à xv. Luna vſque ad xxi. ſeruaretur. Neque hæc Euangelica, & Apoſtolica traditio legem ſoluit, ſed potius adimplet, in qua obſeruandum Paſcha à xiiii. Luna primi menſis ad veſperam, vſque ad xxi. Lunam eiuſdem menſis ad veſperam præceptum eſt: In quam obſeruantiam imitandam, Omnes S. Ioannis ſucceſſores in Aſia poſt obitum eius, & omnis per orbem Eccleſia conuerſa eſt, & hoc eſſe verum Paſcha, hoc ſolum fidelibus celebrandum, Nicæno Concilio non ſtatutum nouiter, ſed confirmatum eſt, vt Eccleſiaſtica docet hiſtoria.*

> *Paſcha celebrandum eſſe die Dominica poſt Lunam XIIII.*
>
> *Sententia Bedæ Concilium Nicænum renouaſſe eccleſiaſticũ decretũ de Paſcha celebratione poſt Lunã XIIII primi menſis Dominico die.*

BEATVS quoque Ambroſius in epiſtola lxxiii ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos de eadem ſolennitate Paſchali ſic ſcribit. *Non mediocris eſſe ſapientiæ diem celebritatis definire Paſchalis, & ſcriptura diuina nos inſtruit, & eruditio maiorum, qui conuenientes ad ſynodum Nicænam, inter illa Fidei, vt vera, ita admiranda decreta etiam ſuper celebritate memorata, congregatis peritiſſimis calculandi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quaſi quendam conſtituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum* ἐννεαδεκαετηρίδα *nuncupauerunt, ſequentes illud quod non debeamus vana quadam opinione ſuper celebritate huiuſmodi fluctuare, ſed vera ratione comperta ita omnium concurrat affectio, vt vna nocte vbique ſacrificium pro reſurrectione Domini deferatur.* Infra autem clarius exponens, quæ in Nicæna Synodo decreta ſunt, ita ſcribit. *Duo autem ſunt obſeruanda in ſolennitate Paſchæ quartadecima Luna & primus menſis, qui dicitur nouorum.* Et aliquanto poſt cum docuiſſet, Dominico Die Paſcha eſſe celebrandum, ita rurſus ait. *Incipit autem menſis non ſecundum vulgarem vſum, ſed ſecundum conſuetudinem peritorum, ab æquinoctio, qui dies eſt xii. Calendas Aprilis, &c.*

> *Sententia B. Amb. de celebratione Paſchæ ex decreto Cõcilii Nicæni.*

IN hac epiſtola duo præcipue declarat S. Ambroſius, Primum, Paſcha ex decreto Concilii Nicæni celebrandum eſſe Dominica die poſt xiiii. Lunam primi menſis, qui ab æquinoctio incipit. Quibus verbis explicat, primum menſem eſſe eum, cuius Luna xiiii. in æquinoctium incidit, id eſt, in diem 21. Martii. vel proxime ſequitur. Cum enim dicit primum menſem ab æquinoctio incipere, & non ante, non vult Nouilunium primi menſis ab æquinoctio ſumi debere, ſed Lunam xiiii. Alias nunquam Paſcha celebrari potuiſſet ante diem 4. Aprilis; quippe cum hac ratione Luna xiiii. Paſchalis omnium prima in diem 3. Aprilis incideret: cum tamen aperte in eadem epiſtola doceat ſuo tempore ex Concilii Nicæni ſententia, Paſcha menſe Martio eſſe celebratum. Voluiſſe autem eum aſſumi Dominicum diem poſt xiiii. Lunam perſpicuum eſt. Nam in eadem epiſtola aſſerit, Paſcha in ſequentem hebdomadam differendum

Digitized by Google

eſſe quando Dominica dies in Lunam XIIII. incidit, vt ſupra ex eadem hac Ambroſii epiſtola tradidimus. Secundo loco idem docet, Patres Nicæni Concilii decreuiſſe, Lunam XIIII. primi menſis inquirendam eſſe per cyclum aurei numeri decennouennalem, quippe qui eius diſpoſitionem in Calendario peritiſsimis in calculandi arte, nimirum Euſebio Epiſcopo Cæſarienſi, & Alexandrinis Ægyptiis commiſerint.

Euſebio Cæſarienſi, & Alexandrinis curam à Nicæno Concilio datã eſſe cycli aurei numeri.

QVOD idem planius Beda profitetur libro de Temporum ratione Cap. XLII. vbi in hunc modum ſcribit. *Decennouennalis circuli ordinem primus Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus, ob quartas decimas Lunas feſti Paſchalis, ipſumq; diem Paſchæ inueniendum compoſuit, eo quod Luna cuiuſlibet ætatis poſt tantum temporis ad eundem redeat anni ſolaris diem: non quod Aegyptus, vel cætera per Orientem* CHRISTI *Eccleſia verum eatenus Lunæ curſum, vel diem neſcierit rite inuenire Paſchalem, ſed quia ea, quæ ipſis temporibus annuatim cum labore inueſtigata, & per orbem mandata ſæpius in quæſtionem venire ſolebant, facilius præfixa ſemel regula circulari, ſemper obſeruari, & ſine ſcrupulo ambigendi poterant ediſci.* Huc accedit, quod idem Beda libro De Ratione computi, Cap. XVI. docet, Cycli decennouennalis ordinem, primum Euſebium Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopum compoſuiſſe. Idemque repetit libr. V. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. gentis Anglorum Cap. XXII. ex Epiſtola Ceolfridi Abbatis ad Regem Naitanum vbi hæc verba habentur. *Itaque per æquinoctialem ſolis exortum, poſt completam diem primi menſis quartamdecimam, quæ cuncta ex lege obſeruanda accepimus, expectamus adhuc, monente Euangelio, in ipſa hebdomada tertia tempus diei Dominicæ, & ſic demum votiua Paſchæ noſtri feſta celebramus, vt indicemus, nos non cum antiquis excuſſum Aegyptiæ ſeruitutis iugum venerari, ſed redemptionem totius mundi, quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in* CHRISTI *autem reſurrectione completa eſt, deuota fide, ac dilectione colere, vt de reſurrectionis etiam noſtræ, quam eadem die Dominica futuram credimus, ſpe nos certiſsima gaudere ſignemus. Hic autem, quem vobis ſequendum monſtramus, computus Paſchæ decennouennali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc eſt, ipſis Apoſtolorum temporibus iam ſeruari in Eccleſia cœpit, maxime Romæ, & Aegypti, vt ſupra diximus, ſed per induſtriam Euſebii, qui à B. martyre Pamphilo cognomen habet, diſtinctius in ordinem compoſitus eſt, vt quod eatenus per Alexandriæ Pontificem ſingulis annis per omnes Eccleſias mandari conſueuerat iam deinde congeſta in ordinem ſerie Lunæ quartædecimæ, facillime poſſet ab omnibus ſciri* Ex his omnibus teſtimoniis liquido conſtat, Paſcha ex Eccleſiæ præcepto non alia die celebrandum eſſe, quam Dominica prima poſt Lunam XIIII. primi menſis.

Morem celebrandi Paſcha die Dominico poſt Lunã XIIII primi menſis temporib. Apoſtolorum incepiſſe eſſeq; traditionem Apoſtolicam.

IAM verò hoc non eſſe nouum aliquod Pontificum, Conciliorumque decretum, ſed ab exordio naſcentis Eccleſiæ morem hunc perpetuo viguiſſe Romæ, & apud pleraſque alias Eccleſias, vt non cum Iudæis Luna XIIII. ſed die Dominico Paſcha celebraretur, atque adeo ab Apoſtolis ita traditum eſſe, ſatis perſpicue ex nonnullis auctoritatibus, quas adduximus, colligi poſſe videtur; quippe cum in epiſtola Nicæni Concilii diſertis verbis contineatur, morem illum celebrandi Paſcha Romanos, Alexandrinos, atque Ægyptios à primis temporibus tenuiſſe. Clarius id ex locis Bedæ intelligitur, cum dicat, Bea. Petrum, cum Romæ prædicaret, Paſcha ita eſſe faciendum intellexiſſe; eſſeque hanc conſuetudinem, Euangelicam & Apoſtolicam traditionem: nec non ita ſeruari cœpiſſe in Eccleſia ipſis Apoſtolorum temporibus, maxime Romæ, & in Ægypto. Clariſsime vero idem affirmat Ceolfridus Abbas apud Bedam libr. V. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorum, Cap. XXII. Vbi ſic habetur. *Si ergo fieri poſſet, vt ſemper in diem quintumdecimum primi menſis, id eſt, in Lunam XV. Dominica dies incurreret, vno ſemper eodemque tempore cum antiquo* DEI *populo, quanquam ſacramentorum genere diſcreto, ſicut vna, eademque fide Paſcha celebrare poſſemus. Quia verò dies ſeptimanæ non æquali cum Luna tramite procurrit, decreuit Apoſtolica traditio, quæ per Bea. Petrum Romæ prædicata, per Marcum Euangeliſtam, & interpretem ipſius Alexandriæ confirmata eſt, vt adueniente primo menſe, adueniente in eo veſpera diei quartædecimæ, expectetur etiam dies Dominica à quintadecima vſque ad viceſimamprimam diem eiuſdem menſis.*

EVSEBIVS quoque libr. V. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Cap. XXII. teſtatur, cæteras Eccleſias, Aſianis exceptis, per vniuerſum orbem terrarum diſperſas, conſuetudinem ex Apoſtolica traditione ad illud vſque tempus continuatam tenuiſſe, vt non alio die, quam eo, quo ſeruator à mortuis reſurrexit ieiunia diſſoluerentur. Præterea S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in omnibus ſermonibus Heortiſticis, qui plurimi ſunt, & in quibus ſolenne ieiunium quadrageſimale, diem feſtum Paſchæ, & Pentecoſtes populo indicebat quotannis, pronunciat ſemper Paſcha celebrari tali die menſis in Dominica, ſecundum Euangelicas, vel Apoſtolicas traditiones. Rurſus idem S. Cyrillus in epiſtola ad Innocentium Papam j. (quam citant Ioan. Stoflerinus in Calendario Romano propoſit. XXXII. ad initium, & Albertus Pighius libro de ratione Paſchalis celebrationis, & Calendarii reſtitutione, propoſ. VIII.) ſic ait. *Sanctum Paſchæ myſterium, eiuſque ſacra ſolennitas, ſicut eſt à Saluatore noſtro, & Apoſtolis tradita, illibata manſiſſet, ſi eam quorundam inſipientium peruerſitas inter cætera Fidei ſacramenta minime contaminaſſet, &c.* Dubitandum autem non eſt, quin de Paſcha poſt Lunam XIIII. primi menſis in Dominica celebrando loquatur, cum ita celebrandum eſſe conſtanter ſemper aſſeruerit, ex doctrina Theophili patrui ſui, & prædeceſſoris in Epiſcopatu Alexandrino, vt ex ſermonibus Heortiſticis patet, in quibus perpetuo Paſcha Dominico die celebrandum populo proponit.

POSTREMO euidenter hoc confirmatur, ex epiſtola Protherii Præſulis Alexandrini ad Beat. Leonem Papam j. qui Per Martianum Imperatorem procurauerat, vt Epiſcopus Alexandrinus cyclum Paſchalem Theophili accuratius explicaret. Ita enim ea in epiſtola legitur, vt refert venerabilis Beda libr. De Temporum ratione, Cap. XLII. & in libello de Æquinoctio ad Vvichenredum prope initium, & Ioan. Stophlerinus, atque Albertus Pighius locis citatis. *Lætificauerunt me litteræ dilectionis tuæ, quas frater coepiſcopus noſter Victorius pio apportauit officio. Oportebat enim, vt ab Alexandrinæ Eccleſiæ præſule talia ſcripta ad ſedem Apoſtolicam mitterentur, quæ oſtenderent, magiſterio beatiſsimi Petri Apoſtoli Paſchalis feſti computum ab initio per Beat. Marcum eius diſcipulum Aegyptios, quod etiam conſtat didiciſſe Romanos, &c.* Clariſsimum autem eſt, in hac epiſtola verba fieri de Paſchæ celebratione poſt Lunam XIIII. primi menſis; quippe cum ita celebratum ſemper ſit Romæ & Alexandriæ. Quare dicat Protherius, id Romanos

Digitized by Google

nos quidem à S. Petro, Alexandrinos vero à S. Marco didiciſſe, liquet eum aſſerere, Paſcha hoc modo obſeruandum eſſe ex traditione Apoſtolica.

Error quorundam in primo menſe definiendo.

HIS ita conſtitutis, Paſcha Dominico die poſt Lunam XIIII. primi menſis celebrandum eſſe, explicandum paulo diligentius eſt, primum menſem eſſe eum, cuius Luna XIIII. in æquinoctii diem incidit, vel eundem proxime conſequitur, vt ſupra aſſeruimus. Non enim deſunt, qui primum menſem aliter definiendum cenſeant, cum videlicet menſem appellantes primum cuius Nouilunium diei æquinoctii propinquius eſt. Qua in ſententia Mæſtlinus etiam noſter libenter verſatur, vt occaſionem quærat nouum Calendarium oppugnandi, vt ſuo loco videbimus. Sed hi maxime decipiuntur. Nam cum fieri poſſit, vt duo Nouilunia æqualiter ab æquinoctii die diſtent, vnum quidem ante, alterum vero poſt, ambigi poſſet, ac merito, vtrum illorum pro Paſchæ celebritate eligendum foret. Conſtituto enim, verbi gratia, æquinoctio in 21. die Martii, ſi plenilunium medium, ſiue oppoſitio luminarium media (Mediis enim motibus potius, quam veris, hoc in negotio vtimur, vt Capite IIII. oſtendemus) incidat in meridiem diei 21. Martii, tanto interuallo à meridie diei 21. aberit Nouilunium medium, quod diem æquinoctii præcedit quando ab eodem diſtat Nouilunium medium, quod eundem diem ęquinoctii ſubſequitur; cum vtrumque à plenilunio medio abſit diebus 14 horis. 18. Min. 22. ſec. 2. ferè, vt libr. 2. exponemus. Quocirca iure optimo ambigere quis poſſit, vtrum ex duobus illis Nouiluniis ad primum menſem ſpectet. Manifeſtius hoc ex cyclo decennouennali aurei numeri intelligetur, quo Eccleſia Catholica à Concilio Nicæno vſque ad hanc Calendarii correctionem vſa eſt. In eo namque aureus numerus 8. poſitus erat tam ad diem 6. Martii, quam ad diem 5. Aprilis. Quare cum vterque dies æquali ſpatio à die 21. Martii remotus ſit, quod tam inter diem 6. & 21. Martii, quam inter 5. diem Aprilis, & 21. Martii, dies 14. interiiciantur, ambiguum erit, num Nouilunium diei 6. Martii Paſchale ſit, an potius illud, quod die 5. Aprilis contingit.

IDEM quoque apparet ex cyclo Epactarum noui Calendarii, quem quidem recte in eo diſtributum eſſe, libro II. demonſtrabimus. Cum enim Epacta XXV. rubra appoſita quoque ſit & ad diem 6. Martii, & ad 5. Aprilis diem, orietur neceſſario eadem ambiguitas de primo menſe Paſchali eligendo: Maiorque difficultas exiſtet, quando Epacta XXIIII. in vſu eſt, quod eius Nouilunium die 7. Martii contingens ſit æquinoctio, hoc eſt, diei 21. Martii propinquius, quam Nouilunium eiuſdem quod die 5. Aprilis accidit: quippe cum inter diem 7. Martii, & 21. interponantur tantum dies 13. inter diem autem 5. Aprilis, & 21. Martii interiecti ſint dies 14. Ex ſententia ergo eorum, qui ex Nouilunio primum menſem arbitrantur eſſe metiendum, foret Nouilunium illud diei 7. Martii Paſchale aliud vero in diem 5. Aprilis incidens reiiciendum eſſet, tanquam non Paſchale. quod omnino falſum eſt, & contra vſum vetuſtiſsimum Eccleſię Catholicæ, quæ Nouilunium diei 7. Martii reſpuit, atque ſequens, quod die 5. Aprilis accidit Paſchale ſtatuit, non aliam ob cauſam, quam quod prioris dies 14. cadat in diem 20. Martii ante æquinoctium, atque ob id ad vltimum menſem anni referendum ſit.

Menſem primũ recte dici eũ, cuius Luna XIIII in diem æquinoctii incidit, vel eũ proxime ſequitur.

RECTIVS ergo primus menſis deſcribitur per Lunam XIIII. quæ vel in æquinoctii diem incidit, vel eum proxime conſequitur, vt & à nobis factum eſt, & ante nos à compluribus ſcriptoribus eccleſiaſticis comprobatum, præſertim à venerabili Beda hac in re exercitatiſsimo cum aliis in locis, tum in his paucis, quæ in confirmationem noſtræ ſententiæ adducenda cenſuimus. Libro ergo de Temporum ratione, Cap. XLIX. aduerſus Victorium quendam, qui aliter primum menſem, & Lunas quartasdecimas Paſchales ſupputabat, ita ſcribit. *Nos Aegyptiam calculandi diſciplinam, quæ & tuo iudicio, (alloquitur autem Victorium) & vniuerſalis Eccleſiæ conſenſu verior apparet, omnibus ſequendam nouimus: Initium videlicet primi menſis ab octauo Iduum Martiarum vſque in Nonarum Aprilium diem: Quartasdecimas vero Lunas Paſchæ à duodecimo Calendarum Aprilium vſque in decimumquartum Calendas Maias: Porro diem Paſchæ Dominicum ab vndecimo Calendarum Aprilium vſque in ſeptimum Calendarum Maiarum; & hoc in Luna XV. vſque in XXI. eſſe quærendum.* Quibus verbis aperte primam Lunam XIIII. Paſchalem Beda in die æquinoctii collocat, & vltimam in die 18. Aprilis; ac proinde vult primum menſem, id eſt, Paſchalem, eſſe eum, cuius Luna XIIII. cadit vel in diem æquinoctii, vel ipſum proxime ſequitur. Idem apertius declarat Cap. XLIII. eiuſdem libri in hunc modum. *Qui vtrique (anni ſcilicet communes, & emboliſmici) ſicut ſupra dictum eſt, ab exordio primi menſis, quem Hebræi Niſan vocant hoc eſt, ab accenſione Lunæ Paſchalis initium ſumunt, cuius exordium menſis hac regula debet obſeruari: vt nunquam Luna Paſchæ XIIII. vernum præcedat æquinoctium, ſed vel in ipſo æquinoctio, hoc eſt duodecimo Calendarum Aprilium, vel eo tranſgreſſo, legitima procedat. Vnde fit, vt ab octauo Iduum Martiarum die vſque in Nonarũ Aprilium diem Lunaris anni ſint quærenda primordia. Ipſa aũt Luna XIIII. cum primũ XII. Calendas Apriles, cum nouiſsimè XIIII. Calend. Maias occurrendo, diem feſti Paſchalis ab XI. Calendas Apriles vſq; in VII. Calend. Mai. faciat inquirendum.* Idem repetit Ca. LVII. his verbis. *Nam quæ poſt XIIII. Lunã Dominica dies occurrit, ipſa eſt Paſchalis Dominicæ Reſurrectionis dies: Quæ quidem XIIII. Luna primum in Aequinoctio, id eſt, XII. Calendarum Aprilium, vltimum viceſimo nono ab hinc die, id eſt, XIIII. Calendarum Maiarum ſub veſpere proceſſum terris oſtendit.* Denique Cap LX. hoc modo loquitur. *Cuius primi menſis, ſeptemque eius dierum azymorum nunc regula talis eſt, vt quæ poſt Aequinoctium XV. Luna occurrerit, primi menſis intelligatur, & hæc quemcunque ſeptem dierum vſque ad XXI. Dominicum acceperit, Paſchalis feſti gaudiis aptum porrigat.*

Tria in celebratione Paſchæ obſeruanda.

ITAQVE cum tria, ex Decretis ſanctorum Pontificum, & Conciliorum, vt diximus, in recta Paſchæ celebratione, vnde cætera mobilia feſta pendent, obſeruet Romana, & Catholica Eccleſia: Æquinoctium vernum; Lunam XIIII. primi menſis; & primam Dominicam poſt illam Lunam XIIII. declarandum iam eſt, quam rationem Eccleſia ſequatur, vt vbiuis locorum eodem tempore à fidelibus ſacra Paſchæ ſolennitas peragatur, hoc eſt, vt illa tria, quę ad eius celebrationem neceſſaria ſunt, ab omnibus eodem modo inquirantur, ita vt nulla prorſus diſcrepantia in eis exiſtat.

NB

Digitized by Google

Aequinoctio verno diem 21. Martii à Nicæno Cōcilio tributam eſſe

Quæ & quot Nouilunia ſint Paſchalia ex decreto Concilii Nicæni.

NE igitur cuiuis libera concederetur facultas errandi in Æquinoctio, & die XIIII. Lunæ primi menſis, ac Dominico die ad celebrandum Paſcha definiendo, ſtatutum eſt à Patribus Concilii Nicæni, vt Æquinoctio verno tribueretur dies 21. Martii, quo die tunc, aut circiter Æquinoctium fiebat. Ex quo fit, vt illa dies XIIII. Lunæ, quæ antecedit diem 21. Martii, cenſeatur pertinere ad vltimum anni menſem, non autem ad primum, ac proinde apta non ſit ad Paſchæ celebritatem: quæ vero dies XIIII. Lunæ in diem. 21. Martii cadit, vel ſi non eum in diem incidit, quæ poſt diem 21. Martii primo loco occurrit, legitima ſit ad Paſcha celebrandum. Ex his perſpicuum eſt, omnia Nouilunia ac ſola, quæ ab 8. die Martii vſque ad 5. Aprilis contingunt incluſiue, eſſe Paſchalia, quæ ſunt numero 29. nimirum 24. in poſterioribus 24. diebus Martii, & 5. in prioribus 5. Aprilis diebus. Horum namque 29. menſium Lunarium nulla dies XIIII. diem 21. Martii, in quo Æquinoctium conſtitutum eſt, antecedit, ſed cuiuſque dies XIIII. Æquinoctii, diem quem diximus conſequitur, primo Nouilunio excepto, cuius dies XIIII. in ipſum diem 21. incidit.

Quib diebus anni Paſcha celebrari poßit & quot, ex Nicæni Concilii decreto.

QVÆ cum ita ſint, liquido conſtat, Paſcha ſemper celebrari poſſe, ac debere in aliquo dierum à 22. Martii, vſque ad 25. Aprilis, adeo vt primum Paſcha, ac citimum celebrari poſsit die 22. Martii, poſtremum vero atque vltimum die 25. Aprilis. totaque ſolennitas Paſchalis latitudiuem habeat 35. dierum, quorum priores 10. ad finem Martii, poſteriores autem 25. ad principium Aprilis pertineant. Nam quando dies 21. Martii eſt dies Sabbati, & in eundem dies XIIII. Lunæ cadit, quæ prima Paſchalis eſt, erit ſequenti die Dominico, id eſt, die 22. Martii, ſolemnitas Paſchæ: Atque ante hunc diem Paſcha celebrari rite non poteſt, neque vnquam hactenus poſt Concilium Nicænum celebratum eſt. Quando item dies 18. Aprilis eſt dies Dominicus, & in eundem dies XIIII. Lunæ incidit, quæ poſtrema Paſchalis eſt, celebrabitnr Paſcha proxime ſequenti die Dominico, nimirum die 25. Aprilis, poſt quem diem Paſcha ex decreto Concilii Nicæni ſine flagitio celebrari non poteſt. Atque hos terminos Paſchales Concilii Nicæni auctoritate conſtitutos accepimus, qui ex collocatione Æquinoctii in 21. die Martii neceſſario colliguntur, vt diximus.

Nouilunia per aureos numeros in Calēdario diſpoſitos inueſtigata eſſe à Concilii Nicæni tēporib vſque ad Calēdarii correctionē vt oēs iiſdem dieb. Neomænias celebrarent.

DEINDE vt in Nouiluniis, atque adeo in diebus XIIII. Lunæ nulla inter Chriſtianos amplius diſſenſio oriretur, quemadmodum à Concilio Nicæno vſque ad tempora ferme Iuſtiniani Imperatoris acciderat ſed omnes eiſdem diebus primam diem Lunæ pronunciarent, diſpoſiti ſunt à Dionyſio Abbate 19. aurei numeri ab Alexandrinis accepti per dies in Calendario tali artificio, vt quilibet ei diei cuiuſuis menſis præfigeretur, in quo Nouilunium accidebat illo anno, quo aureus ille numerus præfixus in vſu erat. Itaque currente aureo numero 1. fiebat toto eo anno Nouilunium in illa die cuiuſque menſis, cui præfixus erat aureus numerus 1. Currente vero aureo numero 2. fiebat Nouilunium eo die qui aureum numerum 2. præfixum habebat, atque ita de cæteris: ita vt Nouilunia in diuerſos ſemper dies cuiuſuis menſis inciderent, quemadmodum & omnes 19. aurei numeri diuerſis diebus menſium aſcripti erant: donec 19. anni eſſent tranſacti, poſt quos iterum aureus numerus erat 1. Nouiluniaque propterea ad eoſdem redibant dies, &c. Sed hac de re plura in 2. lib. explicata reperies.

Cyclum literarū dominicaliū eſſe inuentum vt in Dominico die celebrādo nulla eſſet diſſenſio

POSTREMO, vt omnibus conſtaret, quando eſſet dies Dominica, inſtitutus fuit Cyclus litterarum Dominicalium continens 28. annos vt litera Dominicali cuiuſuis anni cognita, nulla eſſet in diei Dominicæ, atque adeo in ſolennitatis Paſchalis celebratione diuerſitas apud Chriſtianos.

CVR CALENDARIVM CORRIGI DEbuerit, & in quo eius correctio conſiſtat.

CAPVT II.

Aequinoctium Noniluniaque ante correctionē Calendarii nō eiſdem diebus contigiſſe, quib tempore Cōcilii Nicæni fiebant.

Quæ Lunationes ex Concilio Nicæno Paſchales, reiectæ fuerint, tanquam non Paſchales ante Calendarii correctionem, propter errorem æquinoctii.

OMNIA quæ in Paſchæ celebritate obſeruanda eſſe diximus, recte ſanè ac ſapienter auctoritate Nicæni Concilii definita ſunt. Verum quia Aequinoctium vernum noſtra tempeſtate non amplius contingebat die 21. Martii, ſed 11. ferme die: Nouilunia item non recte per aureos numeros in Calendario collocatos indicabantur, ſed quatuor diebus & amplius, ſerius, quam oportebat; factum eſt, vt Paſcha ſæpe numero contra ſanctionem Concilii Nicæni vſque ad hoc tempus celebratnm ſit. Nam quoniam, vt ſupra diximus, primus menſis Lunaris atque adeo Paſchalis eſt ille, cuius dies XIIII. Lunæ vel in diem æquinoctii Verni cadit, vel ipſum proxime ſequitur; Aequinoctium autem vernum ante correctionem Calendarii circa diem 11. Martii contingebat: ſequitur vt omnes Lunæ XIIII. à die 11. Martii vſque ad 20. fuerint, ex præſcripto Concilii Nicæni Paſchales, hoc eſt, primi menſis: quas tamen, tanquam eas, quæ ad vltimum menſem ſpectarent, & Æquinoctium antecederent, Eccleſia ſemper reſpuit; propterea quod Æquinoctium vernum diei 21. Martii cum Concilio Nicæno affixit. Ex quo factum eſt, vt quotieſcunque Lunæ dies XIIII. diem Martii ſequebatur, & 21. diem antecedebat, Paſcha menſe ſecundo celebratum ſit. Atque hic error in dies obſcure ſerpens longius progreſſus eſſet, niſi remedinm eſſet adhibitum; adeo vt progreſſu temporis, omnes Lunæ XIIII. Paſchales relictæ eſſent, tanquam inutiles, ſemperque Paſcha in ſecundo menſe, immo tandem in tertio, quarto, &c. atque in ipſa æſtate fuiſſet celebratum: quod fuiſſet ſane abſurdiſsimum, & Patrum decretis omnino contrarium.

Quando Paſcha in menſe, ſecundo ante emendationem

DEINDE propter quatuor illos dies, & amplius, quibus Nouilunia, vt diximus, ſerius quam res poſtulat, per aureos numeros in Calendario indicabantur, ſæpe accidebat, vt Paſcha celebraretur Luna XXV. quando nimirum Luna XIIII. per aureum numerum inuenta, quæ vere erat Luna XVIII. incidebat in diem Dominicum, ac proinde Paſcha in ſequentem Dominicum diem differebatur. Hoc autē manifeſte repugnat decretis ſummorum Pontificum, & Concilii Nicæni, quæ ſemel atque iterum inculcant,

Paſcha

* *Calendarii celebratum ſit, propter æquinoctii errorē. Niſi Calendariū, fuiſſet correctum accidiſſet poſt aliquot annos, Paſcha ſemper in ſecundo menſe, tertio, quarto, & c. celebrari, propter æquinoctii verſus initium menſis aſcenſum. Quando Paſcha ante*

* *Calendarii reſtitutionem celebratum ſit Luna XXV. ob Nouiluniorum per aureos numeros inuentorum errorem.*

Digitized by Google

Paſcha celebrandum eſſe à Luna XIIII. primi menſis excluſiue, vſque ad XXI. eiuſdem incluſiue. Atque eiuſmodi error, niſi remedio aliquo ei eſſet occurſum, maior deinceps euaſiſſet, ita vt ſacroſanctum Paſcha Luna XXX. atque adeo in Nouilunio ipſo, ſiue Luna I. & Luna II. III. &c. celebrari contigiſſet. Quæ res quantum incommodi ſecum allatura fuerit, nemo eſt, qui non videat.

Niſi correctum fuiſſet Calẽdariũ, Paſcha celebrari contigiſſet in Nouilunio, Luna II. III. &c. ob errorem Nouiluniorũ, quæ per aureos numeros inquirebantur.

EX hoc errore Æquinoctii verni, & Lunæ XIIII. factum eſt, vt Paſcha ſæpiſsime celebratum ſit 7. aut 28. aut 35. diebus tardius, quam Decreta Patrum præcipiunt: vt ante correctionem Calendarii vſu venit his annis, 1565 1568. 1576. 1579. Idemque eueniſſet, ſi emendatum non fuiſſet Calendarium, his annis, 1595. 1598. 1603. 1606. 1609. & pleriſque aliis in quibus omnibus erratum eſſet in Paſchæ celebratione diebus 35. vt annos omittam, in quibus vel vigintiocto, vel ſeptem dierum error commiſſus eſſet. Quod ſatis apparet ex Paulo Middelburgenſi lib. II. Paulinæ vbi Paſchæ ſolennitates ab anno 1500. ad annum vſque 3000. ſupputauit, cum erroribus, qui ſecundum vſum Eccleſiaſticum committebantur: ex quibus omnibus feſti dies Paſchæ tantum 200. reperiuntur legitimi, alii vero 1301. contra Patrum decreta celebrati, cum errore etiam interdum 42. dierum, qui quidem in plures dies progreſſu temporis excreuiſſet, niſi correctum eſſet Calendarium.

Ob errorẽ æquinoctii, & Lunæ XIIII. ex aureis numeris inuenta ſæpe in Paſcha celebrãdo contigiſſe errorẽ 7. aut 28. aut 35. dierũ ante emendationẽ Calẽdarii.

Cõmitti cõtigiſſet in Paſcha celebratione poſt multos annos error 42 dierũ, & amplius niſi correctum eſſet Calendarium.

IGITVR, vt incommoda illa atque abſurda, quæ recenſuimus, vitarentur, & ne in maiora incideret poſteritas, (Nihil autem dico hoc loco de hiſtoriarum, temporumque perturbatione, quæ ex continua illa anticipatione Æquinoctii verni verſus menſium initia ſequeretur, ſcilicet Incarnationem Dominicam in æſtatem, Natalem CHRISTI Domini diem in tempus vernum, Ortum S. Ioan. Baptiſtæ in Autumnum, &c. temporis progreſſu prolapſura fuiſſe, vt diſertè in libro nouæ rationis corrigendi Calendarii Romani explicatur.) vt hæc, inquam, incommoda à poſteris vitarentur, neceſſarium omnino fuit, vt Aequinoctium vernum in priſtinam ſedem à Patribus Nicæni Concilii ei tributam, hoc eſt, in diem 21. Martii reſtitueretur, Nouiluniaque per numeros in Calendario diſpoſitos ita monſtrarentur, vt eorum plenilunia ab illis, quæ calculus ſecundum medium motum exhibet, quoad eius fieri poteſt, non diſcreparent. Sed quoniam Æquinoctium in ſuam ſedem reſtitui non potuit, niſi per aliquot dierum exemptionem, factum eſt vt Cyclus Solaris, ſiue litterarum Dominicalium, adhoc vſq; tempus in Eccleſia DEI vſitatus, neceſſario interrumpendus fuerit. Oportuit ergo Cyclum hunc ita quoque innouare, vt per eum litera Dominicalis non ſecus poſt correctionem Calendarii, atque ante, quocunque anno propoſito poſſet inueniri. Itaq; in his tribus, Æquinoctii reſtitutione, Nouiluniorũ emendatione, & Innouatione Cycli Solaris, totum negotium correctionis Calendarii conſiſtit. Quæ qua ratione inſtaurata ſint, in iis quæ ſequuntur, planum faciemus.

Cauſæ, cur reſtitutio Calendarii fuerit neceſſaria.

Incõmoda hiſtoriarũ, tẽporũ, & præcipuarum anni celebritatum, ſi Calendarium emendatũ non eſſet.

In quibus correctio Calendarii conſiſtat.

CVR AEQVINOCTIVM VERNVM AD DIEM XXI. Martii potiſſimum, & qua ratione reuocatum ſit.

CAPVT III.

EORVM, qui de Calendarii correctione ſcripſerunt, variæ de Æquinoctii reſtitutione fuerunt ſententiæ. Quidam enim illud relinquendum eſſe cenſebant eo die quo correctionis tempore reperiebatur, die videlicet XI. menſis Martii. Alii autem ad diem 25. eiuſdem menſis reuocandum eſſe aſſeuerabant, hoc eſt, ad diem Dominicæ incarnationis, propterea quod arbitrabantur, incarnationem æterni FILII DEI in Æquinoctio verno factam eſſe. Plerique demum prudentiori conſilio reſtituendum contendebant ad diem 21. Martii, vbi illud tempore Concilii fere deprehendebatur. Atque horum opinionem merito Gregorius XIII. amplexus eſt, quippe quæ minus nouitatis, ac mutationis contineat. Nam ſi Æquinoctium circa diem 11. Martii relictum eſſet, vbi ante correctionem erat aut ad diem 25. Martii eſſet reuocatum, aut ad alium quemcunque diem à 21. diuerſum, oportuiſſet immutare omnes terminos paſchales auctoritate Concilii Nicæni conſtitutos, omniaque Breuiaria, ac Miſſalia renouare; cum omnia hæc ita ſint digeſta, atque ordinata, ac ſi Æquinoctium vernum die 21. Martii perpetuo contingeret: quæ res, quantam perturbationem allatura fuerit fidelibus, ſi vidiſſent, Paſcha & alia feſta mobilia aliis diebus nunc, quam olim ab antiquis patribus celebrari, nemo eſt qui dubitet: præſertim vero, cum non exiguum detrimentum hominibus Eccleſiaſticis importaret, propter innumerabilium ferme librorum Eccleſiaſticorum iacturam, & immenſos ſumptus, qui coemendis nouis libris ad DEI cultum pertinentibus neceſſarii eſſent. Habent enim pleræque Eccleſiæ, ac Monaſteria horum librorum bibliothecas multis aureorum millibus æſtimatas, quæ omnes inutiles factæ eſſent, Huc accedit, quod cum omnes Eccleſiæ Orientales, quæ numeroſæ ſunt, & quarum ratio maxime habenda erat, canonem de Paſcha celebrando in Concilio Nicæno confirmatum religioſiſſime cuſtodiant, non potuit vernum Æquinoctium maiore omnium Eccleſiarum commodo ad alium diem reuocari, quam ad diem 21. Martii, vbi tempore Nicæni Concilii reperiebatur. Hac enim ratione decretum de celebratione Paſchæ à Patribus in eo Concilio ſancitum, permanſit intactum prorſus, atque illæſum. Poſtremo, quoniam cum maior pars Martyrum, Doctorum, confeſſorũ, ac Virginum, quorum ſolennitates grata memoria pie veneratur Eccleſia, circa tempora Nicæni Concilii floruerit. Martyrum quidem paulo ante, ſub Decio, & Diocletiano crudeliſsimis Eccleſiæ DEI perſecutoribus; Confeſſorum vero ipſo Concilii tempore, vel paulo poſt, temporibus Baſilii Gregorii Nazianzeni, Ioan. Chryſoſtomi, Damaſceni, Ambroſii, Auguſtini, Hieronymi, Gregorii Magni, & quando ſolitudines Ægypti, ac Palæſtinæ innumera Monachorum. & Anachoretarum multitudine ſub Paulo, Antonio atque Hilarione, ſanctiſsimis Eremitis, refertæ erant, non potuit Æquinoctium ad magis con-

Sententia variæ de æquinoctii reſtitutione.

Quam ſententiam in reſtituendo æquinoctio Greg. XIII ſecutus ſit.

Incommoda aliarũ opinionum de æquinoctii reſtitutione.

Digitized by Google

conuenlens tempus reuocari, quàm ad Concilii Nicæni tempora, vt feſti Sanctorum dies congruis temporibus celebrarentur, hoc eſt, non longe ab illis, quibus in terra vixerunt. Nam ſi vel ad tempus incarnationis Dominicæ redactum eſſet, vel eo in loco, vbi ante correctionem reperiebatur, retentum, fuiſſent omnium illorum Sanctorum tempora confuſa, atque perturbata.

Qua ratione Vernum æquinoctium ad diem 21. Martii reſtitutum ſit.

Reſtitutum porro eſt Æquinoctium à Gregorio XIII. Pont. Max. ad diem 21. Martii, exemptis decem diebus ex menſe Octobri anni 1582. ita vt poſt quartum diem Octobris, qui B. Franciſco ſacer eſt, loco diei quinti aſſumptus fuerit ſtatim quintus decimus, decem interiectis eo anno prorſus omiſſis. Hac etenim ratione factum eſt, vt vernum Æquinoctium anno 1583. inſequenti, & aliis deinceps, contigerit decem diebus ſerius, quàm ante hanc correctionem: ac proinde cum ipſum antea fieret circa diem 11. Martii, idem nunc circa diem 21. accidere cernatur, quemadmodum Concilii Nicæni temporibus.

Cur 10. dies ſimul exempti ſint ex anno 1582. non autem ſinguli ex ſingulis annis, aut menſibus.

FACTA quoque eſt hæc reſtitutio per ablationem decem dierum ſimul ex vno menſe, non autem per omiſſionem decem dierum intercalarium in 40. annis, aut per detractionem eorundem 10. dierum ex 10. menſibus, detrahendo ſingulos dies ex menſibus ſingulis, quod nonnulli optabant; tum quia multa occurrere potuiſſent in 40. annis, quæ correctionem impedirent, tum etiam, quia ſæpius Cyclus Dominicalium literarum interrumpendus fuiſſet, qui tamen in hac noſtra reſtitutione ſemel tantum interruptus eſt.

Æquinoctium cur ſedem ſuã ad 10. dies anticipauerit in Calendario, à tempore Concilii Nicani vſque ad correctionem Calendarii. Anni magnitudo ſecundum Iulium Cæſarem & Eccleſiam. Anni magnitudo ſecundum Alphonſinos. Quanto maior ſit annus Romanus, ſiue Eccleſiaſticus, anno Alphonſino. In quot annis æquinoctium anticipet vnũ diem: ſecũdum annũ Alphonſinum.

SI quis porro ſcire cupiat, qui factum ſit, vt Æquinoctium ſedem ſuam priſtinam, hoc eſt, diem 21. Martii deſeruerit, & ad diem 11. peruenerit; intelligat huius rei cauſam eſſe, quod Iulius Cæſar, quem Eccleſia Catholica Romana eſt ſecuta, plus æquo vnius anni magnitudini tribuerit. Conſtituit enim annum ſolarem dierum 365. & horarum 6. Et quia in anno Ciuili, qui dies duntaxat integros complectitur, omittebat ſex illas horas, quæ in quatuor annis diem integrum efficiunt, decreuit, vt quarto quouis anno dies vnus ex 24. horis conflatus intercalaretur, fieretque annus dierum 366. quem Biſſextilem appellarunt. Annus autem ſolaris verus, quem Tropicum vocant, tantus non eſt, ſed aliquot horæ minutis minor, ita vt ſecundum tabulas Alphonſi Hiſpaniæ Regis, complectatur dies 365. & horas tantum 5. Min. 49. Sec. 16. quæ quidem anni magnitudo media quodammodo eſt inter maximam & minimam anni magnitudinem. Nam, vt Cap. VI. huius lib. fuſius dicemus, Aſtronomi peritiores obſeruarunt annos Solares eſſe inæquales; & maximum quidem annum fuiſſe Hipparchi, ac Ptolomæi ferè temporibus affirmant; minimum verò ætate Albategnii, & medium quodammodo circa Alphonſi regis tempora extitiſſe, atque nunc iterum ad maximam ferè perueniſſe magnitudinem. Itaque annus Romanus, qui apud Eccleſiam in vſu eſt, ſuperat Alphonſinum annum, quem medium fermè inter maximum, & minimum eſſe diximus, Minutis 10. & Secundis 44. vnius horæ. Ex quo fit, vt totidem Minutis, Secundisque quolibet anno Iuliano Æquinoctia, ac Solſtitia ſedes ſuas anticipent: quia quando Sol proprio motu, ſecundum tabulas Alphonſinas, ad idem punctum Æquinoctii, aut Solſtitii, à quo receſſerat, reuerritur, deſunt ad annum Iulianum complendum illa, quæ diximus, Min. 10. & Sec. 44. vnius horæ. Quocirca ſecundum eaſdem tabulas, Aequinoctia, Solſtitiaque in annis ferme 134. vno die integro, & in annis 402. diebus circiter tribus ſedes ſuas præcurrent. Quod ſi anni magnitudo, qua vtitur Eccleſia, omni ex parte congrueret motui Solis annuo, nulla cerneretur Æquinoctiorum, Solſtitiorumque anticipatio, ſed eiſdem ſemper anni diebus recurrerent.

Correctio Calendarii cur in anno 1582. & in Octobri potius inſtituta ſit, quam in alio anno, ac menſe.

QVOD ſi quis roget, Cur exemptio illa decem dierum ex anno 1582. in menſe Octobri facta ſit, & non potius ex aliquo anno centenario, vel ex aliquo alio biſſextili, non quidem in Octobri ſed in quouis alio menſe: Hoc enim in primis Mæſtlinum male habuit; Reſponſum in promptu eſt. Potuerunt quidem decem illi dies ex quocunque anno eximi, atque etiam ex quolibet menſe: ſed delectus eſt annus 1582. quia tunc omnia ad correctionem neceſſaria fuerunt primum expedita atque abſoluta. Reſponſa enim omnium Regum, Principum, Rerumque publicarum, & præcipuarum Vniuerſitatum ad ſummum Pontificem allata ſunt, & à Mathematicis ad Calendarii emendationem conuocatis quam diligentiſſime examinata. Quare ne diutius reſtauratio Calendarii, quam omnes Chriſtiani Principes, & Reſpub. mirifice collaudarant, atque approbarant, differretur, viſum eſt Pontifici Maximo annum 1582. correctioni tantopere expetitæ deſtinare.

QVOD autem in Octobri potius factum id fuerit, quam in alio menſe, cauſa nulla fuit alia, neque aliud hac in re myſterium quærendum eſt, quam quod is menſis ad negotium hoc aptiſſimus viſus eſt, quippe qui plures dies Sanctorum celebritatibus vacuos haberet. Ex quo factum eſt, vt decem dies ex eo exempti minorem perturbationem, confuſionemque in Diuinis Officiis perſoluendis apud homines Eccleſiaſticos pepererit. Nam licet in Februario, Martio, & Aprili pauci etiam feſti Sanctorum dies celebrentur, tamen quia in eos menſes incidunt Septuageſima, Quadrageſima, & tempus Paſchale, iudicatum eſt, eos non eſſe decem diebus priuandos, vt tempora illa, quæ ſumma religione ab Eccleſia celebrantur, continuato ordine ſine vlla interruptione percurrerentur: præſertim quia ſi, exempli cauſa, Septuageſima tunc celebrata eſſet ſecundum Calendarium nouum die 14. Februarii, omiſſis decem præcedentibus diebus, extitiſſent tantum quatuor Dominicæ poſt Epiphaniam, & reliquæ duæ ante Aduentum non potuiſſent interponi, cum eo anno Dominicæ ſolum 24. poſt Pentecoſten futuræ fuiſſent. Quia

Cur anno 1583 in regionibus remotioribus correctio fieri iuſſa ſit in Februario.

vero nonnullæ prouinciæ ex Octobri anni 1582. nondum decem dies exemerant, quod ad eas tam cito exemplaria noui Calendarii perferri non potuerant, optimo conſilio factum eſt, vt anno inſequenti 1583. non expectato Octobri, decem dies ex Februario eximerentur, ne diutius populi illi in dierum numeratione ab Eccleſia Romana diſſentirent. Etſi enim eo anno, qui nondum Calendarium emendauerant, eodem, quo nos, die Paſcha celebraturi erant, tamen in dierum numero à nobis diſſenſiſſent, cum nos decimo die Aprilis, illi autem vltimo Martii agerent Paſcha. Non eſt igitur, quod Mæſtlinus ſe tantopore diſcruciet in exquirenda cauſa, cur anno potiſſimum 1582. ſummus Pontifex reſtaurationem Calendarii fieri voluerit menſe Octobri, anno vero 1583. menſe Februario.

VERVM vt arrogantia Mæſtlini ſimulque in Calendarii negotio inſcitia omnibus manifeſta fiat, & lu-

Digitized by Google

& luce clarius appareat, quam vafre & malitioſe in ſuo examine ſe geſſerit, calumniandi magis noui Calendarij, quam veritatis inquirendæ ſtudio, libet hoc loco huius correctionis in Octobri inſtitutæ cauſam, quam ipſe ſolum, vt hominibus imponeret, atque in Pontificem Romanum liberius baccharetur, confinxit, paulo diligentius examinare. Sic autem ſcribit. *At correctionis huius initium non potuit ante Paſcha anni 1582. fieri. Nam ſi hoc factum eſſet, periclitatum fuiſſet totum opus Calendarij huius, periclitata fuiſſet magna pars auctoritatis Pontificis, ſuorumque Calendarificum: periclitati fuiſſent omnes ſumptus huius gratia corraſi, & erogati, & quod maximum eſt, Pontifex rurſus ſua ſpe deluſus fuiſſet. Nam eo ipſo anno deprehenſa fuiſſet inanis futilitas calculi huius Gregoriani Calendarij. Cum enim aureus numerus, qui eo anno erat 6, habuerit Epactam xxvi. & repoſuerit terminum Paſchalem in diem 17. Aprilis. qui erat dies Sabbati: vtique conueniebat ſecundum numeros, & regulas noui Calendarij, ſequentem diem 18. eſſe Dominicam Paſchatis. Sed in eadem ipſa Dominica erat demum Lunæ & Solis vera oppoſitio, ſecundum calculum Aſtronomicum: itaque eo ipſo anno 1582. celebrandum fuiſſet Paſcha in plenilunio. Hæc res haud dubie valde fuiſſet ominoſa nouo Calendario: Nam ipſa non potuiſſet quenquam hominum latere, propterea quod in omnibus & ſingulis diarijs, ſeu Calendarijs anniuerſarijs plenilunium hoc inuentum fuiſſet in die Paſchali. Et hoc quidem eo magis fuiſſet conſpicuum tam illiteratis, quam literatis, (quorum nullus propemodum eſt, qui huiuſmodi aliquod annale diarium non ſecum ſemper portet, aut certe domi parieti affixum habeat) quod eo anno veteris Calendarij Paſcha conuenientem ſuum locum, videlicet diem 25. noui, aut diem 15. veteris Calendarij obtinuit. Quis iam dubitabit, quin Pontifex metuerit, ſe, ſuumque hoc opus cum ſibilo exploſum iri, propterea quod ipſe Paſchale feſtum ex loco vero abſtraheret, & in locum erroneum, ſeu, vt auctor nominat, hæreticum abiiceret? Nunc autem poſtquam callide, ne dicam doloſe, hoc periculum eſt euitatum, ſperat & ipſe, & Calendarii auctor, ſe iam tutiſſimos eſſe: Non enim quemquam tantum prudentiæ habiturum confidunt, qui calculum in peracta tempora retrahat. Et licet aliquis hoc tentet, calculum eum tamen non tantum ponderis amplius habiturum, quantum ei fuiſſet, ſi in re præſenti maniſeſtiſſima falſitas monſtrata eſſet. Quodſi autem craſſiſſimus hic error, qui ex ſententia auctoris hæreticus eſt, quo Calendarium hoc veſtrum nouum ſtatim in ipſo principio inaugurationis laborauit, non ſit vera cauſa dilationis dictæ, indicate vos Mathematici aliam; & ſimul defendite hunc ipſum huius anni errorem. Sed neutrum vobis factu poſſibile eſſe ſcio.*

Ratio Mæſtlini, cum in Octobri, & nō ante diē Paſcha anni 1582. correctio facta ſit, puta, in Februario.

HIS verbis Mæſtlinus temeritatem ſuam atque inſcitiam non modo Mathematicis, quos prouocat, verumetiam cæteris harum rerum non imperitis manifeſte prodit. Confundit enim diem xv. Lunæ cum xiiii. & Quartadecimanos hæreticos appellat eos, qui in Luna xv. ſiue in oppoſitione Lunæ cum Sole Paſcha celebrant: vt prorſus ignorare conuincatur, quid de recta Paſchæ celebratione Patres, & Concilia ſanxerint, & quid in ea re ab Eccleſia ad hoc vſque tempus obſeruatum ſit. Neque enim prohibitum vnquam fuit, ne in Luna xv. Paſcha celebretur, aut in plenilunio, vt falsò exiſtimat, ſed ne in Luna xiiii. cum Quartadecimanis hæreticis, non expectato die Dominico poſt Lunam xiiii. primi menſis, ſolennitas Paſchalis peragatur: vt vel hinc perſpicue conicere liceat Mæſtlini ignorantiam, ac temeritatem qui tam impudenter reprehendere audet id, quod Eccleſia ex præſcripto Patrum, Conciliorumque ſanctiſſime ſemper obſeruauit. Itaque ſi anno correctionis 1582. Paſcha ex Calendario nouo eſſet celebratum, nulla in re Eccleſia à Decretis Patrum, & Concilij Niceni diſceſſiſſet, ſed rectiſſime ex eorum ſententia id peregiſſet: id quod manifeſtum eſt cuiuis in computo Eccleſiaſtico vel mediocriter verſato. Nam cum eo anno (ſi decem dies in Februario fuiſſent exempti) oppoſitio media Luminarium (quæ in hoc negotio, vera relicta, vſurpatur ab Eccleſia:) inciderit, ſecundum tabulas Ioan. Antonij Magini, quæ recentiores ſunt, in diem 17. April. Hor. 7. Min. 57. poſt Meridiē, immo ſecundum Prutenicas tabulas, hor. 3. & amplius ante Meridiem, quis dubitabit, niſi ſolus Mæſtlinus, rerum Eccleſiaſticarum prorſus ignarus, ſequenti die 18. quæ fuit Dominica, potuiſſe ex præſcripto Patrum Nicæni Concilij Paſcha legitime celebrari, cum ea Dominica Lunam xiiii. primi menſis proxime inſequatur? Immo nunquam Eccleſia rectius ſolennitatem Paſchalem agit, quam cum in primo menſe Dominicus dies in oppoſitionem mediam Solis, ac Lunæ cadit. Reliqui namque ſequentes ſex dies Lunæ videlicet xvi. xvii. xviii. xix. xx. xxi. ad celebritatem Paſchæ aſſumpti ſunt propter diem Dominicum, qui non ſemper in Lunam xv. (quod optandum eſſet) cadit, ſiue in oppoſitionem mediam, antequam Paſcha celebrare fas non eſt, ſed vel in Lunam xvi. vel xvii. &c. vſque ad xxi. incluſiue, vltra quam Paſcha differre licitum non eſt, Sed nouus iſte Mathematicus Tubingenſis non ſolum Paſcha legitime Luna xv. celebrari poſſe ignorauit, verum Paſcha anni 1582. ex motu vero oſtendere conatur falſum fuiſſe, ſi ſecundum nouum Calendarium eſſet celebratum: quaſi verò Eccleſia veros motus, non autem medios potius, aut Cyclos ad hoc negotium adhiberet, vt proximo Capite planum faciemus. Qua in re mirum in modum quoque hallucinatur, cum eo anno oppoſitio vera Luminarium facta ſit die 17. Aprilis, Hor. 15. fere poſt Meridiem: vt Paſcha illud ſecundum etiam verum motum legitimum fuiſſe, nemo poſſit ambigere, cum celebratum fuiſſet poſt plenilunium, atque adeo multo magis poſt Lunam xiiii. veram: quod tamen neceſſarium non eſt.

Mæſtlini ignorantia in iis quæ Catholica Eccleſia in Paſcha celebratione ſẽper obſeruauit.

Decreta Patrum nō prohibere Paſcha celebrationē in Luna 15. ſed in Luna 14.

Paſcha an. 1582 ſecūdū Calēdarium nouum ſi in Februario facta fuiſſet exemptio 10. dierum nō illegitimum fuiſſe, vt perperam vult Mæſtlinus.

Paſcha an. 1582. ſecūdū Calēdariū nouum, ſi in Februario fuiſſet 10 dies exēpti, legitimū futurū fuiſſe etiā ſecundum motū verū contra quā vult Mæſtlinus.

ET ne exiſtimet Mæſtlinus, me temere (vt ipſe ſolet) loqui ac ſine auctoritate vlla ſtatuere, Paſcha celebrari poſſe quocunque die Dominico poſt Lunam xiiii. vſque ad xxi. ſed ab initio primitiuæ Eccleſiæ hoc ita ſancitum fuiſſe, expendat diligenter auctoritates, ac teſtimonia Patrum, Conciliorumque, quæ Cap. I. attulimus ad confirmandum, Paſcha celebrandum eſſe die Dominico, primumque menſem eſſe eum, cuius Luna xiiii. in Æquinoctium incidit, aut ipſum proxime ſequitur. In iis enim omnibus diſerte explicatur, Paſcha debere celebrari prima Dominica poſt Lunam xiiii. primi menſis, quæ nimirum in Lunam xv. xvi. &c. vſque ad xxi. incluſiue cadit. Quibus auctoritatibus addi poſſunt eæ, quæ ſequuntur.

Paſcha celebrari poſſe Luna 15. ſi tunc ſit Dominica, probatur variis teſtimoniis & vſu Eccleſiæ.

BEDA Venerabilis lib. De Temporum ratione, Cap. 57. poſtquam docuit, Dominicam diem, quæ poſt xiiii. Lunam occurrit, eſſe Paſchalem Dominicæ reſurrectionis diem, paulo poſt ſubiungit. *Et ſi fieri poſſet, vt eadem omnibus annis Sabbati die Luna xiiii. contingeret, nil noſtra Paſchalis obſeruantiæ tempus à legali diſcreparet. Nam & ipſi iuxta legis edicta ſemper xiiii. Luna primi menſis ad veſperam immolantes, & comedentes agni immaculati carnem ſanguinemq; illius ad repellendum exterminatorem noſtris poſtibus aſpergentes, id eſt, aquam*

Digitized by Google

Baptiſmi, & Paſchalium celebrantes ſolennia Miſſarum, ſpiritalem ſuperaremus Aegyptum, atque illuceſcente mane in Luna xv. eiuſdem menſis primum azymorum diem intraremus, ſeptemque dies eiuſdem celebritatis legitimos à mane quintidecimi diei vſque in veſperum viceſimi primi menſis ipſius, id eſt à Dominico Paſcha vſque in Dominicum octauarum Paſcha, debita cum veneratione compleremus. Sed quoniam Luna dies eadem diuerſas Septimanæ deuoluitur in Ferias inde fit, vt qui propter reſurrectionem noſtri redemptoris in Dominicum diem Paſcha initium reſeruare docemur, aliquoties noſtra feſtiuitas ſeptimo poſt Legalium azymorum exordium die ſumat ingreſſum. Nonne vides hoc loco Bedam apertiſſime docere, Dominicum diem Paſchæ cadere poſſe in Lunam xv. atque tunc quidem rectiſſime Paſcha celebrari?

IDEM clariſſime tradit Cap. LIX. vbi ſic ait. *Nam cum in veteri Teſtamento tribus argumentorum indiciis Paſchale tempus ſit obſeruari præceptum, videlicet vt poſt Aequinoctium, vt menſe primo, vt tertia eius Septimana, id eſt, à veſpera XIIII. Luna, quod eſt initium xv. vſque in veſperum, id eſt, terminum XXI. celebretur; quarta in eiuſdem obſeruatione regula eſt nobis à tempore Dominicæ reſurrectionis impoſita, vt cum Aequinoctio tranſcenſo, Lunam primi menſis XIIII. veſperi ortum facere viderimus, non ſtatim ad faciendum Paſcha proſiliamus, ſed Dominicum diem, quo ipſe Paſcha, id eſt, tranſitum de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de pœna ad gloriam reſurgendo facere dignatus eſt, expectantes, in ipſo tandem congrua Paſcha ſolennia celebremus.* Et paulo poſt. *Quoties ergo diem Dominicum mox, aduentante XIIII. Luna, habemus, nil noſtrum tempus Paſchale à legali diſſonat, quamuis aliis Sacramentorum generibus eiuſdem Paſcha ſolennia colimus. Quoties verò ſecundo, vel tertio vel quarto, vel quinto, vel ſexto, vel ſeptimo ab hinc die idem Dominicus occurrerit, ne ſic quidem legem, aut Prophetas ſoluimus, ſed Euangelicæ potius gratiæ Sacramentis adimplemus.* Qnam quidem Eccleſiæ conſuetudinem ex Theophilo Alexandrino Epiſcopo quoque confirmat: idemque Cap. LX. & LXI. & aliis ſæpius repetit.

HOC ipſum communi conſenſu omnes Computiſtæ, quotquot de Paſchæ celebratione ſcripſerunt, conſtanter aſſeuerant. Nam vt alios taceam, Paulus Middelburgenſis Epiſcopus Foroſempronienſis non longe à principio libri XII. in hunc modum ſcribit. *Nos ergo in ſupputatione Lunæ Paſchalis, diem oppoſitionis Luminarium vocabimus Lunam xv. quæ ſi in die Dominico inciderit, eodem die Paſcha celebrandum annotabimus, iuxta Canonem à ſanctis Patribus in Nicæna Synodo inſtitutum, quo Paſcha celebrari præcipitur die Dominico à XIIII. Luna vſque ad XXI. hoc eſt, die Dominico primo poſt XIIII. Lunam.* Ex his omnibus conſtat, Paſcha recte, ac legitime celebrari poſſe, immo verò ex Decretis Patrum celebrandum omnino eſſe, Luna xv. hoc eſt, in oppoſitione Luminarium, ſi tunc dies Dominicus adfuerit. Atque hanc conſuetudinem videmus ſemper in Eccleſia, tam Orientali, quam Occidentali conſeruatam eſſe. Semper namque primo Dominico die poſt Lunam XIIII. Paſcha ad noſtram vſque ætatem celebratum eſt.

PVDEAT ergo Mæſtlinum, ſi pudere poteſt, arrogantiæ & temeritatis, quod Mathematicum ſe ſcribat, cum tamen rem non ſolum Mathematicis, ſed etiam omnibus Chriſtianis notiſſimam, Paſcha nimirum Luna xv. poſſe celebrari, prorſus ignoret; quippe qui craſſiſſimum, immo hæreticum appellare errorem non vereatur, ſi Paſcha in plenilunio medio celebretur. Sed quid mirum, hominem hæreticum conſuetudinem Eccleſiæ in Paſchæ celebratione obſeruatam ignorare, qui tam temere, & impudenter omnes eius leges ſpernit atque contemnit, vt ſpiritu vertiginis agitatus libere, quicquid ei in mentem venerit, credere poſſit? Ecce tibi, Mæſtline, veram cauſam dilationis in Octobrem anni 1582. quam tanto tibi ſtudio indicari flagitas. Habes ſimul, qui Paſcha anni eiuſdem, ſi ſecundum nouum Calendarium eſſet celebratum, defendit, legitimumque futurum fuiſſe demonſtrat, ex Decretis Patrum, ac Nicæni Concilii, atque vſu Eccleſiæ; in quo tamen craſſiſſimum errorem ipſe committens, ab aliis committi falsò criminabaris: quorum neutrum nobis factu poſſibile eſſe, temere tibi perſuadebas.

Paſcha an. 1582. ex Calēdario vetere cōtra Patrū Decret. celebratum eſſe i quarta hebdomada, ſiue Luna 14. Quod Eccleſia interdū Luna 14. Paſcha celebret, id vitio cycli, qui perfectus omnino eſſe non poteſt tribuendū eſſe Eam autē nō propterea in hæreſim Quartadecimanorum incidere.

NON ergo ſummus Pontifex, ſi decem dies ex Februario anni 1582. detrahendos ſtatuiſſet, metuere potuit, vt falsò iactas, ne ipſe, ſuumque hoc opus cum ſibilo exploderetur. Neque enim, vt tu inſimulas, Paſchale feſtum tunc ex loco vero abſtraxiſſet, & in locum erroneum ſeu hæreticum abieciſſet; ſed contra potius ex loco erroneo reſtituiſſet in verum. Nam eo anno Paſcha ex Calendario vetere celebratum eſt Luna XXIII. hoc eſt, quarta hebdomada, contra Patrum, Conciliorumque ſanctiones: quod ſecundum nouum in Luna xv. hoc eſt, in principio tertiæ hebdomadæ, in qua ſola legitimè poteſt Paſcha celebrari, peractum fuiſſet. Exere nunc vires ingenii tui, & mirabili tua illa prudentia, (qua præditum eſſe eum vis, qui calculum in peracta tempora retrahat) ſeu potius, vt ego interpretor, inſigni tua impudentia defende erroneum hoc tuum Paſcha anni 1582. legitimum autem, quod exhibuiſſet nouum Calendarium, quantumcunque potes, falſum futurum fuiſſe demonſtra. *Hic Rhodus, Hic ſaltus.* Libet enim idem dictum in te conuertere, quod tu non ſemel in fautores Gregoriani Calendarii, quaſi iam victoriam reportaueris, temere iactare ſoles.

NAM quod errorem, quem ex celebratione Paſchæ in plenilunio committi falsò putas, ex auctoris Calendarij ſententia hæreticum appellas, (quod idem & aliis in locis facis) plane sycophantaris. In Calendario enim ſermo eſt de Quartadecimanis hæreticis, qui contra decreta Conciliorum, & vſum vniuerſalis Eccleſiæ contendebant, Paſcha cum Iudæis Luna XIIII. celebrandum eſſe. A quo tamen errore longè abeſt Eccleſia, etſi interdum ob imperfectam Cycli Lunaris rationem, (Nullus enim Cyclus, quamuis perfectus nouilunia Pleniluniaque ita monſtrare poteſt, quemadmodum poſtea docebimus, vt motibus cæleſtibus ſemper ad vnguem reſpondeant) Paſcha celebret Luna XIIII. Quod quidem in nouo Calendario accidere nonnunquam poteſt, rarius tamen multo, quam in veteri, ſecundum Cyclum aurei numeri in Concilio Nicæno editum, præſertim vero prope tempora eiuſdem Concilii, vt poſtea ſuo loco demonſtrabimus, Abeſt, inquam, Eccleſia ab hæreticorum errore, ſi interdum, propter Cycli imperfectā naturam Paſcha Luna XIIII. celebret: quia non affirmat, Paſcha eſſe celebrandum Luna XIIII. ſed caſu, & (vt cum Philoſophis loquar) per accidens interdum Paſcha ita celebrat, & omnem adhibet diligentiam, vt Cyclus ita in Calendario diſponatur, vt quoad eius fieri poteſt, nunquam Paſcha Luna XIIII. celebretur, vt infra fuſius exponemus. Tu verò, tuique ſimiles, qui omnes antiquum fœdus contra Catholicam DEI Eccleſiam iniuiſtis, notam hæreſis effugere non poteſtis, cum contemptis omnibus Eccleſiæ

Catholicæ

Digitized by Google

Catholicæ legibus, & ſanctionibus, ſpiritu ſuperbiæ agitati nouam fidem, nouumque Euangelium prędicetis, tam pertinaciter vetus Calendarium collapſum, odio noui à Pontifice Romano editi, defendatis.

AT etiam auſus es, homo præmortui pudoris, auaritiam, ac ſordes Gregorio XIII. Pont. Max. obiicere, cuius effuſa liberalitas, ſeu munificentia potius, in orbem omnium terrarum, maxime verò in Germaniam redundauit, adeo vt omnium, præter te, hæreticorum maledicentiam reſtinxerit. Scilicet Pontifex ille, vt ſacerdotii, ſic animi magnitudine Maximus, cum ingentes theſauros in omnium gentium ſalutem profunderet, id ageret, vt edito nouo Calendario (quod tu inſimulas) pauculos nummulos ex plebecula colligeret. Equidem confirmarem iureiurando, (nam his rebus interfui) ne teruncium quidem ad Pontificis ærarium hinc perueniſſe, niſi vererer, ne ſatis exploratæ tanti Pontificis largitati meum teſtimonium faceret iniuriam: præſertim cum tuum crimen ſua ſponte ab illo reſiliat, atque in te ipſum recidat, qui cauſam edendi iſta examina nullam habuiſti, niſi vt aliquid pecuniolæ ab imperitis corraderes. Nam gloriola, quam per calumniam ſimul captaſti, verſa eſt, vt vides, in infamiam. Sed hactenus. Neque enim committam, vt imitari videar maledici hominis maledicentiam. Namque hæc ipſa non maledicendi ſed maledicta repellendi cauſa dicta ſunt, ſimulque vt omnes huius præclari examinis ſpecimen ſumerent, cum pene oculis cernerent, quam æquo, quam ſyncero animo, quam acri ingenio, quam firmis rationibus Gregorianum Calendarium oppugnare, conſpirationemque vniuerſi orbis Chriſtiani, Pontificiamque auctoritatem conuellere homulus ex argilla ac luto fictus contenderit: Cuius quidem impudentia implicatam inſcitiam tantam ipſa examinis inſcriptio, vt oſtendimus, declarauit, quantam nulla res alia excuſare vllo modo poſſit, niſi confiteri velit, id quod res ipſa loquitur, ſe, cum examen ſcriberet, ſatis ſobrium non fuiſſe.

ECCLESIA CVR POSTHABITIS MOTIBVS veris apparentibuſue, medios tantum, ſiue æquales, aut potius Cyclos in mobilium feſtorum celebratione vſurpet.

CAPVT IIII.

AEQVINOCTIO in priſtinam ſedem, in qua à Concilio Nicæno collocatum eſt, reſtituto, præſcribenda quoque fuit ratio, qua idem Æquinoctium in ſua ſede retineretur. Quæ vt planior fiat, paulo diligentius explicandum erit prius, quales motus Eccleſia conſideret, atque in mobilium feſtorum celebratione adhibeat. Hoc enim expoſito, liquidò etiam conſtabit, quam temere, & ſine cauſa Calendarium nouum à Mæſtlino oppugnetur. Eccleſia igitur, poſthabitis veris Lunæ ac Solis motibus, quippe qui ad Aſtronomos magis pertineant, ſolos medios, & æquales conſiderat. Cuius rei multiplex ratio afferri poteſt.

Eccleſiam motus duntaxat medios conſiderare, ob multas cauſas.

PRIMVM quia motus veri inæquales ſunt modò velociores, modo tardiores; medij autem motus ſunt ſemper æquales atque vniformes: ac proinde hi facili negocio in cyclum redigi poſſunt, non autem illi. Cum ergo ad inueſtigationem Æquinoctii, Nouilunij, ac plenilunij Paſchalis, tradendæ ſint regulæ faciles, quæ ſine magno labore à quolibet, Aſtronomiæ etiam omnino rudi, & ignaro, percipi, ac teneri poſſint, ſine cognitione tabularum Aſtronomicarum, ne vniuerſus populus Aſtronomiam cogatur perdiſcere, quod nouum atque inauditum eſt, & factu prorſus impoſſibile; recipiendi fuerunt motus medij potius quam veri, præſertim quia facilius in veris, apparentibuſque motibus, quam in mediis, & æqualibus error poteſt admitti. Neque verò magni refert, veros re ipſa in cæleſtibus corporibus exiſtere, medios autem cogitatione tantum, atque arte eſſe excogitatos ab Aſtronomis, vt videlicet veros per medios inueſtigent. Nam Eccleſia obſtricta non eſt, neque vnquam fuit, exquiſitis aſtrorum legibus, motibuſque; ſed ſatis eſt, ſi Solis, ac Lunæ motus pingui quadam (vt aiunt) Minerua aſſequatur, dummodo non multum à vero recedat. Id quod antiquiſſimus vſus à primitiua Eccleſia ad noſtram vſque ætatem continuatus, atque perductus euidenter demonſtrat.

1. ratio. Quia medii motus æquales ſunt, & vniformes, ac proinde ad captum vulgi accõmodati: veri autẽ motus inæquales & irregulares.

DEINDE quia, ſi veris motibus Eccleſia vteretur, perpetuum extaret ſeminarium diſcordiarum, atque rixarum inter Chriſti fideles in ſacroſancti Paſchæ celebratione, propter tabularum Aſtronomicarum varietatem, & diſcrepantiam, diuerſaſque motuum hypotheſes, cum alii has, alii illas tabulas ſequendas eſſe contenderent: ſicut hodie videmus alios tabulas Alphonſinas, alios verò Prutenicas ex Copernici doctrina erutas, in motibus aſtrorum cognoſcendis vſurpare. Ex quo efficeretur, vt diuerſi diuerſa Æquinoctia, nouiluniaque obſeruarent, atque adeo Paſcha non eodem tempore celebrarent, quod valde abſonum foret, & abſurdum.

2. ratio. Ne ſeminariũ perpetuũ rixarũ, & diſcordiarũ excitetur in Eccleſia ſi veri motus obſeruarẽtur ob tabularũ Aſtronomicarum varietatẽ.

TERTIO, quoniam ad hanc vſque diem nullæ tabulæ conditæ ſunt ab Aſtronomis, per quas veri ſtellarum motus ad omne tempus certò, & ſine vllo errore inquiri poſſint, & cognoſci; ſed quilibet obſeruationibus ſui temporis congruentes tabulas ſemper confecit, quæ longo deinde tempore elapſo deficere à vero deprehenſæ ſunt, propterea quod ne vnius motus cæleſtis periodus exquiſitè, ac penitus cognita adhuc ſit. Nam Ptolomæus Aſtronomorum princeps, & ſolertiſſimus cæleſtium motuum indagator, confecit ſane ante annos 1450. tabulas ſuis obſeruationibus congruentes, quibus eo tempore motus cælorum certiſſime, & ſine vlla dubitatione ſupputabantur. His deinde, quoniam experientia docuerat, eas non amplius motus cæleſtes accurate exhibere, ſucceſſerunt tabulæ aliæ dictæ Alphonſinæ, quòd ſumptibus, ac diligentia Alphonſi regis Hiſpaniæ ante annos circiter 340. ab Aſtronomis conditæ ſint, quib. ea tempeſtate certius, quam per tabulas Ptolomæi, motus inueniebantur. In harum tandem locum repoſitæ ſunt noſtro hoc tempore tabulæ Copernici, quæ Prutenicæ vulgo appellãtur, propterea quod omniũ Aſtronomorum ferè conſenſu, cũ phænomenis cæleſtib. longe exquiſitius conueniunt, quã Alphonſinæ. Atque ita fortaſſe poſt multa ſecula poſteri noſtri alias motuum cæleſtium periodos obſeruabunt, nouaſq; propterea hypotheſes conficient, atq; adeo pro tabulis Prutenicis nouas alias ſubſtituent. Quis enim pro

3. ratio Quia nulla tabulæ ad hanc vſq; diem extructæ ſunt, quæ veros motus ſine errore exhibeant, ad multos annos.

Digitized by Google

Prutenicæ tabulæ, quæ hodie ab omnibus vſurpãtur, cur incertæ iudicari poßint.

certo affirmare audeat tabulas Prutenicas omni tempore cælorum motibus conſenſuras eſſe, cum videat tabulas Ptolomæi præſtantiſſimi Aſtronomi, & qui meritò omnibus antefertur, mancas nunc eſſe, & imperfectas, quæ illis tñ temporib. fuerunt abſolutiſſimæ? Præſertim cum Prutenicæ tabulæ incertis hypotheſibus, nedum abſurdis, & à communi hominum opinione abhorrentibus, ac quibus omnes Philoſophi naturales repugnant, fundatæ ſint? Huc accedit, quod nondum vna integra periodus Anomaliæ præceſſionis Æquinoctiorum, in qua Copernicus omnem inæqualitatem Solaris anni fundat, perfecta eſt atque abſoluta: vt meritò dubitare quis poſſit de veritate tabularum ex illa Anomalia extructarum, & an, abſoluta vna periodo, altera ſequens præcedenti ſit omni ex parte reſponſura. Quæ cum ita ſint, quis erit tam impudens & audax, qui DEI Eccleſiam aſtringere velit tam incertis, ac fallacibus Aſtronomorum præceptis, ac tabulis? Certe, opinor, nemo; niſi forte dicere velis, Eccleſiam debere nunc has, nunc illas, amplecti tabulas, prout hoc, vel illo tempore motibus cælorum eas congruere animaduerterit: quod nihil aliud eſſet, quam omnia in dubium reuocare; quippe cum vix inter Aſtronomos conſtaret, quibusnam tabulis magis fidendum eſſet: quemadmodum hac etiam ætate videmus, excellentiſſimos eſſe Mathematicos, qui in motu Solis, ac Lunæ Alphonſinis tabulis magis credendum eſſe cenſent, quàm Prutenicis.

In Aſtronomia nõnulli in motu Solis ac Lunæ magis fidere tabulis Alphõſinis, quã Prutenicis.

TYCHO Brahe Danus quidam nobilis vir, & inſignis Mathematicus, qui nunc motus Aſtrorum propriis obſeruationibus examinat, totuſque in eo eſt, vt eos, quoad eius fieri poſſit, correctiſſimos nobis exhibeat, deprehendit anno 1586. adhibita accurata diligentia, vt ab erudito viro, & in rebus Mathematicis peritiſſimo Bartholomæo Sculteto accepi, Æquinoctium vernum, hoc eſt, ingreſſum Solis in arietem, accidiſſe 10. Martii. Hor. 9. Min. 2. poſt Meridiem, ſecundum vetus Calendarium: quod tabulæ Alphonſinæ ſex propemodum horis citius exhibent; Prutenicæ verò horis ferè 13. tardius. Vbi manifeſtò apparet, Alphonſinum calculum ad obſeruationem ſupradictam propius accedere, quam Prutenicum, ſiue Copernianum. Ex Calendario nouo incidit idem Æquinoctium obſeruatum in diem 20. Martii. Hor. 9. Min. 2. poſt Mer. ac proinde ſequenti diei 21. rectè aſcriptum fuit: vt vel hinc liquido etiam appareat, præclare in hac Calendarii correctione actum eſſe, vt decem dies ex ann. 1582. eximerentur, vt Æquinoctium in diem 21. Martii reſtitueretur.

Rectè ad reſtituẽdũ æquinoctiũ in diẽ 21. Martii exemptos fuiſſe 10. dies, confirmatur obſeruationibus nobilis cuiuſdam Dani.

VT ergo diſſidium hoc Aſtronomorum, atque diſcordia tolleretur è medio, prudentiſſimo conſilio Eccleſia tabulas verorum motuum curioſitati Aſtronomorum relinquens ſemper reſpuit, atque motus medios, qui æquales & vniformes ſunt, aut potius Cyclos mediis motibus maxime conſentientes, ad mobilium feſtorum ſolennia adhibendos eſſe iudicauit.

Tabulas Aſtronomicas magnifaciendas eſſe, etiaſi longo tẽpore durare nequeant.

NEC verò hæc à me ideo allata ſunt, quod putẽ tabulas Aſtronomicas omnino reiiciendas eſſe, tanquam falſas & futiles: Omni enim laude dignos ſemper exiſtimaui Aſtronomos, qui variis temporibus maximo labore ac ſtudio aſtrorum motus obſeruarunt, atque ad eoſdem facile ſupputandos, licet non omnino exquiſite, ita tamen, vt parum à verò abſint, tabulas varias mira induſtria elaborarunt, atq; poſteris tranſmiſerunt. Sed hoc ſolum contendo, Eccleſiam non eſſe ad curioſas Aſtronomorum ſubtilitates alligandam, cum eædem tabulæ diu durare nequeant, ſed aliæ atque aliæ pro temporum varietate ſint adhibendæ, vt diximus. Neque verò hoc dignitati, ac præſtantiæ Aſtronomiæ nobiliſſimæ ſcientiæ quicquam detrahit, immo eam potius mirificè commendat, quod tam accurate tantam motuum varietatem nobis ob oculos propoſuerit, vt quam proxime veritatem ipſam attingamus. Et quid mirũ, Aſtronomos non poſſe perfectè motus cælorum tanto inteuallo à nobis diſſitorum intelligentia conſequi, cum nec vnius ſubſtantiæ, quamuis minimæ, in hiſce inferiorib. abſolutam cognitionẽ Philoſophi hactenus adipiſci potuerint.

Tabularũ Aſtronomicarũ inconſtantia vnde proueniat.

ET certe videtur mihi DEVS Opt. Max. cælorum atque ſtellarum architectus ſapientiſſimus, de induſtria Planetarum, ſtellarumque motus tantis voluiſſe difficultatibus inuoluere, quas nemo mortalium ſuo ingenio expedire, & explicare poſſit: (quis enim ab orbe condito ad noſtra vſque tempora tam excellens in Aſtronomia repertus eſt, qui periodos cæleſtium motuum ita definierit, vt poſt aliquot annorum ſæcula à vero nihil decederent, propter minutias quaſdam in cuiuslibet planetæ periodo abundantes, aut deficientes, quæ in magno temporis interuallo non leuem errorem inducunt?) vt nimirum ſemper inueniamus, quod in tam admirabili nobiliſsimorum corporum artificio, & in tam conſtanti eorum motuum harmonia, & concordia admiremur, perpetuiſque laudibus eorũ conditorem, atque motorem celebremus: vt potiſsimum propter cælorum immenſam molem, eorumque ordinem, ac motus, in quibus ſemper ſupereſſe videtur, quod ſumma diligentia à ſolertiſsimis rerum cæleſtium perſcrutatorib. inquiratur, ſcriptum eſſe poſsit exiſtimari ab Eccleſiaſte cap. iij. *Et mundum tradidit diſputationi eorum.* Ne videlicet aliquando, ſi perfecte cælorũ numerum, ordinẽ, & motũ intellexiſſent homines, deſinerent opera DEI inquirere, & admirari, atque adeo ingenia, ſublata exercendi cauſa, ceſſatione quodãmodo torperẽt.

4. ratio. Quia etiãſi Aſtronomicæ tabulæ extarẽt abſolutiſſimæ, fruſtra tamẽ veri motus adſciſcerentur ab Eccleſia, ob Meridianorum varietatem.

QVARTO Eccleſia veros motus negligit, aſſumitque medios, ſeu potius Cyclos: quoniam etiamſi tabulæ Aſtronomicæ extarent abſolutiſsimæ, & ab omni errore purgatiſsimæ, ita vt omni vitio carerẽt, fruſtra tamen, & ſine vlla neceſsitate in dieb. feſtis mobilibus celebrandis exquiſita illa, & curioſa ſupputatio Horarum ac Minutiarum ſecundum veros motus adhiberetur. Nam quamquam accuratiſsime & Æquinoctiũ vernũ, & Plenilunia Paſchalia ex motib. veris ſupputarentur, regionũ tamen, ac Meridianorum varietas efficeret, vt labor ille inutilis, ac vanus redderetur. Quando namq; Romæ v. g. Æquinoctiũ vernum cadit in meridiem die 21. Martii, incidit idẽ quibuſdã Orientaliorib. populis in eundẽ diẽ 21. ſub occaſum Solis, aliis in mediam noctem ſequentem eius diei, atq. ideo ſequenti diei 22. tribuendũ erit, &c. Similiter ſi tunc pleniluniũ verum contingat Romæ die 22. Martii circa Meridiẽ, accidet idem apud priores populos Orientaliores ſub Solis occaſum, apud poſteriores vero circa mediam noctẽ, &c. Quare ſi eo anno dies 22. Martii fuerit Dominicus, celebrabitur quidem Romæ Paſcha, ſecundũ Patrum, & Conciliorũ ſanctiones: apud Orientaliores verò populos, præſertim remotiores, ſi verum motũ ſpectare debent, celebrari non poterit: propterea quod illis æquinoctiũ ſit die 22. & plenilunii tẽpus nondũ aduenit. Conſtat autẽ ex Patrũ decretis, neq; in ipſo die Æquinoctii Paſcha legitime celebrari poſſe, ſed neceſſariũ eſſe,

vt Æqui-

Digitized by Google

vt Æquinoctii dies anteceſſerit, neque ante plenilunium, ne in Luna XIIII. aut ante XIIII. celebretur. Et quoniam in Concilio Nicæno ſancitum eſt, vt omnes eo menſe, ac die Paſcha celebrent, quo id Eccleſia Romana obſeruat, idemque poſtea confirmatum eſt in Concilio Arelatenſi, & Carthaginenſi quarto, clariſſimeque à S. Ambroſio pluribus verbis in epiſtola ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos aſſeritur: Liquidò colligitur, Eccleſiam in Paſchæ celebratione rationem veri motus Luminarium habere non poſſe.

5. ratio. Quia antiquiſſima Eccleſiæ cõſuetudo eſt in obſeruatiõe mediorũ motuũ, non autem verorum: quæ ſine cauſa vrgenti mutari non debet.

QVINTO, propter antiquiſſimam conſuetudinem, qua medii motus, ſeu potius Cycli in Eccleſia, veris motibus neglectis, in vſu ſemper fuerunt, & quæ ſine vrgenti aliqua neceſſitate mutari non debet. Nam Eccleſiam Æquinoctium vernum ſecundum verum motum non obſeruaſſe, euidenter ex decreto ſanctorum Patrum in Nicæno Concilio edito demonſtratur, quo per vniuerſum terrarum orbem ſtatuerunt, die 21. Martii Æquinoctium eſſe obſeruandum. Perſpicuum autem eſt, Æquinoctium neque ſecundum verum motum, neque ſecundum medium ad vnicum diem poſſe aſtringi atque alligari. Si enim anno, qui biſſextilem proxime antecedit, id contingat die 21. neceſſe eſt idem anno ſequenti biſſextili, propter diem intercalarem Februario additum, incidere in diem 20. Item ſi in vno biſſextili fiat Æquinoctium circa Meridem alicuius diei, accidet idem neceſſario anno, qui biſſextilem proxime conſequitur, ſub occaſum Solis eiuſdem diei, & altero poſt biſſextilem anno circa mediam noctem, tertio deniq; anno poſt biſſextilem, ſub ortum Solis alterius diei; propter ſex illas horas, quæ in ſingulis annis communibus omittuntur: quandoquidem in illis dies duntaxat 365. integri numerantur; cum tamen ſex propemodum horæ in quolibet anno ſuperſint. Ex quibus perſpicue concluditur, decretum illud neque ad verum neque ad medium motum poſſe referri, ſed ſolum ad diem 21. Martii, quo ferè eo tempore Æquinoctium fieri ſolebat, etſi ſecundum calculum Aſtronomicum interdum ante eum diem, vel paulo poſt contingere deprehenderetur; ne ſcilicet apud quoſdam Æquinoctium obſeruaretur die 21. apud alios verò alio die, ſi Aſtronomicas tabulas conſulere vellent, ac proinde diuerſis temporibus Paſcha celebraretur: quod foret abſurdum.

Non multũ referre, quod ad Paſchæ feſtũm ſpectat, ſi æquinoctiũ non ſemper in ipſum diem 21. Martii incidat, ſed eum interdum aliquãtũ antecedat, vel ſubſequatur

NEQVE vero magni intereſt, (quod ad ſolennitatem Paſchalem attinet) ſiue Æquinoctium in ipſum diem 21. Martii incidat, ſiue eum antecedat, ſiue ſubſequatur, dummodo ab eo non longe abſit. Non enim Eccleſia tam accuratis, ſubtilibusque Aſtronomorum præceptis vnquam aſtricta fuit; cum neque Hebræis ipſis, quibus omnia ceremonialia erant, præceptum fuerit, vt verum, aut medium Æquinoctium in Paſchæ ſolennitate obſeruarent, ſed tantum tempus, quo dies, iudicio ſenſus, noctibus æquales fiunt: quod quidem triduum, aut quatriduum ſine magna differentia complecti ſolet.

Deum per Moyſẽ præcepiſſe obſeruationẽ primi menſis, & 10 diei, & 14. ruſtico modo, & ad captum vniuerſi populi Iſraelitici accõmodato

COLLIGITVR hoc ſatis aperte ex Sacra ſcriptura. Præcipit enim DEVS per Moyſen Paſchæ celebritatem Exo. XII. his verbis. *Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni, &c.* Et aliquanto poſt. *Et ſeruabitis eum* (agnum ſcilicet) *vſque ad quartamdecimam diem menſis huius, &c.* Vbi ſemper inculcantur voces hæ, *iſte & huius*, quibus ſignificari videtur, DEVM noluiſſe immutare conſuetam anni ac menſium Hebræorum formam, & numerationem, ſed mutationem tantum ſeptimi menſis in primum: ac ſi diceretur: Menſis iſte, qui hactenus in Ægypto a vobis ſecundum vulgarem anni vſum, non autem ſecundum Aſtronomicum calculum, ſeptimus eſt habitus, & nominatus, deinceps erit vobis primus totius anni, in eoque Paſcha celebrabitis. Neque dici poteſt, Moyſi inſtructo à DEO ignotam tunc fuiſſe veram vtriuſque anni tam Solaris, quàm Lunaris magnitudinem, quia hoc ridiculum eſſet: ſed dicendum potius eſt, Moyſen locutum eſſe ad ſenſum vulgi Aſtronomiæ ignari, quandoquidem ad vniuerſum cætum filiorum Iſrael verba faciebat: appellaſſeque primum menſem more non Aſtronomico, quando videlicet Sol primum punctum Arietis ingreditur, ſed ritu, modoque admodum vulgari, & plane ruſticò, hoc eſt, Abib, Hebraice, & ἀβίβ, Græce, quod Latine ſonat menſem nouorum, ſiue nouarum frugum, quoniam verno tempore nouæ fruges in Ægypto colliguntur.

Eccleſiam nõ eſſe valde ſolicitã de veris aut mediis Nouiluniis, pleniluniisq;, cum in iis inueſtigãdis vſa ſemper ſit cyclis.

IAM verò neque in Nouiluniis, Pleniluniiſque inueſtigandis Eccleſiam multum laborare de vero, aut medio motu, ex eo conſtare poteſt, quod in iis perquirendis inde vſque à principio vſa ſemper eſt Cyclis Lunaribus, ſiue decennouennalibus, qui nullo modo poſſunt veris, aut mediis motibus omni ex parte congruere; cum ſecundum Cyclos, Lunationes complectantur dies integros, quæ tamen & ſecundum verum, & ſecundum medium motum præter dies integros, horas aliquot, horarumque fragmenta continent, Addo quod in annis biſſextilibus Lunationes vno die veniunt tardiores in Cyclo poſt diem intercalarem, cuius ratio haberi non poteſt, niſi pluribus iam annis elapſis, vt lib. 2. patebit, cum rationem Cycli decennouennalis aurei numeri exponemus. Ac quidem, quod ad Cyclum Lunarem attinet, imitatur Eccleſia in ea re non ſolum Hebræos, Alexandrinos, & Romanos, verum etiam Chaldæos, Arabes, Athenienſes, & omnium ferè ætatum populos, qui omnes ad Nouilunia perquirenda Cyclis Lunaribus multo tempore ante CHRISTI aduentum, ac poſt vſi ſunt: quos omnes Paulus Middelburgenſis lib. 2. Paulinæ explicat.

Eccleſia in cyclo lunari vſurpãdo imitari omnẽ antiquitatem.

6. ratio. Quia ita faciendum eſſe, teſtantur varii ſcriptores, & computiſtæ.

SEXTO denique confirmatur idem auctoritate multorum Aſtronomorum, omniumque, qui de rebus ad Romanum Calendarium pertinentibus ex Eccleſiæ conſuetudine ſcripſerunt: inter quos præcipue eſt Campanus in principio ſui Computi maioris, vbi aſſerit, *Computum eſſe ſcientiam numerationis, & diuiſionis temporum* (eius vtor verbis) *ſecundum vulgares obſeruantias.* & c. XV. docet, *Computiſtas veris Lunationib. propter earum difficilem varietatem, Aſtronomis relictis, de mediis ſolum, propter earum vniformitatem, negotiatos eſſe.*

IOANNES quoque Stoflerinus in ſuo Calendario Romano propoſ. 34. litera *Z.* maiuſcula, docet vniuerſalem Eccleſiam à Concilio Nicæno in hodierum vſque diem Cyclum aurei numeri ab Alexandrinis acceptum, qui eo prius vſi ſunt, pro Paſchæ celebratione vſurpaſſe. Et paulo infra affirmat, aureos numeros in Calendario inſcriptos indicare dies mediocrium coniunctionum Luminarium, &c. Et aliquanto poſt ſcribit Orthodoxam Eccleſiam, præſertim Latinam, ante Nicænam Synodum, ad Paſcha per Lunam XIIII. inquirendum, vſam eſſe Cyclo Lunari conſueto, & à Iulio Cæſare inſtituto. Idem pluribus aliis locis repetit.

Medios motus vtiles eſſe ad diiudicandũ, quinã cyclus è plurib. rectius Lunas 14. exhibeat in Calẽdario.

PAVLVS item à Middelburgo Epiſcopus Foroſempronienſis in ſua Paulina lib. 10. circa medium paulo ante tabulam Æquinoctiorum, poſt longam diſputationem de anni magnitudine varia & inæquali ſcribit his verbis. *Hæc tamen diuerſa quantitas anni Solaris non impedit operationem noſtram pro norma Paſchalis ſolennitatis conſcribenda, quia Eccleſia Romana in Paſchali ſupputatione non obſeruat motus diuerſos, vel extremos, propter ipſorum varietatem, ſed medios duntaxat & vniformes. Media autem anni quantitas inter maximam, & minimam eſt dierum 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16.* Et mox ſubiungit. *Quamobrem omiſſo hoc ſcrupulo æquationis anni Solaris Aſtrologis neceſſario, deſcribemus hic æquinoctia vernalia pro primo menſe, & Paſchali norma, competentia iuxta ſupputationem ex tabulis Alphonſinis deductam, &c.*

EX his omnibus credo ſatis eſſe confirmatum, neque diem verni Æquinoctii, neque Lunas XIIII. Paſchales examinari debere per Ephemerides, & Aſtronomicas veri aut medii motus. vt fruſtra nonnulli contendunt, ſed ſatis eſſe, ſi per regulas populares, perceptu faciles, & adhuc in Eccleſia vſitatas, Cuiuſmodi ſunt Cycli, inquirantur. Non negarim tamen medios motus ex Aſtronomicis tabulis depromptos, non autem veros, (quod hi inæquales ſint, illi autem æquales,) maximo eſſe vſui ad diiudicandum, quinam Cyclus ex omnibus in Calendario diſpoſitus rectiſſime Lunas XIIII. Paſchales exhibeat.

QVÆ INTERCALANDI RATIO ADHIBITA ſit, vt Æquinoctium propter diem 21. Martij, ad quem eſt reuocatum, retineatur.

CAPVT V.

Quæ intercalãdi ratio adhibita ſit, vt æquinoctiũ prope 21. diẽ Martii cõſeruetur.

Annus Aſtronomicus quid.

AC ne Æquinoctium vernum progreſſu temporis diem 21. Martii, ad quem reuocatum eſt, iterum deſerat, verſus principium menſis progrediatur, vt ante Calendarii correctionem inſtituta eſt hæc intercalandi ratio, vt ſeruata quidem conſueta ratione intercalandi vnum diem quarto quoque anno, non omnes anni centeſimi in poſterum biſſextiles ſint, (licet ſecundum conſuetam rationem annorum biſſextilium omnes biſſextiles eſſe deberent) ſed primi tres centeſimi poſt annum 1600. fiant communes, dierum videlicet tantum 365. quales ſunt anni 1700. 1800. 1900. quartus autem inſequens centeſimus, id eſt, 2000. biſſextilis ſit, dierum nimirũ 366. Item treſcenteſimi proximi, 2100. 2200. 2300. eodem modo communes fiant, & quartus centeſimus proximus 2400. biſſextilis ſit. Atque ita deinceps, eodem ſemper ordine ſeruato. Huius intercalationis ratio, quoniam acriter à Mæſtlino oppugnatur, paulo plenius explicanda eſt hoc loco, vt omnes intelligant, nullam aliam intercalandi rationem potuiſſe iniri commodiorem, atque eam vafrè ac malitioſè à Mæſtlino impugnari. Quod vt planius fiat, dicenda prius pauca erunt de varia anni magnitudine diuerſis temporibus ab Aſtronomis deprehenſa. Atque vt hinc exordium ſumatur, annus Solaris duplex eſt, Aſtronomicus, & Ciuilis.

Annũ Aſtronomicũ conſtare ex dieb. & horis, horarumque fragmentis.

ASTRONOMICVS annus eſt ſpatium temporis, quo Sol proprio motu totum Zodaicum percurrit ab Occaſu in Ortum, initio ſumpto ab aliquo puncto certo, vt à principio Arietis, donec ad idem reuertatur. Quod quidem temporis ſpatium præter dies 365. integros complectitur 5. Horas, & inſuper aliquot Horæ minuta, vt ex Aſtronomorum obſeruationibus ſatis apparet.

Annus ciuilis quid.

Annũ ciuilẽ neceſſario cõſtare ex dieb. integris.

Annũ Aſtronomicũ nõ ſemper ab eodem momẽto eiuſdẽ diei incipere.

ANNVS CIVILIS ex diebus tantum integris conſtat, modo ex 365. & appellatur Communis, modo ex 366. & Biſſextilis, ſiue Intercalaris dicitur. Neque aliter annus Ciuilis ſupputari poteſt, quam per integros dies, neglectis Horis, Horarumque fragmentis, cum ad vſum populi, ac vulgi, quod non percipit anni numerationem per dies cum Horis, & horarum minutiis, inſtituendus ſit: & talis ſupputatio anni neque in Calendario poſſit diſponi, neque idonea ſit, aut accommodata ad mercimonia, aut commercia, aliaque ciuilia negotia peragenda, vel ad dies feſtos colendos, ſacraſque Eccleſiæque ceremonias rite obeundas: propterea quod annus ita dinumeratus modo à Meridie, modo ab Occaſu Solis, modo à media nocte, modo à Solis Ortu, & modo deniq; ab aliquo alio momento diei initiũ ſumit: in Calendario autem neque Horæ, neque minutiæ Horarum, ſed dies duntaxat integri collocantur. Exempli gratia, annus 1588. ſi Horarum & Minutorum ratio habeatur, incipit ſecundum Ephemerides Ioannis Antonii Magini, die 20. Martii, Hor. 9. Min. 49. ferè poſt meridiem. Annus deinde proximus, 1589. Die 20. Martii. Hor. 15. Min. 36. ferè poſt Meridiem. Annus verò 1590. Die 20. Martii. Hor. 21. & fermè Min. 31. poſt meridiem. Annus autem 1591. Die 21 Martii. Hor. 3. Min. 28. fermè poſt Meridiem. Annus denique 1592. initium iterum ſumit à Die 20 Martii. Hor. 9. Min. 23. aut circiter poſt Meridiem. Vbi vides, nunquam annum eodem momento temporis incipere: quæ res nullo modo poteſt ad vſum populi eſſe idonea, niſi omnes velimus Aſtronomia eſſe inſtructos: quod & ridiculum eſt, nec fieri vllo modo poteſt.

Neceſſariã eſſe cognitionẽ anni Aſtronomici.

ETSI autem hæc deſcriptio in Dies, Horas, fragmentaque Horarum non poſſit, vt diximus, ad vſum vulgi transferri, neceſſaria tamen eſt eius cognitio, vt annus Ciuilis ex diebus integris conſtans poſſit interdum æquari, modo per additionem, modo per detractionem vnius diei, qui ex omiſſis horis, earumque fragmentis conflatur, vt cum anno Aſtronomico, quantum fieri poteſt, congruat, & Sol iiſdem ferè temporibus anni Æquinoctia, ac Solſtitia conficiat.

HANC enim ob cauſam Eccleſia quarto quoque anno, ex inſtituto Iulii Cæſaris, vnum diem intercalarem

Digitized by Google

larem ad annum adiungit, vt fiat dierum 366. cum alii tres antecedentes anni dies tantummodo 365. complectantur. Nam cum Eccleſia maxime receptam Iulii Cæſaris rationem ſecuta conſtituat annum Aſtronomicum Dierum 365. Horarum 6. In anno autem Ciuili comprehendantur dies duntaxat 365. fit, vt primo anno Ciuili ad annum Aſtronomicum explendum, deſint, horæ 6. in ſecundo 12. in tertio, 18. & in quarto 24. quæ vnum diem naturalem conſtituunt. Quare neceſſe eſt, annum quartum, ne horæ illæ 24. negligantur, conſtituere dierum 366. alioquin Æquinoctia, ac Solſtitia tunc vno die ſerius contingerent, quam in Calendario notantur, & poſt alios quatuor annos duobus diebus tardius, & ſic deinceps: ita vt in 120. annis vno menſe integro, id eſt, totis diebus 30. verſus finem anni prolaberentur, &c. atque ad priores ſedes non reuerterentur, niſi poſt 1460. annos. In quo ſpatio temporis vernum Æquinoctium per ſingulos menſes, atque adeo dies, in orbem iret. Quæ res quantam temporum confuſionem allatura eſſet, quis non videt?

Cur quartus quiſq; annus ſit biſſextilis. Aequinoctium ſi omnes anni eſſent communes, 1460 annis peragraret omnes dies totius anni.

SED quoniam Solaris annus ab Aſtronomis aliquanto minor obſeruatus eſt, quam Dierum 365. Hor. 6. efficitur, vt plus quam oporteat, quarto quouis anno intercaletur, cum horæ, & fragmenta, quibus Aſtronomicus annus Ciuilem ſuperat, in quatuor annis ad vnum diem integrum non excreſcant. Quare niſi fragmentorum illorum, quæ in quoque quadriennio ad diem integrum conficiendum deſunt, ratio habeatur, ita vt, quando ad integrum diem excreuerint, vnus dies ex anno eximatur, hoc eſt, ab intercalatione ſemel ceſſetur, progredientur paulatim Aequinoctia, & Solſtitia verſus principia menſium, quemadmodum ante correctionem Calendarii contigit. Quod ne in poſterum eueniat, hoc remedium excogitatum eſt, vt annus aliquis, qui deberet eſſe biſſextilis, fiat communis dierum tantum 365. non autem intercalaris dierum 366. vt fuſius infra dicetur. Vt autem ſtatuere poſſimus, quot annorum ſpatio fragmenta horarum, quæ ad ſex horas complendas in quolibet anno Aſtronomico deſunt, vnum diem integrum conficiant, atque adeo dies vnus intercalaris omitti debeat, attente, diligenterque conſideranda ſunt, quæ de anni magnitudine per celebriorum Aſtronomorum obſeruationes memoriæ prodita ſunt.

Intercalatio vnius diei quarto quoq; anno cur maior ſit quã oporteat.

RELICTIS igitur vetuſtioribus Aſtronomis, PTOLEMÆVS anno circiter 130. poſt CHRISTVM natum ſuis obſeruationibus deprehendit anni magnitudinem Dierum 365. Hor. 6. minus parte trecenteſima vnius diei, id eſt, vltra dies integros, Hor. 5. Min. 55. Sec. 12.

Anni magnitudo ex Ptolemæo

ALBATEGNIVS circa annum Domini 880. nimirum annis circiter 750. poſt Ptolemæum, inuenit annum continere Dies 365. Hor. 5. Min. 46. Sec. 24.

Anni magnitudo ex Albategnio.

ALPHONSINÆ tabulæ, quæ circa aunum Domini 1250. conditæ ſunt ſtatuunt annum conſtare ex Diebus 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16.

Anni magnitudo ſecundum Alphonſinos.

HÆ ſunt celebriores de magnitudine anni Solaris ſententiæ. Ex quibus conſtat annum Solarẽ eſſe modo maiorem, modo minorem; quandoquidem à peritiſsimis Aſtronomis diuerſus, ac varius variis temporibus eſt obſeruatus. Ac veteres quidem Aſtronomi coniectura admodum probabili ducebantur ad ſuſpicandum annum Solarem non poſſe ſemper eſſe eiuſdem magnitudinis, tum propter apparentem motum Solis inæquabilem & irregularem, tum vero ob irregularem motum octauæ ſphæræ; Sed quoniam hæc res plene cognoſci non poteſt, niſi multis ſeculis elapſis, nihil certi nobis de annorum Solarium inæqualitate reliquerunt.

Annum ſolarẽ non eſſe eiuſdem ſemper magnitudinis.

VNVS poſt hominum memoriam NICOLAVS COPERNICVS egregius noſtræ ætatis Mathematicus, conferendo diligentiſsime ſuas obſeruationes cum obſeruationibus Hipparchi, Ptolemæi, Albategnii, & Alphonſi, auſus eſt ſolertia ſane incredibili adhibitis nouis hypotheſibus, incrementum hoc, & decrementum anni Solaris demonſtrare, & anni inæqualitatem ad certam definitamque normam redigere; inuenitque per calculum ex ſuis hypotheſibus depromptum, annum Solarem, cum ad maximam magnitudinem excreuerit, paulo eſſe maiorem eo, quem Ptolemæus comperit, Dierum nimirum 365. Hor. 5. Min. 55. Sec. 37. Ter. 40. cum vero maxime decreuerit, paulo minorem eſſe eo, quem Albategnius reperit, hoc eſt, Dierum 365 Hor. 5. Min. 42. Sec. 55. Ter. 7. ita vt magnitudo anni Alphonſini media propemodum ſit inter maximam, ac minimam anni magnitudinem. De qua annorum inæqualitate plura capite inſequenti ſcribemus.

Copernici de anni inæqualitate obſeruationes. Difficultas intercalãdi ad æquinoctium in die 21. Martii retinendum. In quot annis dies intercalaris ſemel omittendus eſſet ſi annus Ptolemæi aſſumeretur.

QVÆ cum ita ſint, difficile ſane fuit Gregorio XIII. Pontifici prudentiſsimo ſtatuere, quam intercalandi viam præſcriberet, vt vernum Æquinoctium in 21. die Martii retineretur. Nam anni Ptolemaici magnitudo exigebat, vt trecenteſimo fere quoque anno vnus dies intercalaris omitteretur; propterea quod annus ille in trecenteſima parte vnius diei minor ſit, quam annus Iulianus, vel Eccleſiaſticus Dierum 365. Hor. 6. atque idcirco trecentorum annorum ſpatio Æquinoctium vno die à ſede ſibi in Calendario conſtituta ad initium menſis promoueatur. At ſecundum Albategnii annum vnus ferme dies intercalaris omittendus eſſet centeſimo quoque anno, quod in tanto annorum ſpatio Æquinoctium ſecundum magnitudinem illius anni vno die ſedem ſuam ferè anticipet in Calendario. Denique ſi haberetur ratio anni Alphonſini, ceſſandum ſemel eſſet ab intercalatione vnius diei ſpatio 134. fere annorum Atque hæc varietas intercalandi in dies creſceret prout anni magnitudo varia inter maximum ac minimum annum exiſteret. Quo igitur ſe verteret Pontifex, aut quam viam ſibi proponeret ſequendam?

In quot annis ſecundum Albategnii annum ceſſandum ſemel eſſet ab intercalatione. In quot annis Alphõſinus annus requirat exemptionem vnius diei intercalaris.

PROPOSITÆ ſunt ei à præſtantibus Aſtronomis, qui huic negotio præerant, duæ potiſsimum viæ. Altera quidem vt pro inæqualitate anni Solaris, modo maiori interuallo annorum, modo minori, dies intercalaris vnus eximeretur, prout annus maior, aut minor ex Copernici calculo exiſteret: Altera vero, vt poſthabita anni inæqualitate, ratio intercalandi ad annum Alphonſinum, qui inter maximum, & minimum medius quodammodo eſt, accomodaretur. Vtraque via in compendio nouæ rationis reſtituendi Calendarium ad Principes Chriſtianos, Reſpublicas, atque Vniuerſitates celebriores miſſa eſt, vt re diligenter, ac diu multumque conſiderata deliberarent, vtra potiſsimum aptior, conuenientiorque videretur, vt eam ſummus Pontifex, velut totius orbis Chriſtiani conſenſum, ſua auctoritate comprobaret, Verum cum omnes vno aut altero ad ſummum excepto, rem totam ar-

Duæ viæ intercalãdi ad æquinoctium in die 21. Martii retinendum.

Quæ ratio intercalãdi delecta ſit & quas ob cauſas.

bitrio Pontificis permiſiſſent, poſterior tandem ratio, conſilio Aſtronomorum, delecta eſt, has potiſſimum ob cauſas.

1. cauſa Cur in Correctione Calẽdarii media magnitudo aſſũpta ſit.

Annũ inæqualem aptum non eſſe ad intercalandi rationem inſtituendã.

Contentiones in Paſcha celebratione à Cõcilio Nicæno vſq; ad Iuſtinianũ Imperatorẽ vnde exortæ ſint.

PRIMVM, quoniam Eccleſia in Paſchæ celebratione regulare quid & vniforme, quod ſtatum ſit & à vero non longe abſit, potius quam accuratam Aſtronomorum ſupputationem ſequi debet; cum annorum, menſium aliorumque temporum dimenſiones ad captum vulgi accommodatæ eſſe debeant. Quare prior via intercalandi nulla ratione adhibenda videtur propterea quod incerta eſt, irregularis, atque inæquabilis, quippe in qua vno tempore pluribus annis omitti deberet dies intercalaris, alio vero paucioribus: quod quid aliud eſſet, niſi coniicere populum Chriſtianum vniuerſum in laqueos inexplicabiles, cum perpetuo dubius atque incertus futurus eſſet, quando intercalaris dies foret omittendus? Neque enim dici poteſt, Eccleſiam populo debere proponere tabulam intercalationis in qua anni deſcripti ſint, quibus intercalatione vtendum non ſit: quia inter Aſtronomos excitaretur incendium diſcordiarum, ſeditionumque intolerabilium, cum quilibet ſuum calculum obtruderet in hoc negotio ſequendum; quandoquidem, vt proximo Cap. diximus, hic illas tabulas, ille vero has contendat eſſe aſſumendas. Quam enim obſecro aliam ob cauſam poſt Concilium Nicænum ad tempora vſque Iuſtiniani Imperatoris tot diſſidia atq; contentiones in Paſcha celebrando inter Græcos & Latinos extiterunt, niſi quod in eo Concilio patres illi ſanctiſsimi non propoſuerint certum aliquem cyclum quem tota Eccleſia obſeruaret, ſed curam eam Euſebio Epiſcopo Cæſarienſi, atque Alexandrinis demandarunt? Hinc enim factum eſt, vt Latini ſecundum vnum Cyclum, & Græci ſecundum alterum contenderent Paſcha eſſe celebrandum, donec tempore Iuſtiniani Senioris Dionyſius Abbas Cyclum Alexandrinorum Calendario Romano inſcriberet, quem omnes deinceps Eccleſiæ concordibus animis ſequerentur: quod & factum eſt tam ab Eccleſia Orientali, quam Occidentali, vſque ad Gregorianam hanc correctionem. Niſi ergo Gregorius XIII. Pontifex prudentiſsimus æquabilem quandam, & regularem intercalationis formulam præſcripſiſſet, ſed Aſtronomis curam eam reliquiſſet, vt ex uero motu tabulas conficerent, quæ annos deſcriptos continerent, quibus ab intercalatione ceſſandum eſſet: quis non videt, perpetuas rixas, & diſſenſiones inter Aſtronomos futuras fuiſſe, cum ſuum quiſque calculum Eccleſiæ obtruderet? Vna igitur ac definita magnitudo anni eligenda fuit, vt ſecundum eam ratio inſtitueretur, qua intercalatio certo quodam annorum ſpatio intermitteretur. Ita namque & vulgo, ac rudi populo magis eſt conſultum & omnis materia diſcordiarum inter Aſtronomos è medio penitus ſublata.

Maximus annus cur ad æquationem anni Solaris nõ ſit idoneus.

Minimus annus cur ad æquationem anni Solaris aptus nõ ſit.

QVARE cum annus ſit inæqualis, maximus, minimus, & medius, non poterit ad hanc rem aſſumi maximus, quia nimis raro intercalatio omitteretur, id eſt, ſemel trecenteſimo quoque anno. Et quamuis ratio hæc eo tempore, quo annus in maximam magnitudinem excreuiſſet, motui Solis exquiſitè reſponderet, maxime tamen diſtaret à vero, cum idem annus minimam obtineret magnitudinem.

EANDEM ob cauſam neque minimus annus huic rei idoneus eſſe poteſt, propterea quod nimis crebram omiſsionem diei intercalaris expoſcit, & ſolum motui Solis reſponderet eo tempore, quo annus minimus circumageretur.

Medius annus, id eſt, Alphonſinus cur ſolus ad annum ſolarẽ æquandum aptus ſit.

Ratio intercalationis ad medium annum inſtituta quo pacto ſeipsã emendet.

SOLVS ergo annus inter maximum, & minimum medius, cuiuſmodi eſt Alphonſinus, ad hoc munus aptus erit: quia ſiue maior aliquo tempore annus fuerit deprehenſus: ſiue minor, quam medius, parum à vero aberrare poterimus, ſi pro magnitudine anni illius medii omiſsionem diei intercalaris inſtituamus, cum neque nimis raro, neque nimis crebro dies intercalaris è medio tollatur, ſed media quædam ſemper ratio ſeruetur: adeo vt ratio hæc intercalandi ſeipſam emendet, atque corrigat. Nam quando æquo crebrius intercalaris dies omittitur vno tempore, compenſatur hic error tempore alio, quando rarius dies intercalaris eximitur, & contra.

ID quod perſpicuum erit ex calculis annorum aliquot ad finem Cap. VI. vbi luce clarius apparebit, æquationem æquabilem ad ſolum annum medium, non autem ad minimum ſiue maximum poſſe inſtitui: quippe cum horum annorum æquationes Æquinoctium poſt aliquot annos longiſsime è propria ſede exturbent, æquatio vero illius, hoc eſt, medii anni, idem circa 21. diem, quæ eſt eius ſedes propria, ita conſeruet, vt ab eo non longe poſsit euagari, etiam ad plurima annorum millia.

Nihil incõmodi, quod alicuius momẽti ſit, ſequi ex intercalatione pro medio anno inſtituta.

NEQVE aliud incommodum (ſi incommodum dici poteſt) ex hac intercalationis omiſsione ſecundum mediam anni magnitudinem inſtituta ſequi poteſt, quam vt anno maximo citius, quam opus eſt, diem intercalarem eximamus, atque idcirco Æquinoctium aliquantulum à die 21. Martii verſus finem menſis recedat, Eccleſiaſticumque Æquinoctium diei 21. affixum contingat ante verum: Anno vero minimo tardius, quam æquum eſt, diem intercalarem omittamus, ac proinde Æquinoctium deſerat diem 21. Martii progrediaturque verſus menſis initium, ita vt Eccleſiaſticum Aequinoctium poſt cæleſte, ſeu verum accidat. Hoc autem non eſſe abſurdum, ſed potius conſuetudini Eccleſiæ maxime conſentaneum, ex iis, quæ ſequuntur intelligetur.

2. cauſa. Cur in correctione Calendarii magnitudo anni media aſſumpta ſit.

Similitudo inter medias Luminarium coniunctiones, & æquationem ad annum medium inſtitutam.

DEINDE poſterior hæc ratio magis probata eſt, quia vt proximo Capite pluribus argumentis probauimus, Eccleſia vſa ſemper eſt mediis motibus in Nouiluniis, & Lunis XIIII. ad rectam Paſchæ celebrationem inueſtigandis, veris motibus exquiſitiori Aſtronomorum perſcrutationi relictis: quod medii motus ſint ſemper æquales, & vniformes, veri autem inæquales, ac difformes, modo mediis maiores, & modo minores. Æquum igitur, & conſentaneum eſſe videtur, vt ad Aequinoctium in ſua ſede retinendum, adhibeat quoque anni magnitudinem, quæ inter maximam, & minimam media eſt, cum par vtrobique ratio eſſe videatur. Nam quemadmodum coniunctiones Luminarium mediæ veras nunc antecedunt, nunc vero ſubſequuntur, ita etiam Æquinoctium, quod annus inter maximum, & minimum medius exhibet, vno tempore præcedet, ſubſequente vero; alio autem tempore poſt verum accidet, vt paulo ante diximus.

QVOD ſi quis obiiciat, ex eo, quod Æquinoctium verum non ſemper in die 21. Martii, vbi illud Eccleſia ſtatuit, ſed interdum vel ante vel poſt contingat, neceſſario effici, nonnullas Lunas XIIII. pertinere ad primum menſem, & eſſe Paſchales, ex decretis, & ſanctionibus Patrum, & Concilii Nicæni,

& ta-

Digitized by Google

& tamen eas reiici, tanquam non Paſchales, & ad vltimum menſem ſpectantes, propterea quod ante diem 21. Martii, in quo putat Eccleſia Æquinoctium fieri, Lunæ illæ XIIII. exiſtunt, licet in ipſum diem Aequinoctii, quod tum fortaſſis diem 21. antecedit, incidant, vel ipſum etiam ſubſequantur: Rurſus nonnullas Lunas XIIII. non eſſe Paſchales ſecundum eadem decreta, & ſanctiones Patrum, ac Nicæni Concilii, ſed ad vltimum menſem pertinere, quæ tamen ab Eccleſia legitimæ ad Paſcha celebrandum, & primi menſis cenſeantur, propterea quod in diem 21. Martii Æquinoctio deſtinatum incidunt, vel eum ſubſequuntur, etſi Æquinoctium verum, quod tum fortaſſis poſt diem 21. contingit, præcedant: quorum vtrumque abſurdum eſſe videtur, cum priores Lunæ XIIII. Paſcha in ſecundum menſem reiiciant, poſteriores autem idem in duodecimo atque vltimo menſe exhibeant celebrandum.

Dubitatio quod interdũ Paſcha reiiciatur in ſecundũ menſem, nonnũquã vero primũ mẽſem præueniat, propterea quod æquinoctiũ non ſẽper in die 21. Martii hæret ſi æquatio pro medio anno inſtituatur.

SI quis, inquam, ſic obiiciat, reſpondendum eſt, hoc non eſſe abſurdum, neq; nouum in Eccleſia DEI. Nam Æquinoctium vno die non poteſt contineri, ſed duos ſibi depoſcit dies: propterea quod ſi in anno biſſextili aliquo contingat v. g. die 20. Martii circa meridiem, idem ſequenti anno accidet ſex horis tardius, nimirum die 20. ſub occaſum Solis, propter ſex illas horas, quæ in anno quolibet poſt biſſextum omittuntur; deinde proximo anno die 20 circa mediam noctem, & alio anno inſequenti die 21. ſub ortum Solis; ac tandem ſequenti anno, qui iterum biſſextilis eſt, ad priorem diem 20. circa meridiem regredietur, propter diem intercalarẽ anno adiectũ. Cũ igitur Aequinoctium duos dies requirat, Eccleſia aũt vnicũ diẽ Aequinoctio ſemper aſſignauerit, videlicet 21. Martii, vt oẽs CHRISTI fideles eodẽ vbique die Paſcha celebrent, proxima ſcilicet Dominica poſt Lunam XIIII. quæ cadit vel in diẽ Aequinoctii, hoc eſt, in 21. Martii vel eũ proxime ſequitur, non autem antecedit, vt ſupra docuimus; nõ potuit vllo tẽpore, neq; ipſius Concilii Nicæni temporibus, quando Canon Paſchalis primum cõfirmatus eſt atque à generali Cõcilio editus, euitari quin interdum Paſcha celebraretur vltimo menſe, vel ſecũdo. Quod ita planũ efficiam.

Solutio dubitationis. Nouum nõ eſſe vt interdũ Paſcha celebretur vel in ſecũdo menſe, vel in vltimo, propter annos cõmunes, & biſſextiles.

FAC Aequinoctium circa tempora Concilii Nicæni, quod à Patribus in die 21. Martii conſtitutum eſt, contigiſſe verè die 21. & 22. Martii quemadmodum id tabulæ Copernici, ſiue Prutenicæ nobis demonſtrant, in quibus reperimus, Aequinoctium anno Domini 324. biſſextili contigiſſe die 21. Martii circa meridiem, ac proinde anno tertio poſt biſſextum die 22. ſub ortum fere Solis. Hoc poſito, quotieſcunque tunc anno tertio poſt biſſextum Luna XIIII. incidit in diem 21. Martii quod quidem, currente aureo numero XVI. ante correctionem Calendarii, ſemper accidebat) celebratum eſt Paſcha vltimo menſe, cum Luna illa XIIII. Aequinoctium præceſſerit, atque in ipſum Aequinoctium Paſcha inciderit, ſi forte tunc dies 22. fuit Dominica. Ponamus deinde Aequinoctium circa idem tempus Nicœni Concilii occupaſſe diem 20. & diem 21. Martii, quod Alphonſinis tabulis magis congruit, cum ea Aequinoctium anno 324. biſſextili in die 20. Martii horis ferme 22. ante meridiem reponant. Hoc, inquam ſi recipimus quotieſcunque eo tempore Luna XIIII. in anno biſſextili in diem 20. Martii, incidit, reiectum eſt Paſcha in Menſem ſecundum, cum illa Luna XIIII. vere Paſchalis fuerit, propterea quod vel in Aequinoctium incidit, vel ipſum ſecuta eſt, & tamen eam Eccleſia reſpuerit, tanquam vltimi menſis; non aliam vtique ob cauſam, quam quod diem 21. Æquinoctio aſſignatum anteceſſerit. Idem nunc poſt correctionem contingat quoque neceſſe eſt, quotieſcunque Epactæ XXIIII. XXIII. ſunt in vſu. Nam cadente Æquinoctio in diem 20. Martii, & currente Epacta XXIIII. eſſet Luna XIIII. huius Epactæ cadens in diem 20. Martii, Paſchalis, ex Decretis Patrum & Concilii Nicæni, quæ tamen reiicitur & alia ſecundi menſis recipitur. Incidente autem Æquinoctio in diem 22. & currente Epacta XXIII. ſumitur Luna XIIII. huius Epactæ in diem 21. cadens, pro Paſchali, cum tamen, ex Decretis Patrum ad vltimum menſem pertineat, propterea quod ante Æquinoctium exiſtit.

Paſcha neceſſario celebratũ eſſe interdũ & in ſecundo mẽſe & in vltimo etiam ipſis Concilii Nicæni tẽporibus.

Ex his liquido apparet, nouum non eſſe in Eccleſia, vt Paſcha vel in vltimo menſe, vel in ſecundo celebretur, propter Æquinoctium vni diei affixum, quod duos dies poſtulat. Neque vero in hoc Eccleſia à Decretis Patrum, & Concilii Nicæni diſcedere putanda eſt: quia Decreta illa non ita ſeuere accipienda ſunt, vt velint Eccleſiam ex tabulis Aſtronomicis Æquinoctium debere explorare, ſed ita ſolum ſunt intelligenda, vt Eccleſiam præcipiant in Paſchæ celebratione obſeruare debere diem Æquinoctio aſcriptũ, licet nonnunquã Æquinoctiũ antecedat illum diem, vel ſubſequatur, dummodo nõ longe ab eo recedat.

Eccleſiam Decretis Patrũ & Concilii Nicæni non repugnare, etſi interdũ Paſcha celebret vel in vltimo menſe, vel in ſecũdo, cũ hoc nullo modo vitari poſſit.

QVOCIRCA recte dici poteſt, Aequinoctium duobus poſſe modis accipi: vno prout vere in rerum natura exiſtit, & ab Aſtronomis conſideratur, alio prout in Calendario affigitur ad certum aliquem diem, & ab Eccleſia ad Paſcha rite celebrandum adhibetur. Et quamuis Eccleſiaſticum hoc Aequinoctium debeat ad Aſtronomicum illud, ac verum, quantum fieri poteſt, referri, iuſtas tamen ob cauſas poteſt vnum ab altero nonnihil diſcrepare. Iuſtiſsima autem cauſa, quare Eccleſiaſticum Aequinoctium à naturali, ac vero interdum differat, eſt concordia fidelium, atque conſenſus, propter quem Eccleſia Aequinoctiũ vnico diei aſcripſit, vt nimirum in orbe Chriſtiano vniuerſo eodem die coniunctis animis ſacroſanctum Paſchæ diem omnes agitarent: quæ ſane concordia vix, aut ægre retineri poſſet, ſi Aequinoctium, habita ratione veri motus, ad duos aut etiam plures dies alligaretur, vt ex dictis conſtat. Itaq; tametſi Eccleſia in Paſchæ celebritate libere, ac ſponte. (Nullis etenim legibus, ad hoc faciendum aſtringitur vt ſupra Cap. 1. diximus) Aequinoctium, & curſum Lunæ ſibi obſeruandum proponat, ob maiorem nimirum myſteriorum, quæ in ſanctiſſima paſſione ac reſurrectione Dominica continentur, explicationem; magis tamen cordi ei eſt pax fidelium atque concordia: adeo vt ſi caſu aliquo detrimentum accipiendum ſit vel in Aequinoctio motuque Lunæ vel in concordia fidelium, præoptet magis Paſcha eodem die ab omnibus celebrari, etſi non perfecte Aequinoctium, curſuſque Lunæ teneatur, quam vel minimum conſenſionem fidelium in eo celebrando dirimi, aut perturbari. Quis enim merito Eccleſiam reprehendat, vel erroris inſimulet, ſi nonnihil à perfecta Aequinoctii, atque Lunæ XIIII. obſeruatione deflectat vt tranquillitas, & pax inter fideles in Paſcha omnium feſtorum celeberrimo, agendo conſeruetur? Aequinoctium enim, & Lunam XIIII. libere & ſolum propter congruentiam quandam, ac ſimilitudinem cum Paſcha Hebræorum in hoc negotio conſiderat, vt Cap. 1. docuimus; pacem vero credentium, atque concordiam, ex præcepto diuino tueri atque conſeruare debet. DENI-

Aequinoctiũ duplex eſſe, Aſtronomicum, ſeu verum, & Eccleſiaſticum ſiue Politicũ. Quare, quod æquinoctium Eccleſiaſticũ diſcrepet interdum à vero, id abſurdum nõ ſit.

Eccleſiam eſſe liberã in obſeruãdo, æquinoctio & Lunæ curſu ad Paſcha, celebrandum: obſeruare tamen illa propter myſterium. Eccleſiæ magis cordi eſſe pacem fidelium in Paſcha celebratione quam accuratam æquinoctii, & curſus Lunæ obſeruationem.

Cauſa cur in correctione Calendarii media anni magnitudo aſſumpta ſit.

DENIQVE medium annum potiſsimum in hac re ſecuta eſt Eccleſia, quoniam etſi propter diei intercalaris intermiſsioně pro magnitudine anni media inſtitutā poſt aliquot ſeculorū decurſum accideret, Æquinoctiū non perſiſtere in die 21. Martii, ſed vel verſus finē menſis prolapſum eſſe, vel progreſſum verſus initiū, per nouas obſeruationes deprehenderetur, quod ob Aſtronomicarū tabularū incōſtantiā, mutabilitatemq; contingere poſſe nō negamus; (quemadmodum n. tabulæ Ptolemæi, & Alphonſi Regis deprehenſæ iam ſunt à veris motib. nonnihil deflexiſſe, quamquā ſuis temporibus, quādo conditæ ſunt, eos rectiſſime exhiberent, ita nobis tabularū Prutenicarū ex Copernici doctrina erutarum perpetuitatem, aut diuturnitatem polliceri non poſſumus.) Etſi, inquam, Æquinoctium è ſua ſede diſceſſiſſe reperiretur, nullo tamen negotio ad diem 21. poterit reuocari, ſi ex Decreto Pontificis Romani vnus, aut alter dies, vel etiam plures, ſi opus ſit, extra ordinem in aliquo anno intercalentur, ſi forte verſus finem menſis prolapſū deprehēderetur: aut ex anno aliquo eximantur, ſi verſus initiū mēſis proceſſiſſet, pro multitudine ſcilicet dierum, quib. Æquinoctium à die 21. receſſiſſe animaduerteretur. Hac n. ratione ad 21. diē reſtituetur: nec quicquam in Epactis Calendarii propterea immutandum erit, ſed ſolum æquationes tabulæ expanſæ Epactarum paulo aliter erunt diſponendæ. Quod qua ratione fieri debeat, libro 2. Cap. iiii. trademus.

Si poſt aliquot annos æquinoctium diem 21. Mar deſereret, quo pacto ad eundem poſſit reuocari.

Perpetuitas, ac perfectio Calendarii Gregoriani in quo conſiſtat.

ATQVE in hoc excellentia, ac perpetuitas Calendarii Gregoriani conſiſtit, quod ad quamcunq; intercalandi formā, hoc eſt, ad quamuis anni magnitudinem, accōmodari poſsit, nulla Cycli Epactarum facta in Calendario mutatione: quæ res in nullum alium Cyclum Lunarem quadrare poteſt; cum mutata intercalationis ratione, Cycli quoq; in Calendario diſpoſitio mutanda ſit neceſſario, vt Cap. iiii. ſecūdi libri, cū de Epactarum tabula expanſa agemus, copioſe explicabimus: quod quidem Mæſtlinus homo acutus non vidit; alioqui tam audax in hoc Calendario reprehendendo non fuiſſet.

Mæſtlinum ignoraſſe, in quo perfectio, ac perpetuitas Calendarii conſiſtat.

NON enim Calendarum Gregorianum ideo appellatur perpetuum, & nulli vnquam mutationi obnoxium, quod, vt ille falſo interpretatur, talis in eo intercalandi formula ſit præſcripta, vt per eam Æquinoctium in 21. die Martii ita retineatur, quo minus ab eo aliquando recedat. Hoc n. fieri nulla ratione poteſt, ſi annus Ciuilis ex dieb. integris conſtans, & intercalandi modus facilis, ac regularis, vt decet, non autē Aſtronomicus annus ex diebus, horis, horarumq; fragmentis conſtitutus, & irregularis intercalationis forma populo rudi proponenda ſit. Quis eſt n. tam ſtupidus, atq; hebes ſi modo Aſtronomicis tinctus ſit, qui hoc ſibi perſuadeat, cum experientia quotidiana nos doceat, ne in quatuor quidem annorum interuallo, propter ſex horas quotannis omiſſas, Æquinoctium in eodem die poſſe cōſiſtere? Sed eā ob cauſam perpetuum, & nulli mutationi obnoxium dicitur Calendarium, quod etiamſi à poſteris alia anni magnitudo fuerit deprehenſa, ac proinde alia quoque intercalationis regula ſecundum eam inſtituenda ſit, (quod quidem poſſe accidere, ingenue fatemur, propter anni magnitudinem incertam, & inæqualem. Ob hanc n. cauſam in compendio reſtitutionis Calendarii duæ intercalandi formulæ Principibus Chriſtianis, & Mathematicis propoſitæ ſunt,) Calendarium tamen ipſum, quod ad diſpoſitionem Epactarum ſpectat, intactum prorſus ſit permanſurum. Id quod non contingeret, ſi aureus numerus in Calendario relictus eſſet, quod plerique optabant; quippe cum non ſolum ſi alia atque alia intercalatio pro diuerſis anni magnitudinib. inſtitueretur, ſed etiam ſeruata eadem ſemper intercalandi forma, ſecundum annum Alphonſinum, à nobis expoſita, tricies oportuiſſet aureum numerum in Calendario immutare, atque idcirco triginta Calendaria diuerſa (quod eſſet intolerabile) condenda fuiſſent, vt infra patebit.

Fieri non poſſe, vt æquinoctiū in eodem die perſiſtat, ob ſex horas quotannis omiſſas.

Calendarium nouum intactum permanſurum etiāſi alia intercalādi via inſtituatur, ſi forte à poſteris alia anni magnitudo exploretur.

Si aureus numerus in Calēdario eſſet relictus, fuiſſent condenda 30. Calendaria.

ITAQVE cum in hoc correctionis negotio anni Alphonſini magnitudo delecta ſit, ſecundum quam ad Æquinoctium in eodem die conſeruandum forma intercalandi inſtituatur, tanquam magis vniformis, magiſque ad ſenſum vulgi accōmodata, explicemus iam qua ratione omiſsio diei intercalaris centeſimo quoque anno poſt annum 1600. quadringenteſimo quoque excepto, de qua ad initium huius Capitis dictum eſt, ad hanc anni magnitudinem quadret. Etenim cum, vt Capite iii. oſtendimus, Æquinoctium in annis 134. fermè vnum diem anticipet, ita vt, ſi nunc diei 21. Martii adhæreat, poſt 134. annos ad diem 20. progreſſurum ſit efficitur, vt ſi quouis anno 134. poſt annum 1600. dies intercalaris omittatur, conſtituendo modo annum 132. modo 136. (quoniam annus 134. biſſextilis non eſt) communem, dierum ſc. 365. non autem biſſextilem, vt fieri deberet, ſi annus Iulianus, ſiue Eccleſiaſticus maior, minorve non eſſet, quam dierum 365. & horarum 6. efficitur, inquam, vt Æquinoctium ad diem 21. reuertatur: quemadmodum ex omiſsione decem dierum anno 1582. facta, quibus à 21. die verſus principium diſceſſerat, ad eundem diem 21. reſtitutum eſt. Sed quoniam varietas hæc qua modo anno quolibet 132. modo 136. intercalatio omitti deberet, facile obliuioni tradi poſſet, quod anni huiuſmodi nulla inſigni nota ſint affecti, electi ſunt ad hanc rem anni potius centeſimi, cum hi magis ſint conſpicui, & non tam facile in illis negligentia aliqua, aut obliuio poſsit obrepere, præſertim quod omnes centeſimi anni ſint Iubilæis dedicati, vt propterea Eccleſiæ Catholicæ filiis ſint notiſsimi atque expectatiſsimi. Cum enim in annis 134. vt dictum eſt. Æquinoctium anticipet vnum diem, anteuertet idem ſedem ſuam in Calendario ſpatio 402. annorum, tribus diebus.

Qua ratione omiſſo diei intercalaris in centeſimis annis quadringēteſimo quoque excepto, ad annum Alphonſinum quadret.

QVARE ſi quolibet ſpatio quadringentorum annorum tres dies intercalares intermittantur, hoc ſeruato ordine; vt primi tres centeſimi poſt. 1600. annum (Annus enim 1600. æquatione non indiget, cum in eo propter vicinitatem anni 1582. in quo Calendarium eſt correctum, Æquinoctium nondum diem integrum anticipare potuerit) ſint communes, & non biſſextiles, quadringenteſimus autem quiſque biſſextilis ſit; conſeruabitur Æquinoctium circa 21. diē Martii, perinde ac ſi centeſimo trigeſimo quarto quoque anno dies intercalaris omitteretur.

Cur anni centeſimi ad æquationem anni ſolaris ſint delecti.

ITAQVE etſi in poſterum quartus quiſque annus de more adhuc ſit biſſextilis, hi tamen anni 1700. 1800. 1900. biſſextiles non cenſebuntur, (quamuis in biſſextilium numero contineantur) ſed communes, annus autem 2000. erit biſſextilis. Eodemque modo anni 2100. 2200. 2300. communes fient, & annus 2400. biſſextilis, atque ita deinceps eodem ſemper ſeruato ordine, donec, compertum ſit, Æquino-

Digitized by Google

Æquinoctium ita à 21. die Martii diſceſſiſſe, vt ad eum reuerti non poſſit, niſi per decretum ſummi Pontificis extra ordinem intercalatio fiat, aut omiſsio vnius, pluriumve dierum in aliquo anno, vt ſupra oſtendimus. Nam quod duos illos annos, qui vltra 400. ſuperſunt, neglexerimus, nemo mirari debet: quippe cum in multis annorum millibus vix vnius diei errorem poſsit efficere, etſi eorum ratio non habeatur: qui tamen error, ſi ad vnum diem excreuerit, facile per intercalationem extraordinariam vnius diei in aliquo anno communi corrigetur: quod tunc dies ille anno reſtituendus ſit qui ſine neceſſitate exemptus eſt.

Similitudo inter intercalationem quadringenteſimo quoq; anno, & intercalationē quarto quoque anno adhibendam.

VIDES ergo rationem hanc intercalationis in centeſimis annis inſtitutam, perſimilem eſſe conſuetæ intercalandi formulæ quarto quoque anno, atque ideo facile à populo memoria poſſe retineri. Quemadmodum enim quartus quiſque annus poſt CHRISTVM natum biſſextilis ſemper fuit, & erit, alii autem omnes anni, communes; ita poſt annum 1600. quadringentſimus quiſque annus biſſextilis erit, reliqui vero omnes anni centeſimi, communes. Item quemadmodum inter annos non centeſimos, ii tantum biſſextiles ſunt, quos quaternarius numerat, quales ſunt anni 20. 84. 1588. 3416. &c. ita quoque poſt correctionem, ex annis centeſimis ii duntaxat, quorum centenariorum numerum quaternarius numerat, biſſextiles erunt, quales ſunt anni 1600. 2000. 2400. 3600. 9600. &c. Nam omnes hos centenariorum numeros 16. 20. 24. 36. 96. quaternarius metitur, vt patet.

Dubitatio, quod æquatio non recte videatur adhiberi in centeſimis annis, quæ 134. quoq; anno fieri deberet.

VERVM dicet aliquis. Hæc intercalaris diei omiſsio in annis centeſimis, maxime quidem ad captum vulgi, & ad memoriam eſt accomodata, ſed minus idonea ad Æquinoctium in 21. die Martii conſeruandum videtur. Nam cum ad retinendum Æquinoctium in eodem die omittendus ſit vnus dies intercalaris, pro anni Alphonſini magnitudine, quouis 134. anno, vt ſupra oſtenſum eſt, fit, vt in æquatione, quæ per centeſimos annos progreditur, in primo centeſimo per omiſsionem diei intercalaris præueniatur iuſta ac legitima æquatio annis 34. in ſecundo vero centeſimo, annis 68. & in tertio centeſimo, annis 102. Quæ res non videtur Æquinoctium in ſua retinere ſede, ſed ab ea potius deturbare. Attamen ſi rem paulo attentius conſiderare velimus, intelligemus, hac noſtra æquatione, ſi anni magnitudo tanta vtique eſſet, quantam nobis tabulæ Alphonſinæ præbent, Æquinoctium rectius in ſua ſede conſeruari, quam ſi quouis anno 134. ea fieret, quod ita planum erit.

Solutio dubitationis; quod æquatio in centeſimis annis adhibita non officiat intercalationi, quæ 134. quoq; anno fieri deberet ſed eam potius perficiat.

STATVAMVS Aequinoctium v.g. contingere aliquo anno in die 21. Martii ſex horis ante ortum Solis, hoc eſt, media nocte antecedente. Hoc poſito, idem poſt annos 33½. anteuertet eam mediam noctem ſex horis, fietque circa occaſum Solis diei 20. propterea quod in annis 134. vnum diem anticipat, ideoq; annis 33½ quartam partē diei, hoc eſt, ſex horas. Poſt annos vero 67. eadem de cauſa idē in meridie eiuſdem diei 20. reperietur. Et poſt 100. annos in ortu Solis eiuſdem diei 20. Ita vt poſt ſpatium 100. annorum Aequinoctium à prima ſibi aſsignata ſede receſſerit, verſus initium menſis per tres quartas partes diei, hoc eſt, per horas 18. Quod ſi hoc anno centeſimo dies intercalaris non eximatur, ſed expectetur annus 134. excreſcet hic receſſus verſus menſis initium ad 24. horas, Aequinoctiumque ante diem 20. media nocte accidet, antequam dies anno 134. eximatur; ſemperque hoc eueniet quolibet ſpatio 134. annorum. At ſi primo centeſimo anno ſubtrahatur dies intercalaris, etiamſi anticipatio Æquinoctii nondum ad integrum diem, ſed ad horas duntaxat 18. excreuerit, deducetur Aequinoctium ex ortu Solis diei 20. in ortum Solis diei 21. diſtabitque ſex horis verſus finem menſis à puncto primum aſſignato, non autem horis. 18. verſus principium menſis. Deinde in ſecundo centeſimo, cum cum primum Aequinoctium ad meridiem diei 20. peruenerit reſtituetur idem per ſubtractionem diei intercalaris, in meridiem diei 21. diſtabitq; horis 12. à prima ſede. At vero in tertio centeſimo, cum iam Aequinoctium attigerit Solis occaſum diei 20. reuocabitur idem per alterius diei exemptionem, ad Solis occaſum diei 21. atque à prima ſede horis 18. diſtabit. Deinceps autem ſenſim diſtantia hæc imminuetur, donec in quarto centeſimo per 18. horas imminuta ſit, (quod centeſimo quoque anno Æquinoctium horis 18. ſedem ſuam anteuertat) atque idcirco in prima rurſum ſede, hoc eſt, in media nocte ante diem 21. exiſtat, cum quarto illo centeſimo dies intercalaris non omittatur, ſed de more intercaletur.

VIDES ergo, ſi dies vnus quolibet anno 134. excerperetur, quod fortaſſis non paucis videri poſſit expedire, Æquinoctium ſemper receſſurum verſus principium menſis à ſede ſibi aſſignata, vt receſſus hic prope annum 134. ad diem ferè integrum excreſcat. Secundum vero noſtram æquationem in centeſimis annis inſtitutam, non poſſe diſtantiam Æquinoctii à prima ſua ſede diſtare 24. horis, ſed ad ſummum, horis 18. atque idcirco rectius conſeruari Æquinoctium ad diem 21. ſi in centeſimis annis fiat æquatio, quam ſi annus 134. expectetur.

Aequationem in centeſimis annis adhibitam eodem modo conſeruare æquinoctiū in eodē die, quo per intercalationē quarto quoq; anno conſeruatur.

ADDE quod noſtra hæc æquatio in centeſimis annis adhibita non ſolum, vt antea dictum eſt, ad ſolitam intercalandi rationem quadriennalem conformatur, ſed eadem prorſus eſt ratio in vtraque, quod ad conſeruationem Æquinoctii in eadem ſede attinet. Nam ſicut primo anno poſt biſſextum Æquinoctium verſus finem menſis prolabitur ſex horis; ſecundo horis 12. & tertio horis 18. propter ſenas horas in ſingulis annis communib. omiſſas; anno deniq; quarto ob intercalationem vnius diei prope anni initium, non expectatis 24. horis expletis, in eandem ſedem reſtituitur: ita in quolibet ſpatio quadringentorum annorum accidit, ſi primi tres centeſimi fiant communes & quartus intercalaris, vt ex dictis liquido conſtat.

QVID quod eandem propemodum rationem intercalandi Arabes in æquatione anni Lunaris ſequuntur? Numquam enim expectant, donec ex horis omiſsis dies integer conſletur, ſed quotieſcunq; ex illis horis Maior numerus, quam 12. componitur, inſtituunt annum intercalarem, adiicientes vnum diē anno Lunari dierum 354. quem Emboliſmum appellant, vt ſcilicet annus Lunaris æquetur. Qua de re legendus eſt Campanus in Computo maiori, & Paulus Middelburgenſis lib. 2. ſuæ Paulinæ. Sed vt planius percipiatur, non potuiſſe commodiorem, & vero magis ſimilem æquationis viam iniri, quam eam, quæ hoc Capite à nobis explicata eſt, afferemus in medium argumenta, ſeu potius cauillationes Mæſtlini, aduerſus eam æquandi Solaris anni rationem. Verum prius in ſequenti Cap. explicanda paulo

diligen-

Digitized by Google

diligentius erit tota periodus anomaliæ Æquinoctiorum, & inæqualitatis annorum, ſecundum hypotheſes Nicolai Copernici. Hinc enim clariſsime apparebit, & formulam æquationis præſcriptam aptiſsimam eſſe, & Mæſtlinum in ea oppugnanda vafrum admodum fuiſſe, ac mantioſum.

DE PERIODO ANOMALIAE AEQVINOctiorum, & inæqualitatis annorum ex Nicolai Copernici doctrina.

CAPVT VI.

QVONIAM ad funditus euertendam Solaris anni æquandi formulam proximo Capite explicatam, temere affirmat Mæſtlinus, Æquinoctium vernum ſi ea adhibeatur, ex die 21. Martii non ita poſt multa annorum millia ad 27. vſque prolapſurum, & ad diem 21. amplius non rediturum additque medium Æquinoctium hoc tempore in 23. Martii incidere, atque Æquinoctium verum à medio tum progrediendo, tum regrediendo toto quatriduo diſcedere poſſe; operæ pretium me facturum exiſtimo, ſi ad eludendam huius vaticinatoris inſaniam, pro Apologiæ inſtituto, breuiter proponam hoc Cap. ob oculos Æquinoctia tam vera, quam media totius periodi anomaliæ Æquinoctiorum, atque annorum Solarium inæqualitatis, ex tabulis Prutenicis, quæ apud omnes fere iam ſolæ in pretio ſunt, & ex quibus Mæſtlinus omnia ſua argumenta confinxit, atque deprompſit, Ita enim calumniæ eius, quas in æquatione Æquinoctiorum, quæ in nouo Calndario præſcribitur, oppugnanda hoc loco adhibet, omnibus fient manifeſtæ, planumque efficietur, Æquinoctium vernum, adhibita noſtra intercalcardi formula, non tanto ſpatio à die 21. recedere, quanto is falſo, & ſolo contradicendi ſtudio ipſum digreſſurum vaticinatur.

ET quoniam Nicolaus Copernicus, ex cuius doctrina Prutenicæ tabulæ extruuntur, ſtatuit periodum anomaliæ præceſsionis Æquinoctiorum confici ſpatio 1717. annorum Aegyptiorum, qui conſtituunt annos Iulianos, quibus nnuc vtimur, 1715. & dies 302. partiemur totum hunc orbem, & reuolutionem in 8. partes, præcipuas, primum quidem in quatuor Quadrantes, ſingulos deinde quadrantes in binas partes æquales, vt tempus cuiuslibet harum octo partium æqualium complectatur annos 214. dies 174. ac horas 15.

Periodus anomaliæ æquinoctiorum quando inceperit ante Christi ortum.

HABVIT autem hæc reuolutio anomaliæ ſuum initium annis 63. completis, & diebus 227. Horis 20. ac Min. 42. ante CHRISTVM natum: propterea quod tanto temporis interuallo æqualis, ſiue medius motus eius anomaliæ conficit arcum à Copernico aſsignatum pro Radice ipſius ad initium annorum Domini: quæ Radix continet Sig. 0. Grad. 6. Min. 40. Sec. 27. Ter. 28. Quar. 6. Si igitur annis 63. & diebus 227. Horis 20. ac Min. 42. ante CHRITI Ortum elapſis adiiciantur anni 1715. & dies 302. totius circuitus ac reuolutionis, comperiemus eandem anomaliam denuo reuolutionem ſuam inchoare anno Domini 1653. die 25. Martii, ſecundum Calendarium nouum, cum prioris reuolutionis principium incidiſſet in 18. diem Maii ſi tunc annus Iulianus fuiſſet in vſu. Hinc per additionem continuam annorum 214. dierum 174. Hor. 15. colligentur anni, in quibus eadem reuolutio illas octo partes totius periodi occupabit, vt in ſubiecta formula factum eſt, in qua duæ reuolutiones integræ ſunt deſcriptæ.

Periodus anomaliæ æquinoctiorum quo anno Chriſti iterum inceptura ſit.

QVAN-

Quando anomalia æquinoctiorum in qualibet octo partium exiſtat.	Anni Domini Labentes.	Dies	Menſes
In principio reuolutionis, ſeu primi quadrantis.	*63. ante Chriſtum natum expleto. & 1653.*	*1. 18. 25.*	*Maij. Martij.*
In medio primi quadrantis.	*151. & 1867.*	*8. 18.*	*Nouemb. Septemb.*
In fine primi quadrantis, & principio ſecundi.	*366. & 2082.*	*2. 13.*	*Maij. Martij.*
In medio ſecundi quadrantis.	*580. & 2296.*	*23. 4.*	*Octob. Septemb.*
In fine ſecundi quadrantis, & principio tertii.	*795. & 2511.*	*16. 1.*	*Aprilis. Martij.*
In medio tertij quadrantis.	*1009. & 2725.*	*7. 25.*	*Octob. Auguſti.*
In fine tertij quadrantis, & principio quarti.	*1224. & 2940.*	*31. 16.*	*Martij. Februarij.*
In medio quarti quadrantis.	*1438. & 3154.*	*21. 12.*	*Septemb. Auguſti.*
In fine quarti quadrantis, ſeu totius reuolutionis, & in principio nouæ reuolutionis.	*1653. & 3369.*	*25. 2.*	*Martij. Februarij.*

ÆQVINOCTIVM igitur verum ac medium inter ſe non differunt, ſed ſimul fiunt, quando anomalia eſt tam in principio ſuæ reuolutionis quam in fine ſecundi quadrantis, hoc eſt, in principio tam primi quam tertii quadrantis, quia tunc æquatio præceſſionis nulla eſt. Maxima autem inter vtrumque Aequinoctium differentia eſt, cum anomalia finem tum primi, tum tertii quadrantis poſſidet in ſua reuolutione: quia æquatio præceſsionis tunc maxima eſt. Differentia denique inter vtrumque Æquinoctium in medio cuiuſque quadrantis mediocris eſt, quod tunc æquatio præceſsionis medio modo ſe habeat; adeo vt in tota periodo anomaliæ bis vtrumque Aequinoctium ſimul fiat, & bis maxime alterum ab altero differat, quater autem eorum differentia in mediocritate quadam conſiſtat.

Aequinoctium verū ac medium quando ſimul fiant & quando maxime inter ſe differant, & quando mediocris ſit eorum differentia.

RVRSVS annus tropicus, ſeu vertens maximus eſt, quando anomalia & in principio ſuæ reuolutionis, & in fine exiſtit, ſcilicet in initio primi quadrantis, & in fine quarti. Minimus autem eſt, cum eadem anomalia in medio ſuæ reuolutionis conſtituitur, hoc eſt, in fine ſecundi quadrantis, ſiue in principio tertii. In aliis denique locis anomaliæ, mediocris eſt. Atque huius varietatis cauſa eſt, quia præceſſio Æquinoctiorū vnius anni, quæ ſemper ab anno ſidereo æquali (qui continet Dies 365. Hor. 6. Min. 9. Sec. 39. ex Thebitii, & Copernici ſententia) ſubtrahenda eſt, vt anni tropici magnitudo relinquatur, tam in ſuæ reuolutionis principio quam in fine tardiſsima eſt. In medio autem velociſsima. Aliis denique in locis medio modo ſe habet inter tardiſsimum ac velociſsimum eius motum. Itaque in tota periodo anomaliæ præceſsionis Aequinoctiorum annus ſemel maximus eſt, ſemel minimus, & ſæpius mediocris; ita tamen, vt ſemper duorum annorum à minimo anno vtrinque æqualiter diſtantium magnitudines ſint inter ſe æquales. Quæ omnia in tabula inſequenti continentur, vbi tempus veri ac medii Æquinoctii, quando anomalia circa octo illa loca totius reuolutionis ab anno 1653. inchoatæ exiſtit, ſupputatum eſt vna cum anni vertentis magnitudine. Facta autem eſt ſupputatio ad annos biſſextiles, qui propinquiores ſunt annis in quibus anomalia in octo illis locis exiſtit (excepto anno 1653. qui principium eſt reuolutionis, & ad quem calculus ſubductus eſt, licet non ſit biſſextilis) quod in biſſextilibus annis minor varietas cernatur in Solis ingreſſu in primum gradum Arietis. Calculus quoque ad æquationem Calendarii reſtituti, quæ per 400. annos progreditur, accommodatus eſt. Neglex imus tamen horas in æquinoctiis, quod ſatis eſſe viſum ſit, ſi dies verni æquinoctii cum tempore ante vel poſt meridiem, aut mediam noctem ſcriberetur, horis omiſsis.

Annus tropicus, quādo ſit maximus, & quando minimus, & quando medio ſe habeat modo.

Anno 1653. quando reuolutio anomaliæ præceſſionis æquinoctiorum incipit.

Æquinoctium	verum	fiet	20. Martii poſt med. noc.
	medium		20. Martii poſt med. noc.

Annus tropicus continebit Dies 365. Hor. 5. Min. 55. Sec. 37. Ter. 40. quæ anni magnitudo fuit etiam anno 63. ante CHRISTI *Domini ortum, & ſecundum quam Aequinoctium Diem vnum anticipat annis ferme 329.*

Anno 1868. cum anomalia erit iuxta medium primi quadrantis ſuæ reuolutionis.

Æquinoctium	verum	fiet	21. Martii poſt med. noc.
	medium		20. Martii circa ortum Solis

Annus tropicus continebit Dies 365. Hor. 5. Min. 53. Sec. 52. quæ anni magnitudo conuenit etiam tempori circa annum Domini. 151. & ſecundum quam æquinoctium anticipat diem vnum annis propemodum 231.

Anno 2080. obtinente anomalia finem ferme primi quadrantis, & principium ſecundi ſuæ reuolutionis.

Aequinoctium	verum	fiet	21. Martii circa occaſum Solis.
	medium		20. Martii poſt mer.

Annus tropicus erit dierum 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16. Ter. 29. quæ anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum Domini 366. & ſecundum quam anticipatio Aequinoctii per vnum diem requirit annos ferè 134.

Anno 2296. cum anomalia circa medium ſecundi quadrantis ſuæ reuolutionis verſabitur.

Aequinoctium	verum	fiet	21. Martii poſt merid.
	medium		20. Martii ſub occaſum Solis

Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 44. Sec. 46. Ter. 59. quæ anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 580. & ſecundum quam anticipat Aequinoctium vnum diem annis ferè 94.

Anno 2512. quando anomalia erit iuxta finem ſecundi quadrantis, & in principio fere tertii, videlicet in medio totius reuolutionis.

Aequinoctium	verum	fiet	21. Martii ante mer.
	medium		21. Martii ante mer.

Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 42. Sec 55. Ter. 7. quæ anni magnitudo extitit quoque circa annum Domini 795. & ſecundum quam vt Aequinoctium anticipet vnum diem, requiruntur ferè anni 84.

Anno 2724. anomalia occupante medium fermè tertii quadrantis ſuæ reuolutionis.

Aequinoctium	verum	fiet	20. Martii poſt med. noc.
	medium		21. Martii circa occaſum Solis

Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 44. Sec. 46. Ter. 59 quæ anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 1009. & ad anticipationem Aequinoctii per vnum diem poſtulat ferme annos 94.

Anno

Digitized by Google

Anno 2940. verſante anomalia in fine prope tertii quadrantis ſuæ reuolutionis, & in principio ferè quarti.

Aequinoctium { verum / medium } fiet { 19. Martii poſt med. noc. / 21. Martii circa ortum Solis.

Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16. Ter. 29. quæ anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum Domini 1224. poſtulatq́; annos propemodum 134. vt Aequinoctium anticipare poßit vnum diem.

Anno 3156. cum Anomalia erit fere in medio quarti quadrantis ſuæ reuolutionis.

Aequinoctium { verum / medium } fiet { 20. Martii circa occaſum Solis. / 21. Martii circa merid.

Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 53. Sec. 52. quæ anni magnitudo extitit etiam circa tempora anni Domini 1438. & ſecundum eam, vt Aequinoctium anticipet vnum diem, requiruntur propemodum anni 231.

Anno 3368. quando anomalia tenebit ferè finem totius reuolutionis, hoc eſt, in fine quaſi quarti quadrantis verſabitur.

Aequinoctium { verum / medium } fiet { 21. Martii circa mer. / 21. Martii circa mer.

Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 55. Sec. 37. Ter. 40. quæ anni magnitudo conuenit etiam in tempora circa annum Domini 1653. & circa annum 63. ante CHRISTI ortum: requirit autem annos ferè 329. vt Aequinoctium anticipet vnum diem. Et ſi annus haberet ſemper hanc magnitudinem, omittenda eſſet intercalatio biſſextilis conſueta quolibet anno 329.

Confuſio inter Chriſtianos, ſi æquatio æquinoctii ad motum verum inſtitueretur.

EX his facile coniici poteſt, quanta confuſio oriretur in orbe Chriſtiano vniuerſo, ſi æquatio Aequinoctii ſecundum verum motum eſſet inſtituenda, quippe quæ ſæpiſſime in ſpatio 1715. annorum mutanda eſſet, pro varia anni magnitudine, quæ mirum in modum eo in ſpatio continenter creſcit, atque decreſcit. Quæ res magnam omnibus Eccleſiis ſolicitudinem iniiceret, cum perpetuo ambigerent, num hoc, vel illo anno biſſextili dies intercalaris omittendus eſſet, cogerenturque ea de re Aſtronomorum ſententias explorare quot annis quod abſurdum eſſet omnino, & ad hoc vſque tempus inauditum.

Aequinoctium ſecundum æquationem noui Calendarii non longe à die 21. Martii recedere, ideoq́; merito eam eſſe inſtitutam ad annum Alphonſinum, qui medius eſt.

SIMVL illud conſtat, nullam æquationem anni Solaris, quæ præcipiat certis, ſtatiſque ſemper temporibus diem intercalarem eſſe omittendum, (qualis eſt noſtra, ſtatuens, vt quadringenteſimo quoque anno tres dies intercalares eximantur) omni ex parte quadrare poſſe vero motui Solis, ita vt Aequinoctium perpetuo ad diem 21. Martii retineat, atque conſeruet: propterea quod ſecundum verum motum modo plures anni requiruntur, modo pauciores, quibus Aequinoctium per vnum diem in Calendario verſus initium menſis progrediatur.

Differentiam inter verum ac medium æquinoctiū non attingere diem vnum cū ſemiſſe.

CONSTAT præterea Aequinoctium vernum in tota proxime futura periodo, quæ ab anno 1653. incipiet à ſua ſede non multo longius, quam ſpatio vnius diei in vtramuis partem declinare, etiamſi æquatio intercalationis noui Calendarii adhibeatur, vt recte Alphonſini anni magnitudo, quæ media quodammodo eſt inter maximam ac minimam, aſſumpta ſit, ex qua intercalationis formula præſcribatur; quandoquidem ea formula & æquabilis eſt, & vniformis, atque ad vulgi captum accommodatiſsima, & quæ Aequinoctium circa diem 21. Martii in quo eius ſedes conſtituta eſt, ita detineat, vt ab eo non procul recedere poſſit, ſed modo eum antecedat, modo ſubſequatur, modo deniq; in ipſum diem 21. incidat.

Aequinoctium verum ac mediū quando ſimul fiat & quando maxime inter ſe diſtent.

POSTREMO colligitur ex his, quæ diximus, in tota vna periodo anomaliæ Æquinoctiorum diſcrimen inter verum mediumque Aequinoctium ad duos integros dies nunquam excreſcere, immo neque ad ſeſquidiem: quod tamen per calumniam Mæſtlinus totum quatriduum poſſe conficere affirmat. Qua in re cum doctrina Copernici, quam ipſe tantopere iactat, manifeſtiſsime pugnat. Hoc autem ita quoque planum fiet; Aequinoctium verum, ac medium ſimul eodem temporis momento fiunt, quoties æquatio præceſsionis nulla eſt, quod quidem fit, anomalia præceſsionis obtinente principium, vel medium, vel finem ſui ambitus, ac reuolutionis: plurimum vero alterum ab altero diſtat, cum eadem æquatio maxima eſt, quod quidem fit, quoties anomalia verſatur in principio ſecundi quadrantis & quarti ſuæ reuolutionis.

Aequinoctium medium quādo antecedit, aut ſequitur verum.

PORRO quando duo hæc Æquinoctia inter ſe differunt, medium antecedit, & verum ſequitur, hoc eſt, Æquinoctium medium contingit ante verum, quando æquatio præceſſionis Æquinoctiorum mediæ præceſsioni adimitur, vt vera præceſsio colligatur; quod quidem fit, quotieſcunque duplicata anomalia ſemicirculo minor eſt, id eſt, quando anomalia Aequinoctiorum nondum ſecundum quadran-

C 2 temto-

Digitized by Google

tem totius periodi confecerit. Medium vero Aequinoctium ſequitur & verum præcedit, hoc eſt, Aequinoctium verum ante medium accidit, quando æquatio præceſſionis Aequinoctiorum mediæ præceſsioni adiicitur, vt vera præceſsio componatur; quod quidem vſu venit, quandocunque anomalia duplicata maior eſt ſemicirculo, videlicet quando anomalia Aequinoctiorum iam tranſierit ſecundum quadrantem totius periodi.

Quantum ſit maximum diſcrimen inter verũ ac medium aquinoctium.

TANTO autem tempore vnum Aequinoctium alterum præcedit, aut ſequitur, quantum ſatis eſt, vt Sol motu ſuo vero arcum æquationis præceſsionis Aequinoctiorum percurrat. Quoniam vero maxima Aequinoctiorum æquatio nunquam excedit Gr. 1. Min. 11. Sec. 22. Ter. 30. & motus Solis diurnus nullo tempore minor eſt, quam Gr. 0. Min. 56. Sec. 46. efficitur, vt tempus inter verum, ac medium Aequinoctium nunquam excedat diem 1. & hor. 6. aut paulo amplius, etiam tum, cum motus Solis tardiſsimus eſt, & Aequinoctiorum æquatio maxima: vt vehementer mirer, quid in mentem venerit Mæſtlino, cum veluti ſomnians dixit, differentiam inter vtrumque Aequinoctium ad totum quatriduum poſſe excreſcere, mediumque Æquinoctium hoc ſeculo contingere die 23. Martii, cum tamen ab anno CHRISTI Domini 1653. vſque ad annum 3368. vna tota reuolutione anomaliæ diem 21. nunquam tranſgrediatur, vt ex ſuperiori calculo manifeſtum eſt.

Quid deceperit Mæſtlinum, vt putauerit, æquinoctium mediũ à vero abeſſe poſſe toto quatriduo.

SED videor mihi videre cauſam erroris Tubingenſis iſtius Mathematici. Ratiocinatus eſt de medio, ac vero Æquinoctio, ſicut de media, ac vera coniunctione, ſeu oppoſitione Luminarium ſolemus. Putauit enim tum demum Aequinoctium fieri medium, quando linea medii motus Solis cum puncto medii Aequinoctii coniungitur; quemadmodum media coniunctio, oppoſitiove Solis ac Lunæ accidit, quando lineæ mediorum motuum Solis & Lunæ coniunguntur, vel opponuntur. Ex quo fit, vt ſi punctum Æquinoctii medii exiſtat, tunc inter punctum veri Æquinoctii, & corpus Solare, Aequinoctium verum à medio abſit maiori interuallo, quam proſtaphæreſis, ſiue æquatio præceſsionis Aequinoctiorum poſtulat, quanquam neque ſic ad totum quatriduum peruenire poſsit hæc diſtantia, cum æquatio Solis nunquam duos gradus contineat.

Aequinoctium medium quãdo fiat.

SED hallucinatus eſt iſte Lynceus Mathematicus. Alia enim ratio eſt Aequinoctii medii, & alia coniunctionis, vel oppoſitionis Luminarium mediæ. Aequinoctium ſiquidem medium fit cum primum Sol punctum medii Aequinoctii attigerit, vt Aſtronomi docent. Eraſmus enim Reinholdus Aſtronomus peritiſsimus in tabulis Prutenicis, Præcepto 22. ita ſcribit. *Non dubium eſt, Solem conficere vernum Aequinoctium, cum tanto interuallo adhuc præcedit primam ſtellam Arietis, quantum interiectum eſt inter ipſam veram ſectionem vtriuſque circulorum, Aequinoctialis, atque obliqui, & eandem ſtellam.* Intelligendum autem hoc eſſe tam de verna ſectione media, quam de vera, colligitur ex 10. Præcepto, vbi differentiam inter medium, & apparens Æquinoctium appellat Proſtaphæreſim, ſeu æquationem Æquinoctiorum quæ maxima ſcrupulorum eſt 71. primorum & ſecundorum 22. cum ſemiſſe vnius ſecundi.

MVLTO clarius idem docet Ioſephus Moletius celebris Aſtronomus in tabulis Gregorianis, Canone 13. cum ſic ait. *Fit Aequinoctium apparens, quando Sol ingreditur punctum ſectionis Eclipticæ, & Aequatoris apparentis: Medium vero, quando Sol intrat punctum ſectionis Aequatoris medii, & Eclipticæ. Et ideo Aequinoctium verum fit, quando Sol antecedit primam Arietis ſtellam tanto ſpatio, quanta eſt vera præceſſio Aequinoctiorum ad datum tẽpus; medium autem quando Sol antecedit tanto interuallo primam Arietis ſtellam, quantus eſt arcus mediæ præceſſioni. Differentia inter hæc duo Aequinoctia, eſt tempus reſpondens proſtaphæreſi Aequinoctiorum.*

NON igitur medium Aequinoctium fit, quando linea medii motus Solis punctum medii Aequinoctii occupat, vt perperam vult Mæſtlinus, ſed quando Sol ipſe punctum illud poſsidet, vt nos tradidimus. Nam ſi medium fieret Aequinoctium, quando Sol medio ſuo motu ſectionem vernam mediam obtinet, non ſemper ſimul fierent verum ac medium Aequinoctium, quando proſtaphæreſis Aequinoctiorum nulla eſt; quod raro admodum tunc verus Solis motus à medio non differat. Hoc autem cum omnibus Aſtronomis pugnat, quippe qui omnes doceant medium Aequinoctium vna cum vero contingere, quando proſtaphæreſis præceſsionis Aequinoctiorum nulla eſt.

Quare Mæſtlinus putauerit, æquinoctiũ verum prolapſurum ad diẽ 27. Martii.

VERVM proferamus calculum ad annos aliquot vlteriores, vt appareat, quam temerarius, atque inconſideratus in hoc quoque Mæſtlinus fuerit cum aſſeruit, Aequinoctium prolapſurum ante annum Domini 15000. ad diem 27. Martii, ſi ratio æquandi anni Solaris in nouo Calendario præſcripta ſeruetur. Quod quidem non ex calculo aliquo aſſeruit, ſed ex falſa opinione, qua æquinoctium medium die 23. Martii accidere exiſtimauit, verumque Aequinoctium à medio diſtare poſſe toto quatriduo. Hinc enim, & non aliunde colligitur, verum Aequinoctium prolapſurum aliquando ad diem 27. Martii, & progreſſurum ad diem 19. vſque. Hoc autem falſum eſſe, calculus ſubiectorum annorum euidenter demonſtrat.

Digitized by Google

Aequinoctium ergo vernum fiet.		
Anni Domini	Dies Martii	Tempus ante vel poſt mendiem, aut med. noct.
4789	21	*poſt med. noc.*
5084	21.	*ante med. noc.*
5209.	23.	*circa med. noct.*
6004	23.	*ſub occ. Solis.*
10020.	23.	*poſt med. noc.*
15002.	21.	*poſt med. noc.*
15004.	20.	*circa med. noc.*
15102	21.	*poſt med. noc.*
15202.	21.	*poſt med. noc.*
15604.	22.	*poſt med. noc.*
15804.	23.	*circa med. noc.*
20004.	20.	*poſt mer.*
20005.	20.	*poſt med. noc.*

VBI eſt, obſecro, in his 13. annis vſque ad 20005. annum Æquinoctium die 27. Martii? Ego certe reperio, id vltra biduum, aut triduum, & paulo amplius à die 21. non abeſſe, etiamſi verum Æquinoctium ex tabulis Prutenicis, adhibita ſemper formula æquationis Calendarii Gregoriani, ſuppu etur. Sed videlicet Mæſtlinus, homo ſimplex, neminem noſtrum fore exiſtimauit, qui ad eius vaticinationem de prolapſione Æquinoct i ad 27. diem excutiendam in futura ſecula numerando, progrederetur: quod idem nobis antea de feſto Paſchæ anni 1582. ex ſuperioribus ſeculis obiecit.

QVOD ſi poſt tantum annorum interuallum (ſi mundus tam diu duraturus eſt, ne forte aduerſarius temere clamet, quod non ſemel facit, & quidem importuniſsime, nos diem nouiſsimum non credere, perinde ac is, qui calculum ad aliquot annos futuros extendit, pro certo aſſerat, mundum totos eos annos duraturum) conſtaret, tabulas Prutenicas adhuc congruere motibus cæleſtibus, quis non videt, ſi in Eccleſiaſtico computo regulare quid atque æquabile ad feſta mobilia ex motibus cœlorum cognoſcenda eſt proponendum rudi populo. (quod omnino eſſe neceſſarium, abunde Cap. iiii. & aliis in locis à nobis oſtenſum eſt aptiſſimã eſſe noſtram intercalandi rationem quæ ad anni magnitudinem mediam accommodata per 400. annos progreditur? Hac enim intercalationis formula adhibita, Æquinoctium ſuapte ſponte ad diem 21. Martii redit, licet propter anni Solaris inæqualem magnitudinem, ſiue Aequinoctiorum præceſsionem inæqualem, ſoleat interdum à die 21. aliquantum vltro citroque euagari: vt iure optimo æquatio hæc noſtra Aequinoctium circa diem 21. Martii conſeruare dici poſsit. *Calendarium nouum eſſe perfectum, etſi tabulæ Prutenicæ veris motib. adhuc conſentirent poſt annos 10000.*

NON eſt tamen prætereundum hoc loco Æquinoctium, ſi æquatio ad Alphonſinum annum, ſiue medium instituta adhibeatur, frequentius conſequi diem 21. menſis Martii, quam anteuertere, maiorique interuallo ab eodem die 21. verſus menſis finem recedere, quam verſus principium menſis. Quoniam enim, vt dictum eſt, minimus annus requirit annos 84. ad Æquinoctii anticipationem per vnum diem, Alphonſinus autem, ſiue medius poſtulat annos 134. & maximus annos 329. fit, vt maior ſit velocitas, qua æquationem maximo anno debitam præuenimus, quam tarditas, qua æquationem minimo anno reſpondentem prorogamus, Quare, cum annus fere eſt maximus, deuoluetur quidem Æquinoctium ad poſteriores dies menſis, quod plures dies intercalares per noſtram æquationem medii anni omittantur, quam rés exigit; & quando annus ferme minimus eſt, Æquinoctium ad priores dies menſis regredietur, non tanta tamen celeritate, quanta ad finem menſis eſt prolapſum, propterea quod non tot dies intercalares per æquationem noſtram anni Alphonſini retenti ſunt, qui propter annum minimum debuiſſent omitti, quot prius omiſsi ſunt, quos maximus annus retinendos eſſe præſcribebat. *Cur æquinoctium per æquationem noui Calendarii frequentius poſt diẽ 21. Martii contingat in cælo, quã ante.*

SED vt euidentius adhuc appareat, neceſſario aſſumptum eſſe annum medium, vt æquatio ſtatã ac determinata præſcriberetur, non autem annum minimum, maximumve, vt Cap. v. tradidimus, ſupputauimus Æquinoctium anni 5084. adhibita æquatione tum ſpatio quouis annorum 84. quos minimus annus requirit ad anticipationem Æquinoctii per vnum diem, tum ſpatio quolibet annorum 329. quos maximum annum poſtulare diximus vt Æquinoctium anticipet vnum diem. Itaque ſi prior æquatio vſurpetur, ablati erunt anno 5084. (decem illis, qui anno correctionis exempti ſunt, annumeratis) dies omnino 51. incidetque Aequinoctium in 7. ferme diem Aprilis diebus ſcilicet 17 poſt diem 21. Martii. Si autem poſterior æquatio adhibeatur, ablati erunt omnino dies duntaxat 21. Aequinoctium vero cadet in diem fere 7. Martii, nimirum 14. diebus propemodum ante diem 21. Martii. At noſtra æquatione adhibita, omiſsi ad eum annum vſque, erunt dies 36. & Æequinoctium die 21. Martii ante mediam noctẽ fere continget, vt proximo calculo ſuperiorum 13. annorum manifeſtum eſt. Vides igitur Æquinoct ium ex minimi anni æquatione à die 21. Martii verſus poſteriores menſes nimis magno interuallo recedere, ex æquatione vero anni maximi nimis longe verſus initium menſis ab eodem die 21. *Æquationem quãcunque, præterea quæ ad mediũ annum inſtituitur, deturbare æquinoctium è propria ſede longius, quam oportet.*

 relabi

Digitized by Google

relabi: quod tamen æquatio medii anni circa eundem diem 21. conſeruat, atque tuetur. Eodem pacto calculus indicabit æquationem ad quemcunque annum inſtitutam, præterquam ad medium, Æquinoctium è propria ſede, quam ei die 21. Martii fiximus, longius, quam oportet, deturbare. Patet hoc ex anni magnitudine Dierum 365. Hor. 5. Min. 53. Sec. 2. Ter. 37. quæ annos ferme 207. ad anticipationem vnius diei poſtulat, ac proinde apta eſſe videri poſsit, vt ad eam æquatio præſcriberetur, cum anni 207. medium pene locum obtineant inter annos 84. & 329. quos minimum, ac maximum annum requirere diximus; vt Aequinoctium anticipet vnum diem in Calendario. Videamus ergo an hæc æquatio tam bene Aequinoctium ad diem 21. conſeruet, quam noſtra. Igitur calculus docet, anno 2940. quo per hanc æquationem exempti erunt dies 18. in vniuerſum, Aequinoctium fieri die 18. Martii ſub ortum Solis, nimirum 3. diebus & eo amplius, ante diem 21. Martii: Anno vero 10020. quo eadem æquatione adhibita, ablati erunt omnino dies 51. Æquinoctium contingere die 1. Martii ſub ortum etiam Solis diebus ſcilicet 20. & eo amplius, ante diem 21. Martii. Conferamus iam hæc Aequinoctia cum Aequinoctiis eorundem annorum ex noſtra æquatione, comperiemuſque, eam (etſi anni 134. quibus ſecundum eam vnum diem anticipat Aequinoctium, non obtineant medium locum inter annos 84. & 329. quos minimus, & maximus annus ad vnius diei anticipationem exigunt) tanto interuallo Aequinoctium ex ſede propria detrudere; cum anno 2940. Aequinoctiũ nõ exhibeat die 19. Martii poſt med. noc. Anno vero 10020. idem reiiciat in diem 23. Martii poſt med. noc. Ex quo efficitur, noſtram æquationem à nemine iure reprehendi poſſe, cum nulla aptior afferri poſſit; niſi quis inæquabilem, atque irregularem, pro varia anni magnitudine, variis temporibus dicat adhibendam eſſe: quod iam dudum ab vſu & conſuetudine Eccleſiæ excluſimus.

Aequationem ad medium annum inſtitutam in re non poſſe reprehẽdi.

ARGVMENTA MAESTLINI ADVERSVS RAtionem Solaris anni æquandi, in quadringentis quibuſque annis adhibendam, eorumque ſolutiones.

CAPVT VII.

TAMETSI ex iis quæ ſuperioribus duobus Capitibus ſcripſimus, facili negotio refutari poſſunt omnia, quæ aduerſus Gregorianam anni correctionem (quod ad Aequinoctii reſtitutionem ad diem 21. Martii, eiuſque in eodem conſeruationem attinet) afferri poſſunt: vt tamen veritas Magis appareat, diſſoluemus hoc Capite omnia argumenta noſtri aduerſarii quæ ad euertendum funditus nouum Calendarium plurima confinxit, eaque omnia ſimul ſuum in librum congeſsit. Ac primum diſsimulandum non eſt, eum in hac re valde malitioſe facere, quod in quibuſdam annis Aequinoctium, quod tabulæ Prutenicæ die 22. Martii poſt meridiem exhibent, diei ſequenti ante meridiem aſcribat: & contra quod eædem tabulæ ſtatuunt accidere 21. Martii ante meridiem, coniiciat in diem antecedentem poſt meridiem vt hac ratione Aſtronomiæ ignaris vel falſo perſuadeat, Aequinoctium plus æquo ex noſtra æquatione, à 21. Martii recedere. Nec minus veteratorem ſe præbet, dum, vt Aequinoctium oſtendat non in 21. diem Martii, ſed in 20. cadere, calculum annis biſſextilibus accommodat, in quibus neceſſario, propter diem intercalarem additum, Aequinoctium citius contingit, quam in communibus annis. Id quod apparet in annis 1584. 1596. vt alios præteream, in quorum priore Aequinoctium aſſerit cadere in diem 20. Martii & horam 10. poſt meridiem, in poſteriore vero in horam 9 poſt meridiem eiuſdem diei 20. Hoc autem noſtræ æquationi non repugnat. Cum n. hi anni ſint biſſextiles, mirum non eſt, Aequinoctium in iis fieri die 20. non autem 21. Quinimo (quando ita viget) recte dicere poſſumus, more Eccleſiaſtico, Aequinoctium vtrumque diei 21. tribuendum eſſe, cum in nocte diem 21. antecedente, hoc eſt, poſt occaſum Solis diei 20. fiat. Sed his prætermiſſis, ex quibus tamen coniici licet, quam ſolida ſint eius argumenta, quæ tam veteratoria ratione nituntur, ad rem ipſam veniamus.

Malitia Maeſtlini & fraus in æquinoctio noui Calendarii oppugnãdo.

PRIMVM igitur Mæſtlinus anxio ac ſolicito animo apud ſe exquirit, vtras tandem tabulas Aſtronomicas Gregoriana hæc Calendarii emendatio ſequatur, Alphonſinaſne, an Prutenicas. Et poſtquam nonnullis coniecturis concludit Prutenicas adhibitas eſſe, vociferatur, & clamitat, prima noui Calendarii fundamenta vacillare, propterea quod nullarum, vt ait, tabularum ad hanc vſque diem editarum calculus cum cœlo exactè congruit; quippe quæ incertæ ſint, & ſtrenuum aliquem reſtitutorem deſiderent: atque hanc communem eſſe omnium Mathematicorum querelam affirmat, ex quo colligit Calendarium nouum nulla ratione eſſe perfectum, aut perpetuum. ac proinde neque omnibus ſeculis ſine vlla mutatione duraturum, cum eius fundamentum minime firmum ſit.

1. argumẽt. Maſtlini, ex inconſtantia tabularum Aſtronomicarum.

DEINDE (libet enim omnia huius præſtigiatoris argumenta ſimul exponere, vt eius præſtigiæ vniuerſæ pariter euaneſcant) Aequationem noſtram funditus euertere conatur exemplis variis tum ad annos præſentes, tum ad futuros, ac præteritos pertinentibus. Nam de annis præſentibus ita ſcribit.

2. argumẽtum Maſtlini, ex æquinoctiis annorum præſentiũ.

Sed quid multis? Quid iactat Calendarii auctor, Pontifex, & eorum aſſeclæ, huius Calendarii perfectionem? cum tamen præſentium, quibus iam viuimus, annorum experientia eam falſitatis coarguat? Nec enim omiſſio 10. dierum

reduxit

Digitized by Google

reduxit æquinoctium plenarie in 21. Martij. Nam hoc noſtro tempore ipſum incidit omni intercalari anno, nõ in 21. ſed in 20. Martii. Vt anno 1584. erat illud in 20. Martii hora decima noctis. Anno 1596. idem erit hora 9. noctis eiuſdem diei. Anno 1612. hora 8. & 1624. hora 7. pomerid. eiuſdem 20. diei Martii, & ſic conſequenter. Quin etiam poſt annum 1640. aſcendet æquinoctium etiam in iis annis, qui primi ſunt poſt intercalares, in eundem diem 20. Martij. Itaque ab eo anno venient omnium biſſextilium, & omnium proxime poſt eos ſequentium annorum æquinoctia in diem 20. Martii, vſque ad annum 1700. Et quanquam omiſſione diei intercalaris anni 1700. aliquid horum reſtituetur, reſtitutio tamen iſta eſt tantum verſuræ ſolutio. Nam æquinoctia annorum biſſextilium, & primorum poſt eos, reducentur quidem, expunctione diei intercalaris anni 1700. in 21. Martii, ſed hoc ipſo modo tranſponentur æquinoctia annorum ſecundorum, & tertiorum poſt biſſextiles in 22. Martii. Et hæc permutatio, atque viciſſitudo non tolli poterit, donec tandem non ita poſt multos annos, æquinoctia omnium tam biſſextilium, quam trium ſequentium annorum diem 21. Martij omnino deſerant. Ecce tantum abeſt, vt huic difficultati poſſit hoc nouo Calendario vlla medicina parari, etiamſi cuncti omnem ſuam eruditionem in vnum aceruum congerant. Atque hoc quidem modo oſtendere conatur Mæſtlinus, Calendarii correctionem in annos præſentes non conuenire.

QVOD autem æquatio noſtra futuris annis nequaquam reſpondeat, hoc modo concludere ſe putat. *Anno 1600. incidit æquinoctium in diem 10. Martii, hor. 8. cum dimidia p. m. anno 1900. in 9. Martii hora octaua cum dimidia p. m. ſecundum numeros dierum veteris Calendarii. Vera ergo anticipatio eſt tantummodo vnius diei. Sed nouum Calendarium his 300. annis præterit totum triduum, nimirum dies intercalares annorum 1700. 1800. 1900. Quare ſecundum eius numeros incidet hoc æquinoctium (demptis etiam 10. reliquis diebus) anno 1600. in diem 20. Martii: At anno 1900. in 22. Martij. Præterea in annis poſt 1900. ſequentibus, hæc ipſa diuerſitas maiora habet incrementa: vt anno 1905. qui primus eſt poſt aliquem biſſextilem, incidit æquinoctium in 23. Martii, horam 2. matutinam. Anno 1906. qui ſecundus eſt itidem poſt aliquem intercalarium annorum, fiet æquinoctium die 23. hora 8. antemeridiana. Et anno 1907. tertio poſt biſſextilem, erit æquinoctium die 23. Martii, hora 2. pomerid. Videtis ergo vos, qui tantis laudibus Calendarium hoc ſupra aſtra attollitis, & ſedem fixam in eo pro æquinoctio celebratis, quod æquinoctium hoc vobis nimis ſit lubricum, quam vt in 21. Martii detineri poſſit.*

3. argumentũ Mæſtlini ex æquinoctiis annorum futurorum.

DEINDE poſt vnam ferè ac dimidiatam paginam hunc in modum argumentum hoc ſecundum claudit: *Vos Mathematici ergo Calendarii noui defenſores, adhucne cum Pontifice dicitis, quod æquinoctij dies ſit fixa? ſunt ne dies 19. & 23. Martii, ijdem cum 21. die?*

EMENDATIONEM denique Calendarii neque cum præteritis annis concordare, his verbis nititur perſuadere, *Calculus aſtronomicus (cuius pars eſt Calendarij computus) proprium habet hoc, vt extendi poſſit tam ad præcedentia, quam ſequentia tempora numerata ab Epocha ſuæ fundationis. Hanc ob cauſam ex calculo motuum cæleſtium extructo ex obſeruationibus, his 2000. duntaxat annis nuper elapſis, computamus motus ſyderum retrò, vſq; ad primam rerum creationem, non aliter, quam ſi motuum calculus iam tunc fuiſſet ſic conſtructus.* Et mox ſubiungit: *Ita pari modo huius Calendarii vſus poterit tam præteritis, quam venturis annis accommodari. Nam hoc intentum eius eſt, nec aliud eſſe licet, quam vt, ſicut nunc præſtat, quod præſtandum eſt, ita iam olim idem ipſum præſtiturum fuiſſet, ſi modo citius vſurpari cœpiſſet. Sed quo modo ſe habeat docet vel hoc vnum exemplum. Anno 1200. erat æquinoctium vernum verum die 12. Martij, hora 6. p. m. ſed qui in veteri Calendario erat dies 12. is in nouo fuiſſet tum 19. dies. Nam dierum 10. omiſſorum anno 1582. tres poſteriores cedunt annis illis 400. inter annum 1200. & 1600. Quare dies æquinoctii illic fuit nequaquam dies 21. ſed 19. Martij.*

4. argumentum Mæſtlini ex æquinoctiis annorum præteritorum.

PERGIT deinde aduerſarius noſter, & decem dierum exemptionem ex anno 1582. non congruere temporibus Concilii Nicæni, confirmare contendit his verbis. *In ſpecie autem hic ſingulariter notanda eſt craſſa, & ridicula, ne d campudenda, noui Calendarij exorbitatio. Correctionis fundamentum, & origo eſt Concilij Nicæni auctoritas, vel decretum. Quis hic non dicet, quod noui Calendarij calculus maximopere cum illius Concilij tempore congruere debeat? Nam ſi vlla eius eſt perfectio, eam certe talem eſſe oportet, vt ſi Concilij eius Patribus cognita, & ab ijſdem recepta fuiſſet, ipſa ab eo tempore ſtatim incipiendo illos 10. dies paulatim locis, & temporibus competentibus abſtuliſſet. Quod ſi factum fuiſſet, nunc non tantum ea 10. dierum eliſione toto hoc tempore in vnum aceruum collectorum non opus eſſet, ſed Calendarium ipſum per ſe, ſine vlteriore correctione, hæc omnia, ſicut iam exhibentur, ſua ſponte obtuliſſet. Atque hoc modo vnus & idem ſtatus, is ſcilicet, qui tempore Nicæni Concilij fuit, continua ſerie inuariatus permanſiſſet. Sed ecce quæ ſit eius conſtantia. Abiecti ſunt 10. dies ſimul, propterea quod ij temporibus congruentibus, inde à Concilio Nicæno non ſingulatim ablati ſunt. At quæ ſunt illa loca, & tempora, quibus hæc eliſio neglecta eſt? Oportet certe non opinionem hanc decem vicibus non fuiſſe obſeruatam, quandoquidem in 10. dies excreuit. Oportet etiam eadem loca in nouo Calendario exactiſſime notari poſſe. Verum ſi calculus iſte nouus (attendite vos Mathematici) ad dictum annum retro eadem proportione retrahatur, qua in futuros annos continuandus traditur, monſtrantur nequaquam 10. ſed tantummodo 9. dies, qui hactenus elidendi fuiſſent, videlicet, dies intercalares annorum 1500. 1400. 1300. 1100. 1000. 900. 700. 600. 500. Reliqui enim centenarij, ſcilicet 1200. 800. 400. biſſextiles manent. Videtis quod plane nullus ſuperſit locus pro exterminando die 10. Ergo oportet, æquinoctium illic non in 21. ſed 20. Martij fuiſſe: Cui tamen & experientia, & veſtrum toties repetitum teſtimonium reclamat. Ecce quæ ſit veſtri operis perfectio, quam elegans eius cum experientia, & obſeruationibus concordia.*

5. Argumentum Mæſtlini aduerſus exemptionem 10 dierũ factã.

HÆC ſunt præcipua argumenta, quibus Mæſtlinus nouus de cœlo lapſus Mathematicus, qui Mathematicos omnes, quotquot ſunt, fuerunt, ac futuri ſunt, præ ſe contemnit, ac pro nihilo habet, æquinoctium noui Calendarii tum quod ad 21. Martii reſtitutum recte non ſit, tum quod in eadem die conſtanter hærere non poſſit, ſe omnino putat expugnaſſe: Ad quæ, quoniam æquinoctium noui Calendarii ex multis capitibus petunt, ſigillatim reſpondebimus, & nonnullas alias ipſius cauillationes aduerſus idem æquinoctium, quibus examen ſuum variis in locis reſperſit, refellemus.

PRINCIPIO igitur peccant omnia hæc eius argumenta multis modis, nullumque prorſus robur

Mæſtlini argumẽta peccare, quod verũ æquinoctiũ aſſumant.

aduerſus nouum Calendarium habent. Nam in iis verus ſemper motus aſſumitur, ac verum æquinoctium, cum tamen abunde ſatis ſupra oſtenſum ſit, in correctionis Calendarii negotio conſiderandos tantummodo eſſe motus medios, atque æquales immo verò, neglectis etiam mediis motibus, adhibendum eſſe potius regulare quid & æquabile, quod inſtar cycli cuiuſdam ad vulgi captum ſit accommodatum, ſi modo non longe abſit à vero. Id quod aduerſarius quoque ipſe veritate coactus fatetur, cum poſt examinationem æquinoctii aliquot annorum ex veris motibus, ita ſcribit.

Mæſtlini teſtimoniũ, in ãno Eccleſiaſtico non eſſe obſeruandas Aſtronomorum ſubtilitates.

QVOD ſi quis miretur, quare de his ſubtilitatibus Aſtronomicis in anno Politico, vel Eccleſiaſtico diſputem, is nouerit, quod ego, & mecum omnes ſani, atque prudentes Mathematici vltro confiteamur, haſce ſubtilitates Aſtronomicas in rei veritate nihil conducere ad annum Politicum: vnde neminem Politicorum, & plebeiorum hiſce grauandum ſtatuimus. Sicut nec Iulius Cæſar, prudentiſſimus Imperator, in anni reſtitutione ſubtilitatibus vllis turbas mouere voluit. Nec Patres concilij Nicæni, qui huic nouo Calendario (attamen præter ſuum intentum, ſicut in Dialexi mea Cap. vi. demonſtratur) occaſionem ſubminiſtrant, quicquam de his ſubtilitatibus monuerunt. Immo nos ipſi nouimus, quod quotieſcunque Eccleſia ad huiuſmodi ſubtilitates delapſa eſt, quales olim inter Eccleſiam Romanam, & Alexandrinam de termino Paſchatis erant, antequam per Dionyſium Abbatem Romanum, circa annum CHRISTI *532. Cyclus decennouennalis reſtitueretur, ipſa horribiliter cum maxima offenſione infirmorum fuerit perturbata. Contra autem nemini incognitum eſt, quod interim ab anno 532. ad hoc nouum Calendarium vſque, propter ſublatas has ſubtilitates, vniformitas, & nunquam ſatis laudata concordia in toto orbe Chriſtiano (quod ad præſentem Calendarij vſum, vna cum Paſchatis celebratione attinet) fuerit ſeruata. Non ergo gratum mihi eſt, de his ſubtilitatibus vllam hic quæſtionem mouere, ſed mallem eas Scholæ Aſtronomicæ relinquere. Sed Calendarij auctor in Canonibus ſuis, & Pontifex in Bulla, atque alii eorum coadiutores, quos Pontifex magno numero in vrbem (ipſo teſte in Bulla) conuocauit, circa has ſubtilitates verſantur, & earum gratia de nouo hoc Calendario ſuo iactitare non erubeſcunt: quod ipſum tam perfectum ſit, ne VLLI VNQVAM MVTATIONI ſit obnoxium futurum: quod profecto de ſubtilitatibus Aſtronomicis conſtanti ratione à ſe obſeruatis, intelligunt. Si enim in eis quicquam deſideretur, certum eſt, quod tam præclara perpetuæ perfectionis, omnibus ſeculis duratura laus nequaquam poſſit huic ipſorum Calendario competere. Vnde GREGORIVS XIII. Papa non veretur canonum illorum ſubtilitatibus totum orbem Chriſtianum ſub metu indignationis ipſius DEI OMNIPOTENTIS, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſubijcere, non aliter quam ſi magna pars æternæ ſalutis in his ſubtilitatibus eſſet repoſita. Idcirco hæ ipſæ ſubtiiltates mihi hic examinandæ ſunt, vt demonſtretur, quàm ineptum ſit, quàm etiam impoſſibile, velle annum Politicum huiuſmodi ſubtilitatibus vincire: quia non correctio, ſed confuſio Calendarij inde ſubſequi neceſſe habet. Vnde manifeſtum euadit, quam infeliciter hoc ipſum in nouo Calendario fuerit tentatum.*

Quæ in primo teſtimonio Mæſtlini vera ſint.

HIS verbis multa verè, (ne videamur improbare etiam, ſi quid aliquando dixerit boni) multa ad Calendarii noui vſum valde accommodate eſt locutus; multa item falsò, per calumniam, vt eius mos eſt, pronunciauit. Veriſſime quidem dixit, in anno Politico, & Eccleſiaſtico Aſtronomicas ſubtilitates non eſſe conſectandas, neminemque Politicorum, & Plebeiorum hiſce grauandum eſſe: quod & nos vltro fatemur. In toto enim Calendario, poſtpoſitis veris motibus, medios duntaxat, ſeu potius Cyclos Politicis, & Plebeiis cognitu facillimos perpetuo adhibuimus. Liquet hoc & ex anni Solaris a quandi ratione, cum ea ad anni medii magnitudinem ſit inſtituta, & ex Cyclo Epactarum, qui ad Nouilunia, & Plenilunia indicanda Calendario inſcriptus eſt; quippe qui motum Lunæ, eiuſque cum Sole coniunctiones, oppoſitionesque æquales ſemper aſſumat. Vt vel hinc coniici liceat, Mæſtlinum temere, & inconſiderate tanto impetu, tantaque ferocia in Calendarium nouum inuehi, cum illud ſubtilitatibus Aſtronomicis oppugnet, quas ipſe quoque nobiſcum in Calendarii negotio cenſuit eſſe reiiciendas.

Mæſtlini temeritas in Calẽdario oppugnando.

VERE quoque affirmauit, neque Iulium Cæſarem in anni reſtitutione eiuſmodi ſubtilitates adhibuiſſe (ſicuti neque nos in hac Calendarii reſtitutione eas ſecuti ſumus) neque Patres Concilii Nicæni de illis quicquam monuiſſe. Ex quo ſequitur temerarium eum eſſe, & procacem in ſuo Examine, qui vt ingenii ſui ſubtilitatem oſtentet, eam ſolam ob cauſam Calendarium improbat, quod ſubtilitatibus Aſtronomorum, id eſt, veris motibus non omni ex parte reſpondeat.

Quoties Paſcha nõ ex Concilii Nicæni ſententia celebratũ ſit, paucis annis ãte Calendarii reſtitutionem.

VERVM denique eſt, quod ait, ex eo tempore, quo Dionyſius Abbas Cyclum decennouennalem aurei numeri reſtituit, vel (vt uerius dicamus) eum ab Euſebio Cæſarienſi Concilii Nicæni temporibus conditum, atque à Theophilo Alexandrino expoſitum, illuſtratumque Romano Calendario inſcripſit, nulla in eo facta mutatione, niſi quantum ſupputationis ratio poſtulabat, propter diuerſa Calendariorum initia: ex eo tempore, inquam, propter ſublatas verorum motuum ſubtilitates, concordiam maximam in Paſchæ celebratione ſeruatam eſſe. Atque vtinam eandem hanc pacem ac concordiam ipſe cum cæteris, qui ab Eccleſia Catholica deſciuerunt, vnà nobiſcum inire, & conſeruare in animum inducat, vt nimirum, accurato illo verorum motuum calculo relicto, medios, ſeu Cyclares, (vt ita dicam) motus cum Eccleſia Catholica ſequatur: quemadmodum priſci illi Chriſtiani libentiſſime ſtudio pacis, & vnitatis, Cyclum Eccleſiæ à Dionyſio Calendario inſcriptum acceperunt, licet, ſæpenumero ex eo Cyclo aliter, quàm Patres ac Concilia decreuerant, (quod aliter fieri non poterat, ob imperfectam Cycli conditionem, ac naturam) Paſchæ ſolennitas celebrata fuerit; quippe cum hac noſtra ætate (vt feſtos Paſchæ dies illegitimos ſuperiorum temporum prætercam) ante Calendarii correctionem, in quolibet ſpatio decennouennali ſexies Paſcha, propter ſolam Æquinoctii anticipationem, per illum Cyclum non recte ſit celebratum. Id quod accidit, quotieſcunque hi ſex aurei numeri. 3. 6. 8. 11. 14. 19. occurrerunt. Omnium enim horum Lunæ XIIII. ex conſtitutione Patrum Nicæni Concilii Paſchales erant in Martio. Nam aureus numerus 6. ſuam XIIII. reponebat in diem 11. Martii, in quo Æquinoctium fiebat, alii veró quinque aurei numeri ſuas XIIII. poſt diem 11. & ante 21. Martii, in quo Eccleſia Æquinoctium collocauerat, conſtitutas habebant; atque ideo celebrationi Paſchæ congruentes erant: quas tamen omnes Eccleſia reſpuebat, tanquam inutiles; quod ante tempus ſui Æquinoctii, hoc eſt, ante diem 21. Martii, monſtrarent Lunas XIIII.

SILENTIO prætereo errores, qui in eodem Paſcha celebrando, ob aurei numeri à recto curſu declinati-

Digitized by Google

declinationem commiſſi ſunt, propterea quod aurei numeri toto quatriduo, eoque amplius Nouilunia monſtrabant ſerius, quam oportebat. Adeo vt ab anno 1500. ad annum 1582. vſque, quo correctum eſt Calendarium, hoc eſt, in ſpatio 83. annorum, feſti dies Paſchæ 54. fuerint, non rite celebrati, & tantùm 29. rite. Et niſi reſtitutum eſſet Calendarium, in reliquis 17. annis vſque ad annum 1600. duodecies Paſcha perperam celebratum eſſet, quinquies duntaxat rectè. Ab anno autem 2624. deinceps nullum Paſcha amplius futurum eſſet legitimum, ſed omnia contra ſanctiones Pontificum, & Concilii Nicæni fuiſſent celebranda. Quæ omnia diligentiſſime collecta ſunt à Paulo Middelburgenſi lib. xii. Paulinæ. Vt hinc etiam appareat neceſſitas huius correctionis à GREGORIO XIII. inſtitutæ, ne videlicet in tam fœdos errores Eccleſia laberetur, concordiamque illam, & confeſſionem fidelium turbaret, aut penitus diſſolueret.

Niſi Calẽdariũ fuiſſet correctũ, Paſcha poſt annũ 1624. ſemper contra decretũ Concilii Nicæni celebrandum eſſet.

CVI igitur dubium eſſe poteſt, quin Mæſtlinus odio potius Romani Pontificis, quam pacis, & concordiæ ſtudio, populo Chriſtiano perſuadere tentet, vt nouo Calendario exploſo, antiquum retineat? Multò enim maior concordia, atque conſenſus in Paſcha celebrando ſeruaretur in nouo Calendario, quam in veteri, ſi illud Mæſtlinus, ſeditioſus pacificator, aliiq; hæretici, depoſita inueterata in ſummum Pontificem ira, recipere vellent. Neque enim vt ex ſequentibus liquido conſtabit, tot ac tam turpes errores in Paſchæ celebratione in nouo Calendario committi poſſunt.

Neceſſitas correctionis Calendarii aduerſus Mæſtlinum.

EXPOSVI quæ verè, quanquam non ſyncero animo, dixit Mæſtlinus: nunc, quæ falsò dixerit (quæ ex animo locutus eſt) videamus. Primùm igitur falſum eſt, quod negat, gratum ſibi eſſe, de ſubtilitatibus Aſtronomicorum vllam hîc quæſtionem mouere: cum aliud nil agat in toto ſuo examine, niſi vt Calendarium nouum exagitet, hoc ſolo nomine, quod illis ſubtilitatibus non penitus congruat. Deinde ne magis malitioſus diſſimulator ſui Conſilii, quam criminator alieni eſſet, falſo inſimulat, Calendarii auctorem, Pontificem, & cæteros Aſtronomos ad emendationem Calendarii à Pontifice conuocatos, in his ſubtilitatibus verſari. Nam ſi huiuſmodi ſubtilitates voluiſſemus conſectari, neque anni Solaris æquationem ſecundum mediam anni magnitudinem inſtituiſſemus, neque Cyclum Lunarem Calendario inſcripſiſſemus, ſed hæc omnia ex tabulis Aſtronomicis præcepiſſemus obſeruanda.

Mæſtlinũ propter odiũ in Pontificẽ Romanũ perſuadere, vetus Calendarium eſſe retinendum.

FALSVM denique eſt, & à vero longe alienum, atque adeo impudentiſſimum mendacium, GREGORIVM XIII. in Bulla Calendarii totum orbem Chriſtianum, ſub metu indignationis omnipotentis DEI, ſubtilitatibus Aſtronomorum ſubiicere, non aliter, quam ſi magna pars æternæ ſalutis in his ſubtilitatibus eſſet repoſita. Nam in tota illa Bulla nullum inuenias verbum, quo harum ſubtilitatum mentio fiat; ſoloſque eos anathemate ferit Pontifex, qui pacis, & concordiæ perturbatores ſunt, atque ad edictum ſuum contumaces, quorum ſigniferum ac Ducem ſe Mæſtlinus profitetur. Atque in hac pace conſeruanda, magna pars æternæ ſalutis, non in Aſtronomorum ſubtilitatibus eſt repoſita; quod ſine obedientia, quæ Pontifici Romano, vt CHRISTI Vicario, & paſtori vniuerſali totius Eccleſiæ, debetur, & quæ ſola pacem tuetur inter fideles, ſalus æterna nulli ſperanda ſit. Sed argumentum hoc, quod Pontifex Romanus iure potuerit ſub excommunicationis pœna imperare, vt nouum Calendarium obſeruetur, doctiſſime tractatum eſt à Ioanne Buſæo in diſputatione Apologetica pro Calendario Gregoriano, aduerſus Iacobum Heerbrandum Mæſtlini in eodem impietatis, ac maledicentiæ morbo ſodalem ad quem lectorem reiicimus.

Quæ in eodem proximo Mæſtlini teſtimonio falſa ſint.

Mæſtlinũ falſo aſſerere, in Calẽdario nouo obſeruatas eſſe ſubtilitates Aſtronomicas.

Quid Pontifex prætendat in excõmunicatione cõtra eos qui Calendariũ nouum nõ recipiunt.

QVÆ cum ita ſint, non eſt Mæſtline quod has ipſas ſubtilitates tibi examinandas ſuſcipias, vt demonſtres, quam ineptum ſit, quam etiam impoſſibile, velle annum Politicum huiuſmodi ſubtilitatibus vincire, quia non correctionem, ſed confuſionem Calendarii inde ſubſequi neceſſe eſt. Sponte enim, & libenti animo tibi damus, atque concedimus, fieri non poſſe, vt annus Politicus Aſtronomorum ſubtilitatibus vinciatur, perturbationemque maximam in toto orbe Chriſtiano exorituram, ſi eæ ad Calendarium adhibeantur. Hanc namque ob cauſam eas neglexímus, mediiſque motibus, ſiue Cyclis potius contenti fuimus. Qua in re, nemo iure nos, vel te ipſo iudice, ſi tuo iudicio ſtare velis, reprehendere poteſt. Gratias interim tibi & agimus, & habemus ingentes, quod cauſæ noſtræ tuis hiſce verbis ita ſtrenue faueris, vt vnus ex iis, qui reſtitutioni Calendarii interfuerunt, fuiſſe videaris. Sed iam ad argumentorum ſolutiones veniamus.

Mæſtlinus nolens Calẽdario nouo fauet.

QVOD igitur ad primum argumentum Mæſtlini attinet; fateor, in hoc correctionis negotio tabulas Prutenicas, tanquam hac ætate celebriores, ac probabiliores eſſe adhibitas. Hinc enim factum eſt, vt cum doceant, interdum plures annos, quàm 134. requiri, vt Æquinoctium anticipet vnum diem in Calendario, interdum vero pauciores, æquatio anni Solaris ad mediam anni magnitudinem inſtituta ſit, perinde ac ſi ſingulis ſpatiis annorum 134. vno die verſus principium menſis Æquinoctium progrederetur; vt hac mediocritate nimia illa tarditas, ac velocitas quodammodo compenſaretur.

Solutio primi argumenti Mæſtlini.

Tabulas Prutenicas ad Calẽdariũ reſtituẽdum eſſe adhibitas.

NEQVE verò huic rei tabularum inconſtantia, aut varietas officit. Nam vt Cap. v. diximus, perfectio, ac perpetuitas Calendarii non conſiſtit in eo, quod Æquinoctium in die 21. Martii ita fixum ſit, atque ſtabilitum, vt ab eo nunquam, etiam noſtra, vel alia quacumque adhibita æquatione, poſſit dimoueri, cum hoc fieri nullo modo poſſit, cum ob tabularum mutabilitatem, quaſcumq; tandem ſequi velimus, tum verò, ſi via quædam media æquabilis, ſiue regularis, & ad vulgi captum accommodata deligenda ſit, vt ratio poſtulat, & in Calendario emendato obſeruatum eſt: ſed in eo potius perpetuitas Calendarii exiſtit, vt ſupra dictum eſt, quod in eo Cyclus Epactarum eo artificio ſit diſpoſitus, vt nihil vnquam in eo futuris ſeculis immutandum ſit, ſed intactum prorſus Calendarium ſit permanſurum, etſi per intercalationem, aut omiſſionem diei vnius, aut plurium, ex Decreto ſummi Pontificis, Æquinoctium ad 21. Martii reuocandum erit, ſi forte longius ab eo prolapſum comperiatur, vt ad eum ſua ſponte, ſine hoc remedio, reuerti nequeat. De hac porro Calendarii perpetuitate vberius libro 2. Cap. 4. agemus; vbi etiam docebimus, qua ratione Nouilunia quoque, ac plenilunia, ſi opus ſit, corrigi poſſint, nulla prorſus in Cyclo Epactarum, qui Calendario inſcriptus eſt, mutatione facta.

Inconſtãtiã tabularũ Aſtronomicarũ nõ obeſſe perfectioni, ac perpetuitati Calẽdarii noui

HVC

Digitized by Google

HVC accedit, quod, vt proximo Cap. dictum eſt, Æquinoctium ſecundum noſtram æquationem, & tabulas Prutenicas, etiam poſt 20000. annos, ad diem 21. regreditur, licet interim modo ad 23. modo ad 19. diem euagatum ſit: quod abſurdum non eſt, cum nulla æquatio anni Solaris æquabilis, ac vniformis æquinoctium poſſit in ipſo die 21. conſeruare, ac retinere, vt eodem Cap. oſtendimus.

Solutio ſecūdi argumenti.

Mæſtlini Reſtitutionē æquinoctii ad diē 21. Martii, per omiſsionem diei intercalaris anno 1700 nō eſſe verſura ſolutionē, vt Mæſtlinus calūniatur.

NON ergo opus eſt, (quod ille ait) vt Calendarii auctor omne hic ſuum robur intendat, & nos eius defenſores coniungamus vires noſtras, Et hoc Elogium Pontificis, quo Calendarium reformatum ad omnem anni magnitudinem congruere gloriatur, conciliemus cum noſtra hac æquali in 400. annis anticipatione, ne Æquinoctium vernum verum ex manibus noſtris elabatur, ſicut anguilla. His enim pene verbis Mæſtlinus audacter omnes nos prouocat, & inſtar militis glorioſi de nobis triumphum ſe egiſſe inaniter iactat, non ſemel nobis exprobrando, nos non poſſe, quidquid moliamur, æquinoctium, quod diei 21. Martii magno labore affiximus, detinere. Non, inquam, tanta animi contentione opus eſt, quia nullo negotio æquinoctium vel in ſua ſede hærebit, vel certe ad eam, ſi quando ab ea diſceſſerit, reſtituetur, ſi remedium, de quo dictum eſt, congruis temporibus, ex auctoritate Romani Pontificis, adhibeatur, quod tamen perquam raro accidet. quod ex his quæ diximus, facile apparet.

Aequinoctium, ob anni inæqualitatē in vtrāq; partē à die 21. recedere

Quando æquinoctium ex die 21. ad 22. & 23. deuoluatur, & quandò ad 21 reuertatur.

PERPERAM deinde ſecundum Mæſtlini argumentum probat æquinoctium per 10. dierum exemptionem, æquationemque noſtram, præſentibus annis non congruere. Anni enim 1584. 1596. 1612. 1624. quos exempli cauſa ponit, omnes ſunt biſſextiles. Quare mirum non eſt, æquinoctium in illis, propter diem intercalarem additum, verſus diem 20. Martij à 21. procedere: quanquam iure optimo diei 21. aſcribi etiam poſſit, cum in omnibus illis annis poſt Solis occaſum contingat, nimirum hor. 10. 9. 8. ac 7. poſt meridiem: quod & ſupra ad initium huius Capitis aſſeruimus. Et verò omnibus Aſtronomis cognitum eſt, duos minimum dies æquinoctio tribuendos eſſe, propter annos communes, ac biſſextiles, etiamſi intercalatio quarto quoque anno adhibita exquiſitiſſime anno Solari congrueret. Vt hinc illud quoque perſpicue appareat, Mæſtlinum in ſuo examine ſycophantam eſſe, & nodum (ſicut eſt in prouerbio) in ſcirpo quærere. Rectiſſime ergo æquinoctium, quod ad annos præſentes attinet, ad 21. Martii reuocatum eſt. Quod autem poſt annum 1640. magis ſemper ac magis verſus anni principium progreſſurum ſit Æquinoctium, (Nam anno 1645. qui non eſt biſſextilis, ſed primus poſt biſſextilem, accidet die 20. Martii, Hor. 12. Min. 24. poſt meridiem: Anno verò 1697. qui primus etiam eſt poſt biſſextilem, idem cadet in diem 20. Martii, Hor. 9 poſt meridiem) id mirificè omiſſionem diei intercalaris anno 1700. faciendam comprobat, vt nimirum hoc modo in annis poſt biſſextilem Æquinoctium ad diem 21. retrahatur.

Quando item ex die 21. ad 20. & 19 recedat, & quando inde ad 21. regrediatur.

Diē 21. Martii æquinoctio aſsignatū, medium locum habere inter 23. diē, & 19. ad quos vſq; excurrere poteſt æquinoctium, cùm inde ſponte ſua ad diē 21. reuertatur.

NEQVE verò reſtitutio hæc (vt Mæſtlinus calumniatur) eſt tantum verſuræ ſolutio. Nam etſi futuris annis poſt 1700. ob ipſam hanc diei exemptionem, Æquinoctium annorum qui ſecundi ſunt, ac tertii poſt biſſextiles, transferetur in diem 22. Martii, & longo poſt tempore in 23. etiam diem, (quod in tertio quoq; argumēto obiicit Mæſtlinus.) non tamen vitio verti hoc poteſt, noſtræ æquationi, ſed inæqualitati anni Solaris. Cum enim, vt ſupra oſtenſum eſt, æquatio anni æquabilis ac regularis debeat eſſe, vt ab omnibus poſſit percipi, anni autem magnitudo inæqualis ſit, modo maior, modo minor, fit, vt ſi adhibeatur æquatio mediæ anni magnitudini congruens, quæ ſola æqualis eſt, (quemadmodum verſus Eccleſiæ poſtulat) Æquinoctium non poſſit in die 21. Martii perpetuo conſeruari, vt proximo Cap. oſtendimus, ſed à 21. die modo ad 22. & 23. diem deuoluatur, modo ad diem 20. & 19. tranſcendat. Deuoluetur autem ad 22. & 23. diem, quando anni magnitudo maxima erit, atque idcirco plures anni, quam 134. ad anticipationem vnius diei requirentur, vt hoc noſtro ſeculo ferè contingit, accidetque continenter vſque ad annum 2080. propterea quod toto hoc tempore annus vertens maior eſt Alphonſino, vt ex antecedenti Cap. liquet. Sed inde ad 21. diem regredietur, cùm annus vertens minor fiet Alphonſino, quod tunc pauciores annos, quàm 134. ad vnius diei anticipationem Æquinoctium deſideret. At verò ex die 21. ad 20. & 19. Martii progredietur Æquinoctium, quando propter minimam anni magnitudinem ad 21. diem regreſſum erit, & annus adhuc minor reperietur, quàm annus Alphonſinus. Quamprimum autem annus maior efficietur, retrocedet Æquinoctium à die 19. & 20. ad 21. Dies ergo 21. Martii Æquinoctio aſſignatus, medium quodammodo locum tuetur inter diem 23. & 19. ad quos vſq; ita excurrit Æquinoctium, vt vltra excurrere vix poſſit, ne plurimorum quidem ſpatio ſæculorum, ſed inde ad diem 21. vltrò regrediatur, vt proximo Capite oſtenſum eſt. Itaque hæc, Mæſtline, aut verſura non eſt, aut ſi quo modo verſura dici poteſt, non decoctoris ad perdendam, ſed prudentis patrisfamilias ad conſtituendam rem familiarem verſura, temporis cauſa, putanda eſt.

Dubitatio.

Solutio dubitationis.

Paſcha rarò in vltimum, vel ſecundum menſem in nouo Calēdario incurrere.

QVOD ſi quis obiiciat, ex hac Æquinoctii ad diem 23. Martii, & ad 19. excurſione effici, vt Paſcha poſsit & in vltimo menſe, & in ſecundo celebrari: quod abſurdum eſſe videtur: Reſpondeo primum, perrarò hoc poſſe accidere. Etſi enim Æquinoctium ad diem 22. vel 23. deuoluatur, nunquam tamen propterea Paſcha in vltimo menſe celebrabitur, niſi cum Epacta XXIII. vel XXII. erit in vſu quod rarò continget, cum non in quolibet cyclo decennouennali Epactarum vtraque Epacta XXIII. & XXII. in vſum veniant, ſed ex omnibus 30. Epactarum cyclis, in octo duntaxat. Nam ex reliquis 22. cyclis, Epacta XXIII. reperitur ſola in 11. cyclis, & Epacta XXII. in aliis 11. vt poſtea ex tabula Epactarum expanſa patebit. Huc accedit, quod hic error, ſi quando occurrat, ſæpenumero per literam Dominicalem tollitur, ita vt Paſcha poſt Æquinoctium celebretur, etſi illæ Epactæ in vſu ſint, & ſuas XIIII. Lunas in menſem duodecimum coniiciant. Pari ratione, quanquam Æquinoctium ad diem 20. vel 19. Martii progrediatur, nunquam tamen idcirco Paſcha in ſecundum menſem reiicietur, niſi Epacta XXIIII. vel XXV. currente, quod etiam rarò fiet.

Nouum non eſſe, vt interdum Paſcha in vltimum, vel in ſecundum menſē incidat.

DEINDE fac vtrumque accidere; nouum tamen id in DEI Eccleſia, & inuſitatum non eſt, cum idipſum neceſſario quoque contigerit ipſius Concilij Nicæni temporibus, quando Decretum de recta Paſchæ celebratione conditum, vel potius confirmatum eſt, vt ſupra Cap. v. demonſtrauimus. Quin etiam quanquam annus ſolaris æquatione non egeret, ſed Æquinoctium ſemper diebus 21. & 20. Martii

affixum

Digitized by Google

affixum eſſet, atque vetus Calendarium retineretur, reiiceretur tamen Paſcha neceſſario in ſecundum menſem, quotieſcunque Æquinoctio in 20. Martii incidente, (quod in annis biſſextilibus neceſſario poſſe fieri, ſupra oſtendimus) Luna XIIII. in 20. Martii caderet. Nec verò quiſquam in hoc Eccleſiam Catholicam iure reprehendet, quod nonnunquam Paſcha celebret in primo, vel ſecundo menſe, quando id ratio cycli, vel dies Æquinoctio præfixus ita exigit; cum à iugo legis Moſaicæ ſit liberata. Nonne enim ante Calendarii correctionem Paſcha frequentiſſime in ſecundum menſem, & in quartam primi menſis hebdomadam fuit reiectum, & tamen nemo propter hoc Eccleſiam auſus eſt condemnare? Satis eſt, vt Eccleſia Paſcha ex Patrum, ac Conciliorum decretis celebret, ſeruato certo quodam die Æquinoctii, licet non ſemper in eo contingat, & adhibito cyclo Lunari ad Lunas XIIII. inquirendas, quamquam interdum hæ XIIII. à vero motu diſcrepent.

Paſcha neceſſario celebrari nõnunquã in ſecũdo mẽſe, propter duos dies, quos æquinoctiũ poſtulat: ſiue Calẽdariũ vetus retineatur, ſiue nouũ recipiatur.

EGO quidem cum aliis viris doctiſſimis permultis in ea ſemper fui ſententia, vt exiſtimarem Æquinoctium ab Eccleſia non debuiſſe corrigi, quanquam ad diem 11. vſque Martii excurrerit, ſi inibi curſum inhibuiſſet, & ſponte ſua nulla adhibita æquatione, ad 21. diem regredi cœpiſſet. Quanto magis ergo nunc contenti eſſe debemus æquatione hac quadringenteſimo quoque anno adhibenda ſecundum mediam anni magnitudinem omnium facillima, quæ Æquinoctium à ſede conſtituta, hoc eſt, die 21. Martii, non longius amoueri patitur, quàm duorum vel trium ad ſummum dierum interuallo?

Calẽdarii correctionẽ deſideratũ nõ fuiſſe, ſi æquinoctiũ ad diem 11. Martii progreſſu ſpõte ſua ad 21. regredi cœpiſſet, nullo adhibito remedio.

IAM verò ſi contingat, æquinoctium diem 21 Martii omnino deſerere: ſiue verſus finem menſis ſiue verſus initium progrediendo, ita vt in deſtinatam ſibi ſedem non poſſit remeare, dictum iam ſæpius eſt, qua ratione per intercalationem, vel omiſſionem aliquot dierum extraordinariam, ex edicto Summi Pontificis, ad diem 21. ſit reſtituendum. Id quod perpetuitati Calendarii non repugnat, vt diximus.

HIC porrò progreſſus, regreſſuſque Æquinoctii locum ſolum habet in tabulis Prutenicis, præuiſuſq; antea fuit ab iis, qui Calendarium iuſſu ſummi Pontificis emendarunt, vt ex compendio nouæ rationis reſtituendi Calendarii ad Principes Chriſtianos miſſo, intelligi poteſt, in quo tam æqualis, regulariſque æquatio ad magnitudinem anni mediam accommodata, quam inæqualis, irregulariſque ex Copernici doctrina deſcripta eſt. Retenta autem eſt prior, tanquam facilior, & ad Eccleſiæ vſum accommodatior, vt dictum eſt ſupra. Quod ſi fortè Prutenicæ tabulæ tam certæ non ſint, vt diu durare poſſint, ſed Alphonſinæ motui Solis rectius reſpondeant, vt plerique Aſtronomorum affirmant, non erit huic progreſſui, regreſſuique Æquinoctii vllus locus; ſed per longam ſeculorum ſeriem in aſſignata ſibi ſede permanebit. Deinde vero iterum ad eam reſtituendum erit, ſi quando ab ea diſceſſerit, quemadmodum ſupra diximus. Vides igitur, Mæſtline, quàm facile per intercalationem, vel omiſſionem intercalationis extraordinariam, huic difficultati de progreſſu, regreſſuque Æquinoctii poſſit hoc nouo Calendario medicina fieri, ſi opus fuerit, etiamſi non cuncti, vt flagitabas, omnem ſuam eruditionem in vnum aceruum conferant. Vtinam tam facile tuæ menti medicina fieri potuiſſet: profecto iam intelligeres, noſtro Calendario nulla opus eſſe alia medicina.

Receſſum æquinoctii à die 21. locũ ſolũ habere in tabulis Prutenicis.

EX his, quæ proxime dicta ſunt, facile reſponderi poteſt ad tertium argumentum, hoc eſt, ad exempla futurorum annorum, quibus aduerſarius probat, Æquinoctium à 21. Martii ad 22. & 23. vſq; prolabi. Dicendum enim eſt, id neceſſario ita fieri debere, propter anni ſolaris inæqualem magnitudinem, cui nulla æquatio vniformis, ac regularis omni ex parte reſpondere poteſt, vt in antecedenti Cap. oſtendimus. Nam cum hoc tempore verſemur ferè in maxima anni magnitudine, quid mirum eſt, Æquinoctium annis 1800. & 1900. verſus finem menſis deuolui, cum æquatio noſtra regularis, & vniformis plures dies intercalares eximat, quã maxima anni magnitudo requirat? Etſi autem hæc annis Æquinoctium verum, propter noſtram æquationẽ poſt diem 21. Martii contingat, non eſt tamen hoc abſurdum, cũ per ſe, nullo adhibito medio, ad eandem poſtea diem 21. regrediatur, ſi tabulas Prutenicas ſequamur, quæ ſolæ Æquinoctiũ inſequentib. centeſimis annis verſus finem menſis deuoluunt. Nam annis 2080. 2296. 2512. 2724. & aliis, Æquinoctium iterum in die 21. vel circa reperietur, vt ex antecedenti Cap. perſpicuũ eſt.

Solutio tertii argum. Mæſtlini. Quare æquinoctiũ in proxime futuris cẽteſimis annis à die 21 verſus finẽ menſis delabatur.

MONENDVS autem hoc loco mihi Lector videtur, (quod & ſupra non ſemel ſignificauimus) aduerſarium in omnibus illis annis vſurpare Æquinoctium verum ex Prutenicis tabulis; quod ad rem, de qua agimus, non facit; quippe cum nos de Æquinoctio medio ſecundum calculum Alphonſinorum loquamur in noſtra æquatione: quod quidem in medio ferè ſemper progreſſus atque regreſſus Æquinoctii veri, ex Copernici doctrina, à 21. die Martii verſus initium menſis, & verſus finem, reſidere, ſupra oſtenſum eſt. De hoc enim nos loqui, manifeſte conſtat ex æquatione quadringenteſimo quoque anno adhibenda, quæ ſoli anno Alphonſino conuenit, & quæ per multa ſæcula Æquinoctium verum Copernianum circa 21. diem ita conſeruabit, vt ab eo non longe poſſit euagari: quod quidem ad vſum Eccleſiæ, vt feſtum Paſchæ eodem tempore celebretur in vniuerſo orbe Chriſtiano, ſatis eſt.

NEQVE hoc quidem ignorauit Mæſtlinus, adeo vt ſi pacato & tranquillo animo de Calendario vellet iudicare, non poſſet non nobiſcum facere, idemque ſentire & omnibus perſuadere, (niſi eum ab hoc Conſilio odium Romani Pontificis abſtraxiſſet) vt vetere exploſo, nouum Calendarium reciperent. Ita namque non longe à principio Cap. 1. ſcribit. *Aequalis quidem annus tropicus dierum 365. horarum 5. Scrup. 49. Sec. 16. hoc eſt, à quadrante diei ſiue à ſex horis deficit 10. Minutis, & 44. Secundis ferè. Vnde in annis 134. complet anticipatio vnum ferè diem, & annis 402. ferè totum triduum.* Ecce quomodo Mæſtlinus coactus vi veritatis idem, quod nos, aſſerit, Æquinoctium videlicet, ſecundum mediam anni magnitudinem, quæ æqualis eſt, æqualiter ſemper verſus initium menſis progredi, ita vt ſpatio quolibet 402. annorum eius progreſſio totum triduum complectitur.

Aequinoctiũ ſecũdũ annũ mediũ vniformiter anticipare vnũ diem in 134. annis, teſte ipſo Mæſtlino.

CÆTERVM ſtimulante improbitate, ad ingenium reuerſus, videns ac volens ruit, cum ſtatim ſubiungit, nos debere, relicto medio hoc anno, verum conſiderare: quod concedendum nulla ratione eſt in rebus Eccleſiaſticis, atque Politicis. Nam & ipſemet ſupra ſtatuit, nemine Politicorum, & Plebeiorum ſubtilitatibus Aſtronomicis grauandum eſſe, & diffuſe ſatis à nobis Cap. 4. oſtenſum eſt, medios potius motus, quam veros, in mobilium feſtorum celebratione ab Eccleſia eſſe adhibendos.

DEINDE

Digitized by Google

DEINDE poſt vnam ferme paginam ſic quoque ait. *Sin verò quis obiiciat, quod motus cæleſtes eiuſmodi æquationibus ligentur, quibus quicquid alicubi adimatur, id alibi reſtituatur, vnde mutua compenſatione facta, futurum, vt Aequinoctium vernum verum ad 21. Martii redeat. Reſpondeo, etſi æquationes alibi ſint addendæ, quæ alibi minuuntur: eorum tamen reſtiutio non niſi poſt aliquot centenos, vel etiam millenos annos abſoluitur, vt mox dicetur, at interim toto illo tempore Eccleſia ſe peccatis, & quidem abſurdiſsimis (ſic nominantur huiuſmodi errores à Calendarij auctore, Canone 2.) pollueret, quando ipſa perſuaſa à Pontifice Gregorio xiij. falsò crederet, quod Aequinoctium vernum non medium, ſed verum, ſemper in 21. Martij ſedem ſuam fixam teneret. vnde futurum, vt Paſcha (ſicut infra demonſtrabitur) etſi iuxta Calendarij præſcriptionem obſeruetur, non tamen conueniente tempore celebretur. Hic ergo rurſus videte veſtri Calendarij certitudinem.*

HIS rurſus verbis clare teſtatur Mæſtlinus, noſtram æquationem vniformem, & æquabilem compenſare tarditatem, velocitatemque anticipationis Æquinoctii veri ſecundum annum inæqualem, & irregularem. Vt iam fruſtrà tam atrox bellum aduerſus Calendarium ſuſcepiſſe eum appareat. Nam etiamſi compenſatio hæc non fiat, niſi poſt centenos aliquot, aut etiam millenos annos, tamen tempore intermedio non multum à vero Æquinoctio recedet Eccleſia, vt propterea non dici poſſit ſe polluere peccatis abſurdiſſimis, (quibus quidem ipſe Mæſtlinus ſe polluit, cum hæc obiicit Eccleſiæ) quod à vero Æquinoctio aliquantulum diſcedat. Nunquam enim Pontifex GREGORIVS XIII. in Bulla Calendarii populo Chriſtiano perſuadere conatus eſt, verum Æquinoctium ſecundum Calendarii reſtitutionem in 21. Martii fixam ſemper ſedem tenere, ſed de medio tantum locutus eſt, vel potius de Æquinoctio anni medii, & æqualis, quod à vero non longe abeſſe poteſt, ſi æquatio annorum 400. adhibeatur; cum differentia non magna ſit, & vltra duos aut tres dies vix excreſcat; adeo vt poſt 20000. annos, & eo amplius, verum Æquinoctium adhuc in die 21. Martii, vel circa reperiatur, ex tabulis Prutenicis, ſi illa æquatio 400. annorum non intermittatur. Et verò ſi ante correctionem Calendarii Æquinoctium Eccleſiaſticum, quod 21. Martii fieri putabatur, à vero diſtabat 10. diebus, & tamen nemo, niſi impius eſſet, Eccleſiam propterea in Deum peccaſſe vnquam dixit: quis tam impudens erit, atque audax, præter vnum Mæſtlinum, vt Eccleſiam peccati reum faciat, ſi poſt reſtitutionem Calendarii Æquinoctium Eccleſiaſticum à vero interdum diſtet vno, aut altero ad ſummum die, præſertim cum per ſe nullo alio remedio adhibito, ad ſuam ſedem reuertatur?

Eccleſiam in Deũ non peccare, quod eius æquinoctiũ à vero diſtat interdum uno aut altero die cum vltrò ad diem 21. regrediatur: quẽadmodũ eadẽ nõ peccauit ante correctionẽ ſtatuẽdo illud die 21. quod die 11. fiebat.

QVOD verò attinet ad Paſcha non congruo tempore celebrandum, ſi Æquinoctium medium, non verum, ſequatur Eccleſia; reſpondeo, abſurdiſſimum peccatum fore, ſi quis dedita opera terminos Paſchales ita præſcriberet, vt Paſcha non legitimo tempore, & contra Patrum, Conciliorumq; decreta celebraretur, cum eoſdem aliter, & quidem aptius poſſet diſponere: at quando ex natura Cyclorum, qui mediis motibus potius debent, quam veris conuenire, interdum contingit, Paſcha non legitimo tempore celebrari, ita vt error hic vitari nequeat, niſi veri motus aſciſcantur, (quod fieri non oportere, Cap. 4. oſtenſum eſt) nullum peccatum cenſeri debet. Nullus etenim Cyclus tam perfectus, & omnibus numeris abſolutus eſſe poteſt, vt omnem errorem euitare queat, vt ſupra diximus, & clarius Cap. 5. lib. 2. exponemus. Vide ergo tu, Mæſtline, noſtri Calendarii certitudinem, quam videre nolles, quæ quidem tanta eſt, quantam per Cyclos, quibus neceſſario alligatur, habere poteſt, neque illam vnquam euertes, etiamſi omnes machinas adhibeas.

Quando peccatum ſit. Paſcha debito tẽpore nõ celebrare. & quãdo non-

SED videamus adhuc vnum locum noſtri aduerſarii, vbi iterum concedit, medium Æquinoctium, ſi æquatio 400. annorum adhibeatur, multis ſeculis poſſe habere ſedem fixam in certo aliquo die. Hic autem locus eſt ad calcem primi Capitis, vbi ita in Calendarium nouum, homo ridibundus, inuehitur. *Non minus ridiculum eſt, quod Calendarii huius auctores, quos Mathematicos eſſe conuenit, motum, ſeu anticipationem Aequinoctii veri, non aliter, quam vt motum medium computant. Sed quid quæſo in Aſtronomia abſurdius dici poteſt? cum omnis Aſtronomica ſcientia in eo potiſſimum conſiſtat, vt doceat, quam inæquales ſint motus veri, ſeu apparentes, & quantum à medijs differant. Quamobrem etſi media Aequinoctia hac tridui intra 400. annos omiſsione poſſent forſan multis ſæculis (non tamen omnibus, ſicut patet in mea Dialexi Cap, xi. Animaduerſione iij. ſecundi defectus Aſtronomici) habere ſedem propemodum fixam in vna certa die: Hoc tamen negotio non de Aequinoctio verno medio, quod incidit non in 21. ſed in 23. Martij, agitur. Hoc ergo cum auctores Calendarii non perpenderint; proſtituunt ſe egregiè deridendos, quod in ijs hallucinantur, quæ cuiuis ex Aſtronomiæ tyronibus nota eſſe conuenit. ſicut autem verum Aequinoctium à medio poteſt toto quatriduo recedere in antecedentia, quemadmodum ſupra dictum eſt de anno 1200. Eo enim anno verum prius fuit medio 4. diebus, quantum ſcilicet 19. dies à 23. diſtat: quod fieri ſolet, quoties vtraque proſthaphæreſis Aequinoctiorum, & anomaliæ Solis annuæ fuerit maxima, & addenda: Ita quando vtraq; futura eſt maxima, & ſubtrahenda, (ſi mundus tamdiu ſubſiſteret: quanquam nouum Calendarium de nouiſſimo aliquo die nihil nouit, alioqui non continuaret ſuos canones ad 40. mille annos poſt CHRISTVM natum) ibi tum idem verum Aequinoctium ſequetur poſt medium itidem quatriduo, & incidet in 27. diem Martii. Vbi hic eſt 21. Martii? Laudibus veſtris, vos Mathematici, videmini Calendarium veſtrum nimis alte ſupra aſtra eleuaſſe, adeo vt Aequinoctium eius vertigine correptum, hinc inde nutando, tandem ex ſedili ſuo, quod firmum fixiſtis ei in 21. Martii, delapſum ſit, & in illos alios dies deciderit. Succurrite ergo clienti veſtro, ne nimium errando vos omnino deludat, & pudefaciat ſicut iam ſtatim ſequitur. Addo enim & hoc, quod vos conſiderare velim. Hoc noſtro quidem ſeculo, dum apogæum Solis adhuc circa Solſtitium æſtiuum moratur, fit, vt proſthaphæreſis annuæ anomaliæ, quæ debetur motui eius die Aequinoctii verni, ſit non tantum addenda, ſed etiam prope maxima: Idcirco ipſum Aequinoctium vernum verum, propter proſthaphæreſim Aequinoctiorum aliàs addendam, aliàs ſubtrahendam, nutat à die 21. reciproce ad 19. & ad 23. Martii. Verum propter apogæi deſcenſum verſus Libram, fit, vt addenda hæc proſthaphæreſis paulatim attenuetur. donec tandem omnino annihiletur. At vbi apogæum Solis ſuperauerit Libræ priores partes; eadem proſthaphæreſis,*

Digitized by Google

ſtaphæreſis, quæ Aequinoctij verni diei cedit, augebitur denuò, ſed ſub titulo ſubtractionis, &c. Hinc neceſſario ſubſequetur, vt reciproca Aequinoctialis diei mutatio non amplius dependeat à 21. Martij, ſed tranſeat in diem 22. 23. 24. vſque in 25. eiuſdem, à ſingulis eorum ſimiliter biduo antè, & biduo poſt nutando. Itaque futurum erit, (loquor denuò ex ſententia noui Calendarij, quod nullum diem nouiſſimum habet) vt Aequinoctium vernum verum diem 21. Martij tandem penitus deſerat, adeo vt etiam nulla nutatione eum amplius attingere poßit. Fiet autem hoc circa annum CHRISTI 4700. Quanquam enim hoc idem Aequinoctium interea maiorem huius temporis partem conficiet extra diem 21. Martij, vagando per 20. 22. 23. 24. & 25. interdum tamen reciprocabitur rurſus etiam in 21. eiuſdem. Verùm vbi ad annum 4700. peruentum fuerit, reditus eius ad 21. Martij nullus vnquam amplius expectandus erit, donec 15000. anni poſt CHRISTVM fuerint completi. Conſiderate iterum, vos Mathematici, quàm PERPETVA, & FIXA ſit ſedes æquinoctij veſtri in 21. Martij. Videtis hic, quod ipſum per decem mille annos, & vltra, non inuenietur in 21. ſed vel in 22. 23. 24. 25. 26. vel etiam 27. die Martii. Et hoc quidem futurum eſt, adhuc eo tempore, quo Calendarium hoc nouum perfectiſſimam certitudinem ſibi pollicetur. Nam calculum hunc ego nondum tam procul extendi, quin Calendarii auctor ſuum calculum ad annos multo remotiores produxerit. Sic ergo, vos Calendarii noui defenſores, cernitis, quàm exquiſitū habeatis Calendarium, tale nimirum, quod velut præfractus & indomitus equus, nec procedere, nec retrocedere vult, immo quod in primo veſtibulo falſum deprehenditur, dum ad primam ſuam ſtationem, tanquam locum natiuum, redire nec vult, nec poteſt, in quo etiam pro 21. die omnes reliqui à 19. vſque ad 27. vobis inſimul obtruduntur, item in quo Aequinoctium vernum verum, vt plurimum, in aliis illis diebus, rarius autem, immo ſi integras reuolutiones dictarum anomaliarū ſpectetis, rariſſime in 21. die verſatur. Quid autem hæc in paſchali feſto turbent, patebit ex ſequentibus. Quare non amplius dubium vobis eſſe poteſt, quin ſciatis, vos non tantùm miſere eſſe deceptos, ſed etiam, ne ſoli ſitis miſeri, vos veſtris Conſiliis, & approbationibus, alios quoque, ad recipiendum hoc vitioſum Calendarium decepiſſe. Sed quid interim conſcientia veſtra? Reſpondete ſi poteſtis.

HIC enimvero Tubingenſis iſte Thraſo, aliquantò hilarior, quaſi parta victoria, in Calendarium debacchatur. In hac enim verboſa iactatione, ſi demas pauca illa verba, quibus affirmat, media Æquinoctia, tridui intra 400. annos omiſſione, poſſe forſan multis ſeculis habere ſedem propemodum fixam in vna certa die; quot, DEVS Bone, mendacia, quot vana & abſurda continentur? Primum enim, qui poteſt eſſe ridiculum, quòd Calendarii huius auctores anticipationem Æquinoctii, inſtar motus medii, computant: qua item ratione verum eſſe poteſt, hoc in negotio Calendarii non de Æquinoctio verno medio agi, cum plurimis argumentis Cap. 4. demonſtratum ſit, Eccleſiã in Paſchæ ſolennitate celebranda medios duntaxat motus, veris poſthabitis, adhibere? Quod cum auctores Calendarii perpenderint, videat aduerſarius, ne (quod ipſe de illis affirmat) ſe proſtituat egregiè deridendum, quòd in iis hallucinatur, quæ cuiuis ex computi Eccleſiaſtici tyronibus nota eſſe conuenit, nimirum medios motus, aut potius Cyclos ab Eccleſia vſurpari, veris motibus poſtpoſitis. Videat rurſum, ne ſe ridiculum, & temerarium præbeat, cum homo nullius pretii, atque conſilii, leges Eccleſiæ imponere audeat, eamque de diuturna conſuetudine, poſſeſſioneque Cyclorum, aut mediorum motuum, temere velit deijcere, verisque aſtringere motibus: præſertim cum is ipſe aſſerat, vt ſupra oſtendimus, ſubtilitates Aſtronomicas in rei veritate nihil conducere ad annum Politicum, & Patres Concilii Nicæni nihil de his ſubtilitatibus monuiſſe. In quo quidem, ſi mentiri in animum induxerat, mendacem (quod prouerbio fertur) memorem eſſe oportuit.

Ridiculum nõ eſſe, ſed neceſſariũ, vt æquinoctiũ mediũ in Calẽdario conſideretur, non autẽ verũ.

Mæſtlinũ temere velle Eccleſiam veris motibus aſtringere.

Mæſtlinũ falſò affirmare, æquinoctiũ mediũ fieri die 23. Martii, poſſeque quatriduo abeſſe à vero.

DEINDE non video, ex qua Aſtronomia didicerit Ptolomæus iſte Tubingenſis, medium Æquinoctium in 23. Martii incidere, atque verum ab eo poſſe toto quatriduo interdum diſtare. Nam ſi differentia inter verum, & medium Æquinoctium eſt tempus æquationi præceſſionis Æquinoctiorum reſpondens, æquatio autem hæc ex tabulis Prutenicis, nunquam excedat Gradum 1. Min. 11. Sec. 22½. non poterit vtique vnum ab altero abeſſe per diem 1½. vt pluribus ſuperiore Cap. tradidimus. Quare cum hoc tempore verum Æquinoctium fiat die 21. Martii, immo Mæſtlino ipſo auctore, aſcendat ad diem 20. non poterit medium Æquinoctium in diem 23. incidere, ſed neceſſario ante eum diem fiet. Præterea anno 1653. qui non longe admodum abeſt ab hoc tempore correctionis, cum anomalia præceſſionis Æquinoctiorum denuò ſuam periodum incipiet, æquatio præceſſionis Æquinoctiorum nulla erit, atque idcirco ambo Æquinoctia ſimul accident die 20. Martii poſt med. noct. vt proximo cap. diximus. Vbi hic latet dies 23. pro Æquinoctio medio? Sunt ne dies 20. & 21. iidem qui dies 23? Ego profecto ex ea Arithmetica, quæ mihi diſcenda fuit, (ita enim nobiſcum tu iocaris) in hiſce tribus diebus vnum eundemque agnoſcere non poſſum. Quod ſi tibi fuerit noua Arithmetica, quæſo communica eam etiam cum aliis, ne tu vnus ſapere videare.

Quantum abeſſe poſſit medium æquinoctiũ à vero.

Mæſtlinũ temere cõtendere, æquinoctiũ deuolui poſſe ad 27. Martii.

IAM Æquinoctium verum aliquando prolapſurum eſſe ad diem 27. vſq; Martii, vt tu cauillaris, propterea quod apogæo Solis in Libra conſtituto, æquatio præceſſionis Æquinoctiorum ſubtrahenda eſt, ego nondum cognoſcere potui, ne ex multorum quidem millium annorum calculo, vt ex proximo Cap. liquet. Quid enim? An non apogæum Solis anno 6004. in grad. 20. Libræ verſabitur, & tamen Æquinoctium limites diei 23. non tranſgredietur? Sanè dies 23. & 27. multum inter ſe differunt. Nonne etiam anno 10020. Æquinoctium paulo poſt 23. diem continget, apogæo Solis in grad. 10. Sagitarii commorante? Sed fac, Æquinoctium poſt 4700. vſque ad 15000. annum deſerere omnino diem 21. Martii, & ad finem menſis delabi, (quod contendis) nunquid poſt annum illum 15000. te etiam auctore, ad 21. non reuertetur? Quod ſi durum tibi videtur, Eccleſiam toto eo tempore, quod inter annos 4700. & 15000. intercedit, à vero Æquinoctio aberrare, memento eam ante nouum Calendarium totos 10. dies, & quidem circa hominum offenſionem, ab Æquinoctio abfuiſſe, vt mirandum propterea non ſit, ſi interdum poſt Calendarii correctionem ab eodem diſtet duobus aut tribus ad ſummum diebus: quod quidem ob inæqualem Æquinoctii progreſſionem accidit, ſi tabulæ Prutenicæ verum docent: quanquam

Cur abſurdum nõ ſit, Eccleſiam interdum à vero æquinoctio aberrare poſt correctionem.

Digitized by Google

ab hoc etiam errore, ſi ita viſum fuerit, facile liberare ſe poſſit Eccleſia, ſi præcipiat dies aliquot intercalares extra ordinem vni anno adiici, vt ſupra monuimus: quod tamen neceſſarium non eſt, quandoquidem ſuapte natura Æquinoctium poſt aliquod temporis interuallum ad 21. Martii recurrit. Id quod ante correctionem non contingebat.

Mæſtlini ſcurrilis irriſio de die nouiſſimo noſtri Calẽdarii,

NAM quod loquacitate pluſquam ſcurrili Mæſtlinus temere effutit hoc loco, & alibi quoque ad nauſeam vſque inculcat, nouum Calendarium de nouiſſimo aliquo die nihil noſſe propterea quod in eo calculus ad 40. mille annos poſt CHRISTVM natum extenſus eſt; quis non videt meras eſſe nugas, & non tam ad Calendarium euertendum prolatum ab eo eſſe, quàm vt haberet, quod diceret; cum nouum Calendarium non propter nouiſſimum diem, ſed ob Calendarii perpetuitatem, plures annos, & ætates in examen adducat? Certe omnes Aſtronomi tabulas ſuas multis annorum millibus accommodare docent, & tamen nemo propterea vnquam dixit, illos de extremo die mundi nihil credere. Quod ſi Mæſtlinus putat, auctorem Calendarii noui nullum diem nouiſſimum habere, propterea quod ad plures annos calculum ſuum extendit, non licebit vtique per illum cuiquam calculum vllum ad 1000. annos, immo neque ad 100. aut etiam pauciores extrahere, cum nemo tot annos ad nouiſſimum vſque diem ſupereſſe, certò audeat affirmare. Sed videat homo religioſus, ac timidus, cuius ſcilicet aures, ſicut olim B. Hieronymi, horribilis illa extremi iudicii tuba circumſonat, ne in tanta re nimium procaciter iocari videatur, qui haud ſcio, an tam multis, tamque abſurdis mendaciis fidelium aures onerare, pacemque Eccleſiæ perturbare conatus eſſet, ſi in nouiſſimo illo die, etiam de otioſis verbis reddendam eſſe DEO rationem crederet.

Matth. 12.

NEC verò nos, Mæſtline, (quod tu inſimulas) Calendarium in aſtra tollimus, vt periculum ſit, ne Æquinoctium eius, vertigine correptum (vti tu non ſine aliqua fortaſſis vertigine capitis iocaris) hinc inde nutando, tandem ex ſedili ſuo, quod firmum fiximus ei in 21. Martii delabatur; ſed modicis, veriſque laudibus id ornamus, cum in eo ita Æquinoctium diei 21. Martii affixum ſit, vt hoc tempore, & futuris etiam ſeculis quamplurimis, ab eo nutet reciproce (vt tuo vtar teſtimonio) ad 19. & ad 23. vſque Martii diem: adeo vt dies 21. Martii ex hac obſeruatione ſit medius terminus inter 19. & 23. Martii, ac proinde meritò retinendus, vt immobilis, in computo Eccleſiaſtico, in quo non motus inæquales, ſed æquales potiſſimum conſiderari debent, vt ex ſuperioribus conſtat. Vide igitur, ne accerſendi tibi ſint, qui tuæ potius, quàm Calendarii vertigini ſuccurrant.

Calẽdariũ nouũ meritò laudari cũ ſtatuat æquinoctiũ in 21. die Martii, qui inter 19. & 23. ad quos vſq; excurrere poteſt, medius eſt.

NOS quidem Calendarii noui defenſores, quàm exquiſitum habeamus Calendarium, non pœnitet, tale nimirum, vt veluti domitus ac mitis equus, vtcunque res poſtulat, nullo negotio tum procedat, tum progrediatur. Nam Æquinoctium ſecundum mediam anni magnitudinem in ſede ſua, quam ei in 21. Martii aſſignauimus, ita conſeruat, atque cuſtodit, vt multis annorum ſeculis in medio Æquinoctii veri huc atque illuc, per Prutenicas tabulas, liberè euagantis conſiſtat. Quo quid amplius in computo Eccleſiaſtico deſiderari poteſt? Nam conſeruationem hanc medii Æquinoctii nihil in Paſchali feſto turbare, poſterius oſtendemus. Quare (tuis te alloquor verbis) non amplius dubium tibi eſſe poteſt, (ſi quid in te reſidet ſanitatis) quin videas, te non tantum miſere eſſe deceptum in laudabili hoc opere Calendarii oppugnando, ſed etiam, ne ſolus ſis miſer, te tuis prauis Conſiliis, & improbationibus alios quoque à recipiendo hoc emendato Calendario temere, & inique dehortari. Sed quid interim conſcientia tua? Depone, depone odium illud inueteratum in Pontificem Romanum, Calendariumque nouum cum vniuerſo orbe Catholico amplectere. Experieris enim, ſi rem ſine amore, ſine odio, & ſine inuidia iudicare voles, Calendarium Pontificis non eſſe tam vitioſum, quàm tibi perſuades, ſed nihilominus decoris laudatoribus, quàm vituperatoribus dedecoris afferre.

Solutio 4. argumenti Mæſtlini,

AD quartum quoque argumentum, quo Mæſtlinus Æquationem noſtram præteritis annis non congruere, conatur oſtendere, facile ex iis, quæ dicta ſunt, reſponderi poteſt. Quanquam enim calculus Aſtronomicus rite inſtitutus ad ſuperiora etiam tempora poſſit extendi, non tamen propterea æquatio noſtra quadringenteſimo quoque anno adhibenda in omnes annos præteritos ad amuſſim quadrare poteſt, ſicut neque in futuros, vt in ſolutione proximi argumenti diximus, Noſtra enim æquatio, cum ſit vniformis, & æqualis, progreſſio autem, & regreſſio Æquinoctii inæqualis, propter inæqualem Solaris anni magnitudinem, neque in præteritos annos retracta, neque in futuros extenſa, penitus cæleſtibus motibus conuenire poteſt, vt ſuperiori Cap. declarauimus. Satis eſt, vt æquatio Æquinoctium non longe à vero Æquinoctio exhibeat, ſiue præteritis ea annis accommodetur, ſiue futuris; ita tamen, vt nonnunquam cum præteritis, futuriſque annis conſentiat: id quod æquatio Calendarii noui omnino præſtat. Nam mirifice ea temporibus Ptolomæi reſpondet, qui circa annum Domini 130. floruit, cum exhibeat tunc Æquinoctium vernum die 22. Martii propter 11. dies, qui ablati fuiſſent vſque ad correctionis annum in annis 200. 300. 500. 600. 700. 900. 1000. 1100. 1300. 1400. 1500. (reliqui enim anni centeſimi 400. 800. 1200. biſſextiles permanſiſſent) ſi tunc æquatio noſtra fuiſſet in vſu: quo quidem die fere Ptolomæus id fieri obſeruauit. Ruſus eadem æquatio exquiſitiſſime Æquinoctium nonnullis annis futuris in die 21. Martii conſeruat, nimirum circa annos Domini 1653. 2080. 2296. 2512. 2724. 3156. 3368. 15004. quibus temporibus Æquinoctium circa diem 21. Martii contingere ſuperiore Cap. planum fecimus.

Aequationẽ noui Calẽdarii exquiſite reſpondere nonnullis annis præteritis, ac futuris,

RECTE igitur æquatio noſtra & præteritis, & futuris annis congruere dicenda eſt, cum eius Æquinoctium in medio quodammodo progreſſus, regreſſuſque veri Æquinoctii exiſtat, hoc eſt, modo ante verum, modo poſt, modo denique vna cum eo contingat, inſtar mediorum Nouiluniorum cum veris Nouiluniis collatorum. Quæ cum ita ſint, mirum non eſt, Æquinoctium anni 1200. quem aduerſarius loco exempli ponit, ſi noſtra æquatio adhibeatur, non omni ex parte cum vero Æquinoctio conuenire. Fieri enim non poteſt, vt æquatio vniformis, & æquabilis, quæcunque illa ſit, motui vero plane reſpondeat, vt ſuperiori Cap. explicatum eſt. Quanquam ſi rem paulo attentius volemus conſiderare, reperiemus, eo anno noſtrum Æquinoctium à vero parũ diſtare. Nam verum Æquinoctium incidit tunc,

vt tabu-

Digitized by Google

vt tabulæ Prutenicæ docent, in 12. diem Martii hor. 6. poſt mer. ita vt non immeritò diei 13. adſcribi poſſit. Quare ſi vſus emendati Calendarii eo tempore extitiſſet, dies 13. fuiſſet 20. propterea quod illorum 10. dierum anno 1582. omiſſorum tres poſteriores cedunt tribus centeſimis annis inter annum 1200. & 1600. Mirum autem non eſt, neque nouum apud Aſtronomos, Æquinoctium in anno biſſextili, qualis fuit annus 1200. cadere in 20. diem Martii, ſi in anno communi in 21. incidit; cum Æquinoctium, propter annos biſſextiles, & communes, duos dies depoſcat, vt ſupra diximus.

Solutio 5. argumẽti Mæſtlini.

EODEM ferè modo quintum & poſtremum Mæſtlini argumentum refellitur, quo oſtendit, æquationem noſtram temporibus Concilii Nicæni non congruere, eo quod ea, vt ait, ad annos præteritos retracta indicet, Æquinoctium temporibus Nicæni Concilii factum eſſe die 20. Martii, non autem 21. vt aſſerimus: quippe cum dies tantum 9. ad id vſque tempus elidendi fuiſſent annis 1500. 1400. 1300. 1100. 1000. 900. 700. 600. 500. reliquis centeſimis annis 1200. 800. 400. biſſextilibus manentibus. Reſpondemus enim, vt ſupra reſpondimus, æquationem noſtram æquabilem, ac regularem non poſſe quibuſque annis ſiue præteritis, ſiue futuris ad vnguem conuenire, propter motum Æquinoctii irregularem: ſed ſatis eſſe, vt aliquibus reſpondeat, in aliis autem exhibeat Æquinoctium parum à vero diſtans, vt paulo ante explicauimus.

Aequatiõ noui Calẽdarii cur nonnullis annis præteritis, & futuris pauciores dies, quam res exigit offerat eximẽdos, nõnullis autẽ plures.

QVOD autem noſtra æquatio pauciores interdum dies, quàm oporteat, elidendos offerat, ſi retroactis annis adhibeatur, mirum videri non debet, cum medio ferè tempore inter Ortum CHRISTI Domini, & annum correctionis 1582. anno videlicet circiter 880. quo Albategnius vixit, anni magnitudo fuerit omnium minima, ac proinde anticipatio Æquinoctii velociſſima. Hinc enim efficitur, vt paucioribus annis, quàm 134. hoc eſt, crebrius, quàm æquabilis, ac vniformis noſtra æquatio requirit, propter minimam illam anni magnitudinem, omittendus tunc fuiſſet dies intercalaris: quemadmodum annis proxime futuris, quia annus ferè maximus eſt, rarius omittendus eſſet, ſi æquatio prorſus vero motui deberet reſpondere. Quod quia non fit, propter æquationem noſtram, quam ſtatuimus æqualem ſemper, & vniformem, conſequens eſt neceſſario, vt propter nimis crebram diei intercalaris exemptionem annis 1700. 1800. 1900. faciendam, Æquinoctium à 21. Martii verſus finem menſis prolabatur aliquantum, vt ſupra oſtendimus.

Aequatio noui Calẽdarii quo pacto ad tẽpora Cõcilii Nicanę retracta exhibeat 10. dies eximendos.

PORRO neque omnino verum eſt, quod Mæſtlinus ait, Æquinoctium, ſi noſtra æquatio præteritis annis accommodetur, cadere in 20. diem Martii, tempore Concilii Nicæni. Nam ſi æquatio noſtra recte reuocetur ad annos anteactos, inueniemus dies 10. eximendos offerri vſque ad tempora Concilii Nicæni. Nam anno 300. à quo parum annus illius Concilii abfuit, eximendus fuiſſet quoque dies vnus, ſi tunc æquatio hæc in vſu fuiſſet; ac proinde Æquinoctium exhiberetur circa illud tempus die 21. Martii: adeo vt non ſolum annis, quibus Ptolomæus vixit, ſed temporibus etiam Nicæni Concilii, quod non multo poſt Ptolomæi tempora celebratum eſt, noſtra congruat æquatio. Malitioſe igitur Mæſtlinus, aut certe, quod ipſe minime videri vult, imperitè fecit, cum æquationem noſtram ad annum duntaxat 500. retraxit, cum eam ad annũ 300. retrahere debuiſſet, qui propior fuit illi Concilio, quàm annus 500.

QVOD ſi vrgeat aduerſarius, quamuis æquatio ad retroacta tempora reducta eximat 10. dies vſq; ad annum 300. incluſiue, qui vicinus fuit Concilio Nicæno, tamen ſi eadem æquatio à tempore Concilii incepiſſet, & ad noſtra vſque tempora eſſet producta, eximeret duntaxat 9. dies, vt ipſe in argumento ſumebat: Occurrendum eſt, hoc non eſſe abſurdum, propter cauſam paulo ante allatam, quia nimirum tempore interiecto annus fuit minimus. Dici quoque poteſt, tunc omittendum fuiſſe diem intercalarem anno 400. eo quod procul à Concilio, nimirum annis circiter 80. abfuerit, vt Æquinoctium in ſua ſede detineretur: atque idcirco vſque ad annum 1600. incluſiue eximi oportuiſſe dies 10. in hiſce centeſimis 400. 500. 600. 800. 900. 1000. 1200. 1300. 1400. 1600. manente quarto quoque centeſimo, quales fuiſſent, 700. 1100. 1500. biſſextili.

Neceſſariã fuiſſe, 10. dierũ exẽptionẽ, vt æquinoctiũ ex die 11. in 21. reſtitueretur ſiue æquatio 10. dies prabeat eximẽdos vſq; ad Cõciliũ Nicanum, ſiue non.

SED vtut eſt, ſiue noſtra æquatio anno Concilii Nicæni reſpondeat omnino ſiue non, certum apud nos ſit, & ratum, 10. dies omnino eximendos fuiſſe, vt Æquinoctium ex die 11. Martii, ad quem progreſſum fuerat, ad 21. reuocaretur: quemadmodum ſi ad diem 25. Incarnationis Dominicæ (quod non pauci optabant) reuocandum fuiſſet, eximi oportuiſſet dies 14. (tametſi ab Incarnatione Domini ad noſtra vſque tempora Æquinoctium non tot diebus ſedem ſuam anteuerterit, quippe cum ex obſeruationibus Ptolomæi liquidò conſtet tempore incarnationis VERBI DEI Æquinoctium in 23. diem Martii incidiſſe.

Reſponſio generalis ad oĩa argumẽta, quæ cõtra æquationẽ Calendarii noui afferri poſſunt.

ATQVE hæc dicta ſint aduerſus argumenta Mæſtlini, quæ contra æquationem anni Solaris in nouo Calendario præſcriptam malitioſe, ac veteratorie excogitauit. Ad quæ tamen, & ad omnia alia, quæcunque afferri poſſunt, reſpondere licebit, ſi dicamus, cuncta illius argumenta ſumi ex vero motu, eoque ex tabulis Prutenicis deprompto, qui valde inæqualis eſt, ac irregularis, & nulli Cyclo accommodari poteſt. Æquationem autem noſtram niti motu medio, qui æqualis eſt, & magnitudine anni medii, qui regularis quoque & æquabilis eſt. Itaque ſtabilitate ſua, & æqualitate belle, atque concinne compenſat veri Æquinoctii progreſſionem, regreſſionemque inæqualem, atque irregularem, ad plurima annorum millia; vt nunquam Æquinoctium huiuſce æquationis à vero longius, quam duobus ad ſummum diebus, aut paulo amplius, recedat, modo illud anteuertend o, modo ſubſequendo: quod quidem ſatis eſt ad Paſcha rite celebrandum ex Decreto Eccleſiæ, quæ in temporum ſupputatione motus medios, ac regulares, aut potius Cyclos, veris inæquabilibuſq; motibus curioſitati, ac diligentiæ Aſtronomorum relictis, ex antiquiſſima conſuetudine adhibet, atque conſiderat.

QVOD ſi fortè longo temporis interuallo acciderit, (quod fieri poſſe, ingenue fatemur, propter Aſtronomicarum tabularum inconſtantiam) Æquinoctium noui Calendarii plus æquo à vero diſceſſiſſe, reſtituendum erit verum, vt ſæpe dictum eſt, ad diem 21. Martii, per intercalationem vel intercalationis omiſſionem extra ordinem adhibendam, & deinceps vel eadem æquandi formula, quæ prius, retinenda; vel certe alia illi tempori aptior, ex Aſtronomorum ſententia, præſcribenda; ita tamen vt in Ca-

Digitized by Google

lendario, quod ad Epactarum diſpoſitionem attinet, nulla mutatio fiat. Qua ratione, etſi Æquinoctium aliquando reſtitutione egeat, aut æquationis ratio mutanda ſit, Calendarium tamen ipſum in Bulla Pontificis perpetuum appellatur, atque eiuſmodi, quod ad quamcunque anni magnitudinem, per interruptam, aut variatam æquationem accommodari poſſit, cum ipſum interim cum Epactis intactum, atque ſtabile, immutabileque prorſus permaneat, vt planius libro vndecimo in æquatione Lunæ explicabitur.

Calēdariū nouum cur perpetuum dicatur à Pontifice.

Nullū Calendarium alio modo conſtrui poſſe, quam quo Gregorianū eſt conſtructū, quod ſit perfectum, perpetuūq; aut diuturnum.

QVOCIRCA, quod tandem argumentum excogitari poterit, quod aduerſus Calendarium eo, quo dictum eſt, modo perpetuum vim vllam habeat? Quanquam enim æquatio Solaris anni longo tempore Æquinoctium in 21. die non ita conſeruet, vt emendatione non indigeat, non tamen propterea Calendarium vitioſum exiſtimari debet, aut imperfectum, cum nulla re in eo mutata, Æquinoctium nullo negotio, per æquationem aliquo modo variatam, ſi ita viſum fuerit, emendari poſſit. Atque alio certe modo, quam dictum eſt, nullum Calendarium conſtrui poteſt, quod aut perpetuum ſit, aut diuturnum, quippe cum omnia, quæ Aſtronomi de anni Solaris magnitudine, & inæqualitate ſubtiliter, & acute tradiderunt, incerta ſint, ac dubia: vt de nulla eius æquatione, ſiue ea ad motum medium, ſiue ad verum inſtituatur, conſtantem, aut perpetuam, diuturnamue nobis veritatem poſſimus polliceri.

Quid requiratur vt Calendarium aliquod abſolutum, & diuturnum dici poſſit.

Mæſtlinū, ſi voluiſſet, ex compēdio reſtitutionis Calendarii potuiſſe eius perfectionē intelligere.

QVOD ſi æquatio aliqua Solaris anni, cum Cyclo Lunari per dies Calendarii diſpoſito, eo artificio inſtituatur, vt nihil vnquam in Calendario ſit innouandum, etſi error aliquis in Æquinoctio in ſede conſtituta conſeruando deprehendatur, ita vt æquationem anni Solaris oporteat mutari ea ratione, quam ſupra tradidimus: tum demum Calendarium ipſum perfectum, abſolutumque recte, ac meritò cenſeri poſſit. Cuiuſmodi eſt Calendarium nouum à GREGORIO XIII. P. M. anno 1582. diuulgatum, vt partim ex iis, quæ dicta ſunt, liquet, partim verò, & multo quidem euidentius ex iis, quæ dicentur, apparebit. Hæc ſi ſyncero, tranquilloque animo Mæſtlinus perpendiſſet, profecto non tot verba, & maledicta in nouum Calendarium tam temere euomuiſſet. Et verò nullo negotio, ſi ſumma in Pontificem Romanum maleuolentia, & liuore non fuiſſet impeditus, poterat omnia hæc ex Compendio reſtitutionis Calendarii ad Chriſtianos Principes miſſo intelligere, vbi apertiſſime declaratur, Cyclum Epactarum ad quamcunque anni magnitudinem accommodari poſſe, adeo vt eo in Calendario deſcripto, intercalationiſque ratione quadringenteſimo quoque anno, vt diximus, & eius etiam cycli æquatione, de qua infra diſſeremus, adhibita, ita in poſterum anni atque menſes conſenſuri ſint cum Solis, ac Lunæ ratione, vt nulla deinceps varietas, aut diſſenſio, quæ alicuius momenti ſit, poſſit exiſtere. Quod ſi quando acciderit, vt diſcrepantia aliqua oriatur, poſſe omnia facillima ratione in ſuum ſtatum reſtitui, idem Compendium luculenter teſtatur. Eam namque ob cauſam in eo duplex tabella æquationis Epactarum conſtructa eſt, vna anno Alphonſino, qui medius eſt, & æqualis, congruens, altera reſpondens anno Copernici inæquali, atque irregulari: vt nemo iure nobis poſſit obiicere, nos non præuidiſſe, quæ contra Calendarium opponi poſſent, aut non intellexiſſe, quatenus id poſſit dici perpetuum, & nulli vnquam mutationi obnoxium.

SED de Calendarii defenſione, quod ad æquinoctium ſpectat, ſatis; ſupereſt, vt Epactas quoque, literas Dominicales, & feſta mobilia eiuſdem Calendarii, aduerſus eundem Tubingenſem Mathematicum defendamus.

LIBRI PRIMI FINIS.

APOLO-

Digitized by Google

APOLOGIÆ CALENDARII NOVI

ADVERSVS MICHAELEM MÆSTLINVM Mathematicum Tubingenſem.

LIBER SECVNDVS.

QVO PACTO CYCLVS DECENNOVENNALIS annos 19. Solares exæquet.

CAPVT I.

EXPEDITIS ſuperiore libro ijs, quæ ad Æquinoctium ſpectant, reſtat vt hoc altero libro de Nouiluniis, pleniluniisque, ex vſu conſuetudineque Eccleſiæ agamus, omniaque aduerſarii argumenta, quibus & Nouilunia, Quartaſdecimas Paſchales, & Cyclum literarum Dominicalium oppugnat, diluamus. Primum igitur, vt qua ratione Cyclus decennouennalis numeri annis 19. Solaribus congruat, aperiamus; Annus Lunaris, quemadmodum de Solari Cap. v. proximi libri diximus: duplex eſt Ciuilis vnus vel politicus, Aſtronomicus alter. Ciuilis ex diebus integris conſtat, & eſt duplex: Communis, atque Emboliſmicus. Communis, continet dies modo 354. modo (quod rarò euenit) 353. quorum ille plenus, hic cauus, ſeu deficiens appellari ſolet, atque vterque 12. Lunationes comprehendit. Emboliſmicus autem continet plerumque dies 384. interdum vero (ſed rarius) 383. Et prior quidem plenus, poſterior vero cauus eodem modo dicitur, atq; vterque 13. Lunationibus continetur. Neque aliter Lunaris annus Ciuilis, quam per integros dies in Calendario diſponi poteſt, aut ſupputari, quemadmodum neque Solaris; cuius rei rationem abunde Cap. v. ſuperioris libri reddidimus. Eadem enim ratio anni Solaris in Lunarem conuenit.

Annus Lunaris ciuilis quid, quotuplex, & quantus.

ANNVS Lunaris Aſtronomicus medius, æqualisue (de vero namque, quod admodum inæqualis ſit, ac varius, & ad Aſtronomos pertineat, nihil hoc loco dicendum eſt) præter dies integros complectitur horas aliquot, horarumque fragmenta. Vt annus communis 12. Lunationum continet dies 354. Hor. 8. Min. 48. Sec. 38. Ter. 12. ferè: Emboliſmicus verò 13. Lunationum Dies circiter 383. Hor. 21. Min. 32. Sec. 41. Ter. 23. Vna enim Lunatio, ſiue menſis Lunaris, ſecundum medium curſum, hoc eſt, interuallū temporis ab vno Nouilunio medio ad aliud complectitur Dies 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. fermè, ex tabulis Prutenicis, quæ hodie certiores habentur. Quæ Lunaris menſis magnitudo parum ab ea diſtat, quam Ptolomæus, & Nicolaus Copernicus nobis tradiderunt; & quæ in Alphonſinis tabulis deſcribitur: vt vehementer mirer, vbi Computiſtæ inuenerint vnius menſis Lunaris magnitudinem Dierum 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 3. cum eam omnes Aſtronomi ſtatuant maiorem. Ex magnitudine menſis Lunaris à nobis conſtituta ſequitur, dimidiatum menſem Lunarem comprehendere Dies 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 1. Ter. 36. Quartam verò eiuſdem menſis Lunaris partem. Dies 7. Hor. 9. Min. 11. Sec. 0. Ter. 48. Etſi autem numeratio iſta menſis Lunaris per dies, horas, horarumque fragmenta, in Calendario, quod dies ſolum integros continet, deſcribi non poteſt, eius tamen cognitio perneceſſaria eſt, vt menſes Lunares ciuiles, ſiue Politici ita inſtituantur, vt cum anno Solari poſſint congruere. Quod qua ratione per Cyclum decennouennalem fiat, hoc loco explicandum eſt.

Annus Lunaris Aſtronomicus quid & quātus.

Mēſis Lunaris magnitudo ſecundū motū mediū.

Mēſis Lunaris magnitudo ſecundū Cōputiſtas, iuſto maior.

Lunaris mēſis ciuilis magnitudo.

ITAQVE in Cyclo decennouennali, conſtituitur menſis Lunaris Ciuilis, Dierum 29. Hor. 12. duntaxat, omiſſis horarum fragmentis. Et quoniam in Calendario horæ deſcribi non poſſunt; diſponuntur numeri Cycli decennouennalis ad Nouilunia inquirenda eo artificio, vt Lunationes alternis contineant dies 30. & 29. Ita enim fit, vt 12. horas, quæ antecedenti Lunationi plus æquo tribuuntur, inſequens Lunatio auferat, duæque Lunationes complectantur dies 59. duodecim verò Lunationes dies 354. qui annum Lunarem ciuilem conſtituunt; atque idcirco annus Lunaris ciuilis communis differat 11. diebus ab anno Solari communi dierum 365. Ex quo efficitur, vt Nouilunia inſequentis anni contingant plerunque 11. diebus prius, quàm Nouilunia anni ſuperioris; ita vt ſi v. g. Nouilunium aliquod fit die 29. alicuius menſis hoc anno, idem anno inſequenti futurum ſit die 18. eiuſdem menſis; anno tertio, die 7. atque ita deinceps, donec 19. anni compleantur, poſt quos Nouilunium illud iterum in diem 29. incidet: propterea quod omnes menſes Lunares in 19. annis Solaribus comprehenſi tot dies, atque horas ferè complectuntur, ex quot anni 19. Solares conſtituuntur. Nam anni 19. Solares (ſi tribuas

Lunatiōes in Calēdario cur ſint alternis dierū. 30. & 29.

Nouilunia cur quolibet ano: cōtingāt plerūq; 11 diebus prius, quā proxime antecedēte anno.

Anni 19. Solares quot dies cõtineant. In 19 annis ſolarib. fiũt Lunatiões mediæ 235. Quãta ſit differentia inter dies annorũ 19. Solariũ, & dies Lunationũ 235. mediarũ. Quãta ſit anticipatio mediarum Lunationũ in 19. annis, & quanta in 76. Lunatiões mediæ anticipant vnũ diem in annis 312, & dimidio.

cuilibet, ex Iulii Cæſaris inſtitutione, dies 365. hor. 6.) continent dies 6939. hor. 18. in quibus conficiuntur Lunationes 235. & aliquid amplius, ſecundum curſum Lunæ medium; totidemque Lunationes ciuiles in iiſdem annis 19. Solaribus includuntur. Lunationes namque 235. mediæ exigunt Dies 6939. & horas inſuper 16. duntaxat, Min. 32. Sec. 28. Ter. 5. ita vt anni 19. Solares ſuperent 235. Lunationes medias Hora. 1. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. Quò fit, vt Nouilunia media, tranſactis 19. annis Solaribus, contingant quidem eiſdem diebus menſium, quibus ante annos 19. fiebant, non autem eiſdem prorſus horis, ſed aliquanto prius, ea nimirum, quam diximus, ſeruata exceſſus ratione. Tantulum eſt temporis ſpatium, quo Luna ſedes ſibi in Calendario conſtitutas, in 19. annis anteuertit. Ex quo fit, vt in 76. annis, hoc eſt, in 4. Cyclis decennouennalibus eaſdem ſedes Luna anticipet Hor. 5. Min. 50. Sec. 7. Ter. 40. ac tandem in annis 312½. die fermè toto. Hinc factum eſt, vt Nouilunia à Concilio Nicæno ad noſtram vſque ætatem quatriduo, & eo amplius, ad menſium initia ſint progreſſa.

In 19. ãnis Solaribus cõtinentur 235. Lunationes ciuiles.

CONTINERI autem in 19. annis Solaribus Lunationes ciuiles 235. ita planum faciemus. Quoniam in anno quolibet exiſtunt 12. Lunationes dierum 30. & 29. alternæ, quæ conſtituunt dies 354. habebuntur in 19. annis Lunationes 228. & inſuper dies 209. conflati ex 11. diebus, quibus Solaris annus Lunarem, vt ſupra diximus, ſuperat. Ex his 209. diebus conſtituuntur 7. Lunationes extraordinariæ, quæ Emboliſmicæ dicuntur, ſex quidem dierum 30. ſingulæ, & vna dierum 29. vt infra dicemus. Atque hæ ſeptem Lunationes extraordinariæ illis 228. adiectæ conficiunt numerum 235. Lunationum. Rectè ergo Cyclus Lunæ comprehendere dicitur annos Solares 19. cum in hoc ſpatio temporis compleantur 235. Lunationes, quot nimirum in eodem interuallo ſecundum medium Lunæ curſum fieri poſſunt, niſi quod manet illa differentia, quam diximus, Horæ 1. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. Sed doceamus paulo accuratius, quo pacto Lunationes 235. Ciuiles annis 19. Solaribus comprehenſæ expleant tempus totidem Lunationum Aſtronomicarum ſecundum motum medium. Nam cum in Ciuilibus omittantur horarum fragmenta, nimirum Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. vnius horæ in qualibet Lunatione, non videntur Aſtronomicis Lunationibus Ciuiles æquari poſſe. Veruntamen fragmenta illa relicta belliſſime compenſari per dies biſſextiles, & ſeptem Lunationes extraordinarias, hinc cognoſces.

Quo pacto 235. Lunationes ciuiles in 19. ãnis Solarib. contẽta expleãt tẽpus totidẽ Lunationũ mediarũ, etſi in qualibet omittantur Min. 44. Sec. 3. Ter. 11.

LVNATIONES ciuiles 235. ſi cuilibet tribuantur dies 29½. hoc eſt, ſi eas alternis conſtituamus dierum 30. & 29. (quod Cyclum poſtulare diximus,) conficiunt Dies 6932. & Horas 12. Totidem verò Lunationes Aſtronomicæ mediæ complectuntur Dies 6939. Horas 16. Min. 32. Sec. 28. Ter. 5. Ad explendum ergo hoc tempus, deſunt Lunationibus 235. Ciuilibus dies 7. & horæ 4½. & paulo amplius: qui defectus ita ſuppletur. In toto Cyclo decennouennali, præter dies integros annorum Solarium, ſuperſunt horæ 114. collectæ ex 6. horis quolibet anno omiſſis, quæ conſtituunt dies 4. intercalares. & horas 18. Dies ergo 4. in 4. annis biſſextilibus tribuuntur quatuor Lunationibus Februarii 29. dierum, vt contineant dies 30. Auctæ igitur iam ſunt Lunationes ciuiles quatuor diebus, ſic vt deſint ſolummodo dies 3. & horæ 4½. & paulo amplius: quem defectum ita quoque ſupplemus. Quoniam ex 7. Lunationibus Emboliſmicis, ſiue extraordinariis, prioribus ſex tribuimus tres dies cum ſingulas conſtituerimus dierum 30. ita vt omnes ſex ſuperent ſex Lunationes ordinarias dierum 29½. ſexies duodecim horis, hoc eſt, tribus diebus; deerunt nobis iam horæ duntaxat 4½. & paulo amplius: Immo quia Lunationi ſeptimæ, & vltimæ extraordinariæ, quæ in Cyclo continet dies tantum 29. dedimus horas 12. quas non habet. (Eam enim, ſicut & alias, conſtituimus dierum 29½. quando omnes Lunationes 235. ciuiles comprehendere diximus dies 6932. & horas 12.) deerunt horæ 15½. & paulo amplius; quæ reſtituuntur per horas illas 18. quas in 19. annis, præter 4. dies intercalares, ſupereſſe diximus, remanebitque eadem illa differentia Horæ 1. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. qua anni 19. Solares ſuperant Lunationes medias 235. Aptè igitur, & concinne Cyclus decennouennalis Lunæ annis 19. Solaribus congruit, cum Lunationes 235. ciuiles in iis comprehenſæ expleant fermè tempus totidem Lunationum Aſtronomicarum mediocrium, vt expoſuimus.

Vnde in 19. annis ſuppleantur Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. quæ in quaq; Lunatione Ciuili omittũtur, vna cum 12. horis vltimæ Lunationi extraordinariæ adẽptis. Meton Athenienſis inuentor aurei numeri, circa olympiadem 86.

QVOD liquidius fortaſſe ita percipietur. Lunationes 228. ciuiles in 19. annis Solaribus comprehenſæ, ſi cuilibet anno tribuamus 12. Lunationes alternis dierum 30. & 29. conſtituunt dies 6726. quibus ſi addantur dies 209. ex 11. diebus, qui præter 12. Lunationes in quolibet anno Solari ſuperſunt, collecti, fiet ſumma dierum 6935. quibus rurſus ſi adiiciantur 4. dies intercalares, & 18. horæ in 19. annis Solaribus contentæ, efficientur dies 6939. hor. 18. quot in 19. annis Solaribus continentur. Itaque etiamſi 235. Lunationes, vnamquamque ſtatuendo dierum 25½. vltima excepta, quæ ſolum 29. dies habet, conſtituant dies tantummodo 6932. inſeruntur tamen, atque adduntur extra ordinem in vniuerſo ambitu Cycli decennouennalis reliqui dies 7¾. qui colliguntur partim ex 4. diebus intercalaribus, & horis 18. partim ex 3. diebus, quos plus æquo ſex Lunationibus extraordinariis tribuimus, vt efficiatur numerus dierum 6939. hor. 18. quot ferè ad 235. Lunationes medias Aſtronomicas complendàs requiruntur. Differt enim hoc tempus 235. Lunationum ab illo annorum 19. Solarium, Hora duntaxat 1. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. vt ſupra dictum eſt. Atque hi 7¾. dies extra ordinem inſiti ſupplent propemodum Minuta illa 44. Sec. 3. Ter. 11. quæ in quaque Lunatione Ciuili omittuntur, & 12. alias horas, quas poſtremæ Lunationi extraordinariæ detraximus; quippe quam dierum ſolum 29. conſtituimus, cum tamen aliæ omnes contineant dies 29½. ſex prioribus extraordinariis exceptis, quarum ſingulæ 30. diebus conſtant. Nam Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. in 235. Lunationes multiplicata, efficiunt dies 7. Hor. 4. Min. 32. Sec. 28. Ter. 5. quibus ſi adiungentur 12 illæ horæ in vltima Lunatione extraordinaria omiſſæ, fit numerus Dierum 7. Hor. 16. Min. 32. Sec. 28. Ter. 5. qui à numero dierum 7. hor. 18. differt tantum Hora 1. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. quantam differentiam ſupra diximus eſſe inter 235. Lunationes Aſtronomicas, ſecundum curſum Lunæ medium, & 19. annos Solares. Hic igitur eſt calculus Cycli Lunaris 19. annorum, ſiue Aurei numeri, quem mirabili ſane artificio Meton Athenienſis circa olympiadem 86. excogitaſſe perhibetur, vt meritò apud omnes ferè Nationes ad Nouilunia indagãda receptus ſit.

QVO

Digitized by Google

QVO PACTO AVREI NVMERI IN CALENdario diſponantur, & cur, iis amotis, in eorum locum Epactæ ſubſtitutæ ſint.

CAPVT II.

CVM veteres cognouiſſent Nouilunia, tranſactis 19. annis ad eoſdem dies reuerti, deſcripſerunt in Calendario totidem numeros ab 1. vſque ad 19. quos aureos dixerunt, iuxta eos dies, in quibus quolibet annorum 19. ſpatio Nouilunia contingebant, ita vt 1. ei diei præfixerint, in quo currente aureo numero 1. Nouilunium fiebat: Et 2. illi diei, in quem Nouilunium incidebat, currente aureo numero 2. & ſic de cæteris. Qua tamen in re diligenter obſeruarunt, vt Lunationes eſſent alternis 30. & 29. dierum; Et vt Nouilunia vnius anni præuenirent antecedentis anni Nouilunia plerunque 11. diebus propter illos 11. dies, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. ſuperat. Ex hac deſcriptione aureorum numerorum emerſit inter illos ordo, & ſeries eiuſmodi, vt in Calendario non ſeruent ordinem naturalem numerorum, ſed maior ferè numerus anteeat proxime minorem, 11. diebus, propter illos 11. dies, quibus annus Solaris Lunarem excedit: ita vt collocato v.g. aureo numero 1. prope diem aliquem cuiuslibet menſis, proxime maior aureus numerus 2. eum præcurrat verſus principium menſis, vndecim diebus, decem diebus interpoſitis: propterea quod anno inſequenti Nouilunium eiuſdem menſis vndecim diebus antecedit ſuperioris anni Nouilunium. Ita quoq; aureum numerum 19. in Calendario antecedit verſus intium menſis vndecim diebus aureus numerus 1. qui proxime ſequitur aureum numerum 19. in ſerie numerorum naturali, Eademque ratio eſt in cæteris aureis nnmeris. Raro admodum antecedit maior proxime minorem decem tantum diebus, & multo rarius duodecim: quod tamen interdum contingit, natura Cycli decennouennalis id ita poſtulante.

Quo ordine aurei numeri à veteribus in Calendario collocati ſint.

HINC fit, vt in Calendario quilibet aureus numerus ſequens conſtituatur per additionem octonarii ad antecedentem aureum numerum, abiectis tamen 19 ſi ſumma maior fuerit, quam 19. vel (quod idem eſt) per ſubtractionem 11. ex antecedenti aureo numero, additis prius 19. ſi ſuperior aureus numerus maior, quam 11. non fuerit, vt ſubtractio fieri poſſit. Rurſus efficitur, vt viciſſim antecedens quiſque aureus numerus formetur per adiectionem 11. ad ſequentem, abiectis tamen 19. ſi maior fuerit ſumma, quam 19. vel (& in idem recidit) per detractionem 8. ex aureo numero ſequenti, additis prius 19. ſi ſequens numerus maior non fuerit, quam 8.

In Calẽdario quilibet aureus numerus gignitur à proxime antecedente, per additionem 8 vel per ſubtractionem 11. A proxime vero inſequenti per additionẽ 11 vel per ſubtractionem 8.

EX eadem diſpoſitione aureorum numerorum in Calendario ſequitur huiuſmodi inter eos colligatio, vt ſequens, ſi minor eſt, quam antecedens, antecedentem ſequatur proxime, non proxime autem, ſed in tertio loco, relicto nimirum vno die vacuo, ſi maior. Quod tamen quibuſdam in locis Calendarii non ſeruatur, ſed interdum etſi raro, maior proxime etiam ſequitur minorẽ, Cyclo decennouennali id neceſſario ita exigente, vt Lunationes videlicet conſtituantur alternæ 30. & 29. ferme dierum. Itaque cognito aureo numero, qui in principio Ianuarii ſcribitur, ſiue primo die id fiat ſiue ſecundo, (tempore Concilii Nicæni ponebatur aureus numerus. 3. ad primum diem Ianuarii: Nunc autem poſt Calendarii correctionem, ſi aurei numeri in Calendario eſſent deſcribendi, præfigendus eſſet aureus numerus 9. ſecundo diei) formabuntur ab eo omnes alii aurei numeri inſequentes per additionem 8. vel detractionem 11. vt dictum eſt, ſeruato hoc ordine, vt minor maiorem ſequatur proxime, maior autem minorem non proxime, paucis locis in Calendario exceptis de quibus mox nonnihil dicemus. Item cognito aureo numero, qui vltimus eſt in Decembri, ſiue poſtremum diem is occupet, ſiue penultimum, formabuntur ab eo omnes alii aurei numeri antecedentes per additionem 11. vel ſubtractionem 8. &c. Sed quoniam vnica regula pro illis locis in quibus maior numerus minorem ſequitur proxime, tradi nõ poteſt, propterea quod nõ ſemper idẽ aureus numerus in principio Ianuarii, aut fine Decẽbris ponitur, ſed alius alii ſuccedit quoad omnes aurei numeri Ianuarii principiũ occupauerint, æquatione Lunæ id ita poſtulãte, vt infra dicemus, facilius eoſdẽ aureos numeros in Calendario digeremus beneficio Epactarũ in Calendario deſcriptarum, quarũ diſpoſitio & facillima eſt, & immutabilis, vt paulo poſt docebimus.

Minor aureus numerus in Calendario maiorem antecedentem plerũque ſequitur proxime: maior vero minorem non proxime ſed vno relicto die vacuo

NON videtur tamen prætermittenda aureorum numerorum diſpoſitio in Calendario, quo ante correctionem Gregorianam vſa eſt Eccleſia, & quo nunc poſt correctionem vteretur, ſi in eo aurei numeri, non autem Epactæ, deberent diſponi: vt intelligatur, quibus in locis maior aureus numerus minorem ſequatur proxime. Poſito ergo numero 3. ad primum diem anni, vt tempore Nicæni Concilii factum eſt, formabuntur omnes alii per continuam additionem 8. reiectis ſemper 19. quando ſumma maior fuerit, quam 19. & poſito minore proxime ſub maiore, maiore vero ſub minore non proxime, paucis hiſce locis exceptis, vt Lunationes fiant alternis 30. & 29. dierum Die 3. Februarii ſcribatur numerus 19. proxime ſub minore 11. Et die 6. Aprilis; 4. Iunii; & 2. Auguſti, numerus 16. proxime ſub minore 8. Item die 3. Octobris, & 1. Decembris, numerus 13. proxime ſub minore 5. Poſtremo, diſpoſitis hoc ordine omnibus aureis numeris, promoueatur in Iulio, & omnibus aliis quinque menſibus inſequentibus vſq; ad finem anni, aureus numerus 19. ad ſuperiorem diẽ, vt proximè ſub minore numero 11. collocetur; atque in eiſdem menſibus numerus minor 8. ſcribatur non proxime ſub 19. ſed vno die vacuo relicto. Non me fugit, Campanum, & alios nonnullos, in Decembri non apponere numerum 13. ad primum diem, ſed ad ſecundum, vna cum aureo numero 2. ſed quia huic rei alii omnes reclamant quod abſurdum ſit in vno Cyclo decennouennali duo Nouilunia in eundem diem incidere, qualia ſunt ab aureis numeris 13. & 2. indicata, cũ hæc, ex Campani diſpoſitione, cadant in diem 2. Decembris; maluimus cum aliis Computiſtis deſcribere numerum 13. ad diem 1. Decembris proxime poſt minorem 5. vltimo diei Nouembris affixum. Hoc igitur modo aurei numeri ex ſententia Concilii Nicæni in Calendario ante correctiõe ſunt collocati. Hoc vero tempore poſt correctionem ita eſſent collocandi. Deſcripto aureo numero 9. ad diẽ 2. Ianuarii formarentur alii omnes per continuã additionem 8. vt prius, hiſce locis, propter Lunationes alternas 30. ac 29. dierum, exceptis. Ad diem 5. Februarii; 5. Aprilis; 3. Iunii; 1. Auguſti; 29.

Qua ratione exprimo aureo numero Calendarii, aut ex poſtremo, omnes alii Calendario inſcribantur. Quibus in locis maior aureus numerus minorem ſequatur proxime in Calendario vetere, & in nouo huius temporis ſi aurei numeri in eo forẽt deſcribẽdi.

ſti 29. Septembris, & 27. Nouembris, ſcribendus eſſet aureus numerus 14. proxime poſt minorem aureum numerum 6. Item vltimo die Decembris ſtatuendus aureus numerus 19. proxime ſub minori 11. Sed age, vt hoc diſcrimen appareat, vtrumque Calendarium cum aureis numeris eo, quo diximus, modo per dies anni digeſtis ante oculos proponamus.

SEQVITVR.

CALENDARIVM ECCLESIASTICVM, QVO Eccleſia à Concilio Nicano vſque ad anni correctionem à Gregorio XIII. factam vſa eſt.

IANVARIVS			
Aurei num.	Literæ Dñic.		Dies menſis
iij	A	*CAL.*	1
	b	*iiij*	2
xj	c	*iij*	3
	d	*Prid.*	4
xix	e	*NON.*	5
viij	f	*viij*	6
	g	*vij*	6
xvj	A	*vii*	8
v	b	*v*	9
	c	*iiij*	10
xiij	d	*iij*	11
ij	e	*Prid.*	12
	f	*IDIB.*	13
x	g	*xix*	14
	A	*xviij*	15
xviij	b	*xvij*	16
vij	c	*xvi*	17
	d	*xv*	18
xv	e	*xiiij*	19
iiij	f	*xiij*	20
	g	*xij*	21
xij	A	*xi*	22
j	b	*x*	23
	c	*ix*	24
ix	d	*viij*	25
	e	*vij*	26
xvij	f	*vi*	27
vi	g	*v*	28
	A	*iiij*	29
xiiij	b	*iij*	30
iij	c	*Prid.*	31

FEBRVARIVS			
Aurei num.	Literæ Dñic.		Dies menſis
	d	*CAL.*	1
xj	e	*iiij*	2
xix	f	*iij*	3
viij	g	*Prid.*	4
	A	*NON.*	5
xvj	b	*viij*	6
v	c	*vij*	7
	d	*vi*	8
xiij	e	*v*	9
ij	f	*iiij*	10
	g	*iij*	11
x	A	*Prid.*	12
	b	*IDIB.*	13
xviij	c	*xvi*	14
vij	d	*xv*	15
	e	*xiiij*	16
xv	f	*xiij*	17
iiij	g	*xij*	18
	A	*xi*	19
xij	b	*x*	20
j	c	*ix*	21
	d	*viii*	22
ix	e	*vii*	23
	f	*vi*	24
xv ij	g	*v*	25
vj	A	*iiii*	26
	b	*iii*	27
xiiij	c	*Prid.*	28

MARTIVS			
Aurei num.	Literæ Doñic.		Dies menſis
iij	d	*CAL.*	1
	e	*vi*	2
xj	f	*v*	3
	g	*iiii*	4
xix	A	*iii*	5
viij	b	*Prid.*	6
	c	*NON.*	7
xvj	d	*viii*	8
v	e	*vii*	9
	f	*vi*	10
xiij	g	*v*	11
ij	A	*iiii*	12
	b	*iii*	13
x	c	*Prid.*	14
	d	*IDIB.*	15
xviij	e	*xvii*	16
vij	f	*xvi*	17
	g	*xv*	18
xv	A	*xiiii*	19
iiij	b	*xiii*	20
	c	*xii*	21
xij	d	*xi*	22
j	e	*x*	23
	f	*ix*	24
ix	g	*viii*	25
	A	*vii*	26
xvij	b	*vi*	27
vj	c	*v*	28
	d	*iiii*	29
xiiij	e	*iii*	30
iij	f	*Prid.*	31

APRI-

APRILIS			
Aurei num.	Literæ Dñic.		Dies mẽſis
	g	*CAL.*	1
xj	A	*iiij*	2
	b	*iij*	3
xix	c	*Prid.*	4
viij	d	*NON.*	5
xvj	e	*viij*	6
v	f	*vij*	7
	g	*vi*	8
xiij	A	*v*	9
ij	b	*iiij*	10
	c	*iij*	11
x	d	*Prid.*	12
	e	*IDIB.*	13
xviij	f	*xviij*	14
vij	g	*xvii*	15
	A	*xvi*	16
xv	b	*xv*	17
iiij	c	*xiiij*	18
	d	*xiij*	19
xij	e	*xij*	20
j	f	*xi*	21
	g	*x*	22
ix	A	*ix*	23
	b	*viij*	24
xvij	c	*vij*	25
vij	d	*vi*	26
	e	*v*	27
xiiij	f	*iiij*	28
iij	g	*iij*	29
	A	*Prid.*	30

MAIVS			
Aurei num.	Literæ Dñic.		Dies mẽſis
xj	b	*CAL.*	1
	c	*vi*	2
xix	d	*v*	3
viij	e	*iiij*	4
	f	*iij*	5
xvj	g	*Prid.*	6
v	A	*NON.*	7
	b	*viij*	8
xiij	c	*vij*	9
ij	d	*vi*	10
	e	*v*	11
x	f	*iiii*	12
	g	*iii*	13
xviij	A	*Prid.*	14
vij	b	*IDIB.*	15
	c	*xvii*	16
xv	d	*xvi*	17
iiij	e	*xv*	18
	f	*xiiij*	19
xii	g	*xiij*	20
j	A	*xij*	21
	b	*xi*	22
ix	c	*x*	23
	d	*ix*	24
xvij	e	*viii*	25
vj	f	*vii*	26
	g	[illegible]	27
xiiij	A	[illegible]	28
iij	b	[illegible]	29
	c	*iij*	30
xj	d	*Prid.*	31

IVNIVS			
Aurei num.	Literæ Doñic.		Dies mẽſis
	e	*CAL.*	1
xix	f	*iiii*	2
viij	g	*iii*	3
xvj	A	*Prid.*	4
v	b	*NON.*	5
	c	*viii*	6
xiij	d	*vii*	7
ij	e	*vi*	8
	f	*v*	9
x	g	*iiii*	10
	A	*iii*	11
xviij	b	*Prid.*	12
vij	c	*IDIB.*	13
	d	*xviii*	14
xv	e	*xvii*	15
iiij	f	*xvi*	16
	g	*xv*	17
xij	A	*xiiii*	18
j	b	*xiii*	19
	c	*xii*	20
ix	d	*xi*	21
	e	*x*	22
xvij	f	*ix*	23
vj	g	*viii*	24
	A	*vii*	25
xiiij	b	*vi*	26
iij	c	*v*	27
	d	*iiii*	28
xj	e	*iii*	29
	f	*Prid.*	30

IVLI

Digitized by Google

IVLIVS			
Aurei num.	Literæ Dñic.		Dies mẽſis
xix	g	*CAL.*	1
viij	A	*vi*	2
	b	*v*	3
xvj	c	*iiij*	4
v	d	*iij*	5
	e	*Prid.*	6
xiij	f	*NON.*	7
ij	g	*viij*	8
	A	*vij*	9
x	b	*vi*	10
	c	*v*	11
xviij	d	*iiij*	12
vij	e	*iij*	13
	f	*Prid.*	14
xv	g	*IDIB.*	15
iiij	A	*xvij*	16
	b	*xvi*	17
xij	c	*xv*	18
j	d	*xiiij*	19
	e	*xiij*	20
ix	f	*xij*	21
	g	*xi*	22
xvij	A	*x*	23
vij	b	*ix*	24
	c	*viij*	25
xiiij	d	*vij*	26
iij	e	*vi*	27
	f	*v*	28
xj	g	*iiij*	29
xix	A	*iij*	30
	b	*Prid.*	31

AVGVSTVS			
Aurei num.	Literæ Dñic.		Dies mẽſis
viij	c	*CAL.*	1
xvj	d	*iiij*	2
v	e	*iij*	3
	f	*Prid.*	4
xiij	g	*NON.*	5
ij	A	*viij*	6
	b	*vij*	7
x	c	*vi*	8
	d	*v*	9
xviij	e	*iiij*	10
vij	f	*iij*	11
	g	*Prid.*	12
xv	A	*IDIB.*	13
iiij	b	*xix*	14
	c	*xviii*	15
xij	d	*xvii*	16
j	e	*xvi*	17
	f	*xv*	18
ix	g	*xiiij*	19
	A	*xiij*	20
xvij	b	*xij*	21
vj	c	*xi*	22
	d	*x*	23
xiiij	e	*ix*	24
iij	f	*viii*	25
	g	*vii*	26
xj	A	*vi*	27
xix	b	*v*	28
	c	*iiii*	29
viij	d	*iii*	30
	e	*Prid.*	31

SEPTEMPFR			
Aurei num.	Literæ Doñic.		Dies mẽſis
xvj	f	*CAL.*	1
v	g	*iiii*	2
	A	*iii*	3
xiij	b	*Prid.*	4
ij	c	*NON.*	5
	d	*viii*	6
x	e	*vii*	7
	f	*vi*	8
xviij	g	*v*	9
vij	A	*iiii*	10
	b	*iii*	11
xv	c	*Prid.*	12
iiij	d	*IDIB.*	13
	e	*xviii*	14
xij	f	*xvii*	15
j	g	*xvi*	16
	A	*xv*	17
ix	b	*xiiii*	18
	c	*xiii*	19
xvij	d	*xii*	20
vj	e	*xi*	21
	f	*x*	22
xiiij	g	*ix*	23
iij	A	*viii*	24
	b	*vii*	25
xj	c	*vi*	26
xix	d	*v*	27
	e	*iiii*	28
viij	f	*iii*	29
	g	*Prid.*	30

OCTO-

Digitized by Google

OCTOBER			
Aurei num.	Literæ Dñic.		Dies Méſ.
xvj	A	*CAL.*	1
v	b	*vi*	2
xiij	c	*v*	3
ij	d	*iiii.*	4
	e	*iii*	5
x	f	*Prid.*	6
	g	NON.	7
xviij	A	*viii.*	8
vij	b	*vii*	9
	c	*vi*	10
xv	d	*v*	11
iiij	e	*iiii*	12
	f	*iii*	13
xij	g	*Prid.*	14
j	A	*IDIB.*	15
	b	*xvii*	16
ix	c	*xvi*	17
	d	*xv*	18
xvij	e	*xiiii*	19
vj	f	*xiii*	20
	g	*xii*	21
xiiij	A	*xi*	22
iij	b	*x*	23
	c	*ix*	24
xj	d	*viii*	25
xix	e	*vii*	26
	f	*vi*	27
viij	g	*v*	28
	A	*iiii*	29
xvi	b	*iii.*	30
v	c	*Prid.*	31

NOVEMBER			
Aurei num.	Literæ Dñic.		Dies Méſ.
	d	*CAL.*	1
xiij	e	*iiii*	2
ij	f	*iii*	3
	g	*Prid.*	4
x	A	NON.	5
	b	*viii*	6
xviij	c	*vii*	7
vij	d	*vi*	8
	e	*v*	9
xv	f	*iiii*	10
iiij	g	*iii*	11
	A	*Prid.*	12
xij	b	*IDIB.*	13
j	c	*xviii*	14
	d	*xvii*	15
ix	e	*xvi*	16
	f	*xv*	17
xvij	g	*xiiii*	18
vj	A	*xiii*	19
	b	*xii*	20
xiiij	c	*xi*	21
iij	d	*x*	22
	e	*ix*	23
xj	f	*viii*	24
xix	g	*vii*	25
	A	*vi*	26
viij	b	*v*	27
	c	*iiii*	28
xvj	d	*iii*	29
v	e	*Prid.*	30

DECEMBER			
Aurei num.	Literæ Dñic.		Dies Méſ.
xiij	f	*CAL.*	1
ij	g	*iiii*	2
	A	*iii*	3
x	b	*Prid*	4
	c	NON.	5
xviij	d	*viii.*	6
vij	e	*vii*	7
	f	*vi*	8
xv	g	*v*	9
iiij	A	*iiii*	10
	b	*iii*	11
xii	c	*Prid.*	12
i	d	*IDIB.*	13
	e	*xix*	14
ix	f	*xviii*	15
	g	*xvii*	16
xvij	A	*xvi*	17
vj	b	*xv*	18
	c	*xiiii*	19
xiiij	d	*xiii*	20
ij	e	*xii*	21
xj	f	*xi*	22
	g	*x*	23
xix	A	*ix*	24
	b	*viii*	25
viij	c	*vii*	26
	d	*vi*	27
xvj	e	*v*	28
v	f	*iiii*	29
	g	*iii*	30
xiii	A	*Prid.*	31

IN hoc Calendario vides profectò, ſingulos aureos numeros duodecies poſitos eſſe, toties nimirum, quot in anno Lunari communi Lunationes continentur, exceptis iis ſeptem numeris, qui poſt diem 20. Decembris tertiodecimo loco ſunt repetiti, qui videlicet priores quoque dies Ianuarii occupant. Quod idcirco te monitum volo, ne putes, aureos numeros inſtar Cycli in Calendario diſponi, vt ſcilicet aureus numerus primi diei Ianuarii formetur ab aureo numero vltimo anni per additionem 8. ſicut cæteri. Hæc enim generatio ſequentium aureorum numerorum per additionem 8. ad ſuperiores aureos numeros ceſſat omnino in fine anni, ac denuo incipit in principio anni ab eodem aureo numero, à quo prius incepit, nulla habita ratione aurei numeri, qui vltimus eſt menſe Decembri. Idem prorſus cernitur in Calendario, quod ſequitur, vbi aurei numeri ita diſpoſiti ſunt, vt Nouilunia indicent ab anno reſtituto vſque ad annum 1700. non ſecus, atque ab Epactis eadem Nouilunia in nouo Calendario monſtrantur.

SEQVITVR.

CALENDARIVM ECCLESIASTICVM QVO poſt anni Correctionem à Gregorio XIII. factam Eccleſia vti deberet vſque ad annum 1700. ſi aurei numeri pro Epactis in eo deſcripti eſſent.

IANVA-

Digitized by Google

Ianuarius

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies Mēſ.
	A	*CAL.*	1
ix	b	*iiii.*	2
	c	*iii.*	3
xvij	d	*Prid.*	4
vj	e	NON.	5
	f	*viii.*	6
xiiij	g	*vii*	7
iij	A	*vi*	8
	b	*v*	9
xj	c	*iiii*	10
	d	*iii*	11
xix	e	*Prid.*	12
viij	f	*IDIB.*	13
	g	*xix*	14
xvj	A	*xviii*	15
v	b	*xvii*	16
	c	*xvi*	17
xiij	d	*xv*	18
ij	e	*xiiii*	19
	f	*xiii*	20
x	g	*xii*	21
	A	*xi*	22
xviij	b	*x*	23
vij	c	*ix*	24
	d	*viii*	25
xv	e	*vii*	26
iiij	f	*vi*	27
	g	*v*	28
xij	A	*iiii*	29
j	b	*iii*	30
	c	*Prid.*	31

Februarius

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies Mēſ.
ix	d	*CAL.*	1
	e	*iiii*	2
xvij	f	*iii*	3
vj	g	*Prid.*	4
xiiij	A	NON.	5
iij	b	*viii*	6
	c	*vii*	7
xj	d	*vi*	8
	e	*v*	9
xix	f	*iiii*	10
viij	g	*iii*	11
	A	*Prid.*	12
xvj	b	*IDIB.*	13
v	c	*xvi*	14
	d	*xv*	15
xiij	e	*xiiii*	16
ij	f	*xiii*	17
	g	*xii*	18
x	A	*xi*	19
	b	*x*	20
xviij	c	*ix*	21
vij	d	*viii*	22
	e	*vii*	23
xv	f	*vi*	24
iiij	g	*v*	25
	A	*iiii*	26
xij	b	*iii*	27
j	c	*Prid.*	28

Martius

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies Mēſ.
	d	*CAL.*	1
ix	e	*vi*	2
	f	*v*	3
xvij	g	*iiii*	4
vj	A	*iii*	5
	b	*Prid*	6
xiiij	c	NON.	7
iij	d	*viii*	8
	e	*vii*	9
xj	f	*vi*	10
	g	*v*	11
xix	A	*iiii*	12
viij	b	*iii*	13
	c	*Prid.*	14
xvj	d	*IDIB.*	15
v	e	*xvii*	16
	f	*xvi*	17
xiij	g	*xv*	18
ij	A	*xiiii*	19
	b	*xiii*	20
x	c	*xii*	21
	d	*xi*	22
xviij	e	*x*	23
vij	f	*ix*	24
	g	*viii*	25
xv	A	*vii*	26
iiij	b	*vi*	27
x	c	*v*	28
xii	d	*iiii*	29
i	e	*iii*	30
	f	*Prid.*	31

APRI-

Digitized by Google

Aprilis

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies mẽſis.
ix	g	*CAL.*	1
	A	*iiij*	2
xvij	b	*iij*	3
vi	c	*Prid.*	4
xiiij	d	*NON.*	5
iij	e	*viij*	6
	f	*vij*	7
xj	g	*vi*	8
	A	*v*	9
xix	b	*iiij*	10
viij	c	*iij*	11
	d	*Prid.*	12
xvj	e	*IDIB.*	13
v	f	*xviii*	14
	g	*xvii*	15
xiij	A	*xvi*	16
ij	b	*xv*	17
	c	*xiiij*	18
x	d	*xiij*	19
	e	*xij*	20
xviij	f	*xi*	21
vij	g	*x*	22
	A	*ix*	23
xv	b	*viij*	24
iiij	c	*vij*	25
	d	*vi*	26
xij	e	*v*	27
j	f	*iiij*	28
	g	*iij*	29
ix	A	*Prid.*	30

Maius

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies mẽſis
	b	*CAL.*	1
xvij	c	*vi*	2
vj	d	*v*	3
	e	*iiii*	4
xiij	f	*iii*	5
iij	g	*Prid.*	6
	A	*NON.*	7
xi	b	*viij*	8
	c	*vij*	9
xix	d	*vi*	10
viij	e	*v*	11
	f	*iiij*	12
xvj	g	*iij*	13
v	A	*Prid.*	14
	b	*IDIB.*	15
xiij	c	*xvii*	16
ij	d	*xvi*	17
	e	*xv*	18
x	f	*xiiij*	19
	g	*xiij*	20
xviij	A	*xij*	21
vij	b	*xi*	22
	c	*x*	23
xv	d	*ix*	24
iiij	e	*viii*	25
	f	*vii*	26
xii	g	*vi*	27
j	A	*v*	28
	b	*iiij*	29
ix	c	*iij*	30
	d	*Prid.*	31

Iunius

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies mẽſis
xvij	e	*CAL.*	1
vj	f	*iiii*	2
xiiij	g	*iii*	3
iij	A	*Prid.*	4
	b	*NON.*	5
xj	c	*viii*	6
	d	*vii*	7
xix	e	*vi*	8
viij	f	*v*	9
	g	*iiii*	10
xvj	A	*iii*	11
v	b	*Prid.*	12
	c	*IDIB.*	13
xiij	d	*xviii*	14
ij	e	*xvii*	15
	f	*xvi*	16
x	g	*xv*	17
	A	*xiiii*	18
xviij	b	*xiii*	19
vij	c	*xii*	20
	d	*xi*	21
xv	e	*x*	22
iiij	f	*ix*	23
	g	*viii*	24
xij	A	*vii*	25
j	b	*vi*	26
	c	*v*	27
ix	d	*iiii*	28
	e	*iii*	29
xvij	f	*Prid.*	30

Digitized by Google

Iulius

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies mẽſis.
vi	g	*CAL.*	1
	A	*vi*	2
xiiij	b	*v*	3
iij	c	*iiij*	4
	d	*iij*	5
xj	e	*Prid.*	6
	f	*NON.*	7
xix	g	*viij*	8
viij	A	*vij*	9
	b	*vi*	10
xvj	c	*v*	11
v	d	*iiij*	12
	e	*iij*	13
xiij	f	*Prid.*	14
ij	g	*IDIB.*	15
	A	*xvii*	16
x	b	*xvi*	17
	c	*xv*	18
xviij	d	*xiiij*	19
vij	e	*xiij*	20
	f	*xij*	21
xv	g	*xi*	22
iiij	A	*x*	23
	b	*ix*	24
xij	c	*viij*	25
j	d	*vij*	26
	e	*vi*	27
ix	f	*v*	28
	g	*iiij*	29
xvij	A	*iij*	30
vi	b	*Prid.*	31

Auguſtus

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies mẽſis
xiij	c	*CAL.*	1
iij	d	*iiii*	2
	e	*iii*	3
xi	f	*Prid.*	4
	g	*NON.*	5
xix	A	*viij*	6
viij	b	*vij*	7
	c	*vi*	8
xvj	d	*v*	9
v	e	*iiij*	10
	f	*iij*	11
xiij	g	*Prid.*	12
ij	A	*IDIB.*	13
	b	*xix*	14
x	c	*xviii*	15
	d	*xvii*	16
xviij	e	*xvi*	17
vij	f	*xv*	18
	g	*xiiij*	19
xv	A	*xiij*	20
iiij	b	*xij*	21
	c	*xi*	22
xii	d	*x*	23
j	e	*ix*	24
	f	*viii*	25
ix	g	*vii*	26
	A	*vi*	27
xvij	b	*v*	28
vj	c	*iiij*	29
	d	*iij*	30
xiiij	e	*Prid.*	31

September

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies mẽſis
iij	f	*CAL.*	1
	g	*iiii*	2
xj	A	*iii*	3
	b	*Prid.*	4
xix	c	*NON.*	5
viij	d	*viii*	6
	e	*vii*	7
xvj	f	*vi*	8
v	g	*v*	9
	A	*iiii*	10
xiij	b	*iii*	11
ij	c	*Prid.*	12
	d	*IDIB.*	13
x	e	*xviii*	14
	f	*xvii*	15
xvij	g	*xvi*	16
vij	A	*xv*	17
	b	*xiiii*	18
xv	c	*xiii*	19
iiij	d	*xii*	20
	e	*xi*	21
xij	f	*x*	22
j	g	*ix*	23
	A	*viii*	24
ix	b	*vii*	25
	c	*vi*	26
xvij	d	*v*	27
vj	e	*iiii*	28
xiiij	f	*iii*	29
iij	g	*Prid.*	30

OCTO-

Digitized by Google

October

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies mēſis.
	A	CAL.	1
xj	b	vi	2
.	c	v	3
xix	d	iiij	4
viij	e	iij	5
	f	Prid.	6
xvj	g	NON.	7
v	A	viij	8
	b	vij	9
xiij	c	vi	10
ij	d	v	11
	e	iiij	12
x	f	iij	13
	g	Prid.	14
xviij	A	IDIB.	15
vij	b	xvii	16
	c	xvi	17
xv	d	xv	18
iiij	e	xiiij	19
	f	xiij	20
xij	g	xij	21
j	A	xi	22
	b	x	23
ix	c	ix	24
.	d	viij	25
xvij	e	vij	26
vi	f	vi	27
	g	v	28
xiiij	A	iiij	29
iij	b	iij	30
	c	Prid.	31

Nouember

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies mēſis
xj	d	CAL.	1
	e	iiij	2
xix	f	iij	3
viij	g	Prid.	4
	A	NON.	5
xvj	b	viij	6
v	c	vij	7
	d	vi	8
xiij	e	v	9
ij	f	iiii	10
	g	iii	11
x	A	Prid.	12
	b	IDIB.	13
xviij	c	xviii	14
vij	d	xvii	15
	e	xvi	16
xv	f	xv	17
iiij	g	xiiij	18
	A	xiij	19
xii	b	xij	20
j	c	xi	21
	d	x	22
ix	e	ix	23
	f	viii	24
xvij	g	vii	25
vj	A	vi	26
xiiij	b	v	27
iij	c	iiij	28
	d	iij	29
xj	e	Prid.	30

December

Aurei num.	Literę Dñic.		Dies mēſis
	f	CAL.	1
xix	g	iiii	2
viij	A	iii	3
	b	Prid.	4
xvj	c	NON.	5
v	d	viii	6
	e	vii	7
xiij	f	vi	8
ij	g	v	9
	A	iiii	10
x	b	iii	11
	c	Prid.	12
xviij	d	IDIB.	13
vij	e	xix	14
	f	xviii	15
xv	g	xvii	16
iiij	A	xvi	17
	b	xv	18
xij	c	xiiii	19
j	d	xiii	20
	e	xii	21
ix	f	xi	22
	g	x	23
xvij	A	ix	24
vj	b	viii	25
	c	vii	26
xiiij	d	vi	27
iij	e	v	28
	f	iiii	29
xj	g	iii	30
xix	A	Prid.	31

Digitized by Google

Cur ſequẽs aureus numerus ab antecedenti formetur per additionem 8. vel ſubtractionem 11. Antecedẽs vero à ſequenti per additionẽ 11. vel ſubtractionem 8 Et cur nõ continuato ordine ſcribantur aurei numeri in Calendario.

CAVSA vero, cur ſequens aureus numerus formetur ab antecedente per additionem 8. vel detractionem 11. Item antecedens ab inſequenti per additionem 11. vel ſubtractionem 8. Et cur aurei numeri in Calendario non ſcribantur continuato ordine, ſed vt plurimum inter binos ſinguli dies relinquantur vacui, hæc eſt. Octo anni Solares, cuilibet tribuendo dies 365. hor. 6. comprehendunt 2922. dies, in quibus fiunt 99. ferè Lunationes. Solum vltimæ Lunationi deeſt Dies 1. Horæ 12. Min. 41. Sec. 15. Ter. 9. Nam 99. Lunationes ſecundum medium Lunæ curſum poſtulant Dies 2923. Hor. 12. Min. 41. Sec. 15. Ter. 9. Igitur Lunationes poſt 8. annos elapſos non incipiunt iiſdem diebus, quibus ante 8. annos Nouilunia fiebant, ſed vno & dimidiato ferè die tardius. Quare poſt quemuis aureum numerum ſcribitur in Calendario aureus numerus octo vnitatib. illo maior, vt ſignificet, poſt octo annos Nouilunia non in eos dies, quibus antecedens aureus numerus aſcriptus eſt, incidere, ſed in illos, quibus ſequens aureus numerus ab antecedente per additonem 8. formatus præfigitur. Et quoniam ſi ſequens aureus numerus antecedentem proxime inſequatur, Lunatio ſequentis aurei numeri anticipatur 12. horis, ſcribendus erit alter aureus numerus ſequens non proxime poſt illum, ſed vno die vacuo relicto, ne eius Lunatio die integro anticipetur: Ita vt hic aureus numerus tertius à primo, à quo per additionem 16. formatur, tertio poſt eum loco ſcribatur, quemadmodum & eius Lunatio tribus diebus tardius quam illius, incipit. Hæc eſt cauſa, cur ſequens aureus numerus componatur ex additione 8. ad antecedentẽ, ponanturque ſimul bini, inter binos ſingulis diebus vacuis relictis præter paucos quoſdam numeros aureos, qui eum ordinem propter æquationem Lunæ neceſſariam interrumpunt.

CVR autem maiorem aureum numerum minor proxime ſequatur potius, quam Maior minorem, quod tamen æque bene fieri poterat, caſu quodam accidiſſe videtur. Quoniam enim Luna in quolibet die anni maior eſt 11. diebus, quam in eodem die anni ſuperioris, propter illos 11. dies, quibus Solaris annus Lunarem ſuperat; fit vt quemuis aureum numerum in Calendario antecedat aureus numerus ſequentis anni, 11. diebus, vt nimirum 11. diebus prius contingat tunc Lunam eſſe primam quam anno antecedenti. Hinc factum eſt, vt minor aureus numerus proxime ſub maiore plerunque ſcriberetur, maior autem ſub minore non proxime: quod potius illi diſpoſitioni aurei numeri, & caſui cuidam fortuito tribuendũ videtur, quam certæ alicui rationi, quæ cogat minorem proxime ſub maiori ſcribi potius, quã maiorem ſub minori, cum vtrouis modo ratio Lunationum conſtaret. Atque hæc dicta ſint de cauſa, cur ſequens aureus numerus à præcedenti formetur per additionem 8. & cur aurei numeri non ſeruent continuatum ordinem.

EXPLICEMVS iam etiam rationem, cur antecedens aureus numerus ab inſequenti formetur per additionem 11. quæ ita ſe habet. Vndecim anni Solares continent 4017. dies. & 18. horas in quibus perficiuntur Lunationes 136. ſupereſtque Dies. 1. Hor. 14. Min. 8. Sec. 47. Ter. 4. Nam 136. Lunationes exigunt dies tantummodo 4016. Hor. 3. Min 51. Sec. 12. Ter. 56. Igitur Nouilunia poſt 11. annos tranſactos non cadunt in eoſdem dies, quibus ante 11. annos fiebant ſed vno die, & dimidiato ferè citius. Quare ante quemlibet aureum numerum ponitur in Calendario numerus aureus vndecim vnitatibus illo maior, vt ſignificet poſt 11. annos Nouilunia non in eoſdem dies incidere, quibus ante 11. annos contingebant, ſed incipere prius, nimirum illis diebus, quibus antecedens aureus numerus à ſequenti per additionem 11. formatus aſcribitur. Itaque cum iam conſtet, numerum aureum quemcunque ſequentem octo vnitatibus maiorem eſſe antecedente, & antecedentem quemuis maiorem eſſe inſequenti vndecim vnitatibus, manifeſte colligitur, ſequentem ab antecedente formari poſſe vel per additionem 8. vel per ſubtractionem 11. antecedentem vero ab inſequenti tum per additionem 11. tum per detractionem 8. Atque hinc factum eſt, vt antiqui ſcriptores Cyclum decennouennalem, quem ἐννεαδεκαετηρίδα, vocarunt, in ὀγδόαδα, & ἑνδεκάδα diſtinxerint, quandoquidem tota eius progreſsio atque ordo in Calendario conſtituitur ex additione, ſubtractioneve 8. vel 11. vt expoſuimus; & ὀγδοὰς quidem cum 11. diebus, quibus Solaris annus Lunarem ſuperat, totum Cyclum decennouennalem; ἑνδεκὰς vero cum decennouennali Cyclo perfectam Lunationem 30. dierum conficit.

Quo modo ex aureis numeris in Calendario diſpoſitis Nouilunia inueſtigentur.

Defectus aurei numeri ad Nouilunia inueſtiganda.

DISPOSITIS 19. aureis numeris in Calendario, ea arte, quam deſcripſimus, non erat difficile cognoſcere tempus Nouilunii cuiuslibet menſis. Eo namque die Luna pronuntiabatur prima, ſiue Nouilunium dicebatur contingere cui aureus numerus pro poſito anno currens præfixus erat: atque hinc Luna XIIII. Paſchalis, & ex hac Paſcha cum aliis feſtis mobilibus inueſtigabatur.

Nouilunia quantum anticipauerint à tempore Cõcilii Nicæni vſq; ad annum correctionis.

Quo pacto aurei numeri in veteri Calendario promouendi fuiſſent, vt Nouilunia indicarent, tã ante correctionem, quam poſt.

ATQVE hæc quidem omnia, quæ de aurei numeri diſpoſitione, atque vſu tradidimus, ſubtiliter valde, & magno ingenio excogitata ſunt à veteribus, ſed ea accuratior Aſtronomorum obſeruatio non vſquequaque vera eſſe deprehendit. Non enim Nouilunia, tranſactis 19. annis Solaribus, ad eaſdem prorſus ſedes reuertuntur; ſed paulo ante 19. annos completos, ita vt quolibet ſpatio 19 annorum ſedes priſtinas præueniant Hora 1. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. Spatio vero quatuor Cyclorum decennouennalium, hoc eſt, 76. annorum. Horis 5. Min. 50. Sec. 7. Ter. 40. ac tandem annis 312½. die ferme integro, vt proximo Cap. oſtenſum eſt: atque adeo à Nicæni Concilii temporibus ad noſtram vſque ætatem verſus initia menſium ad quatuor dies, & amplius, progreſſa ſint. Ex quo factum eſt, vt ad Nouilunia inquirenda per aureos numeros Concilii Nicæni (poſito nimirum aureo numero 3. in principio Ianuarii) ante correctionem Calendarii aſcendendum fuerit à loco aurei numeri propoſito anno currentis vſque ad quintum diem incluſiue: quod quidem nonnulli hiſce quinque ſyllabis facere conſueuerant, IN COELIS EST HIC, vel iſtis, HIC NOVA LVNA, vel his, IN COELO LVNA

ITAQVE vt aurei numeri ante correctionem Nouilunia recte indicarent, promouendi fuiſſent omnes per quinque dies, tribus diebus vacuis inter loca antiqua, & noua relictis, vt aureus numerus 19. qui ante correctionem quintum diem Ianuarii occupabat, primo diei aſcribendus fuiſſet ſeruata tamen ea lege, vt Lunationes alternæ conſtituerentur 30. & 29. dierum, vti factum eſt ante Calendarii emendationem in Breuiariis, ac Miſſalibus à Pio V. correctis. Atque hoc quidem modo aurei numeri diſpo-

Digitized by Google

diſpoſiti Nouilunia recte indicaſſent iis annis, qui anni reſtitutionem proxime anteceſſerunt. Promotis autem hac ratione aureis numeris verſus initia menſium, ſi retineri debuiſſent in Calendario poſt correctionem, hoc eſt, poſt 10. dierum exemptionem, amouendi rurſus fuiſſent verſus menſium fines decem diebus, ita vt 9. dies interponerentur inter aureos numeros ante correctionem anni promotos, & eoſdem poſt correctionem poſtpoſitos, ſeruatis iiſdem Lunationibus alternis 30. & 29. dierum. Hac enim ratione poſt anni reſtitutionem recte aurei numeri Nouilunia ſecundum medium Lunæ curſum monſtraret. Cæterum aurei numeri hoc modo correcti, & in propria loca reſtituti, quanquam aliquandiu Nouilunia recte indicaturi eſſent, perpetuo tamen, aut longo tempore id præſtare non poſſent. Nam quotieſcunque dies intercalaris ex centeſimo aliquo anno auferretur, hoc eſt, centeſimus aliquis annus fieret communis, ne Aequinoctium à 21. die Martii recedat, vt ſupra dictum eſt, Nouilunia omnia vno die tardius contingerent, quam ab aureis numeris indicarentur. Quare quoties ex anno centeſimo, qui natura ſua eſt biſſextilis, fieret annus communis, toties deorſum mouendi eſſent omnes aurei numeri per vnum diem, vt recte Nouilunia monſtrarent. Rurſus quoniam, vt proximo Cap. oſtendimus, Nouilunia in 312½. annis vno die ſedes ſuas in Calendario anteuertunt, efficitur, vt aurei numeri poſt quoslibet annos 312½. promouendi eſſent verſus initia menſium vno die, vt Nouilunia indicarent, ſi tamen tunc dies intercalaris non eſſet omittendus. Atque hac ratione conficienda forent 30. Calendaria, ita vt diſpoſitio aurei numeri 30. varietates haberet, promoto quolibet ſurſum, deorſumque per 30. dies quot nimirum in vna Lunatione 30. dierum continentur, vt ex iis, quæ ſequuntur, manifeſtum erit. Verum quia perincommodum hoc eſſet, ac moleſtum, optimo conſilio factum eſt, vt aureis numeris de Calendario ſubmotis, in eorum locum alii numeri ſuccederent, qui perpetuo in vnico Calendario Nouilunia monſtrarent, ſiue ea verſus initia menſium progrediantur, ſiue verſus fines deuoluantur, nulla in Calendario facta mutatione, vt proximo Cap. dicemus.

Aurei numeros in Calendario correctos non poſſe perpetuo, aut longo tempore Nouilunia mõſtrare: & quare.

Si aureus numerus retineri deberet in Calendario, conficienda eſſent 30. Calendaria.

HI autem numeri ſunt 30. Epactæ ab 1. vſque ad xxx. ſiue ad *. Nam vltima Epacta 30. ſignata eſt hoc ſigno *. potius, quam numero xxx propterea quod ſi proprie loqui velimus, nulla Epacta poſsit eſſe xxx. cum Epacta quælibet minor eſſe debeat, quam tempus integræ Lunationis. Epactæ namque ſunt numeri dierum, qui menſe Decembri poſt vltimam Lunationem anni ſuperſunt. Vt ſi Lunatio vltima anni terminetur poſtremo die Decembris, ita vt nulla dies ſuperſit, Epacta inſequentis anni erit 0. ſi penultimo die claudatur, Epacta erit 1. propter diem, qui ſupereſt. Si antepenultimo, hoc eſt, 29. die finiatur, Epacta erit ij. atque ita de reliquis, donec ad Lunationem perueniatur, quæ finem habet Calendis Decembris, ita vt 30. dies ſuperſint. Tunc enim Lunatio illa non eſt vltima, ſed penultima, quia dies illi 30 ſuperflui vltimam conſtituunt, ac proinde Epacta tunc erit 0. vel xxx, quam ſigno *. declaramus. Atque hæc eſt cauſa, quod 30. Epactæ poſsint eſſe in vniuerſum, ab 1. vſque ad xxx. vel 0. vel *. propter dies 1. 2. 3. &c. vſque ad 30. vel 0. qui ſupereſſe poſſunt poſt Lunationem menſe Decembri terminatam. Et quanquam cum Lunatio aliqua finitur primo die Decembris, vel vltimo, Epacta inſequentis anni ſit xxx. vel 0. ſignanda tamen eſt Epacta illa xxx. vel 0. aliquo ſigno, nimirum hoc, *. vt per illud Nouilunia anni inſequentis inueſtigentur, intelligaturque tunc in Decembri duas Lunationes eſſe terminatas, vnam poſtremo die, ac proinde nullum diem ſuperfuiſſe, alteram vero prima die, atque ideo poſt illam 30. dies fuiſſe reliquos. Verum accidit interdum, vt Epacta alicuius anni ſit vnitate maior, quam numerus dierum, qui poſt vltimam Lunationem antecedentis anni ſuperſunt, quod quando contingat, dicetur, cum de inuentione Epactæ cuiuslibet anni agemus.

Merito in locum aureorum numerorum ſuffectas eſſe 30 Epactas

Cur omnis Epacta minor eſſe debeat, quam 30.

Epacta quid ſint, & cur ſint 30.

IDEM hic numerus 30. Epactarum colligitur ex 11. diebus, quibus annum Lunarem à Solari ſuperari diximus. Nam ſi primo anno ſuperſunt xi. dies, ſupererunt xxii. ſecundo, & xxxiii. tertio, abiectiſque 30. vnam Lunationem conſtituentibus, reliqua fiet Epacta iij. atque ita deinceps, additis ſemper 11. & abiectis 30. ſi ſumma maior ſit quam 30. componentur omnes 30. Epactæ, ita vt prima ſit xj. & vltima xxx, vel 0. vel *. poſt quam iterum per additionem 11. procreatur Epacta xj. vt hic apparet.

xj. xxij. iij. xiiij. xxv. vj. xvij. xxviij. ix. xx. j. xij. xxiij. iiij. xv. xxvj. vij. xviij. xxix. x. xxj. ij. xiij. xxiiij. v. xvi. xxvii. viii. xix. xxx. vel 0. vel *.

Contingit nonnunquam, vt antecedenti Epactæ addenda ſint 12. non 11. vt Epacta ſequens formetur: quod quando fiat dicetur infra cum de inuentione Epactæ cuiuſuis anni agemus.

DICVNTVR autem 30. hi numeri, Epactæ, Græca voce, quæ Latine idem ſonat, quod dies aſcititii, ſiue addititii, aut interiecti. Adiunguntur enim in fine vltimi menſis Lunaris ad explendum numerum dierum anni Solaris, & ad inchoandam primam Lunationem ſubſequentis anni. Quo pacto autem huiuſmodi Epactæ in Calendario collocatæ perpetuo Nouilunia indicare poſsint, nulla in Calendario facta mutatione planum fiet ex iis, quæ ſequuntur: ſed primo loco, qua arte ac induſtria per dies Calendarii diſponantur, exponamus.

Epacta cur ſic dicta ſint.

QVO ARTIFICIO EPACTAE IN CALENDArio deſcribantur.

CAPVT III.

QVANQVAM Epactæ ſecundum ſeriem naturalem numerorum ab 1. vſque ad xxx. vel ad *. deſcribi poſsint in Calendario, viſum tamen eſt magis expedire, ſi retrogrado ordine à xxx. vel *. per xxix. xxviii. xxvii. &c. progrediendo vſque ad 1. deſcribantur, vt à dierum numero eiuſdem Calēdarii diſtinguantur, & vt magis naturaliter Nouilunia monſtrent, vt ex ſequentibus erit manifeſtum. Initio ergo facto ab Epacta *, in principio Ianuarii, ſcribitur Epacta xxix. ad ſecundum diem;

Epacta cur in Calendario diſpoſita ſint ordine retrogrado

Digitized by Google

Epacta quo pacto in Calendario diſponantur.

xxviii. ad tertium, & ita deinceps, ordine retrogrado, donec ad 1. peruentum fuerit, quæ Epacta diei 30. Ianuarii præfigitur, poſt quam eodem ordine repetuntur omnes triginta Epactæ vſque ad finem Calendarii: Ita vt duodecies tantum omnes Calendario inſcribantur, præter has vndecim *. xxix. xxviii. xxvii. xxvi. xxv. xxiiii. xxiii. xxii. xxi. xx. quæ tertiodecimo loco repetuntur in poſtremis vndecim diebus Decembris. Excipitur quoque Epacta 19. alio charactere, vel colore inſignita. Hæc enim etiam vltimæ diei ad Epactam xx. apponitur, vt infra dicemus.

VT autem Epactæ recte Nouilunia indicent, adhibenda erit in earum deſcriptione hæc cautio. In ſecunda collocatione triginta Epactarum; Itemque in quarta, ſexta, octaua, decima, ac duodecima eidem diei, nimirum, 5. Februarii; 5. Aprilis; 3. Iunii; 1. Auguſti; 29. Septembris; & 27. Nouembris (in quos dies incidit Epacta xxv. ex ſuperiore diſpoſitione) duæ hæ Epactæ xxv. xxiiii. ſimul aſcribantur. Ex qua re efficitur, vt poſt duodecimam inſcriptionem Epactarum ſuperſint 11. dies in Decembri, quibus iterum hæ Epactæ, *. xxix. xxviii. xxvii. xxvi. xxv. xxiiii. xxiii xxii. xxi. xx. præfiguntur, quæ videlicet prioribus vndecim diebus Ianuarii appoſitæ ſunt; Omnes vero 30. Epactæ duodecies inſcriptæ occupent dies duntaxat 354. quot anno Lunari communi contineri diximus; adeo vt Epactæ in Calendario ſeruare non poſſint rationem Cycli, ſic vt Epacta primi diei Ianuarii ſit proxime minor quam ea quæ vltimo Decembris, qui videlicet primum diem Ianuarii antecedit, aſcripta eſt, ſed earum ordo retrogradus ceſſet in fine anni, & denuo incipiat in principio anni ab Epacta *. vt prius.

Cur in ſex locis Calēdarii eidē dies duæ Epactæ aſcribātur. Lunationes fieri alternas 30. & 29. dierum, ob appoſitionem duarū Epactarū ad eundem diem in ſex locis Calēdarii.

QVOD ſi duæ Epactæ in ſex locis Calendarii eidem diei non apponerentur ſed ſingulæ ordine retrogrado ſe mutuo conſequerentur, fierent omnes 12. Lunationes cuiuſque Epactæ 30. dierum, omneſque Epactæ duodecies repetitæ occuparent 360. dies, qui numerus annum Lunarem communem ſex diebus ſuperat, quod eſt abſurdum. Vt igitur Lunationes exiſtant alternis 30. & 29. dierum, neceſſe eſt ſex locis binas Epactas ſimul ponere. Ita namque fiet vt Lunationes conſtituantur alternæ 30. & 29. dierum. Cum enim Epacta xxiiii. cum aliis eam inſequentibus aſcenderit in Februario, verbi gratia, vna die ſupra locum ſuum naturalem verſus menſis initium, propter duarum Epactarum xxv. xxiiii. eidem diei 5. adſcriptionem, efficitur, vt Lunationes incipientes à 30. Epactis Epactam xxiiii. vna cum xxv. eidem diei aſcriptam antecedentibus, vt ab Epactis xxiiij. xxiij xxij & à cæteris mēſis Ianuarii, vſque ad Epactam xxv. Februarii, contineant dies tantummodo 29. Quod idem dictum volumus de Lunationibus earundem 30. Epactarum, quæ in aliis quinque locis Calendarii Epactam xxiiij eidem diei cum Epacta xxv. aſcriptam antecedunt.

Cur Epacta 25. alio charactere, coloreve ſcribenda ſit ſupra aliam Epactam 25. in ſex locis Calēdarii.

DEINDE quoniam accidit nonnunquam, vt in vno eodemque Cyclo decennouennali vtraque harum Epactarum xxv. xxiiij in vſu ſit, vt infra patebit, ſcribenda erit Epacta 25. alio charactere, vel colore, ad Epactam xxvj. in ſex illis locis, in quibus ſimul poſitæ ſunt Epactæ xxv. xxiiij. In aliis autem locis ad Epactam xxv. ſcribenda eſt eadem Epacta 25. alio etiam charactere, vel colore. Niſi enim hoc fiat, continget, vt in vno & eodem Cyclo decennouennali, in quo vtraque Epacta xxv. xxiiij eſt in vſu, duæ Lunationes ſexies in anno incidant in vnum eundemque diem, & eidem diei duo aurei numeri aſcribantur, ii nimirum, qui in tabula expanſa, de qua ſequenti Cap. dicturi ſumus, duabus illis Epactis ſupra poſiti ſunt: quod eſt abſurdum, & contra rationem Cycli decennouennalis: cum Nouilunia, vt ſupra oſtendimus, ad eoſdem dies, niſi poſt 19. annos elapſos, redire non poſſint.

Propter Epactam 25. diuerſo colore, charactereve ſcripta non poſſe in eodem cyclo decennouennali duo Nouilunia in eundem diem incidere.

HOC autem incommodum vitatur omnino per Epactam xxv. 25. bis in ſex locis Calendarii diuerſis characteribus, coloribuſve inſcriptam. Nam quotieſcunque in aliquo Cyclo decennouennali Epacta xxv. currit ſimul cum aureo numero maiore, quam 11. quales ſunt poſteriores hi octo aurei numeri 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. erit quidem in eodem tunc Cyclo Epacta xxiiij. etiam in vſu: Sed ſi tunc aſſumatur Epacta 25. diuerſo charactere, aut colore notata, quæ in ſex illis locis è regione Epactæ xxvj. locatur, non poterunt duo aurei numeri, aut duo Nouilunia, in eundem diem incidere, cum Epacta 25. diuerſo illo charactere ſiue colore notata, & Epacta xxiiij. duos ſemper dies diuerſos in ſingulis menſibus occupent. Quando autem in Cyclo aliquo decennouennali Epacta xxv. vna cum aureo numero non maiore quam 11. currit, cuiuſmodi ſunt primi hi vndecim aurei numeri 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. nunquam accidet, vt in eodem Cyclo Epacta xxiiij cum xxv. ſit in vſu. Quocirca aſſumenda tunc erit Epacta xxv. quæ in ſex illis locis eidem diei cum Epacta xxiiij. aſcribitur: quia cum Epacta xxiiij. in eodem tunc Cyclo in vſu non ſit, periculum eſſe non poteſt, vt intra eundem Cyclum decennouennalem bis eodem die Nouilunium contingat. Eodem pacto etſi Epacta 25. diuerſo colore, vel charactere inſignita ponatur in ſex diuerſis locis è regione Epactæ xxvj. ad eundem diem, non tamen idcirco duo Nouilunia in eundem illum diem incident ante 19. annos tranſactos: quia currente Epacta xxv. cum aureo numero maiore quam 11. (quo ſolum tempore Epacta illa 25. diuerſi coloris, aut characteris vſurpatur, vt diximus) nunquam in eodem Cyclo Epacta xxvi. ad Nouilunia inueſtiganda adhibebitur. Atque hæc omnia ex tabula expanſa Epactarum, de qua paulo infra agemus, perſpicua fient. Ibi enim in octo lineis, quibus literæ maiuſculæ N, E, B, & minuſculæ r, n, k, e, b, præfixæ ſunt, (ſingulæ autem lineæ illius tabulæ ſingulos Cyclos decennouennales exhibent, vt poſtea intelligetur) reperies Epactam 25. diuerſo notatam charactere coloreve, ſub octo hiſce aureis numeris maioribus, 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Epactam vero xxiiij. ſub 11. his minoribus, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. nunquam autem Epactam xxvj. In aliis vero 22. lineis, in quibus Epacta xxv. ſub minoribus vndecim aureis numeris ſcribitur, inuenies quidem aliquando etiam Epactam xxvj. nunquam tamen ſimul occurrere conſpicies Epactam xxiiii. Quamobrem, ſi aſſumatur modo Epacta xxv. quæ è regione Epactæ xxiiij. locatur, modo Epacta 25. alterius characteris, vel coloris, quæ è regione Epactæ xxvi. collocata eſt, (habita nimirum ratione minoris, maiorisve aurei numeri, cum quo ſimul currit, vt paulo ante diximus) fieri nullo modo hoc eſt, vt intra eundem Cyclum decennouennalem duo Nouilunia in vnum eundemq; diē pariter incidant, licet in ſex locis ſupra enumeratis è regione eiuſdem diei Epactæ xxv. & xxiiij. poſitæ ſint, & Epacta 25. alterius coloris, characteriſve eidem quoque diei cum Epacta xxvj. aſcripta.

VERVM

Digitized by Google

VERVM Epactam xxiiii, non poſſe eſſe in vſu, quando Epacta xxv. cum aliquo aureo numero minore quam 12. ſiue non maiore quam 11. currit, ſed tunc ſolum, quando cum aureo numero maiore quam 11. concurrit. Item Epactam xxvi. non vſurpari, cum Epacta 25. currit ſimul cum aureo numero maiore quam 11. clariſſime quoque ex collocatione aureorum numerorum, atque Epactarum in Calendario colligitur. Quoniam enim vt ſupra diximus, minorem aureum numerum ſequitur maior in Calendario non proxime, ſed vno die interiecto, fit, vt ſi in Ianuario v. g. è regione diei 6. vbi ponitur Epacta xxv. ſcribatur aureus numerus quilibet minor quam 12. cum quo Epacta xxv. ſimul currere ponatur, aureus numerus maior ſequens ſcribendus ſit ad diem 8. Ianuarii, relicto die 7. vacuo; adeo vt in eo Cyclo decennouennali nullum Nouilunium die 7. contingere poſſit. Quare in eodem Cyclo Epacta xxiiii. quæ proxime ſub xxv. poſita eſt, vſui nullo pacto eſſe poteſt: alias Nouilunium in 7. diem Ianuarii incideret. Rurſus quia maiorem aureum numerum in Calendario proxime inſequitur minor, vt ſupra dictum eſt, efficitur, vt ſi è regione eiuſdem diei 6. Ianuarii, cui Epacta xxv. præfixa eſt, adſcribatur aureus numerus quilibet maior quam 11. cum quo Epacta 25. currere ponatur, aureus numerus ſubſequens ſcribendus ſit ad diem 7. Ianuarii, proxime poſt illum maiorem, ita vt in eo Cyclo Nouilunium contingere poſſit die 7. Quapropter in eodem Cyclo Epacta xxiiii. proxime ſub 25. poſita, Nouilunium indicabit, ac proinde vſui futura erit. Quoniam verò maiorem aureum numerum antecedit minor non proxime, ſed vno die relicto vacuo, efficitur, vt aureus numerus antecedens illum maiorem, cum quo Epacta 25. currere ponitur, collocandus ſit ad diem 4. ita vt die 5. nullum tunc contingat Nouilunium. Quocirca Epacta xxvi. diei 5. adſcripta nulla ratione tunc vſui eſſe poteſt, ne Nouilunium in eo Cyclo in diē 5. Ianuarii cadat.

Cur in eodē Cyclo Epact. xxiiii. nō vſurpetur, quādo Epacta xxv. & aureus numerus non maior quā 11. concurrunt. Item cur Epacta xxvi. in vſu non ſit in eodē cyclo, quando Epacta 25. & aureus numerus maior quā 11. concurrunt.

HÆC porrò anticipatio Epactæ 25. alterius coloris, vel characteris in Calendario tantum abeſt, vt Lunationes perturbet, vt eas potius in rectum ordinem redigat. Quoniam enim vnaquæque Lunatio in aliquo priorum 30. dierum Ianuarii terminata, prima eſt totius anni, vt poſtea dicemus, fit, vt currente illa Epacta 25. prima Lunatio anni die 5. Ianuarii terminata, efficiatur dierum 30. ſecunda verò die 3. Februarii finita, dierum tantum 29. (quæ fieret dierum etiam 30. ſi Epacta xxv. infra Epactam xxvi. aſſumeretur) tertia deinde fiat iterum dierum 30. & quarta dierum 29. &c. vt ordo alternarum Lunationum 30. & 29. dierum poſtulat: Lunatio quoque tertiadecima, & extraordinaria illius anni (Nam quando Epacta 25. eſt in vſu, annus Lunaris eſt Emboliſmicus, vt poſtea dicetur) fiat 30. dierum, quæ, currente Epacta xxv. eidem diei cum xxiiii. adſcripta foret dierum duntaxat 29. Denique totidem ſint Lunationes 30. dierum, currente Epacta 25. diuerſi coloris, characteriſue, quot requiruntur, cum alia Epacta xxv. eſt in vſu: tamenim ibi ſunt 7. quam hic; quanquam aliter ibi, quàm hic, progrediantur. Huc accedit, quod Lunatio Paſchalis per Epactam 25. diuerſi coloris, aut characteris inueſtigata, magis exquiſitè medio motui Lunæ reſpondet. Id quod perſpicuum fiet, ſi Lunationes per aureos numeros maiores quam 11. indicatæ diligenter cum calculo medii motus Lunæ conferantur. Plerumque enim eas paulo ſerius, quàm medius Lunæ motus poſtulat, ab aureis numeris maioribus, quam 11. oſtenſas deprehendemus. Quapropter cum Lunatio Paſchalis incipiens die 4. Aprilis, quæ ab Epacta 25. diuerſo ab aliis charactere, coloreue notata oſtenditur, quam ſemper cum maiore aliquo aureo numero, quam 11. currere ſupra diximus, incipiat vna die prius, quam ſi ab Epacta xxv. diei 5. Aprilis adſcripta, indicaretur, liquido conſtat, Lunationem paſchalem, quam prior illa Epacta 25. inchoat, eſſe magis conſentaneam medio motui Lunæ, quàm eam, quæ indicatur ab Epacta xxv. ad diem 5. Aprilis poſita, currente cum eodem aureo numero maiore, quo cum illa currit, quod hæc vno die ſerius incipiat.

Epactā 25. diuerſi coloris, characteriue è regione Epactæ xxvi. poſitā non perturbare Lunatiōes.

B	29800			a	34600		☾	k	39400		
B	29900		☾	P	34700			i	39500		
B	30000	Biſſ.		P	34800	Biſſ.		k	39600	Biſſ.	☾
A	30100			P	34900		☾	i	39700		
A	30200		☾	N	35000			h	39800		
u	30300			M	35100			h	39900		☾
u	30400	Biſſ.		N	35200	Biſſ.	☾	h	40000	Biſſ.	
u	30500		☾	M	35300			g	40100		
t	30600			H	35400			g	40200		☾
ſ	30700			H	35500		☾	f	40300		
t	30800	Biſſ.	☾	H	35600	Biſſ.		f	40400	Biſſ.	
ſ	30900			G	35700			f	40500		☾
r	31000			G	35800		☾	e	40600		
r	31100		☾	F	35900			d	40700		
r	31200	Biſſ.		F	36000	Biſſ.		e	40800	Biſſ.	☾
q	31300			F	36100		☾	d	40900		
q	31400		☾	E	36200			c	41000		
p	31500			D	36300			ç	41100		☾
p	31600	Biſſ.		E	36400	Biſſ.	☾	c	41200	Biſſ.	
† n	31700			D	36500			b	41300		
n	31800		☾☾	C	36600			b	41400		☾
m	31900			B	36700			a	41500		
m	32000	Biſſ.		C	36800	Biſſ.	☾☾	a	41600	Biſſ.	
m	32100		☾	B	36900			† P	41700		
l	32200			A	37000			P	41800		☾☾
k	32300			A	37100		☾	N	41900		
l	32400	Biſſ.	☾	A	37200	Biſſ.		N	42000	Biſſ.	
k	32582			u	37300			N	42100		☾
i	32600			u	37400		☾	M	42200		
i	32700		☾	t	37500			H	42300		
i	32800	Biſſ.		t	37600	Biſſ.		M	42400	Biſſ.	☾
h	32900			t	37700		☾	H	42500		
h	33000		☾	ſ	37800			G	42600		
g	33100			r	37900			G	42700		☾
g	33200	Biſſ.		ſ	38000	Biſſ.	☾	G	42800	Biſſ.	
g	33300		☾	r	38100			F	42900		
f	33400			q	38200			F	43000		☾
e	33500			q	38300		☾	E	43100		
f	33600	Biſſ.	☾	q	38400	Biſſ.		E	43200	Biſſ.	
e	33700			p	38500			E	43300		☾
d	33800			p	38600		☾	D	43400		
d	33900		☾	n	38700			C	43500		
d	34000	Biſſ.		n	38800	Biſſ.		D	43600	Biſſ.	☾
c	34100			n	38900		☾	C	43700		
b	34200			m	39000			B	43800		

diem

diem integrum naturalem, propter quem neceſſario Luna tunc æquationem exigit, ne Nouilunia per diem integrum ſerius quam decet, in Calendario monſtrentur. Quibus autem centeſimis annis ſumma annorum 12½. omiſſorum vſque ad 100. ac excreſcat proinde æquatio Lunæ in ſequentem centeſimum differenda ſit, ex ijs, quæ mox ſubijciemus, planum fiet.

Continuatio tabulæ æquationis Epactarũ per annos centeſimos vſque ad correctionis annum.

HIS poſitis, cum æquationis tabula per centeſimos, vt diximus, annos progrediatur, præfigemus anno 500. eandem literam P, maiuſculam, ad denotandum, eandem tunc lineam primam Epactarum aſſumendam eſſe, quæ temporibus Concilii Nicæni in vſu fuerat, quandoquidem Cyclus aurei numeri circa annum Domini 500. iam ad vſum Eccleſiæ magis idoneus factus fuerat, quam ipſis Concilii Nicæni temporibus, vt ſupra expoſuimus. Quanquam autem hac ratione 50. annis radicem æquationis, quam in anno 550. ſtatuimus, præueniamus, eorum tamen ſuo loco rationem etiam habebimus. Deinde quia poſt 300. annos Luna anticipat vnum diem in Calendario, aſſumenda erit tunc vltima linea Epactarum, quæ continet Epactas, quarum ſingulæ in Calendario per vnum diem antecedunt verſus menſium principium ſingulas Epactas primæ lineæ, ſuntque ſingulæ illius lineæ ſingulis huius vnitate maiores; quippe cum illæ ex his componantur per adiectionem vnitatis, reiectis tamen 30. quando ſumma maior eſt, quam 30. & ſcribendo ſignum *. cum ea ſumma eſt 30. quemadmodum & Epactæ cuiuſlibet lineæ ſuperioris ex proxime inferioris lineæ Epactis conflantur, cuiuſmodi eſt infima linea tabulæ expanſæ in comparatione ſupremæ. Illa enim eſt hac ſuperior. Intelligenda namque eſt tabula expanſa, veluti circulus quidam continens 30. ordines, qui in orbem redeant, ita vt hæ literæ, P, maiuſcula, & a, minuſcula, atque adeo prima linea, & infima contiguæ ſint. Quæ cum ita ſe habeant, adſcribenda erit litera a, minuſcula anno 800. in tabula æquationis, cum hic annus ſit trecenteſimus poſt annum 500. Pari ratione, quia poſt alios 300. annos Luna anticipat alterum diem, adſcribenda erit anno 1100. litera b, minuſcula in tabula æquationis. Eodemque pacto litera b, minuſcula anno 1400. præfigenda erit.

Aequatio Epactarũ quo pacto inſtituatur anno correctionis 1582. Litera æquationis anni correctionis 1582. quæ.

PRÆTEREA quoniam anno 1582. decem dies menſi Octobri ſunt adempti, vt Æquinoctium vernum ad diem 21. Martii reſtitueretur; neceſſe eſt, poſt hanc detractionem omnia Nouilunia decem diebus tardius contigiſſe, quam Epacta illius anni, quæ ante correctionem fuit vj. indicabat in Calendario. Quare aſſumenda tunc fuit linea Epactarum in tabula expanſa, iuxta quam litera D, maiuſcula poſita eſt, quæ nimirum decimum locum obtinet à linea literæ c, maiuſculæ excluſiue, deſcendendo verſus literas b, & a, minuſculas, & hinc verſus literas P, N, M, &c. maiuſculas. Nam omnes Epactæ illius lineæ, quæ annexam habet literam D, maiuſculam, decem vnitatibus minores ſunt quam Epactæ alterius lineæ, cui præfixa eſt litera c, minuſcula; quippe cum hæ ex illis componantur per additionem 10. vnitatum, reiiciendo 30. quando ſumma maior eſt, quam 30. & ſcribendo ſignum *. quando ſumma eſt 30. Item Epactæ illius lineæ cui litera D, maiuſcula apponitur, ſcriptæ ſunt in Calendario 10. diebus infra Epactas lineæ, cui appoſita eſt litera c, minuſcula excluſiue. Itaque in tabula æquationis anno 1582. poſt 10. dierum exemptionem ex menſe Octobri præponenda eſt litera D, maiuſcula.

Aequationis Epactarum tabulaque pacto poſt correctionem inſtituatur habita etiam ratione æquationis anni Solaris. Litera æquationis anni 1600. quæ.

QVIA vero poſt exemptionem 10. dierum æquandus etiam eſt annus Solaris, omittendo tres dies intercalares in 400. quibuſque annis, in ſingulis nimirum prioribus tribus centeſimis ſingulos, retento die intercalari in quarto centeſimo, vt ſuperiore libro explicauimus, ſcribendi poſthac erunt in tabula æquationis omnes anni centeſimi, initio facto ab anno 1600. qui biſſextilis eſt, & iuxta quartum quemque ab eo, voce *Biſſextilis*, hoc modo Biſſ. appoſita, quales ſunt 2000. 2400. 2800. 3200, &c. Ita enim facilius æquationis tabula, quæ poſt anni correctionem ex vtroque anno, Lunari, & Solari pendet, inſtituetur. Et quia ab anno 1400. vbi Lunæ æquatio vltimo adhibita eſt in tabula æquationis, vſque ad annum 1600. non effluxerunt 300. anni non indigebit Luna æquatione. Cum ergo nec Solaris annus æquationem tunc deſideret, quod annus 1600. de more biſſextilis ſit; præponenda erit eadem litera D, maiuſcula anno 1600. in tabula æquationis, quæ anno 1582. fuit præfixa. Quoniam vero ab anno 1400. vſque ad annum 1700. elapſi ſunt anni 300. indigeret tunc Luna æquatione, ſi verum eſſet, ipſam anticipare diem vnum totum in 300. annis. Sed quia verius ipſa in annis 312½. vnum diem anticipat, atque anni illi 12½ quater omiſſi ab anno 500. vſque ad annum 1700. efficiunt annos 50. anteuertimusq; Lunæ æquationem totidem annis, (debebamus enim æquare Lunam anno 850. non autem anno 800. propterea quod ab anno 550. in quo radix æquationis à nobis collocata eſt, vſque ad annum 850. interponuntur 300. anni) qui cum prioribus 50. annis conficiunt 100. annos, non adhibenda erit æquatio Lunæ an no 1700. ſed in ſequentem centeſimum 1800. differenda, vt ſupra dictum eſt. Verum quia anno 1700. dies intercalaris, ob anni Solaris æquationem, omittitur, ne ſcilicet vernum Aequinoctium longius à die 21. Martii euagetur, efficitur, vt tunc Nouilunia vno die contingant tardius, Quam ob rem aſſumenda tunc erit linea Epactarum, quæ in fronte habet literam C, maiuſculam, & cuius Epactæ vna vnitate minores ſunt Epactis prope literam D, maiuſculam, propter eaque Nouilunia in Calendario vno die tardius oſtendunt. Quo fit, vt anno 1700. in tabula æquationis litera C, maiuſcula præfigenda ſit.

Litera æquationis annor. 1700. quæ.

RVRSVS quia anno 1800. iterum dies intercalaris omittitur, deberent Nouilunia iterum tardius vna die contingere; ſed quoniam tunc, vt diximus, Luna æquatione indiget, (In hunc enim centeſimum reiecta eſt æquatio Lunæ ex anno 1700.) efficitur Nouilunia neque aſcendere, neque deſcendere, ſed in eiſdem diebus permanere. Dies enim ille quo Nouilunia propter æquationem Solaris anni deſcendere coguntur verſus menſium fines, reſtituitur verſus initia menſium per æquationem Lunæ. Quo circa eadem litera C, maiuſcula præponenda erit in tabula æquationis anno 1800. Anno vero 1900. quo rurſum intercalaris dies omittitur, deſcendent Nouilunia per vnum diem, ac propterea illi anno litera B, maiuſcula in tabula æquationis præponitur. Atque eadem litera anno 2000. præfigitur, quia tunc neque dies intercalaris omittitur, neque 300. anni ab vltima Lunæ æquatione anno 1800. facta effluxerunt, ita vt neuter annus æquatione indigeat. Item quia anno 2100. & dies intercalaris omittitur, & Luna æquatione indiget, quod 300. anni elapſi ſint ab anno 1800. quo vltima Lunæ facta eſt æquatio vſq; ad annum 2100. fit, vt Nouilunia tunc neque deſcendant, neque aſcendant in Calendario, ſed iiſdem in diebus per-

Litera æquationis an. 1800. quæ.

Litera æquationis annor. 1900 2000. 2100. quæ.

Digitized by Google

Litera æquationis annorum 2200. 2300. ſue. *Litera æquationis annor. 2400. 2500. ſua.*

maneant, vt ſupra de anno 1800. diximus. Quapropter eadem litera B, maiuſcula anno 2100. affigitur in æquationis tabula. Porro cum anno 2200. dies intercalaris omittatur, Lunaque non egeat æquatione, deſcendent Nouilunia per vnum diem, atque idcirco in tabula æquationis anno 2200. litera A, maiuſcula adſcribenda: Eademque ratione anno 2300. litera u, minuſcula præfigenda. Sed quia anno poſtea 2400. qui tertius centeſimus eſt poſt annum 2100. quo Luna fuit æquata, Luna æquationem expetit, & annus Solaris æquationem non deſiderat, quod is centeſimus annus ſit biſſextilis, aſcendent neceſſario Nouilunia per vnum diem ſurſum in Calendario. Quocirca iterum tunc reſumenda erit linea Epactarum, cui litera A, maiuſcula præfigitur, ac proinde eadem litera A, maiuſcula anno 2400. in tabula æquationis apponenda. Anno vero 2500. propter Solaris anni æquationem, quæ tunc fit, Nouilunia rurſus deſcendere coguntur per diem vnum, propterea eidem anno litera rurſus u, minuſcula affigenda erit, quemadmodum anno 2300.

Continuatio tabulæ æquationis Epactarũ poſt correctionem per centeſimos annos, in infinitum.

ATQVE hoc modo cõtinuabitur tabula æquationis in infinitum, ſi ratio habeatur tam diei intercaris ſiue omiſsi, ſiue retenti, quã æquationis; Lunæ quæ ei 300. quibuſq; annis debetur; dũmodo anni illi, 12½. quolibet ſpatio 300. annorum omiſsi non negligantur, ſed cum primum ſumma 100. annorũ ex iis fuerit collecta, æquatio Lunæ in proximum annum centeſimum differatur, vt factum eſt à nobis anno 1700. ex quo æquationem in annum 1800. reiecimus. Quod quidem iterum faciendum erit anno 4200. annis nimirum 2400. poſt annum 1800. in quem dilata fuit Lunæ æquatio, propter 100. illos annos qui ex omiſsione 12½. annorum excreuerant. Nam æquatio Lunæ, quæ fieri deberet anno 4200. propter 300. annos ab vltima æquatione elapſos, facienda eſt in ſequenti anno centeſimo 4300. Eodemque modo poſt alios 2400. annos Lunæ æquatio in ſequentem centeſimum annum reiicienda erit, &c.

EX omnibus his elici poteſt regula triplex ad tabulam æquationis ad quotuis annos extendendam, quæ eſt eiuſmodi.

Regula triplex continuandi tabulam æquationis Epactarũ in infinitũ.

1 *QVANDO centeſimo aliquo anno dies intercalaris omittitur, & Luna æquatione non indiget, id eſt, quando ſolus annus Solaris æquatione indiget, deſcendendum eſt in tabula expanſa ad lineam Epactarum proxime inferiorem eiuſque litera illi centeſimo anno apponenda.*

2 *QVANDO vero anno aliquo centeſimo dies intercalaris non omittitur, ſed Luna indiget æquatione, hoc eſt, quando ſolus Lunaris annus eget æquatione, aſcendendum eſt in tabula expanſa ad lineam Epactarum proxime ſuperiorem, eiuſque litera illi anno centeſimo adſcribenda.*

3 *QVANDO denique dies intercalaris centeſimo aliquo anno omittitur, & Luna æquatione indiget; vel neque dies intercalaris omittitur, neque Luna eget æquatione, hoc eſt, quando vterque annus, vel neuter æquandus eſt, conſiſtendum eſt in eadem linea Epactarum tabulæ expanſæ, eademque litera illi centeſimo præfigenda, quæ antecedenti anno centeſimo appoſita fuit.*

QVÆ omnia obſeruata eſſe vides in tabula æquationis. Semper enim cuilibet centeſimo anno ea litera præfixa eſt, quæ illam lineam Epactarum in tabula expanſa refert, quæ tunc aſſumenda eſt, pro vt videlicet deſcendendum eſt, vel aſcendendum, vel in eadem linea conſiſtendum, vt hæ ipſæ regulæ docent. Porro vt facilior reddatur æquationis ratio, appoſuimus ſignum hoc,), illis centeſimis annis, quibus Luna æquationem poſtulat, ſimplex quidem tertio cuique centeſimo, duplex vero quarto cuique cẽteſimo, in quem æquatio ab antecedenti trecenteſimo anno differtur: quod quidem fit, vt diximus, annis 2400. poſt 1800. annum quo primum facta eſt eiuſmodi æquationis dilatio. Tunc enim æquatio differtur in annum 4300. ab anno 4200. quamquam annus 4200. ſit tertius centeſimus ab vltima Lunæ æquatione anno 3900. facta. Idem faciendum eſt annis 2400. poſt annum 4300. hoc eſt, anno 6700. à quo æquatio differtur in annum 6800. Item annis 2400. poſt annum 6800. id eſt, anno 9200. Tunc enim æquatio adhibenda eſt non anno 9200. ſed 9300. atque ita de cæteris.

Qua arte tabella cycli Epactarum perpetua in Calendario Gregoriano, vna cum tabula æquationis, conſtructa ſit.

EODEM prorſus artificio conſtructa eſt tabula æquationis Cycli Epactarum perpetui in Calendario Gregoriano, cum ab hac non differat. Tabella vero Cycli Epactarum perpetua in eodem Calendario initium ſumit ab Epacta *. & progreditur per omnes 30. Epactas, quarum quælibet componitur per additionem 11. ad proxime antecedentem Epactam, reiectis 30. ex ſumma, quando abiici poſſunt. Cuilibet deinde Epactæ eiuſdem tabellæ ſupraſcripta eſt ea litera alphabeti, quæ in tabula expanſa prope eandem Epactam ſub aureo numero 3. deſcripta eſt. Epacta denique xxv. 25. geminata eſt ſub litera F, maiuſcula, & diuerſis characteribus, coloribusve notata, rubro vna, altera nigro propter rationem ſupra expoſitam. Id quod cuilibet perſpicuum erit, ſi tabellam illam Cycli Epactarum perpetuam, quam hic repetiuimus, cum tabula Epactarum expanſa diligenter conferat.

TABEL-

TABELLA CYCLI EPACTARVM PERPETVA

P *	l xj	C xxij	c iij	p xiiij	F xxv. 25.	f vj	ſ xvii	M xxviij	i ix	A xx
a j	m xij	D xiij	d iiij	q xv	G xxvj	g vij	t xviij	N xxix	k x	B xxj
b ij	n xiij	E xxiiij	e v	r xvj	H xxvii	h viii	u xix			

Maluimus autem literas Indices tabulæ expanſæ in hac tabella illis potius Epactis ſupraſcribere, quæ in
tabula expanſa ſub aureo numero 3. prope eaſdem Epactas collocantur, quam illis, quæ aureo numero 1.
iuxta eaſdem literas reſpondent; vt facilius intelligeretur, tabellam hanc ex tabula expanſa depromptam
eſſe Neque alia cauſa huius conſtructionis fuit.

ETSI autem literæ alphabeti in tabula æquationis nullum videntur ſeruare ordinem, redeunt tamen
in orbem inſtar cycli ſpatio 300000. annorum, ita vt tabula æquationis Epactarum extenſa per annos
300000. initio facto ab anno 1700. quo primum pro litera D, maiuſcula, litera C, maiuſcula vſurpabitur
perpetua ſit futura, ſi mundus perpetuo duraret, & ratio æquandi vtrumque annum, Solarem ac Luna-
rem, à nobis præſcripta, emendatione nunquam egeret. Hoc autem ita faciemus perſpicuum. Poſt annos
10000. hoc eſt, poſt 100. centeſimos ab anno 1700. elapſos, anno nimirum 11700. redit prorſus eadem
varietas literarum, ſed non eædem literæ. Nam ſicut poſt annum 1600. duob. annis 1700. 1800. appo-
nitur eadem litera C; tribus vero annis 1900. 2000. 2100. eadem litera B; & anno 2200. litera A; & anno
2300. litera u; anno aūt 2400. repetitur litera A; &. anno 2500. litera u; trib. vero annis 2600. 2700. 2800.
eadem litera t, aſcribitur, &c. ita prorſus fit poſt annos 10000. elapſos. Poſt annum enim 11600. duobus
annis 11700. 11800. aſcribitur eadem litera i; tribus vero annis 11900. 12000. 12100. eadem litera h;
& anno 12200. litera g; & anno 12300. litera f, Anno autem 12400. litera g, repetitur; & anno 12500.
litera f; tribus vero annis 12600. 12700. 12800. eadem litera e, præfigitur, &c. Idem prorſus cernitur poſt
annos 10000. elapſos ab anno 11700. Anno. n. 21700. eadem varietas reuertitur. Item anno 31700. hoc
eſt, poſt 10000. annos ab anno 21700. elapſos. Item anno 41700. id eſt, poſt annos 10000. quoque elap-
ſos ab anno 31700. Eademque eſt ratio de cæteris. Id quod in ſubiectis annis ex ſuperiore æquationis ta-
bula excerptis apparet: quanquam idem verum quoque ſit in omni ſpatio 10000. annorum, à quocunque
anno centeſimo quis incipiat. In tabula porro æquationis, annis à quibus ordines 10000. annorum inci-
piunt, præpoſuimus ſignum hoc ┼.

Litera æquationis Epactarū poſt annū 10000. progredi eadē omnino proportione, & quare.

	Anni Dñi		Anni Dñi		Anni Dñi		Anni Dñi		Anni Dñi		
C	1700	i	11700	G	21700	n	31700	P	41700		
C	1800	i	11800	G	21800	n	31800	P	41800		☾☾
B	1900	h	11900	F	21900	m	31900	N	41900		
B	2000	h	12000	F	22000	m	22000	N	42000	Biſſ.	
B	2100	h	12100	F	22100	m	32100	N	42100		☾
A	2200	g	12200	E	22200	l	32200	M	42200		
u	2300	f	12300	D	22300	k	32300	H	42300		
A	2400	g	12400	E	22400	l	32400	M	42400	Biſſ.	☾
u	2500	f	12500	D	22500	k	32500	H	42500		
t	2600	e	12600	C	22600	i	32600	G	42600		
t	2700	e	12700	C	22700	i	32700	G	42700		☾
t	2800	e	12800	C	22800	i	32800	G	42800	Biſſ.	

Ratio huiuſce rei eſt, quod in 10000. annis continentur 25. centenarii, in quos æquatio Lunæ ante-
cedēti centeſimo debita reiicitur, quater ad vnguem; atque idcirco Lunæ æquationes in vno ſpatio 10000.
annorum progrediuntur, vt in quouis alio. Cum ergo & biſſextiles centeſimi in omnibus huiuſmodi ſpa-
tiis eodem modo ſe habeant; (Id quod in appoſita tabella patet, in qua notas tam æquationis Lunæ, quam
annorum biſſextilium appoſuimus, ex eadem ſuperiore tabula æquationis excerptas) neceſſe eſt, vt lite-
ræ æquationis quolibet ſpatio 10000. annorum eadem proportione progrediantur.

ITAQVE totus labor in condendi tabula æquationis in primo ſpatio 10000. annorum poſitus eſt. Si
enim ab anno 11700. hoc eſt, poſt 10000. annos ab anno 1700. elapſos, repetatur eadem varietas litte-
rarum, (initio tamen facto à litera i,) & notarum æquationis Lunæ, centeſimorumque biſſextilium quæ
ſeruata eſt ab anno 1700. vſq; ad annum 11600. incluſiue, idemque poſt alios, atque alios annos 10000.
fiat, donec 300000. anni poſt annum 1700. compleantur, conſtructa erit tota tabula æquationis, omnes
varietates complectens.

Totus labor in condenda tabula æquationis conſiſtit in primo ſpatio 10000 annorum.

AT vero poſt 300000. annos non ſolum eandem varietatem literarum æquationis ſeruari ſed eaſdem
numero literas omnino redire in orbem, hinc planum fiet. Quoniam poſt 10000. annos ab anno 1700.

Tabulam æquationis Epactarū contineri cyclo 300000. annorum & quare.

 elapſos

Digitized by Google

elapſos facta eſt mutatio 43. literarum hoc eſt, (abiecto toto cyclo 30. literarum tabulæ expanſæ) 13. literarum, initio facto à litera C, maiuſcula anno 1700. præfixa, vſque ad literam k, minuſculam incluſiue, anno 11600. appoſitam; facta erit in ſecundo ſpatio annorum 10000. mutatio 26. literarum, à litera eadem C, maiuſcula, nimirum aliarum 13. literarum à litera i: in tertio ſpatio, 39. hoc eſt, (abiectis 30.) 9. in quarto, 22. in quinto 35. hoc eſt, (abiectis 30.) 5. in ſexto, 18. in ſeptimo, 31. id eſt, (abiectis 30.) 1. in octauo, 14. in nono, 27. in decimo, 40. hoc eſt, (abiectis 30.) 10. in vndecimo, 23. in duodecimo, 36. ſiue 6. in tertiodecimo, 19. in quartodecimo, 32. vel 2. in quintodecimo, 15. in ſextodecimo, 28. in decimoſeptimo, 41. vel 11. in decimooctauo 24. in decimonono, 37. ſiue 7. in viceſimo, 20. in viceſimoprimo, 33. vel 3. in viceſimoſecundo, 16. in viceſimotertio, 29. in viceſimoquarto, 42. vel 12. in viceſimoquinto, 25. in viceſimo ſexto, 38. ſiue 8. in viceſimoſeptimo, 21. in viceſimooctauo, 34. ſiue 4. in viceſimonono, 17. & in triceſimo, 30. Quoniam, inquam, in quolibet ſpatio 10000. annorum mutatio fit 13. literarum, ita vt in triceſimo ſpatio fiat mutatio omnium 30. literarum tabulæ expanſæ; efficitur, vt tranſactis 30. ſpatijs 10000. annorum, hoc eſt, elapſis annis 300000. reuertantur omnino eædem literæ, quæ prius, eodemque ordine. Quare tabula æquationis Epactarum continetur Cyclo 300000. annorum: quod non paucis incredibile prorſus videri poſſit.

Vſus tabulæ expanſæ, & æquationis Epactarum.

VSVS vero vtriuſque tabulæ, expanſæ & æquationis in eo conſiſtit, vt cognoſcamus, quænam 19. Epactæ 19. aureis numeris quouis tempore reſpondeant; atque idcirco, cognito aureo numero cuiuſlibet anni, quænam Epacta ei in tabula expanſa reſpondens accipienda ſit ad Nouilunia indaganda in Calendario: quod hunc in modum fiet. Quæratur in tabula æquationis annus propoſitus, ſi is centeſimorum aliquis eſt, vel ſi non eſt vnus ex centeſimis, ſumatur centeſimus annus proxime minor anno propoſito, vel certe annus 1582. ſi datus annus eſt poſt correctionem & ante annum 1600. noteturque diligenter litera ei centeſimo præfixa. Linea namque Epactarum, quæ eandem literam in tabula expanſa præfixam habet, in vſum adhibenda eſt non ſolum anno propoſito, ſed omnibus aliis annis ab eo centeſimo, vſque ad eum annum centeſimum, qui aliam literam affixam habet. Igitur ſi Epactam, quæ in ea linea aureo numero illius anni in uertice tabulæ poſito reſpondet, acceperis, ea indicabit in Calendario omnia Nouilunia illius anni.

EXEMPLI gratia. Propoſito anno 1593. ſumendus eſt in tabula æquationis annus 1582. qui eo proximè minor eſt, vna cum litera D, maiuſcula. Deinde in tabula expanſa aſſumenda erit linea Epactarū cui eadem litera D, maiuſcula præfigitur. Hæc enim in vſu erit ab anno 1582. poſt correctionem vſque ad annum 1700. excluſiue, qui aliam iam literam præfixā habet. Et quia anno 1593. aureus numerus eſt 17. cui in aſſumpta linea Epactarum literæ D, maiuſculæ reſpondet Epacta xxvii. quæ eo ipſo anno 1593. vſurpabitur, fientque Nouilunia eo anno illis diebus quibus, in Calendario Epacta xxvii. præponitur.

RVRSVS oblato anno 1916. accipiendus eſt in æquationis tabula annus 1900. vna cum litera B, maiuſcula: In tabula vero expanſa ſumenda eſt linea Epactarum, quæ eandem literam B, præfixam habet. Hæc namque in vſu erit ab anno 1900. vſque ad annum 2200. excluſiue cui litera alia præponitur. Quia vero aureus numerus anni 1916. eſt 17. cui in accepta linea Epactarum literæ B, maiuſculæ reſpondet Epacta 25. diuerſo charactere ab aliis denotata, indicabit ea Epacta Nouilunia totius illius anni in Calendario.

DENIQVE (vt exemplum quoque ante anni correctionem proponamus) ſi offeratur annus 415. capiendus eſt in tabula æquationis annus 320. eo proxime minor, vna cum litera P, maiuſcula: Linea vero Epactarum in tabula expanſa, cui eadem litera P, maiuſcula adſcripta eſt. Hac n. tunc vtendum erit. Cum ergo anno 415. aureus numerus fuerit 17. cui in ea linea Epactarum reſpondet Epacta iiij. inciderunt eo anno omnia Nouilunia in illos dies, quibus Epacta iiij. adſcribitur. Eademque eſt ratio in cæteris.

Vſus tabellæ cycli Epactarum perpetuæ, quæ in Calendario propoſita eſt.

EODEM modo ex tabella Cycli Epactarum perpetua, vt in Calendario Gregoriano explicatum eſt, Epacta inuenietur. Si enim ex tabula æquationis ſumatur litera propoſito tempori congruens, ſimilisque accipiatur in tabella perpetua, reſpondebit Epacta illius literæ aureo numero 3. inſequens Epacta aureo numero 4. atq; ita deinceps vſque ad aureum numerum 19. redeundo ab vltima Epacta xix. ad primam *. ſi opus fuerit. Eſt enim ea tabella inſtar circuli cuiuſdam, vt de tabula expanſa diximus. Epacta autem antecedens literam in tabella perpetua acceptam, reſpondebit aureo numero 2. & hanc antecedens, aureo numero 1. vt in Calendario, Canone 2. traditum eſt, vbi plura exempla huius rei inuenies. Exempli gratia. Anno 3239. reſpondet in tabula æquationis litera r, minuſcula, eſtque aureus numerus 10. Si igitur literæ r, minuſculæ in tabella Cycli perpetua tribues aureum numerum 3. & inſequenti, 4. & proxime ſequenti, 5. atque ita deinceps, redeundo ad principium tabellæ, incidet aureus numerus 10. propoſiti anni in cellulam quartam literæ c, minuſculæ, vbi Epacta iij ponitur, quæ propoſito anno debetur. Anno vero 3211. cui eadem litera r, minuſcula reſpondet aureus numerus eſt 1. Tribuendo ergo aureum numerum 3. cellulæ eidem literæ r, minuſculæ, & aureum numerum 2. antecedenti cellulæ, & 1. cellulæ literæ E, maiuſculæ, reperies ibi Epactam xxiiij. quæ anno 3211. vſurpanda erit ad Nouilunia inueſtiganda. Atque ita de cæteris.

Epacta cuiuslibet anni formatur ab Epacta antecedentis anni per additionē 11. nonnunquam etiam per additionem 12.

CÆTERVM inuenta Epacta cuiuslibet anni, formabitur facili negotio ſequentis anni Epacta, ſi ad illam adiiciantur 11. & ex ſumma, ſi maior quam 30. fuerit, abiiciantur 30. vel fuerit 30. pro Epacta ſumatur ſignum *. Cuius rei cauſa ex ijs, quæ diximus, eſt manifeſta. Cum enim annus Solaris Lunarem ſuperet 11. diebus, fient Nouilunia quolibet anno 11. diebus prius, quam anno ſuperiore, ac propterea ad Epactam antecedentis anni addenda ſunt 11. vt componatur Epacta anni inſequentis, quæ nimirum 11. diebus illam in Calendario antecedat. Solum ad Epactam illius anni, in quo aureus numerus eſt 19. addenda ſunt 12. non autem 11. vt ſequentis anni Epacta componatur, in quo aureus numerus eſt 1. vt mox dicemus. Obſeruandum tamen eſt, vt quando Epacta ita compoſita fuerit xxv. aureuſque numerus illius anni, in quo Epacta illa eſt in vſu, extiterit maior, quam 11. aſſumatur Epacta illa 25. quæ diuerſo ab aliis colore, vel charactere eſt inſignita.

CVR

Digitized by Google

Quare adduntur 12. ad Epactã cum aureo numero 19. concurrentem ad efficiendã ſequentis anni Epactam.

CVR autem ex additione 12. potius quàm 11. ad Epactam illius anni, in quo aureus numerus eſt 19. formanda ſit Epacta inſequentis anni, cauſa hæc eſt. Quoniam ex diebus 209. qui in 19. annis Solaribus conflantur ex 11. diebus, quibus ſinguli anni Solares ſingulos Lunares ſuperant, conſtituuntur ſeptem Lunationes Emboliſmicæ, ſex quidem dierum 30. at vna dierum 29. vt Cap. 1. huius libri diximus: non eſſent ſemper abiicienda 30. ex ſumma conflata per additionem 11. ad Epactam antecedentem, quando ea ſumma maior eſt quam 30. ac proinde quando annus ille Lunaris Emboliſmicus eſt, continens 13. Lunationes, vt ex proximo Cap. intelligetur; ſed in ſeptimo Emboliſmo atque vltimo, cuius Lunatio dies tantum 29. complectitur, auferri deberent tantummodo 29. Cum igitur regula vſitata abijciat ſemper 30. vt omnes Emboliſmi ſimiles ſint, neceſſe eſt poſt vltimum Emboliſmum addere 12. ad Epactam, vt inſequentis anni Epacta conficiatur: vt nimirum vnitas illa, quæ antecedenti Epactæ adempta eſt, ſequenti Epactæ reſtituatur. Quod ſi à ſuperiore Epacta ablata eſſent ſolum 29. vt par eſſet, ſatis foret, ſi adiicerentur 11. ad inſequentis anni Epactam colligendam, ſicut in aliis fit. Ita enim procrearetur eadem numero Epacta, quæ ante 19. annos in vſu fuit. Nouiluniaque ad eoſdem dies redirent, vt Cycli decennouennalis ratio poſtulat: quemadmodum accidit, ſi vltimæ Epactæ addantur 12. quando exempta ſunt 30. in vltimo Emboliſmo. Quanquam autem annus, in quo aureus numerus eſt 19. non fuerit ante Calendarii correctionem ſeptimus, ſiue vltimus Emboliſmicus, ſed penultimus, ſiue ſextus, vt proximo Capite oſtendemus: quia tamen annus ille ſemper fuit Emboliſmicus, & numerus 19. eſt omnium aureorum numerorum maximus, ac poſtremus, placuit Computiſtis, additionem numeri 12. fieri tunc, cum aureus numerus 19. vſurpatur. Nullus enim error notabilis ea ex re in Lunationibus accidere poteſt. Eadem de cauſa volumus & nos illam additionem fieri, quando aureus numerus eſt 19. quæcunque tunc Epacta ei reſpondeat, vt antiquorum veſtigiis, quoad eis fieri poteſt, inſiſtamus; etſi annus ille neque ſit vltimus Emboliſmicus ſemper, neque vero ſemper Emboliſmicus. Verum hæc planius, atque apertius proximo Capite percipientur.

Cur aureo num. 19. currente, ad dies qui in Decembri poſt vltimam Lunationem ſuperant, addenda ſit vnitas, vt Epacta ſequentis anni conſtituatur.

HINC patet ratio, cur quando aureus numerus 19. in vſu eſt, ad dies, qui poſt vltimam Lunationem Decembris ſuperſunt, adiiciatur vnitas, vt ſequentis anni Epacta formetur; veluti ad finem antecedentis Capitis dictum eſt: quia nimirum ad Epactam cum aureo numero 19. currentem apponenda ſunt 12. cum ad alias tantum 11. addantur, ad procreandam Epactam inſequentis anni, vt proxime oſtendimus. Quod ſi vnitas tunc non adderetur, offerrent ſuperflui illi dies Epactam vna vnitate minorem, eam videlicet, quæ ex additione 11. ad ſuperiorem Epactam efficeretur, quemadmodum fit in aliis, non autem eam, quæ gignitur ex additione 12. quod abſurdum eſt. Excipiuntur tamen hæ duæ Epactæ xviij. & xix. quæ ſi vna cum aureo numero 19. in vſu ſunt, non addenda eſt vnitas diebus illis ſuperfluis, ſed ipſi dies ſuperflui Epactam inſequentis anni exhibent: quia tunc Lunationibus duarum harum Epactarum in Decembri adimitur vnus dies, ita vt fiant dierum duntaxat 29. cum alias ſemper complectantur dies 30. Quo fit, vt vno die citius tunc Lunatio vtriuſque Epactæ in Decembri terminetur, quam oporteret, ac proinde ſuperſit ille dies in fine Decembris, qui alioquin deberet aliis diebus ſuperfluis adiici. Cur autem, currente aureo numero 19. cum duabus illis Epactis, earum Lunationes menſe Decembri contineant tantum 29. dies, proximo Capite, in quo de Emboliſmis agetur, explicabimus.

Qua ratione inſtauranda ſit tabula æquationis Epactarũ ſi forte alia anni magnitudo inueniatur.

IAM vero ſi poſt aliquot ſecula elapſa ab Aſtronomis alia diuerſa ab ea, quam nunc ſequimur, anni magnitudo inueniatur, ita vt annus Alphonſinus non amplius medius ſit inter maximum annum, ac minimum, ac proinde omiſſio trium dierum intercalarium quolibet 400. annorum ſpatio Aequinoctium vernum longius à die 21. Martii cogat recedere, ita vt ad eum reuerti nequeat; reſtituendum erit Aequinoctium ad diem 21. Martij per intercalationem, ſiue omiſſionem tot dierum extra ordinem in aliquo anno, quot diebus ipſum verſus finem menſis, vel verſus principium à 21. die diſceſſerit, vt Capite v. ſuperioris libri docuimus. Reſtituto autem hac ratione Aequinoctio, reſumenda iterum erit æquatio noſtra anni Solaris quæ ſpatio quouis 400. annorum ternos dies intercalares iubet omitti, vel alia magis commoda inſtituenda, pro anni Solaris noua magnitudine inuenta. Deinde innouanda erit Aequationis tabula hoc modo. Si, vt æquinoctium ad diem 21. Martii reduceretur, intercalati fuerint aliquot dies, aſcendendum erit in tabula expanſa ab ea linea Epactarum, quæ tum in vſu eſt, per tot lineas, quot dies intercalares interpoſiti fuerint, ita vt in vſum adhibeatur ea linea, cuius Epactæ tot vnitatibus maiores ſint Epactis alterius lineæ, quæ ante intercalationem illam extraordinariam vſupabatur, quot dies fuerint intercalati; quia videlicet totidem diebus Nouilunia citius contingent, quam antea, propter aſcititios illos dies anno extra ordinem adiectos. Si vero ad reſtituendum Æquinoctium in diem 21. Martii, exempti fuerint aliquot dies ex anno deſcendendum erit in tabula expanſa per tot lineas ab ea linea Epactarum, quæ tunc vſum habet, quot dies ex anno fuerint exempti, ita vt ad Nouilunia inueſtiganda recipiatur ea linea, quæ Epactas contineat tot vnitatibus minores Epactis alterius lineæ, quæ ante hanc dierum exemptionem in vſu erat, quot dies exempti fuerint: propterea quod totidem diebus Nouilunia tardius contingunt, quam ante, ob dies illos ex anno extra ordinẽ detractos. Litera poſtea huic lineæ Epactarum adſcripta, ad quã vſque factus eſt aſcenſus, deſcenſusve, præfigenda eſt in tabula æquationis illi anno, in quo extraordinaria illa dierum intercalatio, vel exemptio facta fuerit. Poſtremo vltra eum annum continuanda erit æquationis tabula ex præceptis ante traditis, initio facto à centeſimo anno, qui illi anno in quo æquinoctium reſtitutum fuerit, ſi non ſit centeſimus, proximus erit; ita vt quando Solaris annus æquatione eget, non autem Lunaris, deſcenſus fiat in tabula expanſa ad proxime inferiorem lineam: quando autem Lunaris annus æquationem deſiderat, Solaris non item aſcendatur ad lineam proxime ſuperiorem: quando denique neuter annus, vel vterque æquandus eſt, in eadem linea Epactarum perſiſtatur, vt ſupra in triplici illa regula dictum eſt.

Qua ratione inſtauranda ſit tabula æquationis Epactarũ, ſi forte Luna non in annis 312. cũ dimidio, ſed vel in paucioribus.

QVOD ſi forte defectus aliquis tabulæ in æquatione Lunæ deprehenſus fuerit, ita vt Luna non annis 312½. per diem vnum ſedes ſuas anteuertat in Calendario, ſed paucioribus, pluribusve, mutari poterit facile ratio æquationis Lunæ in tabula, obſeruando diligenter

G 3 quando,

Digitized by Google

quando anni in centeſimis omiſſi ſummam 100. annorum conficiant, vt tunc æquatio Lunę in proximum centeſimum differatur.

ETSI autem poſt aliquot ſeculorum lapſum neceſſario tabula æquationis eo, quem diximus, modo, ex auctoritate Romani Pontificis per Aſtronomos peritos corrigenda ſit, nulla tamen in ipſo Calendario propterea mutatio facienda erit, ſed diſpoſitio Epactarum, quam ſupra deſcripſimus, intacta prorſus atque illæſa eſt permanſura. Nam cum Epactæ ita in dies anni digeſtæ ſint, vt nulla dies relinquatur vacua, fit vt, ſiue Nouilunia in Calendario deſcendant, ſiue aſcendant, aliæ Epactæ eiſdem ſemper aureis numeris reſpondentes, ad eorum inueſtigationem, aſſumi poſſint, prout æquationis tabula præcipiet, abſque vlla earum in Calendario mutatione. Quæ res neque in aureum numerum, neque in vllum alium Cyclum, qui in Calendario diſpoſitus non omnia eius loca expleat, quadrare poteſt, Nam ſi Nouilunia propter æquationem aſcendere debent, aut deſcendere, ad ea loca Calendarii, quæ vacua ſunt, & numeris Cycli deſtituta, carebimus neceſſario numeris Nouiluniorum indicibus, niſi aliter Cyclus diſponatur, ita nimirum, vt numerus Nouiluniorum tunc index in loca illa vacua, ad quæ delapſa ſunt Nouilunia, incidat: qua ratione conficienda forent 30. Calendaria, tot nimirum, quot diebus Nouilunia aſcendere poſſunt, ac deſcendere: quæ 30. Calendaria ad longum in explicatione Gregoriani Calendarii deſcripſimus. Quod ſi dicat quis, neceſſe non eſſe, vt Cyclus aliter in Calendario digeratur, ſed ſatis eſſe vt numerus illis locis vacuis proximus aſſumatur ad Nouilunia indaganda; neque enim ex hac re notabilis error committi poteſt, cum Cyclus non poſſit exquiſite, ac ſubtiliter monſtrare Nouilunia, quocunque ille modo in Calendario collocetur, ſed neceſſe ſit eum interdum Nouilunia citius, aut tardius indicare. Quod ſi inquam, ita quis dicat, quis non videt, Nouilunia non poſſe hac ratione tot diebus aſcendere aut deſcendere, quot eis æquationis tabula præſcribit? Quis etiam non animaduertit, alium tunc numerum Cycli Nouilunia indicare, quam quem regula vſitata inueniendi aureum numerum aut numerum alterius cuiuſpiam Cycli exhibet, ac proinde ſingulis temporibus, quibus Nouilunia mutantur, ſingulos nouos canones ad eum numerum inquirendum eſſe condendos? Quæ res quantum perturbationis rebus tum Eccleſiaſticis, tum politicis eſſet allatura, nemo non videt.

PROPTER hanc autem ſtabilitatem ſolam Cycli Epactarum in Calendario, videlicet quod nihil in eo immutandum ſit, etſi alia magnitudo anni, vel periodus alia Lunæ à poſteris reperiatur, ac proinde tabula æquationis immutari debeat; dictum eſt à nobis Calendarium hoc Gregorianum Perpetuum, ac perenne, & nulli vnquam mutationi obnoxium: & merito id quidem quandoquidem, in eo Cyclus Epactarum omnia loca replet, & ad vſitatum aureum numerum directus ad quamcumque anni Solaris, atque etiam Lunaris magnitudinem accommodatur, ſi modo rite æquationis tabula conſtruatur, vt proxime declarauimus. Neque vero vlli noſtrum, qui à ſummo Pontifice ad hoc correctionis munus euocati fuimus, vnquam in mentem venit, vt putaremus Calendarium dicendum eſſe perpetuum, propter reſtitutionem Aequinoctij, & anni Solaris æquationem in eo præſcriptam, vt perperam, ac petulanter à Mæſtlino obiicitur. Nam cum à peritioribus Aſtronomis obſeruatum ſit, annum modo eſſe maiorem, modo minorem, & eius magnitudo nondum ſit certo explorata, vt tanta tabularum varietas teſtatur, quis tam impudens, ac temerarius fuerit, vt affirmare, ac recipere audeat, æquinoctium perpetuo permanſurum in ea ſede, ad quam reuocatum ſit etiamſi æquatio anni Solaris, omni adhibita cautione, inſtituatur? Et certe hoc nos non aſſeruiſſe, teſtis eſt locupletiſsimus libellus ille Compendii de reſtituendo Calendario ad Principes Chriſtianos tranſmiſſus, in quo duplex anni Solaris æquandi ratio fuit propoſita, vna ex anno Alphonſino, altera ex Coperniano: quod ſane nunquam feciſſemus, ſi noſtram æquationem, quæ ex ſententia Alphonſinorum inſtituta eſt, tam certam eſſe arbitrati eſſemus, vt nulli vnquam mutationi fieri poſſet obnoxia. Teſtantur idē apertiſsime hæc verba pene extrema eiuſdē Cōpendii. *Reſtituto itaque verno æquinoctio in eum locum, ex quo deciderat, atque hoc Epactarum Cyclo, qui ad quamcunque anni magnitudinem accommodari poteſt, Calendario appoſito, intercalationiſque ratione, quam diximus, & eius Cycli æquatione adhibita, ita in poſterum anni, atque menſes congruent cum Solis, ac Lunæ ratione, vt nulla deinde varietas, aut diſſenſio poſſit exiſtere: quod ſi quando acciderit, eadem hac via belliſſime in ſuum ſtatum poſſunt reſtitui. Quod ſi alicui Alphonſini calculi incertiores eſſe videbuntur, quam vt illis fidendum putet, potiuſq; recentioribus adhærendum exiſtimet, is profecto intelliget, eam eſſe huius artificioſi Cycli, tabulæque Epactarum à Lilio excogitatæ diſpoſitionem, ac digeſtionem, vt nullo negotio ſiue Copernici, ſiue cuiuſuis alterius calculis poſſit aptari, ſi tabella æquationis ex illis confecta pro ea, quam ad marginem ſcripſimus, ſubſtituatur.* En quam clare, & aperte profiteamur, æquationem noſtram anni Solaris non eſſe vſque adeo firmam, ac ratam, vt aliquando reſtauratione non poſsit indigere.

ET ſane, quod ad Aequinoctium attinet, facile in priſtinam ſedem, ſi quando eam deſeruerit, reuocari poterit per omiſsionem vel intercalationem aliquot dierum, ex edicto ſummi Pontificis, vt in hac ipſa correctione anni factum eſt per decem dierum exemptionem.

AT in Calendario Cyclum ad Nouilunia monſtranda diſponere, qui ad omnem anni magnitudinem accommodari poſsit & perpetuus ſit, ita vt nihil vnquam in eius diſpoſitione in Calendario ſit immutandum, hoc viſum ſemper eſt antiquis Patribus, & Aſtronomis perdifficile, ne dicam impoſsibile; propterea quod cum Sol, vt die integro ſedem ſuam anteuertat in Calendario, pauciores dies deſideret, quam Luna, non videbatur fieri poſſe, vt longo tempore idem Cyclus Calendario inſcriptus Nouilunia monſtraret. Nam quando pro æquatione Solis dies vnus anno eximitur, neceſſe eſt, Nouilunia per diem in Calendario deſcendere, cum Luna nondum æquatione indigeat, vt ſupra diximus. Niſi ergo tunc Cyclus aliter in Calendario diſponatur, nullo modo fieri poterit, vt idem numerus Cycli, qui prius, Nouilunia indicet. Eadem ratione, quando Luna æquationem requirit, non autem Sol, aſcendent neceſſario Nouilunia in Calendario per diem. Quare neque tunc idem numerus Cycli, qui prius, Nouilunia recte monſtrabit, niſi ſurſum promoueatur in ea loca, ad quæ Nouilunia fuerint progreſſa. Quod ſi quis

tali

pluribuſve anticipare vnum diē deprehendatur

Epactas in Calēdario loca non mutare, etiamſi tabula æquationis Epactarū propter aliam fortaſsis anni magnitudinē inuentam, vel propter aliam Lunationum periodum innouetur.

Cur aureus numerus, vel alius quiuis cyclus omnia loca Calēdarii non replēs, non poſsit eſſe in Calendario immutabilis.

Calendarium Gregorianū cur dicatur perpetuū

Cyclus Epactarum noui Calēdarii qua ratione dicatur ad quamcunque anni magnitudinem poſſe accōmodari.

Calēdariū nouū non dici perpetuum, propter reſtitutionē æquinoctii factam eiuſq; æquationem præſcriptam.

Quare duplex æquādi Solaris anni ratio in compendio ad Principes Chriſtianos tranſmiſſo propoſita ſit.

Reſtitutio æquinoctii quam ſit facilis per omiſsionē, vel intercalationē aliquot dierum.

Digitized by Google

tali in re, ac tempore eximendum eſſe vnum diem ex anno exiſtimaret, vt Nouilunia eiſdem diebus retinerentur, is Aequinoctiũ de ſede propria exturbaret, cogeretque ipſum verſus finem menſis prolabi. Atque ita ſi anno Solari æquationem quis adhibebit, non paruam Nouiluniorum iacturam faciet: ſi verò Lunarem annum æquare inſtituet, neceſſario æquinoctium ex propria ſede deiiciet. Vt recte in eum quadret illud, quod vulgo dici ſolet.

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.

AT ſi æquinoctium, ac Nouilunia eodem temporis ſpatio per vnum diem in Calendario verſus initia menſium progrederentur, tota hæc difficultas ſublata eſſet omnino. Quæ cum ita ſint, non parum effectum eſſe in Calendarii correctione exiſtimandum eſt, quod diſcordes Solis, ac Lunæ motus ad talem ſint adducti concordiam, vt vnius æquatio æquationem alterius, qualiſcunque ea ſit, non impediat; vt non iniuria propterea Calendarium dici poſſit perpetuum, etſi æquinoctium præter æquationem præſcriptam egeat interdum alio remedio, ne longius a die 21. euagetur. Maxima ergo gratia, & laus ALOYSIO LILIO tribuenda eſt, qui tam artificioſum Epactarum Cyclum excogitauerit, qui Calendario inſcriptus perpetuo Nouilunia commonſtret, & ad quamcunque anni magnitudinem tam facile poſſit accommodari.

Calẽdariũ nouũ laude eſſe dignũ, quod in eo diſcordes Solis ac Lunæ motus ad concordiã sũt redacti, etiãſi æquinoctiũ ob inæqualitate anni Solaris egeat interdũ alia æquatione, præter eã, quæ 400. quibuſque annis adhibetur.

AC ſi quis exiſtimat, perpetuam hanc noſtrãm Nouiluniorum ex Epactis inuentionem, quæ per tabulam expanſam, æquatione ſuo tempore adhibita, explicata eſt, alienam eſſe ab vſitata forma, quæ per aureos numeros in Calendario deſcriptos Nouilunia inueſtigat, conſulat quos in Calendarii Gregoriani explicatione excerpſimus ex Cyclo Epactarum triginta Cyclos decennouennales aut eorum numerorum, in quibus totus anni Lunaris calculus ex vſu Eccleſiæ conſiſtit: ita vt ſint inſtar 30. Calendariorum, quæ conficienda fore diximus, ſi aureus numerus in Calendario retinendus eſſet. Ex quibus liquido intelliget rationem inueſtigandorum Nouiluniorum per Epactas & aureos Numeros in 30. Calendariis digeſtos eſſe plane eandem, & vnam alteri omni ex parte congruere. Quia tamen multitudo 30. Calendariorum eſt incommoda, tum quod ex iis facile confuſio oriri poſſet in variis regionibus, vna hoc Calendarium, alia illud eodem tempore vſurpante, tum vt ex iis tabulæ Paſchales conſtruantur, ætaſque Lunæ in Martyrologio recte pronuncietur, cùm 30. tabulæ Paſchales, ac 30. Martyrologia conſici deberent; tutius eſt & rebus Eccleſiaſticis magis conſentaneum, tàm in Calendario, quàm in tabulis Paſchalibus, ac Martyrologio vti numeris Epactarum, quandoquidem vnica linea Epactarum in Calendario diſtributarum hæc omnia commodiſſimè perficit, vt ex Calendario nouo, & Martyrologio ad reſtitutionem anni accommodato apparet.

Rationem inueniẽdorũ Nouiluniorum ex Epactis diuerſam nõ eſſe ab ea, quæ per aureos numeros fit.

IN eadem Calendarii Gregoriani explicatione deſcripſimus alias triginta tabulas Lunationum reſpondentes ordine triginta Cyclis Epactarum tabulæ expanſæ, vel triginta Calendariis aureorum numerorum. Ex quibus item manifeſtum eſt, quàm aptè, conuenienterque tum Epactæ in nouo Calendario, tum aurei numeri in 30. Calendariis ex Epactis excerpti, ad Nouilunia indicanda ſint collocati, & quàm diſtinctè ordinateque Lunationes in Calendario progrediantur alternis dierum 30. & 29. Vtraſque tabulas beneuolus Lector, ibi conſulat, nam eas hic repetere, cum longiuſculæ ſint, operæ pretium non putauimus.

DE EMBOLISMIS, AC SALTV QVEM *dicunt*, LVNÆ.

CAPVT V.

CVM iam omnes Epactas 30. Calendario inſcripſerimus, tabulamque earundem expanſam vnà cum æquationis tabula condiderimus, vt quolibet ſeculo cognoſcatur, quænam 19. Epactæ ex 30. aſſumendæ ſint, nouendecim aureis numeris reſpondentes, ad Nouilunia demonſtranda, non abs re erit pauca etiam de Emboliſmis, ac ſaltu Lunæ hoc loco diſſerere. Hinc enim magis elucebit, Epactas recte in Calendario eſſe collocatas, earumque Cyclum idem omnino præſtare, quod Cyclus aurei numeri, aut quicunque alius Cyclus olim præſtabat. Sed duo prius explicanda ſunt. Primum, Lunationem quamlibet illi menſi tribui à Computiſtis, in quo finitur, etſi alio menſe principium habuerit. De qua re extat hic verſiculus.

Lunatio cur illi mẽſi tribuatur, in quo finitur.

In quo completur, menſi Lunatio detur.

SI quis autem huius rei cauſam deſideret, hæc afferri poterit. Currente Epacta *. dubium non eſt, quin prima Lunatio totius anni ipſis Calendis Ianuarii incipiat, vna cum ipſo anno, eidemque Ianuario tribuenda ſit, finem habens die 30. Ianuarii. Quare ſecunda Lunatio, cuius finis in vltimum diem Februarii cadit, Februario adſcribenda erit, quanquam principium habeat die vltimo Ianuarii: Tertia verò Calendis Martii incipiens, terminataque die 30. danda erit Martio: Quarta deinde Aprili, cuius finis incidit in 28. diem Aprilis, etiamſi principium eius fiat vltimo die Martii. Quinta autem Maio, quæ terminatur die 28. Maii, licet die 29. Aprilis incipiat: Atque ita deinceps toto eo anno tribuendæ erunt Lunationes illis menſibus, in quibus finiuntur, quanquam in aliis incipiant: adeo vt duodecima tunc Lunatio, cuius finis in 20. diem Decembris cadit, adſcribenda ſit Decembri, etſi die 22. Nouembris incipiat. Et quoniam in anno communi Lunari continentur tantum 12. Lunationes, dicenda erit ſequens Lunatio die 21. Decembris incipiens, & die 19. Ianuarii deſinens, prima inſequentis anni, ac proinde Ianuario, primo menſi anni, attribuenda; quandoquidem die 20. Decembris finitus iam eſt annus

Digitized by Google

Lunaris communis 12. Lunationum. Ex quo efficitur, inſequentem Lunationem, quæ 20. die Ianuarii inchoatur, aſſignandam eſſe Februario, in cuius die 17. finitur; atque idcirco alias quoque Lunationes eiuſdem anni concedendas eſſe illis menſibus, quibus finiuntur, quamuis ab aliis initium ducant. Non aliter in anno Lunari Emboliſmico vltima ac tertiadecima Lunatio finem ſuum habebit in Decembri, & proxime inſequens, ſiue in aliquo die Decembris ea incipiat, ſiue in principio Ianuarii, prima inſequentis anni dicenda erit. Hæc omnino videtur eſſe cauſa, cur Computiſtæ omnes tribuant Lunationes illis menſibus, in quibus terminantur, vt nimirum prima Lunatio anni initium ferè ſemper habens in Decembri, & finem in Ianuario, adſcriberetur primo menſi Solari totius anni, nimirum Ianuario, ratione id ita poſtulante.

*Quolibet cyclum 19. Epactarũ incipere vel à *. ſi in propoſito cyclo continetur, vel ab 1. ſi * in dato cyclo non reperitur.*

*Quinã cycli decẽnouennales tabulæ expanſæ incipiant à *, & qui ab Epacta 1.*

SECVNDO loco declarandum eſt, à qua Epacta initiũ ſumat quilibet Cyclus nouendecim annorum, in quo nimirum continentur 19. Epactæ alicuius lineę ex illis 30. in tabula expanſa deſcriptis, reſpondentes nouendecim aureis numeris. Neque enim triginta illi Cycli tabulæ expanſæ incipiunt ab illis Epactis, quæ in eis primum locum obtinent, ac ſub aureo numero 3. ponuntur, vt fortaſſe quiſpiam rem non ſatis attente conſiderans arbitrari poſſet, ſed quilibet Cyclus decennouennalis tabulæ expanſæ initium ſumit ab Epacta *. & à primo die Ianuarii, ſi ea in illo Cyclo contineatur; vel ab Epacta 1. & ab vltimo die Decembris, ſi in Cyclo Epacta *. non reperiatur. Continetur autem Epacta *. in 19. Cyclis tabulæ expanſæ, vt in 1. 2. 4. 5. 7. 9. 10. 12. 13. 15. 16. 18. 20. 21. 23. 24. 26. 27. & 29. ac propterea ab ea quilibet horum Cyclorum principium ſumit, ſub quocunque aureo numero collocetur. In aliis autem 11. Cyclis, vt in 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. 22. 25. 28. & 30. non reperitur *. Quare initium ſument ii Cycli ab Epacta 1. ſub quocunque illa aureo numero poſita reperiatur. Etſi enim in omni Cyclo liberum ſit initium facere, vbicunque libuerit, quia tamen anni 19. Lunares totidem Solaribus annis æquantur, quanquam non omni ex parte, vt ſupra dictum eſt, conſentaneum eſt, vt ibi principium Cycli 19. annorum in Epactis ſumatur, vbi Eccleſiæ conſuetudo anni Solaris in Calendario initium ſtatuit, nimirum Calendis Ianuarii, aut certe prope Calendas; adeo vt quotiescunque in Cyclo decennouennali Epacta *. Calendis Ianuarii aſcripta in vſu eſt, principium Cycli ab ea ſumatur, Nouiluniumque illud in primum Ianuarii diem cadens ſit primum in toto eo Cyclo decennouennali. Sed quoniam non raro accidit, vt in toto ſpatio 19. annorum nullum Nouilunium in Calendas Ianuarii incidat, propterea quod toto eo temporis ſpatio Epacta *. in vſu non eſt, vt ex ſuperioribus 11. Cyclis tabulæ expanſæ manifeſtum eſt, vt ex 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. 22. 25. 28. & 30. non poterit tunc initium noſtri Cycli à Calendis Ianuarii ſumi, aut ab Epacta *. cum ea in illo Cyclo non contineatur, ſed ab ea Epacta Cyclus inchoandus erit, quæ Calendis Ianuarii proxima eſt, vt vel ab Epacta xxix. diei ſecundo Ianuarii præfixa, vel ab ea, quæ poſtremo diei Decembris adſcribi deberet, ſi inde annus inchoaretur: ita vt Nouilunium principio anni Solaris proximum, cuiuſmodi eſt illud, quod vel in ſecundum diem Ianuarii, vel in vltimum diem Decembris cadit, dicatur in toto eo Cyclo primum. Quia vero Nouilunium in ſecundum Ianuarii diem incidens, non eſt primum totius anni, ſed ſecundum, (quod Lunatio antecedens, quæ finem habet ipſis Calendis Ianuarii, Ianuario tribuatur, dicaturque totius anni prima, vt paulo ante ſcripſimus) aſſumendum eſt Nouilunium in vltimum Decembris diem incidens. Hoc enim primum tunc eſt totius anni, & Ianuario tribuitur, eſtque initio anni Solaris in toto eo Cyclo decennouennali proximum; quippe cum omnia alia Nouilunia Ianuario aſſignata in eo Cyclo cadant in alios dies Decembris, qui vltimum antecedunt. Itaque duo ſunt dies principio noſtri Cycli deputandi, nimirum Calendæ Ianuarii, vbi poſita eſt Epacta *. & pridie Cal. Ianuarii, vbi collocari deberet Epacta 1. ſi ibi annus Solaris inciperet, quemadmodum aliis in locis Calendarii Epacta 1. ſupra Epactam *. proxime eſt collocata. Quoniam verò Solaris annus incipit à primo die Ianuarii, ac finitur vltimo Decembris, & Epactæ in Calendario rationem Cycli ſeruare non poſſunt, vt Capite 2. huius libri declarauimus, præfixa eſt vltimo Decembris diei non Epacta 1. quæ ordine naturali Epactam *. in Calendario antecedit, ſed Epacta xx. vna cum Epacta 19. alio colore, charactereue denotata. Hæ namque duæ Epactæ ordine naturali cadunt infra Epactam xxi. diei penultimo Decembris appoſitam, ſuntque adhuc in vſu menſe Decembri, in illis annis in quibus per eas Nouilunia demonſtrantur, cum noſtræ Epactæ mutentur menſe Ianuario, ſicut & aurei numeri. Ex quibus colligitur, initium cuiuſuis Cycli decennouennalis noſtrarum Epactarum ſumendum eſſe vel à primo die Ianuarii, & ab Epacta *. quando ea in Cyclo decennouennali eſt in vſu, vel ab vltimo die Decembris, & ab Epacta 1. quando *. in eo Cyclo non reperitur.

Cyclũ quẽcũque decẽnouenalẽ incipere vel à primo die Ianuarii, vel ab vltimo Decembris.

Cyclũ decẽnouennalẽ aurei numeri incipere vel ab aureo numero ad calẽd Ianuarii ſcripto, vel ab eo, qui vltimo diei Decẽbris aſcribẽdus eſſet, ſi inde annus Solaris inciperet.

Cyclũ aurei numeri ante correctionẽ ſemper incipiſſe ab aureo numero 3.

ATQVE hæc eſt cauſa, cur in 30. tabulis Lunationum Cyclum quemlibet decennouennalem inchoauerimus vel ab Epacta *. vel ab Epacta 1. primaque Lunatio totius Cycli principium ducat vel à Calendis Ianuarii, vel ab vltimo Decembris; cum interim omnes aurei numeri Cyclo decennouennali principium dederint.

CÆTERVM vt videas, neceſſario duos illos dies deſtinandos eſſe initio noſtri Cycli decennouennalis cuiuſque, oſtendemus, idem faciendum fore in Cyclo aurei numeri, ſi is in Calendario deſcriberetur, & vtraque æquatio, Solaris nimirum anni, atque Lunaris, ſeruaretur. Sumamus ergo in manus Calendarium Romanum antiquum, in quo aureus numerus 3. poſitus eſt ad primum diem Ianuarii, & à quo ad noſtram vſque correctionem initium Cycli ſemper ſumptum eſt, propterea quod nunquam adhibita fuit æquatio ſolis, ac Lunæ. Sumptum autem ſemper eſſe principium Cycli ab aureo numero 3. ex eo manifeſte colligitur, quod ab aureo numero 3. anni Emboliſmici ſint numerati, vt apertiſſime conſtabit ex iis, quæ paulo infra de Emboliſmis hoc eodem capite trademus.

ITAQVE ſi propter æquationem anni Solaris, Luna nondum æquationem deſiderante, ſinguli aurei numeri deorſum promouendi ſint per vnum diem, ſcribetur aureus numerus 3. ad ſecundum diem Ianuarii, & primo diei præfigetur aureus numerus 14. cum hic ſemper in aliis locis proxime ſupra illum collocatus ſit in Calendario. Quare ab aureo numero 14. tunc Cycli initium fiet, & ab eodem die primo Ianuarii. Quod ſi rurſus per alterum diem aurei numeri mouendi ſint deorſum, cadet aureus nu-

merus

merus in tertium diem Ianuarii, & aureus numerus 14. in ſecundum, primus autem dies vacuus apparebit, quòd ſupra aureum numerum 14. ponatur aureus numerus 6. non proxime, ſed relicto vno die vacuo, vt ex Capite 2. huius libri patet. Quare non poterit tunc fieri Cycli initium à primo die Ianuarii, cum ibi nullus aureus numerus poſitus ſit; neque verò amplius aureus numerus 14. ſecundo diei Ianuarii tunc adſcriptus initium dabit: propterea quod Lunatio ſecundo die incipiens, currente aureo numero 14. eſt ſecunda illius anni, non autem prima. vt ante docuimus. Incipiendus igitur Cyclus tunc eſt ab eo aureo numero, qui adſcribendus eſſet diei vltimo Decembris, ſi inde Solaris annus inchoaretur, hoc eſt, ab aureo numero 6. qui in Calendario duobus diebus ſemper ſuperior eſt, quam 14. Nam Lunatio tunc in vltimum diem Decembris incidens prima eſt totius anni inſequentis, quam quidem indicat aureus numerus 5. qui in præcedenti anno Nouilunia demonſtrat, eſtque diei vltimo Decembris tunc adſcriptus, cum eum per duos dies à 29. die Decembris, vbi in antiquo Calendario deſcriptus eſt, ponamus deſcendiſſe. Quod autem tũ ad vltimum Decemb. diem apponendus ſit aureus numerus 5. non autem 6. qui in Calendario ſemper ſupra 14. ſcriptus reperitur, cauſa eſt, quia aurei numeri in Calendario rationem Cycli non poſſunt ſeruare, vt Capite 2. huius libri dictum eſt: patetque hoc ex tertio Calendario aureorum numerorum, cuius litera index eſt M, maiuſcula.

IDEM prorſus fieret, ſi propter æquationem Lunæ (Solari anno tum æquationem non deſiderante) aurei numeri in antiquo Calendario ſurſum per vnum diem promouendi eſſent. Nam aureus numerus 11. tertio diei Ianuarii adſcriptus, ad diem ſecundum aſcenderet, aureus verò numerus 3. in primo die poſitus tranſiret ad diem vltimum Decembris, relicto primo die Ianuarii vacuo. Non igitur tunc incipere poſſet Cyclus à primo die Ianuarii, cum ibi nullus ſit aureus numerus, neque verò à ſecundo die Ianuarii, propter rationem ſupra allatam. ſed ab vltimo die Decembris, & ab aureo numero 3. qui ibi tunc collocandus eſſet, ſi annum Solarem inde exordiremur: quanquam quia annum à principio Ianuarii inchoamus, atque aurei numeri Cycli rationem in Calendario non ſeruant, vt diximus, poſitus ibi tunc cerneretur aureus numerus 2. ſub aureo numero 13. qui tunc penultimo diei Decemb. aſcriptus eſſet, vt conſtat ex trigeſimo Calendario aureorum numerorum, cuius litera index eſt a minuſcula.

VIDES igitur, initium Cycli aureorum numerorum deinceps, ac ſucceſſiue ſumi ab omnibus aureis numeris, modo à primo die Ianuarii, ſi ibi poſitus fuerit aureus aliquis numerus, modò ab vltimo Decembris die, ſi primus dies Ianuarii nullum habeat aureum numerum: quod quidem accidit propter æquationem anni Solaris, ac Lunaris, cum omnes aurei numeri propter eam æquationem poſſint deinceps deſcribi in primo die Ianuarii, atque vltimo Decembris, vt liquidò apparet ex 30. Calendariis aureorum numerorum, in quibus varios dies iidem aurei numeri occupant, prout videlicet 30. lineis Epactarum in tabula expanſa reſpondent.

Initiũ cycli aurei numeri ſumi ſucceſſiue ab omnib. aureis numeris, ſi æquatio Solaris anni, ac Lunaris adhibeatur.

AT verò quoniam Cyclus noſter Epactarum in Calendario immobilis eſt, ſemperque Epacta *. Calendis Ianuarii adhæret, ita vt Epacta i. ad vltimum diem Decembris ponenda eſſet, ſi inde annus Solaris inciperet, fit, vt initium Cycli decennouennalis noſtrarum Epactarum perpetuo ſumendum ſit vel ab Epacta *. vel ab Epacta i. vt declaratum eſt.

*Cyclus quilibet decẽnouẽnalis Epactarũ quare ſemper incipiat à *. vel ab Epact. i.*

ALEXANDRINI porro ſemper ab vltimo die anni, qui diei 28. noſtri Auguſti reſpondet, Cyclum ſuum exordiebantur; quia ad primum diem anni, ſiue menſis Thoth, qui reſpondet diei 29. Auguſti, nullum Aureum numerum collocabant, quod eo tempore nullum Nouilunium in primum diem eorum anni incideret, ſed in vltimum, id eſt, in diem 35. menſis Meſores, quem diei 28. Auguſti reſpondere diximus, vbi aureus numerus 19. poſitus erat, qui tunc inſtar erat aurei numeri 1. quippe cum ſtatim proximo die, qui inſequenti anno initium dabat, aureus numerus 1. aſſumeretur pro aureo numero 19. atque ita ab aureo numero 1. eorum Cyclus incipiebat. In Calendario autem Eccleſiaſtico antiquo, currente aureo numero 3. incidebat Nouilunium, ex vſu Eccleſiæ, in primum diem Ianuarii, vbi ponebatur aureus ille numerus 3. ac proinde ab eo ſemper principium ſumebat Cyclus aurei numeri ante anni correctionem, vt ſupra diximus.

Cyclũ aurei numeri apud Alexandrinos ſemper incepiſſe ab vltimo die anni ipſorũ, & ab aureo numero 1.

HIS poſitis, ad explicationem Emboliſmorum aggrediamur. Emboliſmus igitur eſt annus Lunaris, in quo 13. Lunationes continentur: ſiue dies 384. aut 383. vt mox dicemus. Neque verò mirum alicui videri debet, in vno anno, qui in Calendario continet dies tantummodo 365. fieri poſſe 13. Lunationes, quæ conficiant dies 384. aut 383. Nam cum ſupra dictum ſit, Lunationes illis menſibus tribui, in quibus finiuntur, ita vt omnis Lunatio menſe Decembri incipiens terminataque quocunque die Ianuarii, etiam primo, aſcribenda ſit Ianuario, dicendaque totius anni prima, fieri poteſt, vt quibuſdam in annis poſt primam illam Lunationem exiſtant adhuc 12. integræ Lunationes, antequam ad primam Lunationem alterius inſequentis anni veniamus; ſi nimirum poſt primam Lunationem alicuius anni ſuperſint adhuc 354. aut 353. dies. quot nimirum 12. Lunationibus comprehenduntur. Quando ergo hoc contingit, exiſtunt 13. Lunationes in eo anno Lunari, diciturque annus Emboliſmicus, complectens dies 384. vel 383. quanquam Solaris annus ex diebus duntaxat 365. in Calendario conſtet. Quando verò poſt primam illam anni Lunationem ſuperſunt ſolum 11. Lunationes integræ, continentur 12. tantum Lunationes in eo anno Lunari, & appellatur communis, continens dies 354. vel 353. licet Solaris annus dies 365. in Calendario complectatur.

Qua ratiõe in vno ãno poſſint 13. Lunatiões contineri.

ET quoniam annus Solaris in Calendario deſcriptus dierum 365. annum lunarem communẽ complectentem plerunque dies 354. ſuperat diebus 11. facile cognoſcemus, quinam anni, & quot in quolibet Cyclo decennouennali ſint Emboliſmici, ſiue 13. Lunationum. Quotieſcunque enim ex diebus illis 11. qui in quolibet anno Solari exactis 12. Lunationibus, ſuperſunt, ſumma collecta fuerit 30. aut maior, aut etiam minor, hoc eſt, 29. vt fit in vltimo, ſiue decimonono anno Cycli, complebuntur eo anno 13. Lunationes, atque annus ipſe Emboliſmicus erit: quia ex ſumma illa dierum conficitur vna Lunatio 30. dierum, vltimo anno Cycli excepto, in quo ſumma 29. dierum conflata exhibet vnam Lunationem 29. dierum, quæ aliis 12. Lunationibus ante illam expletis adiecta efficit 13. Lunationes. Contingit

In quolibet cyclo decẽnouennali eſſe 7. annos Emboliſmicos, vnde cognoſcatur, & quinam illi ſint.

contingit

Digitized by Google

Cur in vno Cyclo decennouennali, anni 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. ſint emboliſmi.

tingit autem hoc in quolibet Cyclo ſepties tantum, videlicet in annis 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. cuiuſq; Cycli, qui omnes, ac ſoli ſunt Emboliſmici, vt ex 30. tabulis Lunationum manifeſtum eſt. In qualibet enim reperiuntur 7. anni 13. Lunationum, cuius rei hæc eſt ratio.

Quādo annus Emboliſmicus contineat dies 384. & quando 383.

Duo tantū Cycli decē-nouēnales ex omnib. 30. tabulæ expanſæ, habent ſeptimā Lunationem Emboliſmicā 29. dierum.

IN primis tribus annis Cycli ter ſuperſunt 11. dies, qui efficiunt 33. dies, quorum 30. dantur Lunationi tertiædecimæ, ſiue Emboliſmicæ tertii anni, ſuperſuntque adhuc 3. dies: qui adiuncti ter 11. diebus reſiduis in annis 4. 5. & 6. conſtituunt dies 36. quorum 30. rurſus dantur Lunationi Emboliſmicæ, ſiue decimætertiæ ſexti anni, & adhuc 6. dies ſuperſunt. Hi cum reſiduis ter 11. diebus in annis 7. 8. ac 9. efficiunt 39. dies. Ex 30. igitur completur Lunatio Emboliſmica noni anni: reliqui vero 9. dies cum reſiduis bis 11. in annis 10. & 11. componunt 31. dies, quorum 30. Lunationi Emboliſmicæ vndecimi anni tribuuntur; dies autem 1. reliquus cum reſiduis ter 11. diebus in annis 12. 13. & 14. efficit dies 34. ex quibus 30. cedunt Emboliſmicæ Lunationi anni quartidecimi, & reliqui 4. dies cum ter 11. diebus ſuperfluis in annis 15. 16. ac 17. conficiunt dies 37, quorum 30. Lunationem Emboliſmicam ſeptimidecimi anni explent; at reliqui 7. dies cum bis 11. ſuperfluis diebus in annis 18. & 19. efficiunt dies 29. pro Lunatione Emboliſmica deciminoni anni, atque vltimi. Neceſſe enim eſt, vnam ex 7. Lunationibus extraordinariis dies tantum 29. complecti, cum in 19. annis ex 11. diebus, qui in quolibet anno ſuperſunt, conſtituantur 209. dies, qui conficiunt ſex Lunationes 30. dierum ſingulas, & vnam dierum 29. quòd ei dies vnus deſit ad complendum numerum 30. dierum. Dies enim 210. conſtituunt 7. Lunationes dierum 30.

ITAQVE annus Emboliſmicus, cuius Lunatio dies 30. continet, complectetur dies 384. Qui verò Lunationem Emboliſmicam habet dierum 29. dies continebit 383. propterea quod dies 354. duodecim Lunationum cum 30. diebus Lunationis Emboliſmicæ conficiunt dies 384. cum diebus autem 29. Lunationis Emboliſmicæ conſtituunt dies tantummodo 383.

Primā Lunationem anni Emboliſmici terminari in aliquo primorū 11. dierū Ianuarii, & quare.

Vndecim Epactas ſemper eſſe Emboliſmicas, hoc eſt, annū illū eſſe Emboliſmicū, in quo vna ex illis cum quocunq; aureo numero currat. & quæ illa ſint.

ATQVE hic eſt ordo naturalis 7. Emboliſmorum in quouis Cyclo decennouennali contentorum, vt nimirum priores ſex Lunationes Emboliſmicæ contineant dies 30. ſingulæ, ſeptima vero ac poſtrema dies 29. duntaxat: qui tamen ordo plerumque mutatur, ita vt non ſemper ſeptima Lunatio Emboliſmica ſit dierum 29. ſed interdum aliqua alia, Lunationibus alternis 30. & 29. dierum id ita exigentibus, propterea quod Cyclus decennouennalis non ſemper ab aureo numero 1. incipit, ſed ab aliquo alio. Duo enim tantùm Cycli decennouennales Epactarum ex omnibus 30. tabulæ expanſæ, quos referunt 8. & 9. lineæ eiuſdem tabulæ, quibus præfiguntur literæ D, & C, maiuſculæ, initium ſumunt ab aureo numero 1. Quare in illis tantùm nonuſdecimus annus, qui ſeptimus Emboliſmicus eſt, continebit Lunationem Emboliſmicam 29. dierum: In aliis autem Cyclis ſeptimus Emboliſmus habebit Lunationem Emboliſmicam dierum 30. & Lunatio Emboliſmica 29. dierum alicui alii Emboliſmo tribuetur, vt ex iis, quæ aliquanto poſt dicturi ſumus, fiet perſpicuum; ſi prius paulo vberius explicauerimus, quo pacto ſe habeant hi 7. Emboliſmi in quolibet Cyclo decennouennali noſtrarum Epactarum, qui quidem ſemper vel ab Epacta *. vel ab 1. incipit, vt ſupra traditum eſt.

QVANDOCVNQVE igitur prima Lunatio alicuius anni terminatur aliquo primorum 11. dierum Ianuarii, (Omnem autem Lunationem menſe Ianuario terminatam, etiam primo eius die, Ianuario tribui, eſſeque totius anni primam, ſupra oſtendimus.) annus ille neceſſario Emboliſmicus eſt. Nam ſi prima Lunatio deſinat die 11. Ianuarii, ſupererunt eo anno vſque ad finem Decembris dies 354. in quibus 12 Lunationes adhuc fieri poſſunt. Quare annus ille complectetur 13. Lunationes, ac proinde Emboliſmicus erit. Si verò prima Lunatio ante diem 11. Ianuarii terminetur, ſupererunt plures dies quàm 354. eo anno vſque ad finem Decembris. Quamobrem fieri in illis poterunt adhuc 12. Lunationes, ac ſupererunt præterea aliquot dies, vel ſaltem vnus; ac proinde is quoque annus Emboliſmicus erit, cum 13. Lunationes comprehendat.

Lunationē 13. in anno Emboliſmico terminari ī aliquo poſtremorū 11. dierū Decēb. & quare.

EX quo efficitur, vt vndecim hæ Epactæ, xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. xxv. 25. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. (Numeramus autem xxv. 25. pro vna Epacta) poſitæ in proximis 11. diebus poſt Calendas Ianuarii, ſint ſemper Emboliſmicæ, ita vt annus, cuius Epacta eſt aliqua ex illis 11. quicunque tunc aureus numerus currat, ſit Emboliſmicus, propterea quod Lunatio ab aliqua illarum Epactarum, menſe Ianuario incipiens eſt ſecunda illius anni, prima verò eam antecedens incepit menſe Decembri, completaque eſt in aliquo primorum 11. dierum Ianuarii.

Primā Lunationem anni Emboliſmum inſequentis ſēper incipere ab aliqua Epacta Emboliſmica, excepto Emboliſmo, in quo Epacta xix. nō cū aureo numero 19. currit, & quare.

HINC rurſus colligitur, in quouis anno Emboliſmico Lunationem tertiamdecimam, ſiue poſtremam, neceſſario terminari aliquo poſtremorum 11. dierum Decembris, quibus adſcriptæ ſunt hæ Epactæ, *. xxix. xxviii. xxvii. xxvi. xxv. 25. xxiiii. xxiii. xxii. xxi. xx. 19. Propterea quod ſi Lunatio aliqua deſinat in quocunque illorum 11. dierum, inſequens Lunatio quæ prima eſt proximi anni poſt Emboliſmum, incipit ab aliqua ex illis 11. Epactis, quæ proximis 11. diebus poſt primum diem Ianuarii præfixæ ſunt, quaſque diximus eſſe Emboliſmicas. Quæ res argumento eſt, toto eo anno, cuius vltima Lunatio in aliquo poſtremorum 11. dierum Decembris finitur, in vſu fuiſſe Epactam illam Emboliſmicam, à qua ſequens prima alterius inſequentis anni Lunatio incipit, atque idcirco annum illum fuiſſe Emboliſmicum. Solum quando vltima Lunatio anni Emboliſmici, currente Epacta xix. finitur vltimo die Decembris, quod fit non concurrentibus Epacta xix. & aureo numero 19. incipit prima Lunatio inſequentis anni prima die Ianuarii, & ab Epacta *. non Emboliſmica, non autem ab Epacta xix. Emboliſmica. Ratio huius rei eſt, quòd annus vltimo Decembris die finiatur, & Epacta xix. mutetur tunc anno inſequenti in Epactam *. Quòd ſi annus poſtremo die Decembris non clauderetur, ſcribenda eſſet Epacta xix. iuxta eum diem, qui nunc primo die Ianuarii reſpondet, naturali ſcilicet ordine ſub Epacta xx. vltimo diei Decembris affixa: atque ita Lunatio prima poſt annum Emboliſmicum inciperet tunc etiam ab Epacta xix. quæ Emboliſmica eſt.

Enumeratas 11. Epactas, ōes ac ſolas eſſe

ATQVE vt planius appareat, vndecim has Epactas xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. xxv. 25. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. eſſe omnes Emboliſmicas, & ſolas, conſiderandæ diligenter ſunt omnes 30. lineæ

Epactarum

Digitized by Google

Epactarum tabulæ expanſæ. Nam in qualibet earum ſemper reperies ſeptem Epactas illarum 11. poſitas loco tertio ſexto, nono, vndecimo, quartodecimo, decimoſeptimo, ac decimonono, ab Epacta * ſi ea in aſſumpta linea continetur, vel ab Epacta j. ſi in accepta linea non reperitur Epacta *. Cum ergo omnis cyclus decennouennalis noſtrarum Epactarum initium ſumat vel ab Epacta *. vel ab j. atque in omni Cyclo hi ſeptem anni, tertius, ſextus, nonus, vndecimus, quartuſdecimus, decimuſſeptimus, & nonusdecimus, ſint Emboliſmici, vt dictum eſt, manifeſte concluditur, illas 11. quas diximus, Epactas proximis 11. diebus Ianuarii primum diem ſubſequentibus adſcriptas, eſſe Emboliſmicas. Euidentius idem colligitur ex 30. tabulis Lunationum, in quibus omnes ee 11. Epactæ habent 13. Lunationes, ac proinde Emboliſmicæ ſunt: Aliæ vero Epactæ complectuntur duntaxat 12. Lunationes.

Emboliſmicas, & enumeratos 7. annos in quolibet cyclo decẽnouennali, omnes ac ſolos eſſe Emboliſmicos, quo pacto ex tabula expãſa, & ex 30. tabulis Lunationũ cognoſcatur.

HISCE vndecim Epactis Emboliſmicis addenda eſt nonnunquam Epacta xviii. Hæc enim Emboliſmica quoque eſt eo anno, in quo aureus numerus eſt 19. quod quidem in vno ſolo cyclo ex omnibus 30. cyclis tabulæ expanſæ contingit, nimirum in nono, cui præfixa eſt litera C, maiuſcula. In eo namque ſolo Epacta xviii. occupat decimumnonum locum ab Epacta *. à qua Cyclus ille incipit, demonſtratumque ſupra eſt, annum decimumnonum cuiuſuis cycli eſſe Emboliſmicum. In nullo alio cyclo reperitur Epacta xviii. in loco Emboliſmico, hoc eſt, in tertio, ſexto, nono, vndecimo, quartodecimo, decimoſeptimo, vel decimonono, ab Epacta *. vel j. quæ cycli principium eſt.

RATIO autem, cur tunc Epacta xviii. Emboliſmica ſit, duplex eſt. Prima ſit hæc. Quando Epacta xviii. & aureus numerus 19. concurrunt, addenda ei ſunt 12. vt conflatur Epacta xxx. vel *. inſequentis anni, vt proximo Capite oſtendimus; Quare vltima Lunatio illius anni, in quo Epacta xviii. vnà cum aureo numero 19. in vſu eſt, finitur vltimo die Decembris, proindeque Decembri tribuenda eſt. Ex quo ſequitur, eodem illo anno contineri 13. Lunationes, quarum prima terminatur die 12. Ianuarii, principium habens die 14. Decembris, ab Epacta viii. quæ ſuperiori anno in vſu fuit. Duodecima autem Lunatio eiuſdem illius anni clauditur die 2. Decembris, atque tertiadecima die poſtrema eiuſdem menſis. Secunda ratio hæc ſit. Quoniam annus, quo Epacta xviii. & aureus numerus 19. concurrunt, eſt vltimus cycli decennouennalis, vt conſtat ex linea illa nona tabulæ expanſæ, quæ literam C, maiuſculam habet; continebit in eo Lunatio vltima, & Emboliſmica dies duntaxat 29. vt ſupra diximus. Quocirca cum prima eius Lunatio finiatur die 12. Ianuarii, ſupererunt adhuc dies 353. qui ſatis ſunt ad explendas 12. Lunationes, quarum vltima dies tantum 29. complectatur, atque ideo annus ille continens 13. Lunationes, Emboliſmicus erit, comprehendetque dies duntaxat 383.

Annũ, in quo Epacta xviii & aureus numerus 19. concurrũt, Emboliſmicum quoque eſſe, & quare.

Annus, in quo Epact. xviii. non cũ aureo numero 19. concurrit; quare non ſit Emboliſmicus.

QVANDO autem Epacta xviii. non cum aureo numero 19. ſed cum quouis alio concurrit, non adduntur ei 12. ſed tantum 11. vt colligatur Epacta xxix inſequentis anni. Quapropter finita Lunatione duodecima anni die 2. Decembris, quando Epacta xviii. eſt in vſu, incipiet prima Lunatio inſequentis anni die 3. Decembris, & terminabitur Calendis Ianuarii; ac propterea annus ille prior communis erit, cum 12. tantum Lunationes comprehendat: poſterior verò annus Emboliſmicus erit 13. Lunationum; quippe cum eius Epacta ſit xxix. quam ſupra diximus eſſe Emboliſmicam. Itaque illæ 11. Epactæ xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. xxv. 25. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. iuxta proximos 11. dies, qui primum diem Ianuarii conſequuntur, deſcriptæ, ſemper ſunt Emboliſmicæ, cum quocunque illæ aureo numero concurrant: at verò Epacta xviii. diei 13. Ianuarii appoſita nunquam Emboliſmica eſt, niſi quando vnà cum ea aureus numerus 19. vſurpatur. Patent omnia hæc clariſſime in ſuperioribus 30. tabulis Lunationum. Nam in ſola nona tabula vides Epactam xviii. cum aureo numero 19. currentem habere 13. Lunationes; In aliis autem tantum 12. Quocirca Epacta xviii. dici poterit anceps, ſiue indifferens, cum modo ſit Emboliſmica, modo non Emboliſmica, cum tamen omnes aliæ Epactæ perpetuò ſint vel Emboliſmicæ, vel communes.

IN veteri Calendario erant hi ſeptem aurei numeri 2. 5. 8. 11. 13. 16. 19. Emboliſmici, vt recte Campanus docet, etſi alii Computiſtæ nonnihil ab eo diſcrepent. Nam cum omnes deſcripti ſint prope aliquos ex 11. proximis diebus Calendas Ianuarias inſequentibus, hoc eſt, inter primum diem, & tertiumdecimum Ianuarii collocati ſint in Calendario, quemadmodum noſtræ Epactæ Emboliſmicæ; erit Lunatio ante quemcunque illorum menſe Ianuario proxime terminata, (videlicet ſecundo, quarto, quinto, ſeptimo, octauo, decimo, vel vndecimo die) prima totius anni, poſt quam cum minimum ſupererunt in anno 354. dies, qui ſatis ſunt ad alias 12. Lunationes explendas, vt annus ille 13. Lunationes comprehendat, quarum ſecunda ab aliquo illorum ſeptem aureorum numerorum initium ſumit in Ianuario. Quare annus, cuius aureus numerus fuerit ex illis ſeptem aliquis, Emboliſmicus erit.

Qui ſeptẽ aurei numeri in veteri Calendario fuerint Emboliſmici.

ET quoniam ſeptem anni ſolum in quouis cyclo decennouennali, nimirum 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. Emboliſmici ſunt, quod in illis ſolis ſuperflui illi dies, quos in quolibet anno ſolari ſupereſſe diximus, conſtituere poſſint vnam Lunationem extraordinariam, vt ante diximus; manifeſto colligitur, cyclum aurei numeri in veteri Calendario initium ſemper duxiſſe ab aureo numero 3. quod ſupra diximus propterea quod ſeptem illi aurei numeri Emboliſmici à ſolo aureo numero 3. locum tertium, ſextum, nonum, vndecimum, quartumdecimum, decimumſeptimum, ac decimumnonum occupant, vt in hac tabella apparet.

Neceſſario in veteri Calẽdario cyclũ aurei numeri a 3 initiũ ſumpſiſſe.

Ordo annorum Cycly	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Cyclus aur. num.	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Aur. num. Emboliſ.			5			8			11	

Ordo annorum Cycli	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Cyclus aur. num.	13	14	15	16	17	18	19	1	2
Aur. num. Emboliſ.	13			16			19		2

PORRO

Digitized by Google

Cyclū aurei numeri in veteri Calēdario à nullo alio numero, quam à 3. potuiſſe habere initium.

Porro Cyclum aurei numeri à nullo alio numero, quam à 3. in veteri Calendario initium habere potuiſſe, ita quoque planum fiet. Si ponatur numerus 3. primus in Cyclo, ſupererunt eo anno 11. dies poſt duodecimam Lunationem; & 22. ſecundo anno, currente aureo numero 4. & 33. tertio anno currente aureo numero 5. atque idcirco aureus numerus 5. Emboliſmicus erit. eademque ratione Emboliſmici erunt hi aurei numeri, 8. 11. 13. 16. 19. 2. vt Campanus voluit, & ratio ipſa poſtulat, cum hiſce aureis numeris currentibus, prima Lunatio anni terminetur ſemper aliquo primorum 11. dierum Ianuarii, quod neceſſario requiritur, vt annus poſſit eſſe Emboliſmicus vt ſupra diximus. Hoc vtique non eueniret, ſi alius aureus numerus ſtatueretur primus in Cyclo. Nam ſi v. g. numerus 1. diceretur primus, ſupereſſent tunc 11. dies; & currente aureo numero 2. ſupereſſent 22; & 33. currente aureo numero 3. Quare aureus numerus 3. eſſet Emboliſmicus. Eademq; ratione aurei numeri 6. 9. 11. 14. 17. 19. Emboliſmici forent, quod falſum eſt, & contra Campanum, & rationem; cum nullus horum 7. aureorum numerorum, præter 11. & 19. contineat 13. Lunationes. Non ergo numerus 1. poteſt eſſe primus in Cyclo. Eandemque ob cauſam nullus alius, præter 3. primus eſſe poteſt.

Quaenā ex 13. Lunatiōib. āni Emboliſmici dicēda ſit Emboliſmica.

IAM verò non magni intereſt, quænam ex 13. Lunationibus anni Emboliſmici dicenda ſit extraordinaria, ſiue Emboliſmica, dummodo non ſit Paſchalis, & aliarum 12. Lunationum magnitudines, prout Cyclus exigit, intactæ atque illæſæ, quoad eius fieri poteſt, permaneant, nimirum vt alternæ conſtituantur dierum 30. & 29. Quod vt rectius fiat, tenenda erit hæc regula. Quoties in anno Emboliſmico vltima ſiue 13. Lunatio continet dies 30. appellabimus eam Emboliſmicam, ſiue extraordinariam, propterea quod tunc antecedentes 12. Lunationes alternis continent dies 30. & 29. vt Cycli ratio poſtulat. Hoc autem accidit, cum aliqua harum Epactarum Emboliſmicarum xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. in vſu eſt, quibus addenda eſt Epacta 25. diuerſo charactere, coloreue notata, vt ex 30. tabulis Lunationum manifeſtum eſt, dummodo Epacta xix. & aureus numerus 19. non concurrant. Tunc enim Lunatio 13. anni dies tantum 29. complectitur, vt in 8. linea tabulæ expanſæ, cui adſcripta eſt litera D, maiuſcula, contingit, cui quidem reſpondet 8. tabula ex 30. tabulis Lunationum.

Qua Epacta Emboliſmica habeāt 13. Lunationē dierum 30. & Emboliſmicam.

QVOD ſi quando illæ Epactæ vnà cum aureo numero 1. vſurpentur, vt fit in 15. 16. 17. 18. 19. & 20. lineis tabulæ expanſæ, annotantur literis minuſculis r, q, p, n, m, l, nec non in 6. tabulis Lunationum reſpondentibus, (excepta Epacta 25. diuerſo charactere, vel colore ſcripta, quæ nunquam concurrere poteſt cum aureo numero 1. quippe quæ ſolum cum aureis numeris maioribus, quam 11. poſſit concurrere) continebit tam prima Lunatio anni, quam ſecunda, dies duntaxat 29. Cum enim tunc Epactæ ſuperioris anni cum aureo numero 19. concurrenti addantur 12. vt Epactæ alterius anni cum aureo numero 1. concurrens gignatur, vt ſupra oſtendimus, fit neceſſario prima Lunatio anni dierum tantum 29. acciditque, vt tres Lunationes continuæ dierum 29. conſtituantur, videlicet, duæ illæ primæ anni Emboliſmici, & vltima anni antecedentis. Quare poſſet quidem tunc prima Lunatio dierum 29. dici Emboliſmica, cum media ſit inter alias totidem dierum, meritoque Lunationi Emboliſmicæ illius anni tribui poſſint dies tantùm 29. quippe cum aliæ ſex Lunationes Emboliſmicæ illius Cycli dies 30. comprehendant, & annus ille Emboliſmicus conplectatur dies tantum 383. tamen ne cæteræ Lunationes illius anni ordinem 30. dierum, & 29. perturbent, & ne vltima Lunatio ordinaria, quæ ſemper ſolet eſſe dierum 29. contineat 30. dies, placuit vltimam Lunationem 30. dierū ſtatuere Emboliſmicam, non ſecus ac ſi more veterum Computiſtarum Lunationi Emboliſmicæ illius anni, quæ deberet eſſe dierum ſolum 29. addatur vnus dies, qui à prima Lunatione anni ſubtrahitur, propter additionem 12. ad Epactam cum aureo numero 19. currentem; quam ſubtractionem Computiſtæ ſaltum Lunæ dixerunt, de quo paulo infra nonnihil dicemus. Liberum tamen ſit per nos vnicuique, ſi mauult, primam Lunationem 29. dierum vocare Emboliſmicam, cum nihil abſurdi hinc ſequatur.

Quādo Epacta Emboliſmica, quarū 13. Lunatio eſt 30. dierum, habeāt primā Lunationē anni dierum 29.

Epacta xviii. & xix. cū aureo numero 19. concurrētes, habent 13. Lunationē Emboliſmicam, & dierum 29.

QVANDO autem tertiadecima Lunatio anni Emboliſmici continet dies tantummodo 29. anuſque ille Emboliſmicus eſt vltimus in Cyclo, quod vſu venit, cum tàm Epacta xix. & aureus numerus 19. quàm Epacta xviii. & aureus numerus 19. concurrunt (quod bis tantum toto eo tempore, quo omnes 30. Cycli tabulæ expanſæ vſurpantur, accidit, nimirum quando lineæ 8. & 9. eiuſdem tabulæ, quæ literis D, C, maiuſculis notantur, & quibus tabulæ 8. & 9. Lunationum reſpondent, in vſu ſunt) dicetur Lunatio illa vltima anni Emboliſmica; propterea quod antecedentes 12. Lunationes alternæ ſunt dierum 30. & 29. vltimaque Lunatio Emboliſmica in eo Cyclo continere debet dies duntaxat 29. vt ex iis, quæ ſupra diximus, conſtat; cum aliæ ſex Lunationes Emboliſmicæ illius Cycli complectantur dies 30.

Qua Epacta Emboliſmica habeāt primā Lunationē anni Emboliſmicam, & dierum 29.

QVOTIES autem Lunatio tertiadecima complectitur dies tantùm 29. ſed annus ille Emboliſmicus in Cyclo non eſt vltimus; ſi quidem prima Lunatio dierum etiam 29. conſtituatur, (quod accidit, quoties quælibet harum Epactarum xxv. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. & aureus numerus 1. concurrunt, vt patet in lineis 10. 11. 12. 13. 14. tabulæ expanſæ, quæ appoſitas habent litteras B, A, maiuſculas, & u, t, ſ, minuſculas, nec non in quinque tabulis Lunationum reſpondentibus) non cenſebitur vltima illa Lunatio dierum 29. Emboliſmica, ſed prima illius anni dierum etiam 29. Quoniam enim tunc vltima quoque Lunatio anni antecedentis conſtat diebus tantùm 29. non iniuria inſequentis anni prima Lunatio dierum 29. dicetur extraordinaria, atque Emboliſmica, cum aliæ 12. ſubſequentes alternis progrediantur per 30. & 29. dies; præſertim cum Lunatio illa Emboliſmica continere debeat dies ſolum 29. quod aliæ ſex eiuſdem Cycli dies 30. contineant,

Quando eadem Epacta Emboliſmica, de quibus proximè diximus, habeant ſecundā Lunationē Emboliſmicā, & dierū 30.

SI verò prima Lunatio non ſit dierum tantum 29. ſed tam prima, quàm ſecunda complectatur dies 30. vt contingit, currente qualibet earum, quas diximus Epactarum xxv. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. cum alio aureo numero, quam 1. vt ex 30. tabulis Lunationum perſpicuum eſt, vocabitur iure optimo ſecunda Lunatio 30. dierum, Emboliſmica, atque extraordinaria, cum aliæ 12. alternum ordinem 30. & 29. dierum ſeruent. Neque verò mirum cuipiam videri debet, quod non ſemper in eodem loco, ac menſe Emboliſmicas Lunationes collocemus: quia hæ naturaliter ſecundum cycli rationem

ita ca-

Digitized by Google

ita cadunt, vt explicauimus, & à veteribus Computiſtis varia etiam loca, ac menſes ſortitæ ſunt.

PORRO quotieſcunque, propter additionem 12. ad Epactam cum aureo numero 16. currentem vna dies à prima Lunatione anni Lunaris communis ſubducitur, ita vt annus ille dies tantum 353. complectatur, vt accidit in cyclis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30. tabulæ expanſæ, quib. præpoſitæ ſunt literæ maiuſculæ P, N, M, H, G, F, E, & minuſculæ k, i, h, g, f, e, d, c, b, a, vt videre licet in tabulis Lunationum, quæ hiſce cyclis reſpondent, (In his enim omnibus, ac ſolis annus, in quo aureus numerus eſt 1, communis eſt, & Lunatio prima illius anni dies 29. continet) dici ſolet à Computiſtis ſubtractio illa SALTVS LVNÆ: quia cum re vera annus Lunaris conſtet ex diebus 354. aufertur illi vna dies & vltimo anno Emboliſmico tribuitur, vt contineat dies 384. & ſingulæ 7. Lunationes Emboliſmicæ conſtituantur 30. dierum; cum vltimus annus Emboliſmicus natura ſua deberet dies complecti tantum 383. & vltima eius Lunatio Emboliſmica dies duntaxat 29. adeo vt propter hanc ſubtractionem Luna in Calendario quodammodo per vnum diem ſaltare videatur, cum Lunatio illa prima dierum tantum 29. conſtituatur, quæ per ſe complecti deberet dies 30.

Saltus Lunæ apud Computiſtas quid in annis Lunaribus cõmunibus.

EADEM ratione quando in anno Emboliſmico prima Lunatio 29. dierum eſt Emboliſmica, & aliæ duodecim alternis conſtituuntur dierum 30. & 29. vt accidit in cyclis 10. 11. 12. 13. & 14. tabulæ expanſæ, quib. præfiguntur literæ B, A, maiuſculæ, & v, t, ſ, minuſculæ vt in tabulis Lunationum reſpondentibus manifeſtum eſt, rectè quis dixerit, in ea Lunatione fieri ſaltum Lunæ: quia cum vltima Lunatio antecedentis anni ſit 29. dierum, deberet prima inſequentis anni Emboliſmici Lunatio conſtitui dierum 30. Quare cum ab ea dies vnus ſubtrahitur, fiatque Emboliſmica, dies autem ille ſublatus adiiciatur vltimæ eiuſdem cycli Lunationi Emboliſmicæ, vt fiat dierum 30. quæ alioquin ſolum 29. dies complecti deberet, videtur quodammodo etiam tunc Luna per vnum diem ſaltare in Calendario.

Quando in Emboliſmico anno dici poſſit, fieri ſaltum Lunæ.

DENIQVE quando in anno Emboliſmico duæ primæ Lunationes dies tantum 29. comprehendunt vt fit in cyclis 15. 16. 17. 18. & 20. tabulæ expanſæ, vt videre licet in tabulis Lunationum reſpondentibus; dicere quoque poterimus, fieri tunc in prima Lunatione ſaltum Lunæ, propterea quod ab ea, quæ 30. dies deberet habere aufertur vnus dies qui adiungitur vltimæ cycli illius Lunationi Emboliſmicæ, vt contineat 30. dies, cum tamen dies tantum 29. deberet complecti.

QVIN etiam, cum in vltimo anno Emboliſmico alicuius cycli tertiadecima Lunatio Emboliſmica eſt, dieſque tantum 29. continet, vt contingit in cyclis 8. & 9. tabulæ expanſæ literarum D, C, maiuſcularum, & in tabulis 8. & 9. Lunationum; non inepte exiſtimauerit quis tunc etiam fieri quodammodo ſaltum Lunæ: quia cum duodecima Lunatio illius anni conſtet ex 29. diebus deberet ſequens tertiadecima ſecundum rationem cycli conſtitui 30. dierum & ſubſequens prima alterius anni dierum 29. Cum ergo contineat illa dies duntaxat 29. aufertur ab eo vnus dies, qui primę Lunationi inſequentis anni communis additur, vt efficiatur dierum 30. quæ alioquin, vt dictum eſt, deberet eſſe tantum dierum 29.

ATQVE hi omnes anni Emboliſmici, in quibus ſaltum Lunæ fieri diximus, continent dies duntaxat 383. cum alii omnes dies 384. comprehendant: Anni vero communes, in quibus ſaltus Lunæ fit, ex diebus tantummodo 353. conſtituuntur, alii vero omnes ex 354. vt ex ſuperioribus 30. tabulis Lunationum manifeſtum eſt.

Qui anni Emboliſmici dies tantum 383 & qui Lunares communes dies duntaxat 353. contineant.

EX his, quæ diximus, planum eſſe poteſt, tum demum fieri ſaltum Lunæ cum duæ, vel tres Lunationes continuantur 29. dierum in Calendario, alias nunquam: quod quidem ſemper contingit, quando aureus numerus eſt 1. ſiue annus ille ſit communis, ſiue Emboliſmicus, propterea quod Epactæ antecedentis anni concurrenti cum aureo numero 19. adduntur 12. vt fiat Epacta inſequentis anni cum aureo numero 1. concurrens, vt ſupra dictum eſt. Excipiuntur duo anni Emboliſmici Epactarum xix. & xviii. cum aureo numero 19. concurrentium. In illis enim ſaltus Lunæ fit currente aureo numero 19. non autem 1. vt ex 8. & 9. tabula Lunationum perſpicuum eſt.

Saltũ Lunæ ſemper fieri, cum aureus numerus eſt 1, alias nũquam, ſiue annus ſit communis, ſiue Emboliſmicus.

NON ſum neſcius, plerisque minus probari hunc ſaltum Lunæ quod in cœlo ſaltus iſte nequaquam fiat; veruntamen cum cuiuſque cycli ratio exigat, vt interdum ab vna Lunatione dematur vnus dies, qui alteri Lunationi adiiciatur, noluimus ab vſitato more loquendi Computiſtarum recedere Liberum tamen eſto cuique hoc in negotio loqui, vt vult, dummodo res ipſa rectè intelligatur, atque explicetur.

Cur plerisque diſpliceat Saltus Lunæ.

HINC quoque colligitur, propter Emboliſmos, ac ſaltum Lunæ non ſemper progredi Lunationes alternis per 30. & 29. dies vt earum conditio, naturaque poſtulare videtur, ſed contingere nonnunquam duas Lunationes continuas modo dierum 30. modo 29. immo interdum tres dierum 29. & quod magis mirum videatur, fieri poſſe in anno biſſextili, propter diem intercalarem, vt quatuor continuæ Lunationes comprehendant dies 30. quod quidem nouum, aut abſurdum non eſt, cum id ratio cuiuſcunque cycli poſtulet: factumque idem fuerit apud veteres Computiſtas in cyclo aurei numeri Concilii Nicæni, qui vſque ad correctionem hanc Gregorianam viguit, vt patet in hac ſubiecta tabula, in qua omnes Lunationes aureorum numerorum veteris Calendarii deſcriptæ ſunt, ſicut in ſuperioribus 30. tabulis expreſſæ fuerunt Lunationes Epactarum, prout in 30. cyclis decennouennalibus contingunt. Atque ex hac tabula liquet ſeptem Emboliſmos totius Cycli, qui ab aureo numero 3. incipit, cadere in eos cycli annos, in quos ſecundum Epactas noſtras incidere ſupra docuimus. Conſtat quoque aureum numerum 19. efficere tres continuas Lunationes, nimirum ſeptimam octauam, ac nonam, dierum 29. Aureum vero numerum 11. ſi annus ſit biſſextilis, ideoque Lunatio menſis Februarii vno die augeatur, quatuor primas Lunationes anni exhibere dierum. 30.

Propter Emboliſmos, ac ſaltum Lunæ contingere nonnunquã, vt duæ vel tres Lunationes continuæ ſint dierum 29. & duæ vel quatuor dierum 30.

SEQVITVR

TABVLA LVNATIONVM AVREORVM NVmerorum in veteri Calendario deſcriptorum.

H QVOT

Digitized by Google

QVOT DIES LVNATIO QVAElibet aureorum numerorum contineat in Calendario veteri tam in anno communi, quam in Emboliſmico.

AVREI NVMERI.	Initium primi menſis Lunaris tam in anno communi quam in Emboliſmico.	Finis duodecimi menſis Lunaris tã in anno communi, quam in Emboliſmico.	Finis tertii decimi menſis Lunaris in anno Emboliſmico.	Magnitudo anni Lunaris tam communis, quam Emboliſmici.	NVMERVS ET ORDO Lunationum totius Anni. Prima Lunatio.	Secunda Lunatio.	Tertia Lunatio.	Quarta Lunatio.	Quinta Lunatio.	Sexta Lunatio.	Septima Lunatio.	Octaua Lunatio.	Nona Lunatio.	Decima Lunatio.	Vndecima Lunatio.	Duodecima Lunatio.	Tertiadecima Lunatio.
3	1. Ian.	20 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
4	21 Dec.	9		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
5	10	29 Nou.	28 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	30	29	30	29
6	29	17 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
7	18	6		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
8	7	26 Nou.	25 Dec.	384	30	29	30	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
9	26	14 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
10	15	3		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
11	4	23 Nou	22 Dec.	384	30	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
12	23	11 De.		354	30	30	29	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
13	12	30 Nou.	30 Dec.	384	30	30	29	30	29	30	30	29	30	29	30	29	30
14	31	19		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
15	20	8		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
16	9	28 Nou.	27 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	30	29	30	29
17	28	16		354	30	29	30	29	30	39	30	29	30	29	30	29	
18	17	5		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
19	6	24 Nou.	23 Dec.	383	30	29	30	30	29	30	29	29	30	30	29	30	29
1	24	12 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	
2	13	1. Dec.	31 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30

Explicatio tabulæ perpetuæ Nouiluniorum totius anni.

Præſtantia Calendarii noui cum Epactis.

AD vberiorem autem cognitionem Emboliſmorum, placuit ſubiicere & hanc tabulam Nouiluniorum totius anni perpetuam, in qua vno aſpectu cernitur, quibus diebus menſium Nouilunia contingant, quacunque Epacta currente: ita vt tabula hæc ſit Calendarium diminutum, & ad compendium quodammodo redactum, continens ſolum principia omnium Lunationum, tam in anno communi, quam in Emboliſmico: vt vel hinc quoque appareat præſtantia Calendarii Gregoriani, in quo reiectis aureis numeris, Epactæ ſunt collocatæ: quippe cum per Epactas tam exigua tabula omnia Nouilunia perpetuo cõplectens conſtruatur; quod neque per aureos numeros, neque per vllum alium cyclum, cuius numeri non omnia loca Calendarii repleant, effici poteſt. Et quoniam annus, in quo 13. Lunationes comprehenduntur, Emboliſmicus eſt, liquido conſtat, has vndecim Epactas xix. xxviii. xxvii. xxvi. xxv. 25. xxiiii. xxiii. xxii. xxi. xx. xix. eſſe Emboliſmicas, vt diximus: quippe cum ſingulæ contineant 13. Lunationes in propoſita hac tabula. Lunationes enim harum Epactarum menſe Ianuario incipientes, ſunt ſecundæ, & quæ menſe Decembri incipiunt, ſunt primæ inſequentis anni, excepta Epacta xix. cuius Lunatio die 2. Decembris incipiens eſt vltima totius anni. Quando autem currente Epacta xviii. Lunatio die 3. Decẽbris incipiens eſt vltima totius anni, (quod quidem fit, cum ſimul in vſu eſt aureus numerus 19) annus ille Emboliſmicus, quoque eſt vt dictum eſt. Currente denique Epacta *, annus communis eſt, cum tantum 12. Lunationes contineat, quippe cum ea Lunatio, quæ Calendis Ianuarii incipit, ſit prima totius anni, non autem ſecunda.

SEQVITVR

TABVLA NOVILVNIORVM TOTIVS ANNI PERPETVA.

TABV-

TABVLA NOVILVNIORVM TOTIus anni perpetua.

Quibus diebus menſium Nouilunia contingant, quacunque Epacta currente.

Epactæ	Dies Ian.	Dies Feb.	Dies Mar.	Dies Apr.	Dies Maii	Dies Iun.	Dies Iul.	Dies Aug.	Dies Sep	Dies Oct.	Dies Nou.	Dies Dec.	
*	1.31		1.31	29	29	27	27	25	24	23	22	21	Cōis.
xxix	2	1	2	1.30	30	28	28	26	25	24	23	22	Emb
xxviii	3	2	3	2	1.31	29	29	27	26	25	24	23	Emb.
xxvii	4	3	4	3	2	1.30	30	28	27	26	25	24	Emb.
xxvi	5	4	5	4	3	2	1.31	29	28	27	26	25	Emb.
xxv	6	5	6	5	4	3	2	1.30	29	28	27	26	Emb.
25	6	4	6	4	4	2	2	30	28	28	26	26	Emb.
xxiiii	7	5	7	5	5	3	3	1.31	29	29	27	27	Emb.
xxiii	8	6	8	6	6	4	4	2	1.30	30	28	28	Emb.
xxii	9	7	9	7	7	5	5	3	2	1.31	29	29	Emb.
xxi	10	8	10	8	8	6	6	4	3	2	1.30	30	Emb.
xx	11	9	11	9	9	7	7	5	4	3	2	1.31	Emb.
xix	12	10	12	10	10	8	8	6	5	4	3	2	Emb.
xviii	13	11	13	11	11	9	9	7	6	5	4	3	Indiff.
xvii	14	12	14	12	12	10	10	8	7	6	5	4	
xvi	15	13	15	13	13	11	11	9	8	7	6	5	
xv	16	14	16	14	14	12	12	10	9	8	7	6	
xiiii	17	15	17	15	15	13	13	11	10	9	8	7	
xiii	18	16	18	16	16	14	14	12	11	10	9	8	
xii	19	17	19	17	17	15	15	13	12	11	10	9	
xi	20	18	20	18	18	16	16	14	13	12	11	10	
x	21	19	21	19	19	17	17	15	14	13	12	11	
ix	22	20	22	20	20	18	18	16	15	14	13	12	
viii	23	21	23	21	21	19	19	17	16	15	14	13	
vii	24	22	24	22	22	20	20	18	17	16	15	14	
vi	25	23	25	23	23	21	21	19	18	17	16	15	
v	26	24	26	24	24	22	22	20	19	18	17	16	
iiii	27	25	27	25	25	23	23	21	20	19	18	17	
iii	28	26	28	26	26	24	24	22	21	20	19	18	
ii	29	27	29	27	27	25	25	23	22	21	20	19	
j	30	28	30	28	28	26	26	24	23	22	21	20	

ANNI COMMVNES

Quando Epacta xix. & aureus numerus 19. concurrunt, incidit aliud Nouilunium in diem 31. Decembris.

Digitized by Google

QVAE APPELLETVR LVNA QVARTADECIMA Paſchalis, & quare Epactæ ita Calendario inſcriptæ ſint, vt earum Nouilunia medias ac veras coniunctiones Luminarium, vt plurimum, ſubſequantur.

CAPVT VI.

IAM vero quoniam vehementer à Mæſtlino Nouilunia oppugnantur & quartædecimæ Paſchales, quæ in nouo noſtro Calendario per Epactas eo quo diximus, modo, diſpoſitas indicantur; quod (vt ait) neque Nouilunia motibus cæleſtibus reſpondeant, neque qu artædecimæ Paſchales legitime Paſchæ ſolennitatem exhibeant celebrandam; explicandum hoc loco erit quænam appelletur Luna XIIII. Paſchalis, poſt quam Eccleſia, proximo die Dominico adueniente, Paſcha, ex Patrum Conciliorumque decretis ſemper celebrare conſueuit; & quare ad huiuſmodi XIIII. Paſchalem quolibet anno rite inueſtigandam dedita opera Cyclum Epactarum Calendario inſcriptum ita in tabula expanſa æquauerimus, vt Nouilunia ex eo inuenta coniunctiones Luminarium veras, ac medias plerunque ſubſequantur. Hac enim in re Mæſtlinus, niſi de induſtria, & ex malitia, rem per ſe claram, omnibuſque notam, neſcire ſe ſimulat, quid in hoc genere ſciat, non video. Prorſus enim ignarus videtur conſuetudinis, quam in Paſchæ celebratione iam inde ab exordio fere naſcentis Eccleſiæ ad noſtram vſque ætatem vniuerſus orbis Chriſtianus ſeruauit, vt poſterius oſtendemus.

Error Mæſtlini, & aliorum exiſtimantiũ, Paſcha celebrari nõ debere Luna XV. Nunquam prohibitũ fuiſſe, ne Luna XV. Paſcha celebretur: alioquin Paſcha ſæpe in Lunam XXII. incideret, contra Patrum, ac Conciliorũ Sanctiones.

ANTE omnia autem Paſcha celebrandum eſſe poſt XIIII. Lunam primi menſis vſque ad Lunam XXI ac proinde rite poſſe celebrari Luna XV. ſi ea in Dominicum diem inciderit, copioſe Cap. 2. & 3. ſuperioris libri tum ex decretis Summorum Pontificum Conciliorumque tum ex variis teſtimoniis ſcriptorum, perpetuoque vſu Eccleſiæ, comprobauimus: vt mirum ſit nonnullos ex recentioribus, quo in numero eſt Mæſtlinus, qui plus ſibi ſapere videntur, quam antiqui illi Patres, Concilia, & continuus vſus Eccleſiæ tum Orientalis, tum Occidentalis, tam pertinaciter aſſerere non vereri, Paſcha non eſſe celebrandum Luna XV. ſiue in plenilunio, etſi ea in diem Dominicum incidat; propterea quod falſo putant nos tunc Paſcha vna cum Iudæis celebrare. Neque enim interdictum eſt vnquam Chriſtianis, ne in plenilunio medio, ſiue Luna XV. Paſcha celebrent, etiamſi Iudæi tunc ſolennitatem Paſchæ legalis peragant, ſed ſolum ne Luna XIIII. Paſcha celebretur quando Iudæi ad veſperam agnum immolant: alioquin cadente Luna XV. ſiue plenilunio medio, in Dominicum diem, ſi alius dies Dominicus expectandus eſſet, celebraretur Paſchale feſtum Luna XXII. hoc eſt in quarta hebdomada Lunæ: quod ſanctionibus Conciliorum ſummorumq; Pontificum repugnat qiub. ſæpe cautum eſt, vt Paſcha poſt XIIII. Lunam primi menſis vſq; ad XXI. eiuſdem incluſiue celebretur, vt Cap. 1. & III. libri 1. ſcripſimus. Certe noſtro ſeculo, quo viuimus, non ſemel vidimus, Paſcha celebratum eſſe ex decreto Concilii Nicæni, die 22. Martii hoc eſt, Luna XV. quam cyclus offerebat, cum Luna XIIII. cycli neceſſario tunc in diem 21. inciderit, ante quem diem nulla Luna XIIII. Paſchalis eſſe poteſt, vt ſuperiori libro ſcripſimus. Quinimo quotieſcunque Luna XIIII. primi menſis in diem Sabbati incidit, celebratum eſt Paſcha ſequenti ſtatim die Dominico, id eſt, Luna XV. quam cyclus indicabat.

Eccleſiam frequenter Paſcha celebraſſe Luna XV. Paſcha prope tempus Concilii Nicæni celebratũ eſſe nonnũquam Luna XV. quæ plenilunium medium præuenerit, & quare.

QVOD ſi dicat quis, Lunam XV. ex cyclo inuentam hiſce temporibus ante correctionem anni ſubſecutam ſemper eſſe Plenilunium medium toto quatriduo, & eo amplius, propterea quod Nouilunia tãto ſpatio à priſtinis ſedibus verſus initia menſium progreſſa fuerint atque ideo non celebratum fuiſſe Paſcha Luna XV. ſed poſt plenilunium medium: Reſpondendum eſt, id caſu eueniſſe, & (vt cum Philoſophis loquamur) per accidens, propter illam nimirum Nouiluniorum anticipationem, per ſe tamen, & natura ſua Paſcha illud in oppſitionem mediam incidiſſe, ſi videlicet Nouilunia in propria loca fuiſſent tunc reſtituta. Sed eſto, Paſcha nunquam celebratum eſſe noſtra ætate in plenilunio medio, ſed poſt ob illam anticipationem Nouiluniorum, certe prope tempora Concilii Nicæni, id eſt, anno 326. ex decreto eiuſdem Concilii celebratum eſt Luna XV. ſecundum cyclum die 3. Aprilis, quanquam ea Luna XV. præuenerit tunc plenilunium medium, cum aureus numerus eo anno fuerit 4. reponens terminum Paſchalem, ſeu Lunam XIIII. in ſecundum diem Aprilis; litera vero Dominicalis extiterit B, diei 3. Aprilis adſcripta, oppoſitio denique media contigerit die 3. Aprilis hora 13. Min 54. poſt meridiem. Cur autem Paſcha tunc anteuerterit oppoſitionem mediam, cauſa fuit aureus numerus, qui nimis cito eo tempore Nouilunia indicabat. Hinc enim factum eſt, vt Luna XV. quam cyclus offert, & quam Eccleſia, poſthabito calculo Aſtronomico, in Paſchæ celebritate obſeruat, mediam oppoſitionem, quam tabulæ Aſtronomicæ exhibent, præuenerit, vt infra dicemus. Idem euenit annis 330. 346. 350. 370. 394. 441. 475. 495. & aliis quos longum eſſet hoc loco recenſere, in quibus omnibus Paſcha in Lunam XV. incidit, & quidem ante oppoſitionem mediam, ob rationem, qnam diximus, vt ex iis, quæ ſequuntur, patebit.

Opinio Mæſtlini, & aliorum erronea de Luna XIIII. Paſchali.

ITAQVE cum Paſcha celebrari debeat neceſſario die Dominico, qui proxime Lunam XIIII. primi menſis inſequitur, atque adeo in ipſa Luna XV. ſi tunc ſit Dominicus dies, exponamus iam, quænam ſit illa XIIII. Luna, & quo pacto ſecundum antiquiſſimum Eccleſiæ vſum inueſtiganda ſit in Calendario, ne in tanta celebritate error, aut diſſenſio vlla oriatur. Opinantur nonnulli Lunam XIIII. eſſe ipſum diem oppoſitionis Solis ac Lunæ: qua in ſententia Mæſtlinus in hoc ſuo Examine etiam eſſe videtur, quippe qui Calendario nouo ſemper obiiciat, Lunam XIIII. oppoſitionem Luminarium ſæpe antecedere, atque adeo Paſcha frequenter celebrari in hoc ipſo plenilunio, ſi tunc dies ſit Dominicus, quod ipſe putat abſurdum eſſe & contra leges, atque vſum Eccleſiæ. Vult ergo Lunã

XIIII. de-

Digitized by Google

xiiij. debere in ipſam oppoſitionem mediam incidere, nunquam autem antecedere, ne ſequenti die, ſi ſit Dominicus Paſcha celebretur Luna xv. Verum cum his Mæſtlinus maxime decipitur. Nam cum Paſcha celebrari poſsit in plenilunio, vt vſus Eccleſiæ docuit, & Patrum, Conciliorumque decreta, quod ſupra oſtendimus, cautum vero ſit ab iiſdem, ne vnquam Paſcha die Lunæ xiiij. ſed ſemper poſt eam celebretur, quis tam cæcus eſt, qui non videat, præter Mæſtlinum, qui tamen hoc in negotio vult haberi Lynceus, in Dei Eccleſia idem non eſſe Lunam XIIII. & Plenilunium?

Opinio aliorū falſa de Luna xiiii. Paſchali.

ALII concedentes Paſcha poſſe celebrari Luna xv. ſiue in Plenilunio, propter vſum Eccleſiæ, & teſtimonia à nobis libro I. prolata, exiſtimant Lunam XIIII. eſſe diem, qui oppoſitionem veram proxime antecedit. Sed ne hoc quidem verum eſt, cum Eccleſia veros motus nunquam conſideret, immo neque medios, ſed cyclos tantum, vt Capite IIII. ſuperioris libri abunde demonſtrauimus.

Luna xiiii. Paſchalis ex vſu Eccleſiæ, quæ.

LVNA igitur XIIII. ſumitur ab Eccleſia pro die quartadecima Lunationis Paſchalis, numerando eam incluſiue à Neomenia, ſiue principio menſis Lunaris Paſchalis, hoc eſt ab eo die, cui præfixus eſt numerus cycli decennouennalis, qui in propoſito anno Nouilunia indicat in Calendario, ſiue is dies congruat cum coniunctione Solis, ac Lunæ vera, aut media, ſiue ab ea diſcrepet. Confirmatur hoc ex omnibus qui de feſtorum celebritate ſcripſerunt, clariſſimeq; ex antiqua tabula Paſchæ, aliorumque feſtorum mobilium, qua perpetuo Eccleſia ante anni correctionem vſa eſt, apparet, in qua quilibet aureus numerus ei diei menſis Martii, aut Aprilis præfigitur, qui quartusdecimus eſt incluſiue à Nouilunio per eundem aureum numerum oſtenſo, & poſt quem proxime adueniens Dominicus dies Sacroſanctum Paſcha exhibet. Atque hoc non ſolum in Eccleſia Occidentali, verum etiam in Orientali ſemper obſeruatum eſt, quod probari poteſt ex eo quod nulla vnquam ante Calendarii reſtitutionem diſſenſio, aut varietas in Paſchæ celebratione inter Orientales, atque Occidentales extitit, quod non contigiſſet, niſi eodem modo Luna XIIII. fuiſſet accepta.

Tabulas medii motus Lunæ vtiles eſſe ad examinandum Cyclum quē cunque propoſitum.

Cur cyclus Epactarū in Calendario nouo ita diſpoſitus ſit, vt Nouilunia eius plerūque ſequantur cōiunctiones veras ac medias tanto ſpatio, vt Luna xiiii. vel antecedāt vno tantum die medias oppoſitiones, vel in eaſdem incidant, vel certe non longe poſt illas eueniant.

QVANQVAM autem Eccleſia in Nouilunio, & Luna XIIII. ex eo inquirenda neque veros motus conſideret, neque medios, ſed eos ſecundum cycli ordinem duntaxat metiatur: negandum tamen eſt, medias oppoſitiones ex tabulis Aſtronomicis inuentas maxime eſſe vtiles ad perpendendum, & diiudicandum, quinam cyclus è pluribus eligendus ſit, vt eius numeri, adhibita ſuis temporibus æquatione, perpetuo in Calendario ita Neomenias, ſiue Nouilunia, atque ex his Lunas XIIII. primi menſis ad Sacroſanctum Paſcha rite celebrandum oſtendant, vt nulla vnquam Luna XIIII. Paſchalis a Nouilunio numerata incluſiue, duobus aut pluribus diebus oppoſitionem mediam præcurrat, ſed vel vno tantum, vel certe in ipſum plenilunium medium incidat, vel ſaltem non multo poſt conſequatur. Id quod in cyclo Epactarum, quanta maxima potuimus, cura ac diligentia præſtare conati ſumus. Nam eum per dies in Calendario ita diſtribuimus; vt Nouilunia ex eo inuenta ſubſequantur ferme coniunctiones Luminarium veras ac medias tanto ſpatio, vt Lunæ XIIII. Paſchales vel vno tantum die medias oppoſitiones præueniant, vel in eaſdem omnino incidant, vel denique non longe poſt illas contingant. Neque hoc temere, aut caſu factum eſt à nobis, ſed de induſtria, ac magno conſilio. Si namque prima dies menſis Lunaris ex cyclo foret ea, in qua verè Nouilunium tabulæ Aſtronomicæ præbent, quod Computiſtæ Accenſionem Lunæ dicunt, non autem ea, quæ Nouilunium Aſtronomicum vno die, plus minus ſubſequitur accideret ſæpenumero, vt Sanctum Paſcha celebraremus non ſolum Luna XIIII. hoc eſt, vno die ante plenilunium vna cum Iudæis, & quartadecimanis hæreticis, quod abſurdum foret verum etiam interdum, quod eſſet abſurdius, ante huiuſmodi Lunam XIIII. Quod ita planum fieri poteſt.

Nouilunium, & Accenſio Lunæ apud Cōputiſtas idem.

Si Nouilunium cycli non ſequeretur coniunctionē, quæ in cælo fit, ſæpe Paſcha celebrari ante plenilunium.

ACCIDAT verbi gratia Nouilunium medium in aliquo anno, ipſo meridie octaui diei Martii, vbi cyclus primum Nouilunium Paſchale ſtatuit. Hoc poſito continget plenilunium medium die 23. Martii circa ortum Solis, nimirum Diebus 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 2. poſt mediam coniunctionem. Tot enim dies, horæ, horarumque fragmenta inter mediam coniunctionem, oppoſitionemque intercedunt neceſſario, vt ad initium huius libri ſcripſimus. Cum ergo Luna XIIII. illius Nouilunii ex cyclo cadat in diem 21. Martii, celebrabitur tunc Paſcha die 22. Martii, ſi ea ſit Dominica, die videlicet integro ante oppoſitionem mediam. Idem ferme abſurdum eueniret, ſi Nouilunium medium, quod horis 12. ante meridiem eiuſdem diei 8. Martii contingit, ſumatur pro prima die Lunæ Paſchalis. Nam illius plenilunium incidet in diem 22. Martii ſub Solis occaſum, ac propterea ſequenti diei 23. adſcribendum erit. Quare ſi tunc dies 22. eſſet Dominica celebraretur iterum Paſcha ante medium plenilunium. Neque vero incommodum hoc magis euitabitur, ſi dies Nouilunii veri dicatur prima dies Lunæ ſecundum cyclum. Cum enim ex calculo Aſtronomico conſtet, plenilunium verum à vero Nouilunio poſſe diſtare diebus 15½. eoque amplius, (Exemplum ſit Nouilunium verum menſe Februario anni 1588. quod incidit in meridiem ferè diei 26. Februarii, Plenilunium autem verum in Diem 12. Martii Hor. 14. Min. 14. poſt meridiem. Manifeſtum autem eſt, interuallum vtriuſque complecti dies 15½. & eo amplius, quod tunc ob biſſextum Februario tribuantur 29. dies:) quis non videt, ſi tum Nouilunium verum in meridiem diei 8. Martii incideret, Plenilunium verum contingere Die 23. Hora. 14. Min 14. poſt meridiem, ac proinde, ſi tunc Dominicus dies caderet in 22. Martii, Paſcha celebrari ante verum plenilunium?

ALTERO hoc exemplo, quod addam, eadem res magis illuſtrabitur. Anno 1588. Nouilunium verum accidit Die 26. Martii, Hor. 14. Min. 49. poſt mer. hoc eſt, die 27. horis ferè 9. ante meridiem, Plenilunium autem verum die 11. Aprilis, hor. 1. poſt merid. Si igitur Epacta ij. illius anni, poſita eſſet diei 27. Martii quod nonnulli contendunt, vt nimirum prima dies Nouilunii Paſchalis ex cyclo inuenti à die veri Nouilunii nō diſcreparet, incideret Luna XIIII. in diem 9. Aprilis, atque adeo ſequenti die 10. cum is Dominicus ſit, Paſcha ex decretis Eccleſiaſticis celebratum eſſet, hoc eſt, ante plenilunium verum, quod abſurdum foret. Solerti igitur ac prudenti conſilio Epacta ij. non ad diem 27. Martii, ſed ad diem 29. adſcripta eſt à nobis, nimirum vt prima eius Lunationis dies ſubſequatur diem 27. veri Nouilunii.

Digitized by Google

Anni Dñi	Meſes	Nouilunia vera ex Ephemeridibus Magini.	Epact.	Nouilũia ex Epact. per vnũ diē ſursũ ꝓmotis.
		D. H. M		
1582	Dec.	24. 15. 55	xxvi	24
1583	Ian.	23. 8 0	vii	23
1583	Feb.	12. 21. 18	vii	21
1583	Mar.	23. 8. 16	vii	23
1583	Apr.	21. 17. 15	vii	21
1583	Iun.	19. 6. 24	vii	19
1583	Oct.	15. 4. 53	vii	15
1583	Dec.	13. 17. 15	vii	13
1584	Ian.	12. 12. 8	xviii	12
1584	Feb.	11. 5. 31	xviii	10
1584	Apr.	10. 8. 20	xviii	10
1585	Apr.	29. 6. 33	xxix	29
1586	Apr.	18. 12. 13	x	18
1586	Iun.	16. 14. 31	x	16
1586	Aug.	14. 9. 9.	x	14
1587	Apr.	7. 12. 56	xxi	7
1587	Mai.	7. 5. 24	xxi	7
1587	Iun.	5. 20. 29	xxi	5
1587	Iul.	5. 10. 1	xxi	5
1587	Aug.	3. 21. 55	xxi	3
1587	Sept.	2. 8. 31	xxi	2
1587	Oct.	1. 18. 23	xxi	1
1587	Oct.	31. 4. 0	xxi	31
1587	Nou.	29. 13. 38	xxi	29
1589	Oct.	9. 3. 26	xiii	9
1589	Dec.	7. 6. 33	xiii	7
1590	Feb.	4. 4. 11	xxiiii	4
1590	Sept,	28. 5. 36	xxiiii	28
1590	Nou.	26. 15. 28	xviiii	26
1590	Dec.	26. 6. 20	xxiiii	26
1591	Feb.	23. 6. 15	v	23
1591	Dec.	15. 11. 40	v	15

Anni Dñi	Meſes	Nouilunia vera ex Ephemeridibus Magini.	Epact.	Nouilũia ex Epact. per vnũ diē ſurſum promotis
		D. H. M		
1592	Ian.	14. 4. 34	xvi	14
1592	Feb.	12. 19. 11	xvi	12
1594	Apr.	20. 4. 3	viii	20
1595	Apr.	9. 7. 44	xix	9
1595	Iun.	7. 12. 21	xix	7
1595	Aug.	5. 8. 36	xix	5
1596	Feb.	27. 15. 0	j	27
1596	Iun.	25. 6. 49	j	25
1596	Aug.	23. 7. 5	j	23
1596	Oct.	21. 3. 26	j	21
1597	Iun.	14. 8. 40	xij	14
1597	Aug.	12. 14. 19	xii	12
1597	Sept.	11. 4. 0	xii	11
1597	Oct.	10. 16. 46	xii	10
1597	Nou.	9. 4. 25	xii	9
1597	Dec.	8. 15. 7	xii	8
1598	Feb.	5. 11. 19	xxiii	5
1598	Apr.	5. 9. 10	xxiii	5
1598	Iun.	3. 10. 28	xxiii	3
1598	Aug.	1. 15. 55	xxiii	1
1598	Aug.	31. 7. 39	xxiii	31
1598	Sept.	29. 23 33	xxiii	29
1598	Oct.	29. 14. 39	xxiii	29
1598	Nou.	28, 4. 29	xxiii	27
1598	Dec.	27. 16. 39	xxiii	27
2599	Ian.	26. 3. 27	iiii	26
1599	Feb.	24. 13. 24	iiii	24
1599	Apr.	24. 8. 14	iiii	24
1599	Iun.	22. 5. 8	iiii	22
1599	Aug.	20. 8. 15	iiii	20
1599	Oct.	18. 17. 59	iiii	18
1599	Nou.	17. 11. 15.	iiii	17

Digitized by Google

Anni Domini.	Menſes	Nouilnnia vera ex Ephemeridibus Magini.	Epact.	Nouilunia ex Epactis per vnum diem ſurſū promotis.	Anni Domini.	Menſes	Nonilunia vera ex Ephemeridibus Magini.	Epactæ.	Nouilunia ex Epactis per vnum diem ſurſū promotis.
		D. H. M.					D. H. M.		
1599	Dec.	17.3. 16.	iiii	16	1615	Feb.	27. 6. 9.	j	27
1600	Ian.	15.17. 18.	xv	15	1615	Apr.	27. 9. 14.	j	27
1600	Fen.	14. 5. 9.	xv	13	1615	Iun.	25. 15. 7.	j	25
1600	Dec.	5. 6. 33.	xv	5	1615	Iul.	25. 6. 17.	j	25
1601	Mar.	4. 5. 53.	xxvi	4	1615	Aug.	23. 21. 14.	j	23
1602	Feb.	21. 13. 30.	vii	21	1615	Sept.	22. 11. 32.	j	22
1062	Mar.	23. 4. 19.	vii	23	1615	Oct.	22. 0. 49.	j	21
1062	Apr.	21. 6. 9.	vii	21	1615	Nou.	20. 12. 52	j	20
1062	Iun.	19. 9. 8.	vii	19	1615	Dec.	19. 23. 47.	j	19
1063	Feb.	10. 14. 43.	xviii	10	1616	Ian.	18. 9. 56.	xii	18
1063	Mar.	12. 8. 51.	xviii	12	1616	Feb.	16. 19. 57.	xii	16
1063	Apr.	11. 0. 52.	xviii	10	1616	Oct.	10. 7. 0.	xii	10
1063	Mai.	10. 13. 56.	xviii	10	1616	Dec.	8. 12. 50.	xii	8
1063	Iun.	9. 0. 45.	xviii	8	1617	Feb.	5. 12. 10.	xxiii	5
1063	Iul.	8. 9. 3	xviii	8	1617	Apr.	5. 7. 2.	xxiii	5
1603	Aug.	6. 16. 44	xviii	6	1617	Sept,	29. 7. 45.	xxiii	29
1663	Oct.	4. 9. 1.	xviii	4	1617	Nou.	27. 19. 8.	xxiii	27
1603	Dec	2. 7. 14.	xviii	2	1617	Dec.	27. 11. 27.	xxiii	27
1605	Iun.	16. 3. 10.	x	16	1618	Feb.	24. 16. 3.	iiii	24
1606	Iun.	5. 4. 18.	xxi	5	1618	Apr.	24. 8. 10.	iiii	24
1606	Aug.	3. 10. 30.	xxi	3	1618	Dec.	16. 14. 22.	iiii	16
1606	Oct.	1. 14. 25	xxi	1	1619	Ian.	15. 8. 27.	xv	15
1606	Nou.	29. 14. 7.	xxi	29	1619	Feb.	14. 0. 34.	xv	13
1607	Aug.	22. 3. 7.	ii	22	1619	Mar.	15. 13. 50.	xv	15
1607	Oct.	20 11. 6.	ii	20	1619	Apr.	14. 0. 30.	xv	13
1607	Dec.	18. 15. 9.	ii	18	1619	Mai.	13. 9. 0.	xv	13
1608	Feb.	15. 12. 51.	xiii	15	619	Iun.	11. 16. 22.	xv	11
1609	Feb.	4. 3. 42.	xxiiii	4	1619	Aug.	9. 7. 24.	xv	9
1610	Feb.	23. 3. 30.	v	23	1619	Oct.	7. 5. 14.	xv	7
1611	Feb.	12. 9. 2.	xvi	12	1619	Dec.	5. 13. 56.	xv	5
1611	Apr.	12 14. 29.	xvi	12	1620	Ian.	4. 8. 57.	xxvi	4
1611	Iun.	10. 9. 14.	xvi	10	1620	Feb.	3. 4. 1.	xvi	3

Digitized by Google

Cur Epactæ in Calēdario nō promotæ ſint ſurſū vno die, vt citius Nouilunia indicarent, quā nunc indicant.

QVOD ſi obiicias, Epactam illam diei 28. debuiſſe præfigi, non autem 29. diei, vt eius Nouilunium non duobus diebus, ſed vno tantum à vero abeſſet: Reſpondeo, nulla ratione debuiſſe id fieri. Nam ſi ea Epacta de 29. die Martii in 28. migraret, promouendæ etiam eſſent omnes aliæ Epactæ ſurſum per vnum diem, cum alio ordine deſcribi nequeant in Calendario, quàm deſcriptæ à nobis ſunt, vt Lunationes conſtituantur alternis dierum 30. & 29. vt ratio poſtulat: quæ promotio ſi inſtitueretur, præcurrerent multarum Epactarum Nouilunia veras coniunctiones per integrum diem, vt in præcedenti tabula apparet.

Explicatio tabulæ præcedētis.

IN eius tabulæ prima columna deſcripti ſunt anni Domini; in ſecunda, menſes; in tertia, dies, horæ, & Minuta poſt meridiem, quibus Ephemerides Io. Antonii Magini Nouilunia vera exhibent; in quarta Epactæ; in quinta denique Nouilunia ab illis Epactis, ſi per diem vnum promotæ eſſent, oſtenſa. Vbi liquido conſtat, poſteriora hæc Nouilunia prius indicari ab Epactis, quàm illa priora in cælo contingant: Et quidem in annis quibuſdam, vt 1598. menſe Nouembri; 1599. Decembri; 1603. Aprili; 1603. Iunio; 1615. Octobri; 1619. Februario; & 1619. menſe Iunio, anticipationem hanc maiorem eſſe die integro: quod eſſet perabſurdum. Omiſimus autem Nouilunia illa vera, quæ ipſo meridie, vel vna, aut altera hora poſt meridiem fiunt iiſdem diebus, quibus ab Epactis oſtenderentur, & ea duntaxat annotauimus, quæ pluribus horis ſequuntur Nouilunia Epactarum; & tamen, vt vides, in minori ſpatio, quàm 40. annorum, fierent 128. Nouilunia Epactarum, ſi per vnum diem promotæ eſſent, prius, quam veræ Luminarium coniunctiones in cælo exiſterent, quod eſſet contra vſum omnium nationum, apud quas Cyclus Lunaris fuit in vſu. Non igitur Epactæ promouendæ ſunt per vnum diem ſurſum, ac proinde Epacta ii. recte ad diem 29. Martii, non autem ad 28. adſcripta eſt.

In tabula æquationis Epactarū literā D, maiuſculā recte appoſitā eſſe āno 1582. poſt correctionē, non autē literā E, maiuſculam.

EADEM abſurda conſequerentur, ſi quis, relictis Epactis in Calendario, vt eas deſcripſimus, tabulam æquationis aliter inſtitueret, nimirum præfigendo anno 1582. poſt correctionem, literam E, maiuſculam, vt in tabula expanſa aureo numero 12. anni 1588. reſponderet Epacta iii. in linea, cui litera E, maiuſcula adſcripta eſt, quæ quidam Epacta in Calendario ſuperior eſt vno die, quam Epacta ii. Eadem, inquam, abſurda conſequerentur, quia tunc Nouilunia ab Epactis vno item die citius monſtrarentur, non ſecus, ac ſi promotæ eſſent Epactæ per vnum diem. Recte igitur in æquationis tabula literam D, maiuſculam anno 1582. poſt decem dierum exemptionem appoſuimus, non autem literam E, maiuſculam, ne Nouilunia in Calendario prius, quam oportet, ab Epactis indicentur. Eodem modo confirmabimus, alias literas aliis annis in tabula æquationis congruenter eſſe præfixas, ne ſi aliter æquatio inſtitueretur, Nouilunia Epactarum in Nouilunia vera incidant, vel ea antecedant, ſed potius ſubſequantur, vt Lunæ XIIII. Paſchales ſemper, quoad eius fieri poteſt, plenilunia media præueniant, vno tantum die.

Paſchæ circa tēpora Côcilii Nicæni frequēter incidiſſe in Lunā xiiii. propterea quod Nouilūia nimis cito ab aureis numeris mōſtrabantur.

RVRSVS non expedire, vt Nouilunia, Cycli coniunctionibus mediis, aut aureis congruant, ſed magis ex vſu Eccleſiaſtico eſſe, vt eas ſubſequantur, plane docere nos poteſt cyclus aurei numeri olim Calendario inſcriptus. Hic enim cum circa tempora Concilii Nicæni Nouilunia indicaret iiſdem prope diebus, quibus in cælo fiebant, factum eſt, vt frequentiſſime tunc Paſcha in XIIII. Lunam inciderit, hoc eſt, ante mediam oppoſitionem celebratum fuerit, contra eiuſdem Concilii decreta. Id quod ex tabella ſubiecta manifeſtum eſt.

Anni Dñi.	Aurei num.	Literę Dñic.	Paſcha	Oppoſitiones mediæ Paſchales. D. H. M.
323	1	E	6. Apr.	6. 22. 45.
326	4	B	3. Apr.	3. 13. 54.
330	8	D	19. Apr.	19. 2. 37.
346	5	E	23. Mar.	23. 15. 16.
350	9	G	8. Apr.	8. 3. 58.
370	10	C	28. Mar.	28. 5. 19.
394	15	A	2. Apr.	2. 5. 23.
441	5	E	23. Mar.	23. 1. 58.
475	1	E	6. Apr.	6. 11. 4.
495	2	A	26. Mar.	26. 12. 25.

Explicatio tabellæ ſuperioris. Cur in Paſcha celebrādo tot diſſēſiones fuerint inter Orientalē Eccleſiā & Occidētalem.

IN prima columna notati ſunt anni, quibus Paſcha ante plenilunium medium celebratum eſt, aut certe non poſt, ſed iis diebus, quæ plenilunia habent aliquot horis poſt meridiem: In ſecunda columna continentur aurei numeri illis annis currentes: In tertia literæ Dominicales: In quarta, dies Paſchæ: In quinta denique oppoſitiones mediæ Paſchales. Vbi vides errorem hunc ſpatio 173. annorum in 10. annis admiſſum eſſe: vt mirandum non ſit, tot adhuc diſcordias in Paſchæ celebratione poſt Concilium Nicænum extitiſſe inter Orientalem, & Occidentalem Eccleſiam, vſque ad Iuſtiniani Imperatoris tempora, quando Calendario inſcriptus eſt Cyclus aurei numeri à Dionyſio Abbate: quo tempore iam aurei numeri rectius Nouilunia, & XIIII. Paſchales monſtrabant, quàm Nicæni Concilii temporibus, hoc eſt tardius quam in cælo fiebant.

HVC

Digitized by Google

HVC accedit, quod niſi Nouilunia Epactarum ſubſequerentur coniunctiones Luminarium eo modo, quo ab Epactis, adhibita æquationis tabula, in Calendario oſtenduntur, inſignes, & intolerabiles errores ſæpiſsime contingerent in celebratione Paſchæ. Cuius rei euidentiſsimum exemplum eſt annus 1598. quem Mæſtlinus, & nonnulli alii in medium adducunt, vt oſtendant, Epactas non exhibere legitimas xiiii. Paſchales. Nam ſi ex ſententia eorum, qui putant, Nouilunia per Epactas tardius, quam res ferat, indicari, Epactæ ſingulæ per ſingulos dies ſurſum promouerentur, vel (quod idem eſt) æquationis tabula ita inſtitueretur, vt pro linea literæ D, maiuſculæ in tabula expanſa aſſumi iuberetur linea literæ E, maiuſculæ, incideret Nouilunium Paſchale illius anni in diem 5. Aprilis, vbi collocata tunc eſſet Epacta xxiii. eiuſdem anni, ſi illa Epactarum promotio fieret, vel vbi Epacta xxiiii. ponitur, quæ eodem anno Nouilunia indicaret, ſi æquationis tabula aliter conſtrueretur, ita vt annus 1582. poſt correctionem, præfixam haberet literam E, maiuſculam, non autem D, maiuſculam. Antecedens enim Nouilunium, quod incideret tum in 7. diem Martii, Paſchale non eſſet, cum extra terminos Paſchales cadat, vt ex iis conſtat, quæ Capite 1. ſuperioris libri ſcripſimus. Hoc conceſſo, celebraretur Paſcha die 19. Aprilis, hoc eſt, Dominica prima poſt XIIII. Lunam, quæ tunc in diem 18. incideret. Cum ergo eo anno oppoſitio media fiat Die 20. Hor. 9. Min. 20. poſt merid. verum autẽ pleniluniũ Die 20, Hor. 22. Min. 39. poſt merid. præiret ſolennitas Paſchæ plenilunium tum uerum, tum medium, duobus fermè diebus quod ſacris Canonibus, & Conciliis aduerſatur. Idemque demonſtrari poteſt, aliis nonnullis annis accidere. *Multos errores in Paſcha fieri, ſi Epacta citius Nouilunia indicarent, quã ex præſcripto noui Calendarii indicant, præſertim an. 1598.*

NE igitur tam fœdi ac turpes errores in tanta celebritate admittantur, optimo conſilio ſic diſpoſitæ ſunt Epactæ in Calendario, ſicque earum æquatio inſtituta, vt Epacta anni 1598. ſit xxiii. ad diem 8. Martii poſita. Ita enim Nouilunium Paſchale tunc incidet in 8. diem Martii, eiuſque dies xiiii. in diem 21. ac proinde Paſcha ſequenti die 22. quæ Dominica eſt, celebrabitur, nimirum Luna xv. quæ in oppoſitionem mediam tum incidit, cum ea fiat Die 21. Hor. [illegible]o. Min. 36. poſt mer. hoc eſt, Die 22. Hor. 4. fere ante mer. Neque vero obſtat, quo minus rite tunc Paſcha celebretur, quod plenilunium verum contingat Die 22. Hor. 9. poſt mer. Eccleſia enim in hoc negotio veros motus mediis poſtponit, vt Cap. iiii. libri primi oſtendimus: Vt mirer quidnam in mentem venerit. Io. Antonio Magino Mathematico noſtræ ætatis alioquin præſtantiſsimo, eo anno in ſuis Ephemeridibus reiicere Paſcha in 29. diem Martii, propter illam oppoſitionem veram. Si enim Nouilunium illud Martii eſt Paſchale, vt vere eſt, etiam ipſo teſte, quod quidem Epacta xxiii. die 8. Martii exhibet, eiuſque diem xiiii. die 21, non poteſt Eccleſia, ſi Conciliorum, Patrumque decretis ſtare velit, & diuturnæ conſuetudini, non celebrare Paſcha die 22. cum is ſit Dominicus dies proxime Lunam xiiii. quam Cyclus exhibet, inſequens. Neque enim vnquam legimus, eam Paſcha poſt Lunam xv. ſi ea in Dominicam incidat, in aliam hebdomadam, videlicet in quartam, atque adeo in Lunam xxii. diſtuliſſe, cum hoc decretis Eccleſiæ repugnet. Neque vero in ſui defenſionem dicere poteſt, Eccleſiam debere Nouilunium illud in diem 9. Martii reiicere, vt eius dies xiiii. in 22. Martii incideret, hoc eſt, in diem Dominicum, ac proinde Paſcha in Dominicum diem inſequentem, id eſt, in diem 29. transferretur. Hoc, inquam, dicere non poteſt, quia tunc vel Epacta xxiii. cum omnibus aliis, per vnum diem deorſum promouendæ eſſent, vel (quod idem eſt) pro Epacta xxiii. aſſumenda Epacta xxii. atque idcirco anno 1582. in tabula æquationis litera C, maiuſcula præfigenda, quod abſurdum eſt, cum hac ratione Nouilunia Cycli nimis ſero coniunctiones cæleſtes ſubſequerentur: quippe cum pleriſque videantur ab Epactis, vt in Calendario nouo digeſtæ ſunt, ſerius, quam oporteat, monſtrari. Quid ergo dicerent, ſi per diem integrum adhuc poſtponerentur? Conſtat ergo, Paſcha anno 1598. ex vſu Eccleſiæ, rite celebrari die 22. Martii, & nulla ratione, vt vult Maginus, differendum eſſe in diem 29. Hunc ego ſane lapſum doctiſsimi viri libentiſsime diſsimulaſſem, præſertim cum ab Eccleſiæ præſcripto per imprudentiam magis, quam per contumaciam nonnihil receſſerit; niſi eius auctoritas tum alios multos, tum vero ipſum Mæſtlinum, in fraudem impuliſſet. *Paſcha an. 1598. rite celebrari ex præſcripto noui Calendarii, contra Mæſtlinum, Io. Anton Maginũ, & alios nonnullos.* *Maginum non recte Paſcha an. 1598 in ſuis Ephemeridibus reiicere ex die 22. Martii in diem 29.*

QVÆ cum ita ſint, quis iure incuſare nos, aut reprehendere audebit, niſi qui conſuetudinis Eccleſiaſticæ in Cyclorum vſu prorſus ſit ignarus, quod Nouilunia per Epactas inquirenda Nouiluniis per Aſtronomicas tabulas inuentis poſtpoſuimus; ne videlicet in eum, quem diximus, errorem, toties incurreremus, hoc eſt, tam ſæpe Paſcha ante oppoſitionem mediam celebraremus, vt temporibus Concilii Nicæni vſu veniebat? præſertim cum nec ſic effugere omnino potuerimus, quin & Cyclus noſter Epactarum Paſcha interdum ante oppoſitionem pene mediam (licet raro admodum id fiat, & ad ſummum in ſpatio 3000. annorum ſemel, aut bis) offerat celebrandum, & plurima Nouilunia per eundem Cyclum in Calendario monſtrata cum cæleſtibus Nouiluniis conſentiant, videlicet omnia illa, quæ ſupra ante coniunctiones veras futura eſſe diximus, ſi Epactæ ſingulæ per ſingulos dies verſus menſium initia promoueantur. Certe ſi quis tam ſeuerus iudex Epactarum eſſe velit, reputare ſecum debet, nullum Cyclum in Calendario deſcriptum omnia poſſe incommoda vitare, vt nimirum eius Nouilunia neque à Nouiluniis cæleſtibus diſſentiant, neque eius Lunæ xv. oppoſitiones veras, aut medias interdum antecedant. Teſtis eſt aurei numeri Cyclus à Concilio Nicæno approbatus, qui dum circa eius Concilii tempora Nouilunia monſtrabat iiſdem ferme diebus, quibus in cælo fieret, ſæpenumero eius Luna xiiii. biduo oppoſitionem mediam præibat, ac propterea non raro Paſcha ante oppoſitionem mediam celebrabatur, vt paulo ante diximus. Teſtis etiam eſt noſter Cyclus Epactarum, qui dum cauere vult, ne eius Lunæ xiiii. biduo medias oppoſitiones præueniant, indicat plerunque Nouilunia coniunctionibus cæleſtibus poſteriora. *Etiamſi Nouilunia Epactarũ in Calendario vt plurimum poſtponantur, multa tamẽ cæleſtibus Nouiluniis conſentiũt.*

MVLTÆ autem cauſæ ſunt, cur nullus Cyclus motibus cæleſtibus penitus reſpondere poſsit. Primum quia in Lunationibus Cycli, quæ dierum 30. & 29. alternis conſtituuntur, non paucæ horæ negliguntur, cum media Lunatio quælibet non contineat dies ipſos 30. aut 29. ſed Dies 29. & Horas ferme 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. Deinde, quoniam cum in Lunationibus Cycli nulla habeatur *Nullũ Cyclum poſſe cæleſtib motibus plane reſpondere, obuarias cauſas*

Digitized by Google

In anno biſſextili Lunationem interdum complecti dies 31.

habeatur ratio dierum intercalarium in annis biſſextilibus, fit, vt interdum Lunatio, quæ deberet eſſe dierum tantum 29. contineat dies 30. immo quod maius eſt, Lunatio, quæ dies complecti deberet 30. efficiatur dierum 31. Tertio, quia cum propter vtriuſque anni, Solaris ac Lunaris, æquationem, de vna linea Epactarum tabulæ expanſæ ad aliam tranſeundum ſit, fit, vt non parum magnitudine. Lunationum Ianuarij, Februariique immutentur. Quarto, quia media coniunctio Luminarium, cui Cyclus magis congruere debet, quàm veræ, antecedere poteſt veram, & ſubſequi, horis propemodum 14. vt mirum videri non debeat, ſi Nouilunia Cycli à veris coniunctionibus diſcrepent. Augetur hæc varietas ex Meridianorum varietate, propter quam eadem coniunctio, quæ Romæ. verbi gratia ipſo meridie fit, Orientalibus populis, pluribus horis poſt meridiem; Occidentalibus verò, ante meridiem eueniat, neceſſe eſt.

QVANQVAM autem accidat interdum, vt diximus, Lunam xiv. Paſchalem ſecundum Epactas biduo fermè oppoſitionem mediam præcurrere, non tamen idcirco Nouilunia magis poſtponenda ſunt viſa, tum quia nimis à cœleſtibus Nouiluniis diſtarent, & ſerius, quàm par eſt, monſtrarentur in Calendario, tum etiam quia admodum raro illa anticipatio Lunæ xiv. contingit, eamque ſæpenumero litera Dominicalis emendat; ita vt non ſemper eo in caſu Paſchca ante oppoſitionem mediam celebretur, propterea quod Dominica in illam oppoſitionem non incidit, ſed eam ſequitur. Huc accedit, quod Paſcha, ſi magis poſtponerentur Nouilunia, non raro vltimo, ſiue duodecimo menſe celebraretur. Fieri enim poſſet tunc, vt Plenilunium aliquod medium incideret in diem ipſum Æquinoctij, vel eum præiret, ac propterea Lunatio illa pertineret ad vltimum menſem, non autem ad primum, (quod Plenilunium primi menſis ſubſequi debeat diem æquinoctij: quippe cum Luna xiiii. eiuſdem primi menſis, Plenilunium vno die antecedens, nunquam anteire debeat æquinoctij diem, vt ſupra do..uimus.) quam tamen Cyclus ita poſtpoſitus exhiberet Paſchalem, nimirum quando eius Nouilunium contingeret die 8. Martij, & Luna xiiii. die 21. in ipſo æquinoctio. Quod quidem ex ſola poſtpoſitione Nouiluniorum euenit. Hinc enim fit, vt Nouilunium medium, duobus diebus, & eo amplius, præueniens Neomeniam Cycli Paſchalem, habere poſſit ſuum Plenilunium in ipſo die æquinoctij, vel ante, ac proinde vltimo menſi tribuendum ſit, quanquam Cyclus Neomeniam illam primo menſi aſcribat.

Nouilunia nimis poſtpoſita efficere, vt Paſcha vltimo menſe celebretur.

IAM vero Nouilunia ex Cyclo inuenta debere potius ſubſequi coniunctiones Solis, ac Lunæ, quæ in cœlo fiunt, quam eadem comitari, confirmari quoque poſſumus auctoritate grauiſsimorum ſcriptorum. Nam Beda venerabilis, vir hac in re exercitatiſsimus, in libro De Ratione temporum Cap. 41. aſſerit, Lunam non eſſe dicendam primam eo die, quo cum Sole coniungitur, ſed die inſequenti, quanquam 23. horis ante Solis occaſum, quo apud ipſum dies incipit, coniunctio fiat. Vides ergo, Lunam dici poſſe primam ſecundum Cyclum, ex ſententia Bedæ ſcriptoris, de recta Paſchæ celebratione diligentiſsimi, etiamſi prius Sol cum Luna coniunctus fuerit per diem integrum, & eo amplius. Idem præcipit Campanus in Computo Maiori Cap. xxviii. his verbis. *Lunam oportet dici primam non in ipſo die coniunctionis eius cum Sole, ſed in die proxime ſequenti, cum iam principium incipit apparere.* Vbi perſpicue docet, Nouilunium Cycli per diem integrum ſubſequi debere coniunctionem Solis cum Luna. In eadem ſententia plerique veterum Patrum fuerunt, præcipue vero Theophilus Alexandrinus Epiſcopus, cuius tantum in hoc negotio Paſchæ apud Pontifices Romanos auctoritas valuit, vt ex eius ſupputatione, ac præſcripto, Eccleſia pluribus annis Paſcha celebrarit, vt conſtat ex epiſtolis Magni illius Leonis Papæ ad Martianum Imperatorem, & Eudoxiam Auguſtam. Hic autem Theophilus, vt refert S. Cyrillus, eius in Epiſcopatu ſucceſſor, (vt teſtantur Paulus Middelburgenſis, Ioann. Stoflerinus, & alii Computiſtæ) cenſuit Lunam eam ex Cyclo, & vſu Eccleſiæ, appellandam eſſe xiiii. quam alii ex tabulis Aſtronomicis xvi. à coniunctione vocabant: quam quidem ſententiam totis viribus idem S. Cyrillus comprobare, nititur. Ex quo ſatis apparet, eum non accepiſſe Lunam primam, ad celebrationem Paſchæ, eo die, quo cum Luna Sol coniungitur, ſed duobus fermè diebus poſt. Itaque non infeliciter cum noſtris Epactis actum eſt, cum ita diſtributæ ſint in Calendario, vt earum Nouilunia, vt plurimum, medias coniunctiones conſequantur modo paucioribus horis, modo pluribus, vt natura Cycli fert, & conſtitutio illa alternarum Lunationum 30. & 29. dierum patitur: quandoquidem hac in re & veteres illos Patres imitati ſumus, & ea diſpoſitione Epactarum ſeruata, Paſcha congruo magis tempore celebratur, vt conſtat ex iis, quæ diximus.

Beda Lunam non dicendam eſſe primã eo die, quo cum Sole coniungitur etiamſi 23. horis ante occaſum Solis, quo dies incipit, coniũctio fiat.

Campano Lunam nõ eſſe dicendam primam ipſo die coniũctionis, ſed ſequenti die.

Theophilo Alexandrino, & S. Cyrillo Lunã xiiii. Cycli eſſe eam, quæ ex tabulis Aſtronomicis eſt xvi à coniunctione.

Merito Epactas noui Calendarii indicare Nouilunia poſt coniũctiones medias.

AD extremum, non eſſe abſurdum, neque nouum, aut inuſitatum in Eccleſia DEI, primam dici Lunam, hoc eſt, primum diem menſis Lunaris, quando iam per diem integrum, & eo amplius, coniunctio Luminarium præceſsit in cælo, ita vt iam ſecunda eſſet dicenda illa Luna, vel ſecundus dies menſis Lunaris; facile ſibi perſuadebit, qui paulo accuratius conſiderauerit, in anno etiam Politico Solari diem illum interdum appellari primum, qui verius vltimus dicendus eſſet in anno: Item in menſibus anni Solaris diem illum nonnunquam vocari vltimum menſis alicuius, qui re ipſa primus alterius inſequentis menſis eſſe deberet: quod ita planum erit. Si ponamus Solem die primo verbi gratia Ianuarii, anno poſt biſſextum primo, ipſo meridie eſſe in puncto quopiam certo Zodiaci, conſtat, poſt expletos 365. dies eum meridie eiuſdem diei primi redire non poſſe ad idem punctum, ſed poſt 6. ferè horas, quæ in annis communibus negliguntur, ad illud reuerſurum, ſub occaſum Solis: ſecundo vero anno, poſt 12. ferme horas, circa mediam noctem ſequentem: & tertio, poſt 18. horas, hoc eſt, ſub ortum Solis ſecundi diei Ianuarii. Dies ergo iſte ſecundus, rectius appellandus eſſet primus dies Ianuarii, quod Sol tunc periodum ſui curſus abſoluerit; cum tamen adhuc eum nominemus primum diem anni, qui verius vltimus antecedentis anni cenſeri deberet. Rurſus, ſi ſtatuamus, Solem primo die verbi gratia Martii, anno tertio poſt biſſextum, hora 6. ante meridiem hoc eſt, circa Solis ortum, tenere punctum aliquod certum in cælo, efficitur, vt inſequenti anno biſſextili,

In anno Politico Solari diem illum interdum appellari primum, qui verius eſſet vltimus dicendus: & diem illum nonnunquam dici vltimum alicuius menſis, qui verius dicendus eſſet primus inſequentis menſis.

Digitized by Google

ſextili, propter diem intercalarem additum, ad idem punctum redeat die vltimo Februarii; qui tunc 29. dies continet, non in ortu, ſed 6. horis fermè poſt; id eſt, circa meridiem. Hic ergo vltimus dies Februarii merito tunc diceretur primus dies Martii, quod in eo Sol ad idem cæli punctum redierit, in quo eum primo die Martii antecedentis anni collocaueramus: cum tamen adhuc eundem diem dicamus primum Martii, qui verius ſecundus dicendus eſſet. Itaque, vt vides, cogimur interdum diem aliquem in anno Solari politico appellare primum, vel ſecundum, qui tamen à primo vel ſecundo abeſt modo 6. horis, modo 12. modo 18. toleramuſque huiuſmodi errorem, donec expletis quatuor annis, per intercalationem vnius diei corrigatur. Pari ergo ratione in anno Lunari Politico, propter horas, & horarum minutias in vna Lunatione omiſſas, & propter addititium diem in anno biſſextili, denique propter alias cauſas cogitur Eccleſia pronunciare interdum Lunam primam, quæ verius ſecunda eſſet, tollerat atque hunc errorem, donec per Emboliſmos, & alias Lunæ æquationes compenſetur.

VERVM antequam ad poſtremum caput huius libri veniamus, in quo Mæſtlini argumenta ſoluenda ſunt, operæpretium me facturum arbitror, ſi hoc loco rationem quandam ſimplicem, & facilem propoſuero, qua ſine magno labore quiuis per Epactas Nouilunia, atque Plenilunia media poſſit inueſtigare. Quæ quidem ratio, etſi non ſit tam accurata, vt ea, quæ ex tabulis mediorum motuum depromitur, parum tamen à vero abeſt, atque in tabulis Prutenicis. & in tabulis Ioann. Antonii Magini traditur, diligenterque à Paulo Middelburgenſi in ſua Paulina deſcribitur: ita vt ei tuto in hoc negotio Paſchæ fidere poſſimus. Hac enim ratione fiet, vt in promptu habeamus medium oppoſitionem Paſchalem, quando opus erit, aut quando Cyclus Epactarum erit examinandus, rectene Lunam XIIII. Paſchalem exhibeat, an non: Præſertim vero, quia proximo Capite plurimas oppoſitiones Paſchales medias ſupputare cogemur, ad calumnias, cauillationeſque Mæſtlini depellendas: quod & paulo ante in aureo numero Concilii Nicæni examinando factum eſt à nobis.

PRÆTER Epactas igitur, quæ adhuc declaratæ ſunt, oriunturque ex diebus, quibus Lunaris annus à Solari ſuperatur, vtroque anno per dies integros computato, neglectiſque horis earumque fragmentis, conſiderantur ab Aſtronomis aliæ Epactæ exquiſitiores, in quibus nimirum horæ quoque, atque horarum fragmenta obſeruantur, ſuntque dies, horæ, minutiæque horarum, quæ in quolibet anno vel etiam menſe, vltra integras Lunationes medias ſuperſunt, non explentes vnam Lunationem mediam integram: quæ quidem Epactæ annorum, ac menſium dicuntur. *Epactæ annorum ac menſium, quæ.*

ITAQVE ſi annum Lunarem, hoc eſt, Dies 354. Hor. 8. Min. 48. Sec. 38. Ter. 12. ex anno Solari dierum 365. detrahas, reliquæ fient Epactæ vnius anni communis, Dies 10. Hor. 15. Min. 11. Sec. 21. Ter. 48. Anni vero biſſextilis Epactæ erunt, Dies 11. Hor. 15. Min. 11. Sec. 21. Ter. 48. Hinc facile Epactas duorum annorum communium, trium, vel quatuor, &c. vſque ad 100. conficies, per continuam additionem Epactarum vnius anni, abiiciendo tamen ſemper Lunationem integram, hoc eſt, Dies 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. quando ſumma confecta maior eſt, & addendo inſuper diem 1. annis biſſextilibus, cuiuſmodi ſunt anni 4. 8. 12. 16. & reliqui, quos quaternarius numerat, vt vides in ſequenti tabula 100. annorum expanſorum eſſe factum. *Epactæ annorũ ac menſium quo pacto colligatur, & in tabulas redigãtur, ad Nouilunia Pleniluniaq; inueſtiganda.*

EADEM ratione compones ex continua additione Epactarum 100. annorum Epactas 200. 300. 400. conſequentium annorum centenariorum, reiiciendo ſemper, quando fieri poteſt, integram Lunationem: quod cernitur in altera tabula annorum per 100. collectorum vſque ad 4000. Verum ſingulis hiſce Epactis annorum collectorum per 100. addita eſt Epoche CHRISTI, (vulgo radix CHRISTI vocatur) quæ Magino auctore, continet Dies 16. Hor. 18. Min. 12. Sec. 30. Elegimus autem hanc potius radicem, quàm eam, quæ in tabulis Prutenicis continet Dies 17. Hor. 5. Min. 27. Sec. 30. aut illam quam Paulus Middelburgenſis ponit Dier. 16. Hor. 16. Min. 41. Sec. 9. quoniam inter has duas media quodammodo eſt. Quod ſi quis extendere velit vlterius hanc tabulam, adiiciat continue Dies 25. Hor. 4. Min. 30. Sec. 33. reiiciendo ſemper Lunationem Dierum 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. quando abiici poteſt.

RVRSVS ſi ex 31. diebus menſis Ianuarii demus Lunationem integram Dierum 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. reliquæ fient Epactæ Ianuarii Dies 1. Hor. 11. Min. 15. Sec. 56. Ter. 49. Quibus ſi addas dies inſequentium menſium, abiiciendo item, quando fieri poteſt, integram Lunationem, & in anno biſſextili tribuendo dies 29. Februario, conflabis Epactas omnium menſium tam anni communis, quam biſſextilis, quemadmodum factum eſſe vides in duplici tabula menſium.

POSTREMO ſi à dimidiato menſe Lunari Dierum 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 1. Ter. 36. per continuam additionem dimidiati menſis progrediaris, nihil abiiciendo, donec ad quartam coniunctionem peruenias Dierum 118. Hor. 2. Min. 56. Sec. 13. vt in appoſita tabella cernere licet, quam Aſtronomi Tabulam reuolutionum Nouiluniorum, Pleniluniorumque appellant, compoſitæ erunt tabulæ, quibus facili negotio & Nouilunia, & Plenilunia media ſupputabuntur, vt mox dicemus. Satis eſt autem peruenire ad quartam coniunctionem, quia ſumma ſubtrahenda ex his reuolutionibus nunquam maior eſſe poteſt, quam numerus quartæ huius coniunctionis. In omnibus porro iſtis tabulis, quas ex Ioann. Antonio Magino huc tranſtulimus, neglecta ſunt Minuta Tertia, ita tamen, vt in compoſitione tabularum, quando plura Tertia in ſumma fuerunt quam 30. aſſumptum ſit 1. Secundum.

SEQVVNTVR TABVLÆ AD NOVILVNIA, Pleniluniaque calculanda.

Digitized by Google

Anni 100. Expãſi.	Epactæ D	H	M	S
1	10	15	11	22
2	21	6	22	24
3	2	8	50	2
4	14	0	1	24
5	24	15	12	46
6	5	17	40	5
7	16	8	51	27
8	28	0	2	49
9	9	2	30	7
10	19	17	41	29
11	0	20	8	48
12	12	11	20	10
13	23	2	31	32
14	4	4	58	50
15	14	20	10	12
16	26	11	21	34
17	7	13	48	53
18	18	5	0	15
19	28	20	11	37
20	10	22	38	55
21	21	13	50	17
22	2	16	17	36
23	13	7	28	58
24	24	22	40	20
25	6	1	7	38
26	16	16	19	0
27	27	7	30	22
28	9	9	57	41
29	20	1	9	2
30	1	3	36	21
31	11	18	47	43
32	23	9	59	5
33	4	12	26	24
34	15	3	37	45
35	25	18	49	7
36	7	21	16	26
37	18	12	27	48
38	29	3	39	10
39	10	6	6	28
40	21	21	17	50
41	2	23	45	9
42	13	14	56	31

Anni 100. Expãſi.	Epactæ D	H	M	S
43	24	6	7	53
44	6	8	35	12
45	16	23	46	33
46	27	14	57	55
47	8	17	25	14
48	20	8	36	36
49	1	11	3	55
50	12	2	15	16
51	22	17	26	28
52	4	19	53	57
53	15	11	5	19
54	26	2	16	41
55	7	4	43	59
56	18	19	55	21
57	29	11	6	43
58	10	13	34	2
59	21	4	45	24
60	3	7	12	42
61	13	22	24	4
62	24	13	35	26
63	5	16	2	45
64	17	7	14	7
65	27	22	25	29
66	9	0	52	47
67	19	16	4	9
68	1	18	31	28
69	12	9	42	50
70	23	0	54	12
71	4	3	21	30
72	15	18	32	52
73	26	9	44	14
74	7	12	11	33
75	18	3	22	55
76	0	5	50	13
77	10	21	1	35
78	21	12	12	57
79	2	14	40	16
80	14	5	51	38
81	24	21	3	0
82	5	23	30	18
83	16	14	41	40
84	28	5	53	2

Anni 100. Expãſi.	Epactæ D	H	M	S
85	9	8	20	20
86	19	23	31	43
87	1	1	59	1
88	12	17	10	23
89	23	8	21	45
90	4	10	49	4
91	15	2	0	26
92	26	17	11	47
93	7	19	39	6
94	18	10	50	28
95	29	2	1	50
96	11	4	29	9
97	21	19	40	30
98	2	22	7	49
99	13	13	19	11
100	25	4	30	33

Reuolutiones Nouiluniorum, Pleniluniorumque.

	D	H	M	S
opp.	14	18	22	2
con.	29	12	44	3
opp.	44	7	6	5
con.	59	1	28	6
opp.	73	19	50	8
con.	88	44	12	10
opp.	103	8	34	11
con.	118	2	56	13

Digitized by Google

Anni collecti per 100.	Radix Chriſti			
	D	H	M	S
	16	18	12	30
	Epactæ			
	D	H	M	S
100	12	9	59	0
200	8	1	45	30
300	3	17	31	59
400	28	22	2	32
500	24	13	49	2
600	20	5	35	32
700	15	21	22	1
800	11	13	8	31
900	7	4	55	0
1000	2	20	41	31
1100	28	1	12	3
1200	23	16	58	33
1300	19	8	45	3
1400	15	0	31	33
1500	10	16	18	2
1600	6	8	4	32
1700	1	23	51	2
1800	27	4	21	35
1900	22	20	8	4
2000	18	11	54	34
2100	14	3	41	4
2200	9	19	27	34
2300	5	11	14	3
2400	1	3	0	33

Anni collecti per 100.	Epactæ			
	D	H	M	S
2500	26	7	31	6
2600	21	23	17	36
2700	17	15	4	5
2800	18	6	50	35
2900	8	22	37	5
3000	4	14	23	35
3100	0	6	10	5
3200	25	10	40	38
3300	21	2	27	8
3400	16	18	13	37
3500	12	10	0	7
3600	8	1	46	37
3700	3	17	32	7
3800	28	22	2	40
3900	24	13	49	10
4000	20	5	35	40

	Anni communes			
	Epactæ			
Mēſ.	D	H	M	S
Ian.	1	11	15	57
Feb.	29	11	15	57
Mar.	1	9	47	50
Apr.	1	21	3	47
Mai.	3	8	19	44
Iun.	3	19	35	41
Iul.	5	6	51	38
Aug.	6	18	7	35
Sept.	7	5	23	31
Oct.	8	16	39	28
Nou.	9	3	55	25
Dec.	10	5	11	22

	Anni Biſſext.			
	Epactæ			
Menſ.	D	H	M	S
Ian.	1	11	15	57
Feb.	0	22	31	54
Mar.	2	9	47	50
Apr.	2	21	3	47
Mai.	4	8	19	44
Iun.	4	19	35	41
Iul.	6	6	51	38
Aug.	7	18	7	35
Sept.	8	5	23	31
Oct.	9	16	39	28
Nou.	10	3	55	25
Dec.	11	15	11	22

Qua ratione Nouilunia, Pleniluniaq; media & tabulis Epactarum inquirantur.

VSVS autem propoſitarum tabularũ ad Nouilunia media, Pleniluniaque inquirenda eſt eiuſmodi. Colligantur in vnam ſummam Epactæ annorum per 100. collectorum, qui elapſi ſunt, & Epactæ annorum expanſorum, qui etiam completi ſunt, ac denique Epactæ menſis, qui illum, cuius Nouilunium medium, aut plenilunium quæritur, antecedit, vt in tabulis Aſtronomicis fieri ſolet. Summa deinde hæc ex numero Coniunctionum, prope ſyllabam Con. aut Oppoſitionum, iuxta ſyllabam Opp. proxime maiore in tabula reuolutionum reiiciatur, prout media coniunctio vel oppoſitio inquiritur. Reliquus enim numerus dabit tempus coniunctionis, oppoſitionisve quæſitæ.

EXEMPLI cauſa. Sit inueſtigandum Nouilunium menſis Septembris anno 1723. Epactæ annorum 1700. ſunt dies 1. Hor. 23. Min. 51. Sec. 2. Epactæ vero annorum 22. completorum ſunt Dies 2. Hor. 16. Min. 17. Sec. 36. Epactæ denique menſis Auguſti completi anni communis ſunt dies 6. Hor. 18. Min. 7. Sec. 35. vt ex ſuperiotibus tabulis patet. Quæ efficiunt ſummam Dierum 11. Hor. 10. Min. 16. Sec. 13. Hæc ſumma ablata ex proxime minore numero coniunctionum hoc eſt, ex Diebus 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. relinquit Dies 18. Hor. 2. Min. 27. Sec. 50. & additis diebus 11. qui exẽpti erunt vſque ad illud tempus ex anno, (ſemper enim adiiciendi ſunt dies exempti propter æquationem æquinoctii) fiunt Dies 29. Hor. 2. Min. 27. Sec. 50. Medium ergo Nouilunium incidet in diem 29. Septembris, Hor. 2. Min. 27. Sec. 50. poſt mer. vt in hiſce formulis apparet.

D.	H.	M.	S
1	23	51	2
2	16	17	36
6	18	7	35
11	10	16	13

D.	H.	M.	S
29	12	44	3
11	10	16	13
18	2	27	50
11			
29	2	27	50

QVOD ſi ex hóc tempóre auſeras tempus vnius Lunationis mediæ, adiectis prius diebus 31. antecedentis menſis Auguſti, quia abiectio fieri nequit, reliquum erit tempus antecedentis Nouilunii medii, quod fiet menſe Auguſto, Die 30. Hor. 13. Min. 43. Sec. 47. Si autem eidem illi tempori inuento adiicias tempus Lunationis vnius mediæ, & ex ſumma auferas dies 30. menſis Septembris, reperies Nouilunium inſequens fieri menſe octobri Die 28. Hor. 15. Min. 11. Sec. 53. At vero ſi ex tempore cuiuslibet Nouilunii demas ſemiſſem menſis Lunaris, id eſt, Dies 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 2. vel eidem addas, reperies tempus plenilunii medii antecedentis, vel inſequentis. Ita reperies plenilunium menſe Septembri fieri Die 14. Hor. 8. Min. 5. Sec. 48. Octobri vero, Die 13. Hor. 20. Min. 49. Sec. 52. Verum memento ſemper adiiciendos eſſe dies antecedentis menſis, quando ſubtractio fieri nequit: Item auferendos eſſe dies menſis propoſiti, ſi ſumma collecta excedat dies illius menſis.

SIT rurſus inueniendum plenilunium medium Paſchale menſe Martio, vel Aprili anni 2673. Dico menſe Martio, vel Aprili, quia nondum conſtat, quo menſe Plenilunium Paſchale futurum ſit. Cum annis 2600. accipe Epactas Dier. 21. Hor. 23. Min. 17. Sec. 36. At cum annis 72. completis, Epactas Dier. 15. Hor. 18. Min. 32. Sec. 52. Et cum Frebruario elapſo anni communis Epactas Dier. 29. Hor. 11. Min. 15. Sec. 57. quarum ſumma eſt Dier. 67. Hor. 5. Min. 6. Sec. 25. qua ſumma ablata ex numero oppſitionum proxime maiore nimirum ex Diebus. 73. Hor. 19. Min. 50. Sec 8. remanent Dies 6. Hor. 14. Min. 43. Sec. 43. Et additis diebus 18. qui ad illud tempus vſque ablati erunt, fiet oppoſitio media Paſchalis menſe Martio, Die 24. Hor. 14. Min. 43. Sec. 43. quæ inſequenti diei 15. adſcribenda erit in quem cadet tunc Luna xiiij. Epactæ xix. quæ cum aureo numero 14. concurrit.

QVOD ſi loco Februarii, cum Martio anni communis accepiſſes Epactas Diei 1. Hor. 9. Min. 47. Sec. 50. effeciſſes ſummam Dier. 39. Hor. 3. Min. 38. Sec. 18. quæ dempta ex Dieb. 44. Hor. 7. Min. 6. Sec. 5. (qui numerus oppoſitionum proxime maior eſt) relinquit Dies 5. Hor. 3. Min. 27. Sec. 47. Et additis diebus 18. qui detracti erunt ex anno, fiet Plenilunium menſe Aprili, Die 23. Hor. 3. Min. 27. Sec. 47. quod Paſchale non eſt, cum conſequatur diem 19. Aprilis, quo clauduntur plenilunia media Paſchalia. Aufer ergo ab illo (adiectis prius diebus 31. menſis Martii antecedentis) Lunationem integram, inuenieſque Plenilunium Paſchale menſe Martio fieri Die. 24. Hor. 14. Min. 43. Sec. 44. ferme, vt prius.

PRAETEREA quærendum ſit Plenilunium medium Paſchale menſe Martio, vel Aprili anni 1592. Cum annis 1500. ſume Epactas Dier. 10. Hor. 16. Min. 18. Sec. 2. Cum annis vero 91. completis Epactas Dier. 15. Hor. 2. Min. 0. Sec 26. Et cum Februario elapſo anni biſſextilis, Epactas Dier. 0. Hor. 22. Min. 31. Sec. 54. quæ ſummam conficiunt Dier. 26. Hor. 16. Min 50. Sec. 22. Hac ſumma ſubtracta ex proxime maiori numero oppoſitionum, hoc eſt, ex Diebus 44. Hor. 7. Min. 6. Sec. 5. & additis decem diebus ex anno demptis, fiet Plenilunium medium Paſchale menſe Martio Die 27. Hor. 14. Min. 15. Sec. 43. hoc eſt, die 28. in quem etiam incidit Luna xiiii. Epactæ xvj cum aureo nnmero 16. concurrentis.

QVOD ſi pro Februario, ſumpſiſſes cum Martio anni biſſextilis Epactas Dier. 2. Hor. 9. Min. 47. Sec. 50. inueniſſes Plenilunium menſe Aprili Die 26. Hor. 2. Min. 59. Sec. 47. quod Paſchale non eſt. Ablata igitur Lunatione integra adiectis prius diebus 31. menſis Martii antecedentis offeretur Plenilunium Paſchale menſe Martio Die 27. Hor. 14. Min. 15. Sec. 44. ferme vt antea.

POSTREMO ſi velis ſcire Plenilunium medium Paſchale menſe Martio, vel anni 388. Cum annis 300. cape Epactas Dier. 3. Hor. 17. Min. 31. Sec. 59. At cum annis completis 87. ſume Epactas Dier. 1. Hor. 1. Min. 59. Sec. 1. Ac denique cum Februario anni biſſextilis tranſacto Epactas Dier. 0. Hor. 22. Min. 31. Sec. 54. Summam omnium Dierum 5. Hor. 18. Min. 2. Sec. 54. detrahe ex proxime maiore numero Oppoſitionũ, nimirum ex Dieb. 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 2. inuenieſq, plenilunium quæſitũ fieri mẽſe

Martio

Digitized by Google

Martio, Die 9. Hor. 0. Min. 19. Sec. 8. quod non poteſt eſſe Paſchale, cum non ſequatur diem 21. æquinoctio deſtinatum, Addita ergo integra Lunatione, fient Dies 38. Hor. 13. Min. 3. Sec. 11. & ablatis diebus 31. menſis Martij, continget illud Plenilunium menſe Aprili, Die 7. Hor. 13, Min. 3. Sec. 11. hoc eſt, die 8. Cadit autem tunc Luna xiiij. aurei numeri 9 in diem 7. Aprilis, vt ratio poſtulat.

IAM vero ſi loco Februarii accepiſſes cum Martio anni biſſextilis, Epactas dier. 2. Hor. 9. Min. 47 Sec. 50. inueniſſes ſtatim Plenilunium in Aprili, Die 7. Hor. 13. Min. 3. Sec. 12. idem ferè, quod prius.

CAETERVM ſi quæras, cur ad calculum adiiciendi ſint omnes dies exempti, ſiue omiſsi, cum tamen non ſemper per tot Lineas Epactarum factus ſit deſcenſus in tabula expanſa, ſcito hanc eſſe cauſam. Calculus Aſtronomicus exhibet Lunationes, ſi nullus dies eſſet ablatus, vt vere in cælo contingunt, nulla habita ratione æquationis Lunæ quippe cũ calculus ipſe Lunam per ſe æquet, & æquatio Lunæ ſolum ad corrigendum Cyclum decennouennalem adhibeatur. Quare ſi vſque ad tempus, quo calculus inſtituitur, aliquot dies, ob æquinoctii æquationem exempti ſint, accident Lunationes totidem diebus ſerius: quandoquidem in calculo illi ijdem aſſumpti fuerunt. Neceſſario ergo addendi ſunt omnes dies exempti, vt Lunationes in proprios dies incidant.

Cur ad calculum Lunationum addendi ſint dies omnes exẽpti, vt media Nouilunia, pleniluniaque vere inueniantur, quanquam in tabula expanſa non ſit factus deſcenſus per tot lineas Epactarum.

ARGVMENTA MAESTLINI ADVERSVS NOuilunia, Quartasdecimas Paſchales, & æquationem tam Epactarum, quam Cycli Solaris noui Calendarii, eorumque confutationes.

CAPVT VII.

EX ijs, quæ proximo Capite ſcripſimus, nullo omnino negotio omnia argumenta non ſolum Mæſtlini, verum etiam aliorum, quæ contra Nonilunia Calendarii noui excogitata ſunt, vel excogitari poſſunt, diſſoluuntur. Omnia enim id ſolum efficiunt, Nouilunia ex Epactis noſtris inuenta, veris aut mediis Nouiluniis non omnino congruere, ſed hæc vt plurimum, ante illa contingere: quod nos ſponte, atque vltro damus, cauſamque cur id neceſſario ita fieri debeat, ſuperiori Capite aperuimus: vt non opus ſit, (vt inepte, atque inſulsè iocans vociferatur Mæſtlinus) nos Mathematicos Calendarii huius Patres, vel Patronos accurrere, & huic languido noſtro clienti ferre ſuppetitias. Calendarium enim hoc nouum rectiſsime ſe habere in Nouiluniis ex vſu Eccleſiæ demonſtrandis, clariſsime ſuperiori Capite oſtendimus. Neq; in hac Calendarii reſtauratione opus impoſſibile, vt falſo putat, moliti ſumus, eo quod, nobis ipſis Auctoribus, nullus cyclus poſsit omni ex parte motibus cæleſtibus reſpondere: niſi forte dicere velit, & à Iulio Cæſare, Alexandrinis, Concilio Nicæno, & ab omni antiquitate inanem laborem in cyclis Calendario inſcribendis ſuſceptum eſſe: quod eſſet ſummæ dementiæ. Quanquam enim Cyclus Nouilunia de induſtria propter rectam Paſchæ celebrationem, poſtponit, non tamen à veris ea longe abeſſe permittit; vt operæ pretium ſit ea, etiam ſic poſtpoſita, cognoſcere: præſertim cum ex cyclo diſcamus, quot dies Luna plerunque habeat poſt coniunctionem, veram ita vt quando Luna dicitur prima, ſecunda, tertia, quarta decima, &c. intelligamus diem fermè primum eſſe, ſecundum, tertium, quartum decimum, &c. à coniunctione elapſum.

Solutio argumentorum Mæſtlini, & aliorum contra Nouilunia cycli Epactarũ noui Calẽdarii.

Cyclum Epactarum in Calẽdario monſtrare, quot dies plerũque poſt coniunctionem verã elapſi ſint.

QVOD vero attinet ad Lunas xiiii. Paſchales oſtendit ſe Mæſtlinus tam inſcium, & ignarum conſuetudinis Eccleſiaſticæ in ſumma arrogantia, & impudentia, vt pudeat me qualiſcumque ſum, cum huiuſmodi homine diſputare. Nam vt demonſtret, noſtras xiiij. Paſchales errroneas eſſe ac falſas, & motibus cæleſtibus non congruere, coaceruat pag. 24. & 25. annos 70. ab anno 1500. vſque ad annum 1700. quibus termini noſtri Paſchales vel vno die tantum medias oppoſitiones antecedunt, vel eas ſubſequuntur, ipſo etiam teſte: quæ quidẽ res cyclum noſtrum non modo labefactat. verum etiam vſq; eo confirmat, vt magnam ei gratiam, quocunque animo fecerit, debere fateamur; quandoquidem Cap. antecedetni abunde demonſtrauimus, in Cyclo quolibet, vt recte terminos Paſchales, ſiue Lunas xiiij. indicet, ſatis eſſe vt eius numeri nunquam Lunam xiiij. Paſchalem exhibeant biduo ante oppoſitionem mediam ſed vel vno die tantum, vel certe in ipſa media oppoſitione, aut paulo poſt. Id quod in annis ab aduerſario probatis prorſus ſeruatum cernitur.

Inſcitia Mæſtlini, atque arrogantia in xiiii. Paſchalibus oppugnandis.

Argumenta Mæſtlini, aduerſus xiiii. Paſchales confirmare cyclum Epactarum potius quã infirmare.

CAETERVM in ea ipſa re turpiter lapſus eſt, & pene pueriliter, cum putat, Lunam Paſchalem à media oppoſitione non differre ac proinde quotieſcunque illa cum hac non congruit, errorem ex eius ſententia in termino Paſchali committi: quod inauditum eſt, ac nouum in DEI eccleſia, vt ex ſuperiori Capite manifeſtum eſt. Sed quid mirum, ſi homo non modo rerum Ecclea ſticarum ignarus, ſed etiam contradicendi ſtudio prouectus tam fæde ruit, ac tam ſæpe? Nihilo enim peritiorem ſe præbet in hiſce 7. annis, 1576. 1578. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. in quibus ita debachatur, vt exclamet, noſmetipſos deridendos nos proſtituiſſe toti mundo, quod etiam in his annis, quibus hunc fœtum enixi ſumus, & in lucem produximus, valde enormiter errauimus Sed videat ipſe ne tanquam inſanus ſanos irridens omnibus deridendum ſe proſtituat, cum ſuæ ſtultitiæ teſtes colligens plane declaret, ſe ne primoribus quidem labris, quod dicitur, ea attigiſſe, quæ Patres, Concilia de recta Paſchæ celebratione decreuerunt. Nam in his 7. annis Lunæ xiiii. Paſchales ſecundum noſtras Epactas à Conciliorum decretis non diſſentiunt, cum ſemper vel vno die medias oppoſitiones antecedant, vel cum illis congruant, vel denique paulo poſt eas occurrant, vt in hac tabella perſpicuum eſt.

Error Mæſtlini putãtis idem eſſe oppoſitionem mediam, & Lunam xiiii.

Digitized by Google

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ	XIIII Paſchales	Oppoſitiones mediæ		
				D.	H.	M.
1576	19	xxix	14 Apr.	13.	1.	37
1578	2	xxii	22 Mar	22.	19.	15
1579	3	iii	10 Apr.	10.	16.	47
1580	4	xiiii	30 Mar.	30.	1.	36
1581	5	xxv	18 Apr.	17.	23.	9
1582	6	vi	7 Apr.	7.	7.	57
1583	7	vii	6 Apr.	6.	16.	46

In conſiderantia Mæſtlini, dum annos ante correctionem, examinat, ac ſi ex illis fuiſſent 10. dies exempti.

NEC ſatis conſideratus fuit (vt leuiſsime dicam) in quatuor hiſce annis, 1511. 1527. 1571. 1579. in quibus, vt oſtenderet, Lunas xiiij. Paſchales Epactarum longius à pleniluniis veris diſtare, hoc eſt, biduo ea anteuertere, (quod tamen ad rem non facit cum in hoc negotio motus medii ſpectandi ſint, non veri.) ita intentum animum habuit ad nouum Calendarium euertendum, vt inſtituti ſui penè oblitus & quidnam ageret, non conſiderans, plenilunia illorum ſupputauerit, perinde ac ſi ex illis 10. iam dies fuiſſent ſublati, cum tamen annum correctionis antecedant; quod perridiculum eſt. Nam cum initium, ſeu radix exemptionis 10. dierum, conſtituatur in anno 1600. à quo in poſterum æquatio quadringenteſimo quoque anno adhibenda progreditur, non ſunt auferendi 10. dies ex annis, qui correctionem noſtram antecedunt, ſed aliquid minus præſertim ex annis, qui remotiores ſunt ab anno 1600. cuiuſmodi eſt annus 1511. Vnde mirum non eſſet, ſi xiiij. Paſchalis huius anni non ſatis medio, aut vero Plenilunio reſponderet. Excerpi autem à Mæſtlino ex illis annis dies 10. ex eo apparet, quod eius calculus locum non habet, niſi, quos dixi, dies pro exemptis habeantur; id quod in hac tabella cernitur.

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ ſi exempti fuiſſent 10. dies ex his annis	XIIII Paſchales	Plenilunia media			Nouilunia vera ſecundum Mæſtlinum.
				D	H	M	DIES
1511	11	xxi	23 Mar	23.	22.	35	25 Mar.
1527	8	xviii	26 Mar.	26.	23.	57	28. Mar
1571	14	xxiiii	18 Apr.	9.	4.	6	20. Apr.
1579	3	xxiii	21 Mar	22.	4.	3	23. Mar.

VBI vides xiiij. Paſchales die tantum vnico anteire media plenilunia, quod ſatis eſt ad rectam Paſchæ celebrationem, vt ſæpè diximus. Itaque etiamſi maxime 10. dies ex illis annis detraxerit, nihil tamen effecit, ſed noſtras xiij. Paſchales potius confirmauit. Quod ſi anni illi accipiantur ante correctionem Calendarii, hoc eſt, ſine detractione 10. dierum, vt par eſt, haberent ſeſe eorum Epactæ, Lunæ xiiij. Paſchales, & media plenilunia in nouo Calendario, vt in hac altera tabella continentur, in qua rurſus cernis, legitimas eſſe xiiii. Paſchales, ex præſcripto concilii Nicæni: & quidem xiiii. Paſchalem anni 1571. magis legitimam, quam ſi 10. dies eximantur.

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ ante anni correctionem	XIIII Paſchales	Plenilunia media.		
				D.	H.	M.
1511	11	j	12 Apr.	12.	11.	19
1527	8	xxviii	15 Apr.	15.	12.	41
1571	14	iiii	9 Apr.	9.	4.	6
1579	3	iii	10 Apr.	10.	16.	48

Argumentum, Mæſtlini, quod propter elisionem 3. dierum intercalariũ ex 400. quibuſque annis pleraque plenilunia Paſchalia noui Calẽdarii pertineant ad ſecundũ menſem.

DEINDE conatur oſtendere: in nouo Calendario plurimorum annorum plenilunia Paſchalia eſſe ſecundi menſis cum tamen ea primo menſi adſcribantur. Exemplum ponit in his annis, 1571. 1590, 1609. 1628. 1647. 1666. 1685. in quibus omnibus aureus numerus eſt 14. & Epacta xxiiii. quæ terminum Paſchalem habet 18. Aprilis, ſi tamen ex anno 1571. cogitentur 10. dies exempti, (quod & ſupra fecit Mæſtlinus) etſi ante correctionem ſit ille annus, ac proinde terminum Paſchalem, ſeu Lunam xiiij. habuerit non 18. ſed 9. Aprilis. in his enim omnibus annis ait calculum ex recentiſsimis obſeruationibus erutum docere, Lunam xiiij. Paſchalem ad menſem ſecundum pertinere: vbi nos omnes, qui huic correctioni interfuimus, non leuiter perſtringit, quod vt falſo putat, in nouis obſeruationibus non fuerimus occupati, cum tamen, vt ait, diligens opera per nouas obſeruationes examinata hic requiratur, propterea quod faciliimus lapſus toto menſe errare facit. Cauſam erroris reiicit in tabulam æquationis Epactarum, & in Lunationum, & æquinoctiorum inæqualem anticipationem, cum hæc citius

vnum

Digitized by Google

vnum diem anticipent, quam illæ. Non enim intelligit, qui poſsit fieri, vt ab anno 1500. vſque ad 1700. excluſiue, aureus numerus 14. exhibens ſecundum tabulam æquationis Epactã xxiiij. reponat xiiij. Paſchalem in 18. Aprilis, ſtatuens eam ad primum menſem pertinere: (In definiendo autem primo menſe, incidit in priſtinum errorem, appellans primum menſem eum, cuius Nouilunium æquinoctio verno proximum eſt, ſiue in præcedentes, ſiue ſequentes dies numeretur: quod Cap. 1. ſuperioris libri refutauimus) Ab anno vero 1700. vſque ad 1900. excluſiue idem aureus numerus 14. exhibens Epactam xxiij. promoueat xiiij. Paſchalem ex 18. Aprilis in 21. Martij, perinde ac ſi illa prior iam non amplius ad primum menſem pertineat, ſed ad ſecundum. Et multa craſsiora abſurda ſequi affirmat annis inſequentibus. Nam eodem modo ab anno 2200. vſque ad 2300. excluſiue, aureus numerus 17. exhibet ſecundum tabulam æquationis Epactam xxiiij. & xiiij. Paſchalem in 18. Aprilis reiicit. Sed ab anno 2300. vſque ad 2400. excluſiue, aureus idem numerus 17. Epactam indicat xxiij. ideoque terminum Paſchæ die 21. Martii. Deinde ab anno 2400. ad 2500. vſque excluſiue, idem aureus numerus 17. denuo exhibet Epactam xxiiij. terminumque Paſchalem die 18. Aprilis, vt ante ab anno 2200. Itaque Calendarium nouum (inquit) ijs annis, quibus aureus numerus eſt 17. ab anno 2200. vſque ad 2300. excluſiue, cenſet mediam oppoſitionem in Martio factam (Lunam xiiij. dicere debuit, in quo ſemper erat) ſemper præceſſuram eſſe æquinoctium, ac proinde eam Paſchalem eſſe non poſſe; ſed ab anno 2300. ad 2400. excluſiue futurũ, vt eadem oppoſitio media (id eſt, Luna xiiij.) cadat vel in æquinoctium, vel illud ſequatur, atq; idcirco non poſſe eam non eſſe Paſchalẽ ab anno deniq; 2400. vſq; ad 2500. excluſiue eandem rurſus oppoſitionem mediam, (hoc eſt, Lunam xiiii.) anteceſſuram ingreſſum Solis in Arietem, atque adeo deſinere eam eſſe Paſchalem, quod ipſi videtur falſum. Nam *Quomodo, inquit, poßibile eſt, vt æquinoctium, cuius anticipatio ſemper eſt velocior anticipatione Lunationum, faciat plenilunium, (hoc eſt, Lunam xiiii.) quod terminus Paſchalis eſſe cœpit, mox iterum hoc officio priuetur? Hæc res eſt profecto longe abſurdiſsima, vtpote prorſus inaudita, & toti Aſtronomicæ certitudini, & veritati è diametro contraria, &c.*

Error Mæſtlini in primo menſe definiendo.

SIMILI ratione demonſtrare nititur, multos terminos Paſchales in nouo Calendario pertinere ad vltimum menſem non autem ad primum, his verbis: *Demonſtratum eſt ſupra* (ſi DEO placet) *quod æquinoctium vernum verum poßit à 21. Martii vſque ad 27. recedere. Futurum ergo eſt, vt omne plenilunium* (*id eſt, omnis Luna* XIIII.) *quod inter 21. & verum diem veri æquinoctij, poſt 21. ſequentis incidit à Calendario nouo pro termino Paſchali habeatur. Verum talis oppoſitio,* (*id eſt talis Luna* XIIII.) *tum non eſt primi menſis anni ſequentis, ſed vltimi præcedentis anni.*

Argumentum Mæſtlini, quod multi termini Paſchales noui Calendarii pertineant ad vltimum menſem.

HIC ſanè non ſatis admirari poſſum Mæſtlini arrogantiam, ne dicam malitiam, qui dum maleuolo animo Calendarium nouum tollere vult de medio, accuſat ſimul omnes totius orbis Mathematicos, qui vno ore fatentur, (quod etiam res ipſa loquitur) æquinoctium ad priſtinam ſedem non poſſe reſtitui, niſi per ablationem tot dierum ex anno aliquo, quod diebus verſus initium menſis progreſſum eſſe compertum fuerit; at Mæſtlinus ex nouo quodam genere Aſtronomorum reprehendit nouum Calendarium hoc etiam nomine, quod per omiſsionem diei intercalaris in quibuſdam centeſimis annis (quod eſt diem vnum ex anno eximere) æquinoctium ad eum diem reſtituit à quo receſſerat. Cur tandem? Quia, inquit, ex hac diei ablatione ſequitur, plenilunium, quod ante fuit Paſchale, deſinere mox eſſe Paſchale, & quod ante non potuit eſſe Paſchale, mox non poſſe non eſſe Paſchale. Magnum vero Peccatum, quod ne committatur, nunquam æquinoctium in ſuam eſt ſedem reuocandum (quantumuis ab ea verſus menſis initium prolapſum ſit) cum aliter reuocari nequeat. Egregium ſane Mathematicum, qui vt Calendarium nouum omnibus reddat ſuſpectum, vel potius odioſum, tanquam innumeris abſurditatibus, atque multiplici falſitate refertum, omnem prorſus anni correctionem quæcunque tandem excogitari poteſt, reiiciendam arbitretur, quippe cum in qualibet emendatione anni eximi oporteat aliquot dies, vt æquinoctium ad eum diem redeat à quo diſceſſerat, quod illi abſurdum videtur, & nulla ratione concedendum. Si enim hanc detractionem admitteret, profecto eam ob rem tanto impetu non ferretur in nouum Calendarium, quandoquidem ea conceſſa, ſequatur neceſſe eſt, velit nolit, (quod ipſi videtur ſcelus inexpiabile) Lunam xiiij. quæ nunc currente certo aliquo Cycli numero, Paſchalis eſt, mox poſt eliſionem vnius diei non amplius Paſchalem futuram & contra. Quod qua ratione fieri poſsit docere eum hoc loco, ſi diſcere vult, quandoquidem ſe id ignorare fatetur, non grauabor. Audi igitur Mæſtline.

Duo argumenta proximi, ſi quicquam valerent, tollere è medio omnem æquinoctii reſtitutionem annique correctionem.

Solutio proximorum duorum argumentorum Mæſtlini.

QVOTIESCVNQVE de linea aliqua Epactarum tabulæ expanſæ fit tranſitus ad lineam inferiorem, vt accidit neceſſario in centeſimis annis non biſſextilibus, quibus Luna tamen æquanda non ſit, tunc ſi aureo alicui numero reſpondebat in priori linea Epacta xxiiij. erat Nouilunium illius aurei numeri Paſchale 5. die Aprilis vbi eſt vltimum nouilunium Paſchale ſed eiuſdem aurei numeri Nouiluniũ 7. die Martii Paſchale non erat, In poſteriori autẽ linea nouiluniũ eiuſdẽ aurei numeri menſis Aprilis non erit amplius Paſchale, cum idem ille aureus numerus reſpondeat tunc Epactæ xxiii. quæ Lunam xiiij. habet die 19. Aprilis & Nouilunium die 6. Aprilis extra terminos nimirum Paſchales. Idem tamen aureus numerus habebit tunc Nouilunium Paſchale menſe Martio, quod Epacta xxiii. ei reſpondens collocata ſit ad diem 8. Martii, vbi initium eſt Paſchalium Nouiluniorum. Vides igitur niſi forte cæcus eſſe vis, Nouilunium illius aurei numeri Paſchale eſſe menſe Aprili, dum ſuperior linea Epactarum eſt in vſu, deſinere autem eſſe Paſchale, quando inferior linea Epactarum vſurpatur? Item Nouilunium eiuſdem aurei numeri menſe Martio, dum prior linea Epactarum in vſu eſt, non eſſe Paſchale incipere autem Paſchale eſſe, quando poſterior linea Epactarum inſeruit. Ratio quoque huius rei Aſtronomica perſpicua eſt. Nam quando dies intercalaris in centeſimo aliquo anno omittitur, ſi Luna non egeat tunc æquatione, deſcendunt omnia Nouilunia vno die in Calendario verſus fines menſium. Quare Nouilunium, quod prius cadebat in 5. Aprilis, Paſchale eſt, ſed poſtea incidens in 6. Aprilis, Paſchale, eſſe deſinit. E contrario Nouilunium cadens prius in 7. Martii, Paſchale non eſt, poſtea autem in 8. Martii incidens, Paſchale fit.

Quando ſit tranſitus de ſuperiori linea tabulæ expanſæ ad inferiorem, Nouilunium Paſchale quinti diei Aprilis deſinit eſſe Paſchale, & Nouilunium non Paſchale ſeptimi diei Martii incipit eſſe Paſchale.

Digitized by Google

Quando fit tranſitus de inferiori linea tabulæ expanſæ ad ſuperiorẽ Nouiluniũ Paſchale octaui diei Martii deſinit eſſe Paſchale, & Nouilunium non Paſchale ſexti diei Aprilis incipit eſſe Paſchale.

RVRSVS quotieſcunque de aliqua linea Epactarum tabulæ expanſæ ad ſuperiorem lineam gradus fit, vt accidit neceſſario in annis centeſimis biſſextilibus, quibus Luna æquanda eſt, tunc ſi alicui aureo numero reſpondebat Epacta xxiij. in linea ſuperiori, erat Nouilunium illius aurei numeri Paſchale die 8. Martii, vbi Nouilunia Paſchalia incipiunt: ſed eiuſdem aurei numeri Nouilunium die 6. Aprilis Paſchale non erat. In ſuperiori autem linea, cum iam idem aureus numerus Epactam xxiiij. indicet, Nouilunium illius aurei numeri in 7. Martii incidens, deſinit eſſe Paſchale, aliud vero cadens in 5. Aprilis Paſchale efficitur. Vbi rurſum cernis, Nouilunium illius aurei numeri menſe Martio eſſe Paſchale, dum inferior linea in vſu eſt; deſinere autem ab hoc officio, quando ſuperior linea aſſumitur. Item Nouilunium eiuſdem aurei numeri menſe Aprili non eſſe Paſchale, quamdiu inferior linea vſurpatur, fieri autem Paſchale, cum primum linea ſuperior in vſum recipitur. Huius quoque rei ratio Aſtronomica ſi quæris, hæc eſt. Quando dies intercalaris in centeſimo aliquo anno retinetur, & Luna æquanda eſt, aſcendunt omnia Nouilunia vno die verſus initia menſium in Calendario. Quamobrem Nouilunium cadens ante æquationem Lunæ in 8. Martij, Paſchale eſt, & poſt æquationem in 7. Martii incidens, Paſchale amplius eſſe non poteſt. Pari ratione Nouilunium ante eam æquationem cadens in 6. Aprilis nullo modo Paſchale eſt, & poſt æquationem eandem incidens in 5. Aprilis, Paſchale efficitur. Non eſt ergo hæc res longe abſurdiſsima, vtpote prorſus inaudita, & toti Aſtronomicæ certitudini, & veritati è diametro contraria, vt falſo fremis, ſed Aſtronomicæ præceptis valde conſentanea; vt tua inſcitia hac in re nullo modo excuſari poſsit, quod rem per ſe clariſsimam intelligere te non poſſe fatearis.

Plenilunia Paſchalia in Aprili quorundã annorum à Mæſtlino citatorum non eſſe ſecundi menſis, vt ipſe falſo putat, ſed ad primum pertinere.

PORRO verum non eſſe, in his 7. annis, 1571. 1590. 1609. 1628. 1647. 1666. 1685. à Mæſtlino prolatis, Plenilunia, quæ in nouo Calendario Paſchalia ſunt menſe Aprili, eſſe ſecundi menſis, & non primi, vt ille aſſerit, liquido conſtat ex ſequenti tabella in qua perſpicue cernitur, eorum Plenilunia media Martii non eſſe primi menſis, vt ipſe perperam vult, ſed vltimi, ſiue duodecimi; quippe quæ non ſubſequantur diem 21. Martii, in quo æquinoctium conſtituitur ab Eccleſia, ſed eum potius antecedant; cum tamen plenilunia media Paſchalia, ſiue primi menſis debeant æquinoctium ſubſequi, & Lunæ xiiij. Paſchales ipſum diem æquinoctii nunquam præcurrere, vt ex iis, quæ ante diximus manifeſtum eſt.

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ	Oppoſitiones mediæ Martij D.	H.	M.
1571	14	xxiiij	20.	15.	22
1590	14	xxiiij	20.	7.	54
1609	14	xxiiij	20.	0.	27
1628	14	xxiiij	19.	16.	59
1547	14	xxiiij	20.	9.	32
1666	14	xxiiij	20.	2.	4
1685	14	xxiiij	19.	18.	37

Lunas xiiii primi menſis ab Eccleſia referri ad diem 21. Martii æquinoctio deſtinatũ, etſi interdum ab eo die æquinoctium diſtet.

NEQVE verò obſtat, quod hæc Plenilunia ex Alphonſino calculo æquinoctio ſint poſteriora, quia ex Prutenicis tabulis eadem priora ſunt, vt Mæſtlinus ipſe fatetur. Immo vero quicquid ſit de æquinoctio, ſiue ex alphonſino calculo ſiue Prutenico, nihil noſtra intereſt. cum Eccleſia poſthabitis tabulis, æquinoctium vni diei affigat, nimirum 21. Martii, etſi quandoque in vtramque partem nutet æquinoctium, dummodo non longius ab eo diſcedat. Et ſane ſæpenumero Eccleſiam reſpuere Lunationes nonnullas tanquam non Paſchales, eo ſolo nomine, quod earum Lunæ xiiii. diem 21. Martii æquinoctio aſsignatum præueniant, etſi re ipſa in æquinoctium incidant: Nonnullas item pro Paſchalibus recipere, propterea quod eorum Lunæ xiiij. in diem 21. æquinoctii incidant quanquam vere æquinoctium ipſum præcurrant liquido cernitur in annis biſſextilibus, & iis qui à biſſexto tertii ſunt. In illis enim, quanquam æquinoctium diem 20. Martij attingat, reiicit tamen omnes Lunationes, quarum dies xiiij. in 20. Martii, hoc eſt, in æquinoctium cadunt; In his autem omnes Lunationes approbat, quarum Lunæ xiiij. incidunt in diem 21. licet in iis æquinoctium poſt diem 21. contingant. Id quod ſuperiore etiam libro Cap. v. docuimus.

Refutatio aliarum calumniarum Mæſtlini aduerſus Lunationes Paſchales.

VERVM vt illud quoque appareat, aureum numerum 14. ab anno 1700. ad 1900. recte Lunationem Paſchalem ex Aprili in Martium reiicere, (quod ipſe concoquere non poteſt) atque aureum numerum 17. ab anno 2200. ad 2300. congrue eandem exhibere menſe Aprili, ab anno vero 2300. ad 2400. menſe Martio; & denique ab anno 2400 vſque 2500. eandem aptiſsime Aprili tribuere, calculauimus ſequentes oppoſitiones medias: vbi apparet, media plenilunia aurei numeri 14. ſiue Epactæ xxiij. menſe Aprili ab anno 1700. ad 1900. non eſſe Paſchalia, cum ſequantur diem 19. poſt quem nullum plenilunium medium Paſchale eſt, ne Paſcha, quod interdum in diem 19. Aprilis cadit, ante plenilunium medium celebretur. Ab anno vero 2200. ad 2300. medias oppoſitiones menſis Martii, quando aureus numerus eſt 17. & Epacta xxiiij. non eſſe Paſchales, quod non ſubſequantur diem 21. æquinoctio deſtinatum: Similiter oppoſitiones medias Aprilis ab anno 2300. ad 2400. quando aureus

nume-

Digitized by Google

Anni Domini	Aurei numeri	Epact.	Plenilunia media. D H M	Menſes
1723	14	xxiii	19. 16. 26	Apr.
1742	14	xxiii	19. 8. 58	Apr.
1799	14	xxiii	19. 10. 35	Apr.
1818	14	xxiii	20. 3. 8	Apr.
1837	14	xxiii	15. 19. 40	Apr.
1875	14	xxiii	20. 4. 45.	Apr.
1894	14	xxiii	19. 21. 18	Apr.
2201	17	xxiiii	20. 0. 23	Mar.
2220	17	xxiiii	19. 16. 55	Nar.
2239	17	xxiiii	20. 9. 37	Nar.
2258	17	xxiiii	20. 2. 0	Mar.
2277	17	xxiiii	19. 18. 32	Mar.
2296	17	xxiiii	19. 11. 5	Mar.
2315	17	xxiii	19. 16. 21	Apr.
2334	17	xxiii	19. 8. 54	Apr.
2372	17	xxiii	20. 5. 15	Apr.
2391	17	xxiii	19. 10. 31	Apr.
2410	17	xxiiii	20. 14. 19.	Mar.
2429	17	xxiiii	20. 6. 52	Mar.
2448	17	xxiiii	19. 23. 24	Mar.
3467	17	xxiiii	20. 15. 57	Mar.
2486	17	xxiiii	20. 8. 29	Mar.

numerus 17. & Epacta xxiii. concurrunt, Paſchales non eſſe, quod diem 19. Aprilis ſubſequantur, quemadmodum ab anno 1700. ad 1900. Eaſdem denique Menſe Martio ab anno 2400. ad 2500. quando aureus numerus 17. & Epacta xxiiii. concurrunt rurſus non eſſe Paſchales, quemadmodum neque ab anno 2200. ad 2300. ob eam quam ibi expoſuimus, cauſam. Vt vel hinc colligi poſſit, Mæſtlinum ſtudio maledicendi potius, quam veritatis amore inductum tam impudenter nouum Calendarium calumniari, quandoquidem in noſtro Calendario nouo omnia prorſus ſeruantur, quæ à ſacris Conciliis, & Patribus de Paſchæ celebratione ſancita ſunt.

Conſtat igitur, falsò aſſerere Mæſtlinum, in nouo Calendario multa plenilunia adſcribi primo menſi in Aprili, quæ ad ſecundum verius pertineant.

QVOD autem dicit, æquinoctium à die 21. Martii vſque ad 27. progreſſurum eſſe, ac proinde tunc temporis omnia plenilunia poſt diem 21. ſed ante 27. contingentia, ſpectare ad vltimum, ſeu duodecimum anni menſem, quæ tamen in nouo Calendario menſi primo tribuuntur, plane diuinat, ſed toto, vt dicitur, errat cælo. Neque enim ſecundum Tabulas Prutenicas, qnibus maximam ille fidem habet æquinoctium vltra duos aut tres dies, & paulo amplius, à 21. Martii recedere poteſt, etiam ſpatio 20000. annorum, vt Cap. vi. ſuperioris libri oſtendimus. Quod ſi contingat, æquinoctium diem 21. Martii ſubſequi, atque idcirco Lunationem aliquam ſumi pro Paſchali, quæ ſuam xiiii. ante æquinoctium habeat; vel ſi accidat, æquinoctium præire diem 21. Martii, ac proinde Lunationem aliquam, cuius xiiii. in æquinoctium incidat, vel ipſum ſequatur, non cenſeri Paſchalem, cum tamen ad primum menſem pertineat; id vitio vertendum non eſt Eccleſiæ, quæ in hoc negotio, poſthabitis veris motibus, & mediis, æquabile quiddam ſequitur, & vniforme, quod à vero non longe abſit, ita vt incommodum illud nulla ratione vitari poſſit, vt fuſius libro 1. explicauimus.

Falſum eſſe æquinoctium à 21. die Martii ad 27. poſſe recedere, vt Mæſtlinus vult.

INDE Mæſtlinus arma conuertit in tabulam æquationis Epactarum, quam tamen, veritate cogente, aliqua ex parte laudat, atque commendat, veluti, quæ magno labore conſtiterit, & nonnullo artificio ſit constructa, & ſatis pulchra, vt ait, phantaſia condita: & quidem non immeritò, cum in ea omiſſio tridui quolibet ſpatio 400. annorum, propter æquinoctiorum anticipationem, cum æquatione Lunæ trecenteſimo quoque anno adhibenda, propter Lunationum aſcenſum, ita conſentiat, vt perpetuo inter ſe congruere cernantur annus Solaris, ac Lunaris, ipſaque ratio æquationis cuicunque anni Solaris magnitudini poſſit accommodari, vt diximus. Et ſane non dubito, quin maiore laude eam dignam iudicaturus eſſet, ſi eius radicem, quam nos non temerè, nec caſu, ſed re maturè conſiderata, anno Domini 550. affiximus, cognouiſſet. Neque vero ſi eam intellexiſſet, aut tam audacter reprehendere, aut tam audacter reprehendere, aut tam fœde corrigere, vel corrumpere potius, æquationem pro annis ante correctionem rectiſſime inſtitutam, auſus eſſet, cum aliter tabula æquationis conſtrui nequeat, quàm à nobis conſtructa eſt, vt ex Cap. 4. manifeſtum eſt.

SED vt temeritas, atque inſcitia Mæſtlini in hoc æquationis Epactarum negotio omnibus pateat, examinabimus paulo diligentius ea, quæ hac de re ſcripſit in ſuo Examine. Postquam ergo tabellam Cycli Epactarum perpetuam propoſuit in qua tamen fatetur ſe non poſſe intelligere, quid myſterii lateat in Epacta 25. diuerſi coloris, characteriſue, & cur literæ alphabeti non ſcriptæ ſint ſupra Epactas, aureo numero 1. reſpondentes, ſed potius ſupra Epactas, quæ aureo numero 3. reſpondent; (Vtriuſque rei cauſam nos ſupra Cp. 3. & 4. attulimus.) conatur conſtruere tabulam æquationis, eandemque corrigere, vel, potius corrumpere, vt ſequitur, propoſita prius ea tabula æquationis, vt in Calendario nouo deſcribitur: in qua tamen & in aliis ab eo confectis, poſuimus ſignum hoc ☾. quando Luna æquatione indiget, quemadmodum & ſupra in tabula æquationis Epactarum tabulæ expanſæ fecimus.

TABVLA ÆQVATIONIS CYCLI PERPETVI IN Calendario nouo poſita.

	Anni Dñi				Anni Dñi				Anni Dñi		
N	1			A	2200			q	3600	Biſſ.	☾
P	320	Biſſ.		u	2300			p	3700		
P	500	Biſſ.		A	2400	Biſſ.	☾	n	3800		
a	800	Biſſ.	☾	u	2500			n	3900		☾
b	1100	Biſſ.	☾	t	2600			n	4000	Biſſ.	
c	1400	Biſſ.	☾	t	2700		☾	m	4100		
Detractis 10. Diebus				t	2800	B.ſſ.		l	4200		
D	1582			ſ	2900			l	4300		☾☾
D	1600	Biſſ.		ſ	3000		☾	l	4400	Biſſ.	
C	1700			r	3100			k	4500		
C	1800		☾☾	r	3200	Biſſ.		k	4600		☾
B	1900			r	3300		☾	i	4700		
B	2000	Biſſ.		q	3400			i	4800	Biſſ.	
B	2100		☾	p	3500			i	4900		☾

QVONIAM ergo (inquit Mæſtlinus) *ex auctoris ſententia illæ Epactæ, quarum index eſt D, congruunt annis à 1600. ad 1700. vt ſupra dictum eſt, ideo anno 1600. præfigitur Epactarum index litera D. Verum anno 1700. dies intercalaris abiicitur, quieſcente Lunatione, ipſius enim anticipatio diem nondum compleuit: idcirco omnes Lunationes vno die fiunt poſteriores; vt cum intra 1600. & 1700. omnes anni, quorum aureus numerus eſt 3. haberent Epactam xxiij. hoc eſt, cum in Calendario nouo, vbicunq; eſt Epacta xxiij. Luna in illis annis eo die fieret noua, ſeu cum in tabula Paſchali, quæ paulo poſt ſequetur, Epacta xxiij. oſtenderet in illis annis terminum Paſchalem in 21. Martii: hoc idem poſt reiectum biſſextilem diem anni 1700. continget die mox ſequente, qua Epacta eſt xxij. Idcirco aureus numerus 3. habebit tum Epactam xxij. Huius autem index in tabula Epactarum eſt C. Igitur C, litera præfigitur anno 1700. Quod de annis, quorum aureus numerus eſt 3. dicitur, hoc idem de reliquis omnibus eſt accipiendum. Placuit autem loco omnium reliquorum exempli loco eligere aureum numerum 3. propterea quod auctor huic ſuperimpoſuit literam indicem vt antea monui.*

DEINDE anno 1800. eliditur vnus intercalaris dies, & ibidem ſimul Lunationis anticipatio diem abſoluit. Igitur facta mutua compenſatione, Cyclus Epactarum hoc centenario non interrumpitur, ſed index C, hic etiam permanet.

PRÆTEREA anno 1900. idem accidit, quod anno 1700. Vnde aureus numerus 3. tranſit ad Epactam xxi. cuius index eſt B.

ITERVM anno 2000. & 2100. Cyclus hic non interrumpitur. In illo enim quieſcit & Lunatio, & dies intercalaris, in hoc autem ſimilis ratio eſt, quæ anno 1800. Quare index B, per 300. annos in officio monſtrandæ æquationis Epactarum retinetur.

RVRSVS annus 2200. & 2300. conuenit cum anno 1700. quare aureus numerus 3. deſcendit in illo anno ad Epactam xx. in hoc ad xix. literam indicem ibi habens A, hic u.

AT anno 2400. poſtquam Lunatio denuo diem anticipando conſumaſſet, intercalaris diei nulla fit omiſſio; ideo Lunatio in aureo numero ex xix. denuo aſcendit in xx. Epactam, & indicem A, denuo conſequitur. Sic etiam de reliquis eſt ſentiendum. Simili enim via inuentæ ſunt ſingulæ litteræ indices poſt annum 1582. correctionis. Nec etiam aliud ſubtilius tabulæ huius fundamentum eſt, quanquam auctor id ſtudioſe (ne dicam malitioſe) occultauit.

QVID vero de reliquis annis ſit ſentiendum, qui annum 1582. correctionis præcedunt, auctor ſane ſatis intricate propoſuit: ſiquis tamen paulo diligentius examinet, facile colligere poterit, quibus vſus fuerit fundamentis, & quo in loco haberi mereantur.

*EX literis indicantibus æquationem Epactarum, quas auctor in tabula proxima propoſuit annis præcedentibus annum 1582. animaduertere licet, quod à principio annorum Chriſti, vſque ad annum 320. aſcripſerit aureo numero 3. Epactam xxix. litera enim index eſt N: ſed ab anno 320. vſque ad 800. attribuerit eidem Epactam xxx. quam ipſe aſteriſco *. notat. Item quod annis ab 800. vſq; ad 1100. eidem aureo numero 3. conceſſerit Epactam j. & inde ad 1400. Epactam ij. & rurſus à 1400. ad 1582. Epactam iij.*

quam

Digitized by Google

quam poſt correctionem permutauit in xxiij. Et quod de hoc aureo numero 3. moneo, idem de reliquis correſpondentibus intelligitur, quemadmodum paulo ante dixi. Igitur hoc toto tempore Lunationes paulatim anticipare ſtatuuntur. Ergo Cyclum Epactarum huic tempori correctum adhibet, æquinoctiorum vero anticipationem omittit, ſicut ſequens tabella indicat.

TABVLA ÆQVATIONIS EPACTARVM EXPANSA, QVAM noui Calendarii auctor in annis ante correctionem contraxit.

	Anni Dñi				Anni Dñi				Anni Dñi		
N	0	Biſſ.	☾	P	700	Biſſ.		c	1400	Biſſ.	☾
N	100	Biſſ.		a	800	Biſſ.	☾	c	1500	Biſſ.	
N	200	Biſſ.		a	900	Biſſ.		Detractis 10. Diebus			
P	300	Biſſ.	☾	a	1000	Biſſ.		D	1582		
P	400	Biſſ.		b	1100	Biſſ.	☾	D	1600	Biſſ.	
P	500	Biſſ.		b	1200	Biſſ.		C	1700		
P	600	Biſſ.		b	1300	Biſſ.		C	1800		☾

HAC tabula, quæ iuxta ſententiam auctoris ex proxime præcedente tabula producta eſt, videre licet, in quo pretio totum hoc opus habendum ſit. Nam primo quidem, quo modo computus auctoris congruat cum calculo aſtronomico, docent Lunationum æquationes inter annum 1400. & 1800. & in præcedenti tabula inter annum 3900. & 4300. Dictum eſt paulo ante, quod Lunationum anticipatio pro vno die poſtulet 304. annos, quorum gratia æquationes, diſtribuendæ tantum per centenarios annos, exigant aliquando non ſolummodo 300. ſed 400. annos. Verum huiuſmodi periodus exigit vicies quinquies trecentenos annos: Nam 4. illi anni accedentes annis 300. non complent quartum centeſimum annum, niſi vicies quinquies coaceruentur. Sed auctor huiuſmodi æquationem partitur tantum per vicies quinquies centenos annos, videlicet ab anno 1600. ad 4100. quod profecto calculo Aſtronomico plane contrarium eſt nec vllam excuſationem, aut à falſitate abſolutionem ferre poteſt.

DEINDE hunc vitioſum calculum, ne ex imprudentia commiſſus putetur, auctorem non pudet alio magis vitioſo compenſare, & in veritatem Aſtronomicam data opera grauius impingere. Ipſe enim pro æquatione Lunationum ab anno 300. (vel 320.) vſque ad 800. hoc eſt annis 500. reponit vnicum tantum diem anticipationis. Quæ res longe omnium abſurdiſſima, & in Aſtronomia falſiſſima eſt. Nam contingere quidem interdum poteſt, ſicut modo dictum eſt, vt propter 4. annos adhærentes annis 300. Lunationum anticipatio ad vnum diem abſoluendum poſtulet annos 400. ſed ad 500. annos talis numeratio nunquam extendi poteſt. Et præſertim eius loci non eſt, huiuſmodi æquationem vltra 300. annos interſerere. Annus enim 800. ob 1400. vbi quarti huius centenarii æquatio interpoſita eſt, abeſt tantummodo 600. annis: quod ſpatium nimis procul à periodo huius æquationis, quæ eſt, vicies quinquies trecenteni anni, diſtat. Nec poſſibile eſt, errorem hunc fuiſſe auctori incognitum: nimis craſſus enim & palpabilis eſt. Cauſa autem, quare à manifeſta veritate diſcedere voluit auctor, haud dubio, hæc eſt, quod nimirum ipſe ſingulari ſtudio attendit ad aureum numerum vſitatum, ideoque Epactas ſuas omni modo reluctantes, capillis attrahendo adegit, vt cum aureo numero tempore Nicæni Concilii concordarent. Hoc autem fieri non potuit, niſi enormi hoc ſolæciſmo commiſſo. Maluit ergo ſuos numeros aureo numero (quem non animaduertit, Lunationibus illius ſæculi nequaquam ſatisfacere) eſſe congruos, quam cum calculo Aſtronomico conſentire. Ecce hæc ſunt fundamenta tabulæ, quæ præ reliquis omnibus numeris, & tabulis totius nouæ reformationis, eſt maxime artificioſa.

QVOD ſi vero auctor hanc Lunationum anticipationem continuaſſet eodem ſtylo, quo antea per annos 300. aliam profecto literam æquationis Epactarum indicem ſub tempore Nicæni Concilii inueniſſet, ſicut hac tabula ſequente patet.

TABVLA ÆQVATIONIS EPACTARVM QVALIS AB AVCTORE NOVI Calendarii conficienda fuiſſet ad annos correctionem præcedentes.

	Anni Dñi				Anni Dñi				Anni Dñi		
M	0	Biſſ.		P	700	Biſſ.		c	1400	Biſſ.	☾
M	100	Biſſ.		a	800	Biſſ.	☾	c	1500	Biſſ.	
N	200	Biſſ.	☾	a	900	Biſſ.		Detractis 10. diebus			
N	300	Biſſ.		a	1000	Biſſ.		D	1582		
N	400	Biſſ.		b	1100	Biſſ.	☾	D	1600		
P	500	Biſſ.	☾	b	1200	Biſſ.		C	1700	Biſſ.	
P	600	Biſſ.		b	1309	Biſſ.		C	1800		☾☾

HAC tabula annis Concilii Nicæni congruit litera index Epactarum, non P, ſed N.

ET

ET vt nugatorius, & inanis calculus totius tabulæ huius ab auctore noui Calendarii confectæ melius pateat, conſiderabimus eam adhibita correctione etiam æquinoctiorum, quemadmodum Cap. 1. factum: ſiquidem huius correctionis, ſeu noui Calendarii fundamentum omne, atque adeo prima origo, a Concilio Niceno dependet. Indicem igitur literam illius ſeculi ſequens tabula oſtendit

TABVLA ÆQVATIONIS CYCLI EPACTARVM AD ANNOS præteritos qua correctio tam Lunationum, quam æquinoctiorum eodem modo obſeruatur, quo in futuro tempore obſeruanda ab auctore noui Calendarii traditur.

	Anni Dñi				Anni Dñi				Ann Dñi		
P	0	Biſſ.		G	700			E	1400		☾
N	100			H	800	Biſſ.	☾	D	1500		
N	200		☾	G	900			D	1600	Biſſ.	
M	300			F	1000			C	1700		
M	400	Biſſ.		F	1100		☾	C	1800		☾☾
M	500		☾	F	1200	Biſſ.		B	1900		
H	600			E	1300			B	2000	Biſſ.	

*HIC rurſus animaduertere poteſtis vos Mathematici, noui Calendarii Patroni, quid certitudinis ſubſit veſtro Calendario. Seculo Nicæni Concilii videtis ex hac poſtrema tabula, iuxta correctionem noui Calendarii obſeruatam tam in æquinoctiorum, quam Lunationum anticipatione, congruere indicem Epactarum literam M. Sed ex proxime præcedente tabula, qua Lunationum correctio tantum retinetur, videtis eidem ſæculo deberi literam indicem N. At auctor Calendarii, vt vobis falſo imponat, contra proprium ſuum calculum & intentum, vobis obtrudit literam P. Habetis ergo ad eoſdem annos, v. g. quorum aureus numerus eſt 3. tres Epactas, videlicet propter literam indicem æquationis M, Epactam xxviii. Propter literam N, Epactam xxix. & propter literam P, Epactam xxx. quæ *. aſteriſco notatur. Sed cur hoc reprehendo? Gratulabor potius vobis de abundantia Calendarii veſtri. Si enim triplici calculo hoc vnica tantum litera index offerretur, (quod alioqui in calculo Aſtronomico, quin & omni Arithmetico fieri ſolet. Is enim vtcunque varietur, nunquam tamen a ſeipſo diuerſus deprehenditur) forſan non tam certi eſſe poſſetis de Nouiluniorum, vel de Pleniluniorum Paſchalium diebus determinandis. Nunc autem cum pro vno die ternos habeatis, vix fieri poteſt, vt à vero aberretis. Attamen interim hinc patet, quod noui Calendarii auctor in calculo Aſtronomico exquiſite examinando, & cum ſuis numeris conferendo, non admodum deſudarit. Vos ergo ipſi iudicate, ſi auctor hæc non intellexit, dignusne ſit, cuius auctoritati in reliquis quicquam tribuatur, idque propter pudendam ſeu affectatam ignorantiam: ſin conſcius fuit horum, an non Diris ſit deuouendus, quia & Pontifici veſtro, & vobis omnibus ſuis aſſeclis, & vniuerſo Chriſtianorum orbi malitioſe fucum fecit?*

Mæſtlinũ nõ penitus intellexiſſe tabulã æquationis Epactarũ.

HÆC ſunt quæ aduerſarius ad euertendam funditus tabulam æquationis Epactarum affert. Quod ergo ad eius explicationem tabulæ æquationis Epactarum attinet, quanquam ſibi videatur rem penitus intellexiſſe, non tamen omnia aſſequutus eſt. Nam ob radicem noſtræ æquationis ignoratam, quæ in anno Domini 550. conſtituta eſt à nobis, reddere cauſam neſciuit, cur æquatio Lunæ tum ex anno 1700. qui trecentis annis ab anno 1400. abeſt, quo proxime antecedens æquatio Lunæ facta eſt, in ſequentem annum centeſimum 1800. tum iterum ex anno 4200. qui etiam trecentis annis abeſt ab anno 3900. vbi proxime æquata fuit Luna in centeſimum annum ſequentem 4300. a nobis reiecta ſit. Cuius tamen rei cauſam Cap. 4. pluribus verbis expoſuimus. Quod autem dicit auctorem æquationem in annis correctionem antecedentibus ſatis intricate propoſuiſſe, & ſi quis paulo diligentius rem examinet, facile colligi poſſe, quibus auctor fundamentis vſus fuerit, & quo in loco haberi mereantur; nemo mirari debet,

Aequatione Calendarii noui inter annũ 1700 & 1800. Aſtronomico calculo congruere, cõtra Mæſtlinum.

cum ipſe fundamenta auctoris penitus ignorauerit, ac propterea calculo Aſtronomico repugnare exiſtimauerit æquationem tum ex anno 1700. in annum 1800. tum ex anno 4200. in annum 4300. reiectam; in quo plane fallitur. Exemplum ſit annus 1723. inter annum 1700. & 1800. cuius Epacta, ex noſtra æquatione, eſt xxiii. reiiciens xiiii. Paſchalem in diem 21. Martii. paulo ante oppoſitionem mediam, quæ incidit in diem 21. horam fere 4. poſt mer. vt ratio poſtulat. At ſi Luna æquaretur anno 1700. vt vult Mæſtlinus, & hæc æquatio non differretur in ſequentem centeſimum, vt à nobis fit, eſſet eo anno Epacta xxiiii. reponens ſuam xiiii. in 20. Martii, ante terminos à Patribus conſtitutos: Accipienda ergo eſſet Epacta xxiiii. in Aprili, quæ xiiii. ſuam in 18, Aprilis reiicit; atque idcirco, ſi ſequens dies 19. eſſet Dominicus, celebraretur Paſcha ante plenilunium medium, quod eo anno in diem 19. Aprilis, & horam 16. poſt mer. incidit, nimirum paulo ante ortum Solis diei 20. quod abſurdum foret. Eadem incommoda in pluribus aliis annis conſequerentur æquationem Mæſtlini, quæ noſtra æquatio facile vitat. Videat ergo Mæſtlinus quo ore, qua fronte dixerit, illam noſtram æquationem calculo Aſtronomico repugnare, cum ipſius potius æquatio, quam inſtitui vellet, & Aſtronomiæ, & S. Patrum decretis, (quod maius eſt) aduerſetur, noſtra vero cum vtriſque mirifice congruat.

Mæſtlini error in anticipatione Lunæ definienda.

MIROR autem vehementer hoc loco Mæſtlinum adeo in Prutenicis tabulis, atque Alphonſinis, vt videri vult, verſatum, quippe qui non modo diligenter, ſed etiam curioſè omnia per tabulas examinare ſtudeat, tam facile (nimirum ſolum, vt haberet, quo noſtram illam æquationem carperet) in errorem inductum eſſe, vt cum vulgo crederet, Lunationes vnum diem anticipare ſpatio 304. annorum, atque ideo vicies quinquies trecentenis annis completis, hoc eſt poſt 7500. annos in quibus 4. anni quibuſuis

300. annis

Digitized by Google

omiſſi numerum 100 annorum explent, æquationem Lunæ non faciendam eſſe anno trecenteſimo, ſed quadringenteſimo. Qua quidem in re Mæſtlinus turpiter admodum lapſus eſt. Hoc enim manifeſtè õnibus tabulis Aſtronomicis, quas tantopere iactat, repugnat, in quibus vna Lunatio media ſtatuitur dierũ 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. fermè Ex quo ſequitur, Lunationes anticipare vnum diem annis ferè $312\frac{1}{2}$. vt Cap. 1. huius lib. oſtendimus: ita vt octies trecentenis annis finitis, id eſt, poſt annos 2400. æquatio trecenteſimo anno facienda in ſequentem centeſimum annum differatur; adeo vt tunc anno quadringenteſimo fiat, quemadmodum à nobis in tabula æquationis factitatum eſt. Itaque quod ille falsò de nobis affirmat, veriſſime de illo dici poteſt: nimirum ea quæ hoc loco de Lunationibus docet, calculo Aſtronomico planè contraria eſſe, nec vllam excuſationem, aut à falſitate abſolutionem ferre poſſe. Recte enim computus noſter (quicquid ille dicat) cum calculo Aſtronomico congruit, appoſiteque inſtituta eſt à nobis æquatio inter annum 1400. & 1800. vt ex ſuperiori exemplo anni 1723. patuit: itemque inter annum 3900. & 4300. cum Lunationum æquatione exigente, vtrobique æquatio ex anno trecenteſimo in quadringenteſimum reiiciatur: quandoquidem anni $12\frac{1}{2}$. trecentenis quibuſque annis omiſſi in ſummam 100. annorum tum excreuerunt, vt Cap. 4. huius libri demonſtrauimus.

IN eo quoque penè pueriliter deceptus eſt aduerſarius noſter, quòd putauit nos exiſtimaſſe, Lunationes ab anno 320. vſque ad annum 800. hoc eſt, ſpatio ferme 500. annorum, vnicum tantum diem anticipaſſe; propterea quod vidit in tabula æquationis literam P, maiuſculam indicem Epactarum ab anno 320. non mutari in literam a, minuſculam ante annum 800. vbi ait nos data opera in veritatem Aſtronomicã grauius impingere, eſſeq; rẽ hanc longe õniũ abſurdiſſimã, & in Aſtronomia falſiſſimã. Deceptus, inquã, eſt ille, nos autem hoc loco neq; in Aſtronomiã quidquã cõmiſimus, neq; aliquid abſurdi aut falſi in Aſtronomiã inueximus. Rectè enim & neceſſario facta eſt hæc mutatio literæ P, maiuſculæ, in literã a, minuſculã, anno 800. & non prius; cũ ab anno 500. vbi ferè radicẽ æquationis figimus, (quod Mæſtlinũ õnino latuit) cũ litera P, maiuſcula, ob cauſam ſupra allatã, vſq; ad annũ 800. numerentur trecenti anni. Pudeat igitur Mæſtlinũ tam impudenter reprehendere, q̃ non intelligit, deſinatq; tandẽ cũ iis nos, & irriſionib. laceſſere, quib. omnes paginæ libri ipſius reſperſæ ſunt, & quæ in eum magis quã in nos conueniunt.

Deceptio puerilis Mæſtlini, quod putauit, in Cãlẽdario nouo ab anno 320 ad 800. tribus ãticipationi Lunæ vnũ diẽ ſpatio 500. ãnorũ.

QVOD verò ait, ſi tabula æquationis ad anteriores annos continuetur per 300. annos, annis Concilii Nicæni congruere literam N, maiuſculam, non autem P, vt ex penultima eius tabella æquationis apparet, verum quidem eſt, cum Epactæ literæ N, maiuſculæ rectius ex vſu Eccleſiæ Nouilunia, Pleniluniaque indicent, quam Epactæ literæ P, maiuſculæ, illis temporibus: ſed ad rem non facit. Neque enim in animo habuimus Nouilunia Concilii Nicæni emendare, ſed indicare ſolum, quibus diebus eo tempore per aureos numeros monſtrabãtur: q̃ quidẽ per Epact. literæ P, maiuſc. accuratè præſtatur, vt ex ſuperiorib. liquet. Rectius autẽ quod ad vſũ Eccleſiæ ſpectat, Plenilunia Paſchalia indicari per Epact. literæ N, maiuſc. quã per Epactas literæ P, maiuſculæ annis Nicæni Concilii, liquido conſtabit ex tabella 19. annorũ circa tẽpora Concilii Nicæni, quæ mox ſequetur. Cum enim in ea Epactæ literæ P, maiuſculæ exhibeant xiiij. Paſchales toto ferè biduo ante oppoſitiones medias, quis dubitabit, Epactas literæ N, maiuſculæ, quæ in Calendario vno die inferiores ſunt, conuenientius eaſdem xiiii. Paſchales demonſtrare? Verum vt diximus, hoc non euertit noſtram æquationem, quam aureo numero Concilii Nicæni reſpondere vt pareat, voluimus, ſed ſolum confirmat id, quod non ſemel profeſſi ſumus, aureos numeros Concilii Nicæni citius, quàm oporteret, Nouilunia, & ex his Lunas xiiii. Paſchales indicaſſe: ac propterea radicem æquationis rectè ad annum 550. conſtitutam eſſe potius, quam ad annos Concilii Nicæni. Quare iure optimo literam P, maiuſculam anno 320. præfiximus, non autem N, maiuſculam: vt nimirum Nouilunia Epactarum à Nouiluniis aureorum numerorum illius temporis non differrent. Sed videlicet Mæſtlinus, melior Grammaticus hoc loco, quam Aſtronomus, cum hanc radicem noſtræ æquationis prorſus ignorauerit, exiſtimauit nos enormi hoc ſolæciſmo, Sic enim loquitur) quo videlicet 500. annos anticipationi Lunæ vnius diei tribuimus, literam P, maiuſculam ab anno 320. vſque ad annum 800. non cõmutaſſe in literam a, minuſculam: in quo tamen ipſemet enormem in computo Eccleſiaſtico ſolæciſmũ commiſit, non intelligens concordiam inter literam P, maiuſculam & annum tam 300. quam 500, quippe ut ex Capit. 4. oſtendimus, vtrique anno litera P, præfigenda ſit, vt Nouilunia eadem habeantur, quibus Eccleſia Nicæni Concilii temporibus vſa eſt: quam tamen ipſe concordiam perperam abrumpere vult, dum literam P, ab anno 300. amouet, eiuſque loco literam N, maiuſculam ſubrogat, vt in penultima eius tabella æquationis cernere licet.

Mæſtlinũ fruſtra velle, ãnis Cõcilii Nicæni præfigẽda fuiſſe litera N, maiuſculã nõ autẽ P, maiuſculã.

POSTREMO falſiſſimum eſt, quod aſſerit, literam P, maiuſculam neque anno 500. neque 300. recte præfigi in Calendario nouo, ſed vtrique anno præfigendam eſſe literam M, maiuſculam. Hoc enim ſolum ſequitur ex Solaris anni æquatione annis correctionem antecedentibus importune, ac temerè ab eo adhibita, quæ ante annum 1582. quo Calendarium reſtitutum eſt, nunquam fuit vſurpata, neque vero adhiberi poteſt, ſi Lunationes annorũ præteritorum eo modo relinqui debeant, quo contigerunt, vt res ipſa exigit: propterea quod æquatio noſtra anni Solaris, ſicut neq; vlla alia, omni ex parte præteritis annis vſq; ad tpoẽra Concili Nic. reſpondere poteſt, vt ſuperiori lib. oſtendimus: vt importune admodũ adhibita ſit à Mæſtlino æquatio anni Solaris ãnis præteritis, vt Nouilunia tẽpore Cõcilii Nicæni inquirat. Nã vt intelligamus, quo in ſtatu Lunationes ante correctionẽ fuerint, ſatis eſt, vt habeatur, ratio æquationis, quã Luna deſiderat, nulla facta prorſus mentione æquationis æquinoctiorum, cum nondũ vllus dies ex anno exemptus ſit, ſed Lunationes tantum ſua loca in Calendario anticipauerint, retenta ſemper eadem anni magnitudine dierũ 365. & hor. 6. quam ante anni reſtitutionẽ Eccleſiã ſemper obſeruaſſe cernimus, quãquam verè annus tantus non ſit. Itaque etſi æquinoctium in præteritis annis ſedem ſuam continue mutauit, quia tamen per tabulam æquationis Epactarum eius locum non quærimus, ſed ſolum dies Nouiluniorum inueſtigamus, ſatis eſt æquationem Lunæ diligenter obſeruare, vt à nobis factum eſt. Neque mouere nos debet, (quod frequenter in ore habet Mæſtlinus) calculum quemcunque Aſtronomicum perinde in tempora præterita, atque in futura quadrare, ſi recte inſtitutus ſit. Nam cur noſtra æquatio anni Solaris quadringenteſimo quoq; anno vſurpanda, non quadret omni ex parte præteritis annis vſque

Mæſtlinũ perperam adhibere æquationẽ anni Solaris ad ãnos præteritos quanũquã in vſu fuit, vt literã æquationis Epactarũ Concilii Nicæni inquirat.

Digitized by Google

ad Concilii Nicæni tempora, hoc eſt, cur non exhibeat nobis decem omnino dies eximendos, quot ex anno 1582. ſimul exempti ſunt, ſed 9. duntaxat, ſatis ſupra expoſitum eſt à nobis Cap. 7. lib. 1. Et vero ſi omnino congrueret, inueniretur tamen per æquinoctiorum æquationem adhibitam dies duntaxat æquinoctii quolibet anno præterito, ſed Lunationes interim etiam ipſarum æquatione adhibita mirum in modum perturbarentur, ita vt Epactæ eas non indicare poſſent iiſdem diebus, quibus factæ ſunt, ſed quib. factæ fuiſſent, ſi vtriuſque anni, Solaris ac Lunaris, æquatio fuiſſet adhibita, ſi tamen radix vtriuſque æquationis in anno aliquo certo figatur: quod etiam annis futuris accidit. Siue enim æquatio anni Solaris æquinoctium ad diem 21. Martii conſeruet omnino, ſiue non conſeruet, æquatio tamen lunæ ſimul adhibita offert Nouilunia illis diebus, quibus vere, quod ad Eccleſiæ vſum attinet, contingunt. Huc accedit, quod cum anno 1582. decem dies ſimul exempti ſint, deſcenſus factus eſt in tabula expanſa, per decem lineas Epactarum, quòd totidem diebus Nouilunia, ob illam exemptionem, ſerius contingant. At ſi æquatio anni Solaris accommodetur annis præteritis, vt decem illi dies non ſimul, ſed paulatim deuorentur, non propterea decem linearum mutatio fiet in Epactis, cum non ſemper litera index mutetur, quando dies intercalaris omittitur, ſed interdum eadem litera index retineatur, vt in vltima tabella æquationis ipſius Mæſtlini contingit anno 500. 1100. 1400. quin etiam ad ſuperiorem interdum literam fiat regreſſus, ob diei intercalaris retentionem, & Lunæ æquationem tunc adhibendam, vt in eadem tabella accidit anno 800.

Cur impoſſibile ſit, per vtriuſq; anni æquationẽ adhibitam inuenire eaſdẽ Epactas quæ vere tẽpore Cõcilii Nicæni Nouilunia mõſtrabãt.

SED vt experiamur, quo pacto Lunationes, etſi per vtriuſque anni æquationem præteritis annis adhibitam perturbentur, reſpondeant calculo Aſtronomico, figamus vtriusque æquationis radicem in anno 500. quando iam litera maiuſcula P, rectius Nouilunia, ex vſu Eccleſiæ, exhibebat, quam tempore Concilii Nicæni, vt diximus. Quo poſito, ita ſe habebit tabella æquationis.

	Anni Dñi				Anni Dñi				Anni Dñi		
P	500	Biſſ.		M	900	Biſſ.		G	1300	Biſſ.	
N	600			H	1000			G	1400		☾
M	700			H	1100		☾	F	1500		
M	800		☾	G	1200			E	1600		

Propoſitus ergo ſit annus 1589. cuius aureus numerus eſt 13. Epacta ex hac tabella, xv. ſtatuens ſuã xiiii. Paſchalem in 29. Martii: quo die media oppoſitio fit circa meridiem, ſi ratio 8. dierum intercalarium tunc omiſſorum, ex præſcripto huius tabellæ, habeatur. Vbi manifeſtum eſt, Lunam xiiii. Paſchalem cum Aſtronomico calculo congruere, ſiue æquatio anni Solaris æquinoctium ad diem 21. Martii cõſeruet, ſiue in alium reiiciat diem, ſi modo æquatio Lunæ ritè inſtituatur. Demonſtratio huiuſce rei eſt hæc. Calculus ex tabulis Aſtronomicis offert oppoſitionem mediam, vt verè in cælo fit, ſi nullus dies intercalaris omiſſus ſit. Si ergo ei calculo adiiciantur dies ablati, per quos nimirum Lunationes verſus fines menſium deſcenderunt, comperietur media oppoſitio, congruens cum æquatione anni Solaris adhibita, ſiue vera & exquiſita, ſiue non vera. Quare ſi tunc Lunæ æquatio adhibeatur, (quæ recte adhiberi nequit, niſi ſimul æquatio Solaris anni obſeruetur, vt ex conſtructiõe tabulæ æquationis Cap. 4. liquet.) vt cyclus decennouennalis æquetur, reſpondebit neceſſario Cyclus calculo Aſtronomico, ſi prius reſpondebat, antequam vtraque æquatio in vſu erat. Vides ergo Mæſtline fieri nullo modo poſſe, vt adhibita vtriuſque anni æquatione annis præteritis eadem illa litera index offeratur, quæ verè temporibus Nicæni Concilii Epactas Nouiluniorum indices exhibebat. Recte igitur tabula æquationis Epactarum à nobis inſtituta eſt. Hanc ſi funditus conuellere vis, aliis profecto armis, quam quibus adhuc depugnaſti, opus eſt. Illa enim, vt vides, nimis infirma ſunt, ac prorſus plumbea. *Hic Rhodus, Hic Saltus.* Non eſt ergo, quod obiicias auctorem noui Calendarii in calculo Aſtronomico exquiſite examinando non admodum deſudaſſe; cum eius calculus ab Aſtronomico, vt oſtendimus, non diſſentiat. Hæc igitur (vt tuis te verbis alloquar) ſi non intellexiſti, tu ipſe iudica, dignus ne ſis, cuius auctoritati in reliquis quicquam tribuatur, idque propter pudendam, ſeu affectatam tuam ignorantiam: Sin conſcius fuiſti horum, an non exſibilandus ſis, (neque enim dicam te Diris deuouendum, quod tu auctori imprecaris) quia & Germaniæ vniuerſæ, & toti Chriſtianorum orbi, malitioſe fucum facis?

Mæſtlinum fruſtra oppugnare xiiii Paſchales noui Calẽdarii circa tẽpora Cõcilii Nicæni, cũ à xiiii Paſchalib aureorũ numerorũ illius tẽporis nõ differat.

VERVM ſit hoc tuæ in æquationis Epactarum negotio, impudentiæ, ac temeritatis, illud cuius ſiue malitiæ, ſiue inſcitiæ eſt, quod obiicis, Epactas noſtras iuxta literam P, maiuſculam tabulæ expanſæ non recte indicare terminos Paſchales tempore Concilii Nicæni: cum noſtræ Epactæ eoſdem prorſus terminos aurei numeri veteris Calendarii, offerant? Vt iam non nouum hoc noſtrum Calendarium, ſed vetus à Patribus Concilii Nicæni approbatum inſecteris, contra propriam tuam ſententiam, qua vbiq; vetus Calendarium nouo præferre conaris. Huc accedit, quod iterum accipis Plenilunium pro xiiii. Luna, ſeu termino Paſchali, atque idcirco iniuria omnes terminos Paſchales, qui per vnicum diem medias oppoſitiones antecedunt, falſos vocas, cum tu ipſe fallaris. Huius enim contrarium nos ſupra ex recepto vſu Eccleſiæ, & ſcriptoribus grauiſſimis demonſtrauimus. Sed vt omnes videant, quo pacto termini Paſchales Concilii Nicæni temporibus ſe habuerint, eoſdemque terminos ab aureis numeris eiuſdem Concilii, & Epactis noſtris indicari, propoſuimus tabulam 19. annorum circa illa tempora, quos tu in medium etiam profers. Omiſimus autem Epactas & terminos Paſchales iuxta tuas literas indices N, & M. maiuſculas, quod hæ ad rem non faciant, quippe quæ falſo illis annis à te tribuantur, vt paulo ante monſtrauimus.

EX hac tabella patet, Epactas literæ indicis N, tempore Concilii Nicæni rectius indicare xiiii. Paſchales, quàm Epactas literæ P, cum illarum Lunæ, xiiii. Paſchales ſint vno die poſteriores harum Lunis xiiii. Id quod paulo ante monuimus.

Digitized by Google

Anni Domini	Aurei nume-ri	Epactæ ſe-cundũ lite-rã indicẽ P	Lunæ XIIII. Paſchales		Plenilunia media.		
					D	H	M
323	1	viij	5	Apr.	6.	22.	45
324	2	xix	25	Mar.	26.	7.	33
225	3	*	13	Apr.	14.	5.	6
326	4	xj	2	Apr.	3.	13.	54
327	5	xxij	22	Mar.	23.	22.	43
328	6	iij	10	Apr.	11.	20.	16
329	7	xiiij	30	Mar.	33.	5.	5
330	8	xxv	18	Apr.	19.	2.	38
331	9	vj	7	Apr.	8.	11.	26
332	10	xvij	27	Mar.	27.	20.	14
333	11	xxviij	15	Apr.	15.	17.	47
334	12	ix	4	Apr.	5.	2.	36
335	13	xx	24	Mar.	25.	11.	24
336	14	j	12	Apr.	12.	8.	57
337	15	xij	1	Apr.	1.	17.	46
338	16	xxiij	21	Mar.	22.	2.	34
339	17	iiij	9	Apr.	10.	0.	17
340	18	xv	29	Mar.	29.	8.	56
341	19	xxvj	17	Apr.	17.	6.	28

ESSE autem Lunas xiiij. Paſchales Epactarum eaſdem, quas aureorum numerorum tempore Concilij Nicæni, ex eo patet, quod Epactæ ad eoſdem dies noui Calendarij ſcribuntur, quos aurei numeri in Calendario veteri occupabant, vt ex ſuperioribus 30. Calendariis aureorum numerorum in Calendario ſub litera P, maiuſcula manifeſtum eſt. Ex quo liquet, non modo falſo, ſed etiam impudenter te nobis obiicere, cum aſſeris, ex his 19 terminis Paſchalibus, qui à terminis numerorum aureorum Nicęni Concilij nõ differunt, ſolum vnum verum eſſe, & 18. erroneos. Nam ſolum 12. termini horum 12. annorum, 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 334. 335. 338. plus, quam par eſt, hoc eſt, fere biduo, medias oppoſitiones anteuertunt, alij vero 7. vno duntaxat die, vt ratio poſtulat. Cauſam vero huius anticipationis ſupra diximus eſſe, quod Nouilunia aureorum numerorum Concilij Nicæni in eos ferme dies incidant, quibus ſecundum medium motum contingunt in cœlo: quod nos in omni Cyclo, ad vſum Eccleſiæ, vitandum eſſe docuimus, & re ipſa in noſtro Cyclo Epactarum vitauimus, vt ex his, quę dicta ſunt, intelligi poteſt. Sed vt vt eſt, hoc ſaltem conſtare debet apud omnes, Mæſtlinum hoc loco non pugnare contra Calendarium nouum, ſed aduerſus diſpoſitionem aureorum numerorum in Calendario tempore Concilij Nicæni. Calendarium enim nouum, vt ſuo munere recte fungatur, ſolum indicat, quo in ſtatu Nouilunia, & xiiij. Paſchales ſecundum aureos numeros tempore Nicęni Concilij fuerint, non autem ea approbat: nec vero approbare potuit, cum citius, quam par eſt, aurei numeri Nouilunia tunc oſtenderent, vt ſuo loco docuimus.

Mæſtlinũ falſo nobis imponere, quod diem 21. Martij ita æquinoctio aſſignauerimus, vt arbitremur, eum ſolum eſſe propriã ipſius ſedẽ.

SED illa eſt Mæſtlini malitia palmaris, quod noui Calendarij velut caput veteratorie calumniatur, identidem vociferans, temere æquinoctium à nobis ad 21. diem Martij reuocatum eſſe, vbi à Concilio Nicęno conſtitutum fuerat: perinde quaſi velimus (vt ipſe more ſuo cauillatur) hunc ſolum diem eſſe propriam ſedem Verni æquinoctij. Atque hoc loco, vt quam bene, ac pie de religione, Eccleſiaque ſentiat, intelligere poſſimus, dubitat, an Eccleſia Chriſtiana obedire debeat decreto illi Concilij Nicęni. Sed quia hic de Fide non agimus, aut de religione, omiſſa hac eius dubitatione, quę hæreſim olet, nouum Calendarium, quod ad res Aſtronomicas attinet, defendamus. Igitur non reſtitutum à nobis æquinoctium eſt ad 21. Martij, quod neceſſario eum diem ſolum propriam eſſe ſedem Verni æquinoctij arbitrati ſimus, ſed vt omnes termini Paſchales, quos Sacroſanctum illud, & œcumenicum Concilium Nicęnum, ſtabilito æquinoctio die 21. Martij, præfiniuit, retinerentur illæſi, atque intacti, & ne nouitas in orbem Chriſtianum in feſto Paſchali introduceretur, vt fuſe lib. 1. Cap. III. declaratum eſt.

Quinque errores in Paſcha celebratione vitandos eſſe.

AD hæc conatur Calendarium nouum reddere orbi vniuerſo odioſum, quod in celebratione Paſchæ non euitauerit quinque inſignes errores, quos maxime tamen volumus fugiendos eſſe, tanquam immanes aliquos ſcopulos, atque adeo in hac correctione eſſe vitatos, mirifice gloriamur. Errores autem, qui in Paſchali feſto cauendi ſunt, ad hos quinque reuocari poſſunt. I. ne celebretur Luna XIIII. cum hæreticis Quartadecimanis: II. ne ante Lunam XIIII. peragatur, quod foret abſurdius: III. ne Lunam XXI. conſequatur, hoc eſt, ne in quartam hebdomadam menſis Lunaris incidat: IV. ne in vltimo menſe inueniatur, cuius nimirum Luna XIIII. æquinoctium Vernum antecedat: V. ne in menſem ſecundum reiiciatur.

Paſcha in quibuſdã annis, quos Mæſtlinus profert, non cadere in Lunã xiiij. vt falſo exi-

PRIMVM ergo ait Mæſtlinus in Calendario nouo non raro Dominicam Paſchalem cadere in ipſum plenilunium, hoc eſt, vt nos loquimur, in Lunam XIIII. Nam ſemper in eo errore perſeuerat, quod non liceat celebrare Paſcha in Plenilunio. Sed hoc ante ſatis abunde confutauimus. Profert autem hos annos, 1503. 1507. 1514. 1531. 1551. 1555. 1558. 1578. 1582. 1598. 1609. 1622. 1693. in quibus omnibus affirmat, Dominicam Paſchalem in Lunam XIIII. incidere, quod falſum eſt. Omnes enim in oppoſitionem mediam cadunt, ac proinde legitimæ ſunt, ex Patrum decretis, ita vt in eis primus error locum non poſſit habere, vt in ſubiecta ta-

K bella

Digitized by Google

ſtimat, ſed in oppoſitionẽ mediam duobus annis exceptis

bella conſpicuum eſt. Sed ex annis ante correctionem Mæſtlinus 10. dies eximit, quod quidem præter rem eſt, vt & ſupra diximus, cum Paſcha in illis non ſit celebratum poſt 10. dierum exemptionem, prout videlicet in hac tabella deſcribuntur. Sed tamen, vt ei gratificemur, fac 10. dies exemptos eſſe, & videamus, an verum dicat. Duobus duntaxat annis 1503. 1514. Paſcha paulo citius, quam par eſt, eſſet celebratum, ſi 10. dies forent ablati. Cauſa huius anticipationis eſt, quod illi anni non poſtulent 10. dierum ſubtractionem. Nam cum radix huius ſubtractionis 10. dierum congruat anno 1600. vt ex tabula æquationis patet, quod hinc numeretur 400. ſemper anni,

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ	Lit. Dñic.	Termini Paſchales.	Paſcha	Plenilunia media. D H M
1503	3	xxiij	D	21 Mar.	22 Mar.	22. 9. 53
1507	7	vij	F	6 Apr.	7 Apr.	6. 22. 32
1514	14	xxiiij	D	18 Apr.	19 Apr.	19. 2. 29
1531	12	ij	D	11 Apr.	12 Apr.	11. 12. 40
1551	13	xiij	G	31 Mar.	1 Apr.	0. 14. 1
1555	17	xxvij	B	16 Apr.	17 Apr.	16. 2. 44
1558	1	j	E	12 Apr.	13 Apr.	12. 17. 53
1578	2	xij	A	1 Apr.	2 Apr.	1. 19. 15
1582	6	xxvj	C	17 Apr.	18 Apr.	17. 7. 57
1598	3	xxiij	D	21 Mar.	22 Mar.	21. 20. 36
1609	14	xxiiij	D	18 Apr.	19 Apr.	18. 13. 11
1622	8	xviij	B	26 Mar.	27 Mar.	26. 10. 39
1693	3	xxiij	D	21 Mar.	22 Mar.	21. 7. 18

In iiſdem annis 1503. 1514. ante correctionẽ recte etiam celebratum eſſe Paſcha ſi non cogitentur 10. dies exẽpti, vt cõuenit.

deberent ex illis annis, qui remotiores ſunt ab anno 1600. & anno 1500. viciniores, eximi 9. dies duntaxat, & paulo amplius, vt ſupra diximus; atque ita caderet tunc Paſcha vel in ipſam oppoſitionem, vel paulo poſt, vt in alijs annis huius tabellæ accidit. Quod ſi exempti non cogitentur 10. dies ex duobus illis annis, cadet vtriuſque Dominica Paſchalis in 16. Aprilis, quibus re ipſa Paſcha illis annis ante correctionem Calendarij celebratum eſt. Terminus autem Paſchalis prioris anni cadet in 10. Aprilis, die ferme toto ante oppoſitionem mediam, & proxime poſt literam Dominicalem, quæ eſt A; terminus vero Paſchalis poſterioris anni in ipſam Dominicalem literam, quæ etiam eſt A, & in oppoſitionem ipſam fere mediam incidit: ac propterea Paſcha in vtroque

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ	Lit. Dñic.	Termini Paſchales	Paſcha	Plenilunia media. D H M
1503	3	iij	A	10 Apr.	16 Apr.	10. 22. 37
1514	14	iiij	A	9 Apr.	16 Apr.	9. 2. 29

Cyclum reprehendi nõ poſſe, etiam ſi nonnunquam Paſcha in Lunam xiiij. incidat.

poſt oppoſitionem mediam celebratum eſt, ſed tamen, vt conuenit, in tertia hebdomada menſis Lunaris, hoc eſt, ante vltimum quadratum aſpectum Lunæ, vt in tabella propoſita duorum annorum 1503. 1514. apparet. Vbinam ergo vides Mæſtline in aliquo tuorum 13. annorum Paſcha Luna XIIII. celebrari? Indignus ſane es, cui reſpondeatur, cũ tam inſigniter mentiaris in tuo hoc examine, vt toti orbi imponas, Calendariumque nouum, tanquam mille erroribus refertum importunis clamoribus, vociferationibuſque extrudas. Sed fortis eſt veritas, quæ nullis terroribus cedit. Et ſatis conſtat, ferme eos, qui cauſa minus valeant, clamore pugnare. Iam vero ſi accidat nonnunquam, vt Paſcha ex præſcripto noui Calendarij in Lunam XIIII. hoc eſt, in diem ante mediam oppoſitionem incidat, (quod in noſtro cyclo contingere poſſe, licet perraro, ſupra diximus) non id vitio vertendum eſt huic noſtro Cyclo nouo Epactarum, ſed omnibus Cyclis, cum nullus qualicunque arte in Calendario diſpoſitus motibus cæleſtibus ita exquiſite poſſit congruere, vt quandoque à vero non aberret. Certo tamen hoc de noſtro Calendario affirmare non dubitamus, in eo multo pauciora contineri errata, quam in veteri à Patribus Concilij Nicæni approbato, vt ex ijs, quæ ante docuimus, ſatis apparet, vbi in paucorum annorum ſpatio ſæpius Sacroſanctum Paſcha Luna XIIII. celebratum eſt. Certum etiam eſt, in ijs 13. annis proxime in medium allatis, quos maximo ſtudio Mæſtlinus inquiſiuit, vt Calendarium nouum falſitatis argueret, nullum, præterquam ipſius Mæſtlini, qui temere oppoſitionem mediam vocat Lunam XIIII. errorem reperiri.

Pauciora errata in Cyclo Epactarũ noui Calendarij contineri, quã in Cyclo aurei numeri, etiam circa tẽpora Concilij Nicæni

Cauillatio Mæſtlini, quod Paſcha cadere poſſit in Luna xiij. in nouo Calendario.

DEINDE ait aduerſarius, non raro Paſcha noſtrum in Lunam XIII. cadere hoc eſt, ante plenilunium quod ipſe perperam Lunam XIIII. appellat, vt ſupra dictum eſt. Hoc autem meram eſſe calumniam, quis non videat? Si enim vix, aut certe admodum raro, Paſcha in XIIII. Lunam incidat, vt proxime dictum eſt, qui fieri poteſt, vt in XIII. Luna poſſit reperiri? Certe nunquam hoc oſtendet, ne ſi omnes quidem non modo ingenij, verum etiam calliditatis neruos intenderit. Et vero ſi aliquem annum reperiret, (quod non credo) in quo hoc

accideret

Digitized by Google

accideret, reſponſum iam eſt paulo ante, id naturę Cyclorum adſcribendum eſſe, quę talis eſt, vt in nullo omnia incommoda vitari poſſint. Nam quod attinet ad hos duos annos 1527. 1598. quibus aſſerit, hunc errorē commiſſum eſſe, egregie more ſuo cauillatur. In poſteriori enim Paſcha ex decreto Concilij Nicęni legitime eſſe celebratum, quod ad motum medium attinet, liquet ex antecedenti tabella 13. annorum. In priori autem, in quo aureus numerus eſt 8. Epactę (ablatis prius 10. diebus, quos aduerſarius ad libidinem ſuam exemit, etiamſi is annus ante correctionem fuerit,) XVIII. litera Dominicalis B; terminus Paſchalis 26. Martij, & Paſcha ipſum 27. Martij; ſeruatur quoque Niceni Concilij decretum, cum Paſcha celebretur in ipſo plenilunio medio, quod fit die 26. Martij, Hor. 23. Min. 57. poſt mer. Sed multo exquiſitius eiuſdem anni Paſcha exhibetur à nouo Calendario ſecundum Eccleſiaſticas leges, ſi 10. dies non auferantur, vt ratio poſtulat, quandoquidem correctionem antecedit. Fuit enim tunc aureus numerus 8. Epactę XXVIII. Litera Dominicalis F. Luna XIIII. die 15. Aprilis, Paſcha 21. Aprilis, & oppoſitio die 15. Aprilis, Hor. 12. Min. 41. poſt mer. ita vt Paſcha tũ celebratũ ſit poſt pleniluniũ medium, ante tamen ſecundũ quadratum Lunę aſpectũ, vt Patres, atq; Concilia pręcipiunt.

Paſcha ob imperfectã cyclorum naturam neceſſario interdum incidere in principium quartæ hebdomadæ.

QVOD ad tertium errorem attinet, ſi error dicendus eſt, (cum in nullo Cyclo vitari queat) ingenue confitemur Canone 2. Calendarij noui, propter poſtpoſitionem Nouiluniorum neceſſariam accidere interdum, vt Paſcha in principium quartę hebdomadę, hoc eſt, in Lunam XXII. ſiue in poſteriorem quadratum Lunæ aſpectum incidat. Sed hic error non tanti momenti eſt, vt propter eum Nouilunia debeant vno die citius in Calendario ab Epactis monſtrari; cum ex hac anticipatione innumerabilia pene abſurda multo maiora ſequantur. Nam ſæpiſſime Nouilunia Cycli antecederent coniunctiones tum veras, tum medias, & frequenter Paſchę ſolẽnitas in Lunam XIIII. incideret, vt ex ijs, quę diximus, perſpicuum eſt. Nihil ergo noui obiicit nobis hoc loco Mæſtlinus, cum propter abſurda enumerata coacti ſimus ita Epactas diſponere, vt Nouilunia earum ſequantur vt plurimum Nouilunia cœleſtia; fateamurque propterea nonnunquam Paſcha per vnam hebdomadam, licet raro, prorogari. In quo ſane parum æquum ſe præbet Mæſtlinus noſter, qui hunc qualemcunq; neceſſarium errorem, eumque confeſſum, tantopere exagitat, cum ipſe orbi terrarum tot, ac tam fœdos obtrudat errores. Verum prætereundum non eſt, Mæſtlinum ſibi non conſtare hoc loco. Nam cum in ſuperioribus ſemper ſit vociferatus, licet falſò, (non intelligens Eccleſiæ de Paſcha celebrando ſanctiones, ac conſuetudinem,) Paſcha non debere celebrari in plenilunio medio; hic tamen in hiſce tribus annis, 1629. 1680. 1700. ſeu memorię vitio, ſeu potius mendacij inconſtantia, contendit, illud celebrandum eſſe in medio plenilunio; ſolum vt oſtendat, nos ijs annis Paſcha in alteram hebdomadam differre. Hoc autem ex hac tabella conſtat, vbi Paſcha Mæſtlini in plenilunium medium cadit, quod ante nolebat.

Inconſtãtia Mæſtlini, & contradictio.

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ	Lit. Dñic.	XIIII Paſchales	Paſcha Mæſtlini	Plenilunia media. D H M
1629	15	v	G	8 Apr.	8 Apr.	7. 14. 32
1680	9	xxix	GF	14 Apr.	14 Apr.	13. 9. 49
1700	10	ix	C	4 Apr.	4 Apr.	3. 11. 10

Omnia enim hæc Plenilunia proxime inſequentibus diebus, vt primum octauo, ſecundum quartodecimo, & tertium quarto, tribuenda ſunt, cum poſt Solis occaſum contingant. Ex quo fit, vt feſti illi dies in ipſa incidant plenilunia per Mæſtlinum, quod tamen hactenus ſemper abſurdum eſſe clamauit, vt modo diximus. Si ergo ſibi conſtare vellet, laudaret vtique Calendarium nouum, quod illos Paſchæ dies ex Plenilunijs medijs in ſequentem Dominicam differat; quanquam re ipſa nos Paſcha tunc non prorogemus, eo quod in oppoſitionem mediam incidat, ſed propterea quod Luna XIIII. per Epactas inuenta in Dominicam incurrit. Sed mirum non eſt Mæſtlinum ſibi non conſtare. Tantum enim fuit eius in reprehendendo ſtudium, vt oppugnandi impetu cæcus, pugnantia à ſe afferri non viderit.

Mæſtlinus non recte Calẽdario nouo imponere, quod ſæpe Paſcha reiiciat in vltimum menſem, & in ſecundũ.

NOVVM porro Calendarium ſæpe Paſchę celebritatem reiicere modo in vltimum menſem, modo in ſecundum, (qui ſunt poſtremi duo errores) non alia ratione confirmat Mæſtlinus, quam ſuperioribus exemplis, quibus putabat, cum de vna linea Epactarum tabulæ expanſæ, ad aliam fit gradus, Paſcha non raro in vltimum menſem ex ſecundo, & ex primo in ſecundum transferri. Ad quod etiam addit, non ſolum propter eam cauſam Paſcha interdum vltimo, vel ſecundo menſe celebrari poſſe, ſed etiam ante æquinoctium vernum; quando nimirum æquinoctium ad 17. Martij, vt ipſe falſò exiſtimat, delapſum fuerit, & Luna XIIII. reperiatur die 21. qui æquinoctio deſtinatus eſt, vel 4. aut 5. diebus poſt diem 21. ac demum Dominica dies inter illam XIIII. Lunam, & diem 27. Martij exiſtat. Verum ad hoc iam ſupra reſponſum eſt. Nam vt Paſcha non dicatur cadere in duodecimum menſem, quod ad vſum Eccleſiæ antiquiſſimum ſpectat, ſatis eſt, vt eius terminus Paſchalis, ſiue Luna XIIII. non præcurrat diem 21. Martij æquinoctio aſſignatum, etſi æquinoctium verum ſubſequatur interdum diem 21. & Lunam illam XIIII. Item vt Paſcha dici non poſſit in ſecundum menſem incidere, ſatis eſt, ſi proxime antecedens Luna XIIII. in Martio præueniat eundem diem 21. æquinoctij, licet æquinoctium verum quandoque contingat ante illam Lunam XIIII. & ante diem 21. quod quidem euenire poſſe, ſupra non ſemel conceſſimus. Neq; n. Eccleſia hiſce Aſtronomorũ ſubtilitatibus adſtricta vnquã fuit, ſed ſatis eſt ſi diem aliquem certũ, qualis eſt 21. Martij, æquinoctio præfigat, vltra aut citra quem æquinoctium non longe euagetur. Quin etiam velit nolit Mæſtlinus, neceſſario admittere debet, in anno biſſextili poſſe Paſcha celebrari ſecundo menſe, in duodecimum vero idem cadere poſſe tertio anno poſt biſſextum, vt ſupra demonſtrauimus, etiamſi nunquam longius à die 21. Martij æquinoctium recederet, niſi quantum 6. horæ in anno communi omiſſæ requirunt.

Paſcha ſecundũ Eccleſiæ vſũ celebrari poſſe nonnũquã vltimo menſe, & ſecũdo propter annos biſſextiles, ac cõmunes, etiamſi annus Iulianus verus eſſet.

Mæſtlinū iterum per calumniā reprehendere Epactas noui Calendarij ad tempora Concilij Nicæni reductas.

ATQVE vt nunquam finem reprehendendi, & calumniandi inueniat, repetit eoſdem 19. annos circa tempora Nicæni Concilij, in quibus non ſolum Lunas XIIII. ſiue terminos Paſchales, putat falſos eſſe, vt plurimum, vt ſupra dictum eſt, verum etiam Paſcha ipſum ſæpenumero contra Patrum decreta proponi celebranda, nimirum in plenilunio ipſo, vel ante. Quia vero & hoc libro, & ſuperiore abunde ſatis demonſtratum eſt, legitime Paſcha in plenilunio celebrari poſſe: Et quod nonnunquam Paſcha ante plenilunium eo tempore ſit celebratum, non eſſe vitio vertendum Cyclo huic noſtro Epactarum, aut earum æquationi, ſed id prouenire ex eo, quod aurei numeri tunc citius, quam conueniebat, Nouilunia monſtrabant, quorum quidem aureorum numerorum diſpoſitioni conati ſumus congruam efficere noſtrarum Epactarum æquationem, vt par erat, (Hanc enim ob cauſam literam P, maiuſculam anno 320. præfiximus) non eſt, quod amplius hac in re fruſtra tempus teramus. Atque ex his erroribus, quos temere Calendario nouo Mæſtlinus obiecit, facile apparet, quam prudens, quam conſideratus ſit iſte corrector atque emendator orbis terræ, qui toties ſuam in rebus Eccleſiaſticis inſcitiam prodidit, toties ipſe errauit, quoties noui aliquid parere moliens, nobis obiecit errores.

Mæſtlinū malitioſe cyclum Solarem in Calendario nouo æqua tum reprehendere.

POSTREMO vt nihil relinquat intactum Mæſtlinus acerrimus aduerſarius, & obtrectator noui Calendarij, hoſtiliter etiam inuadit Cyclum antiquum literarum Dominicalium 28. annorum, qui perpetuus factus eſt in Calendario nouo, ſi quouis ſpatio 400. annorum tres dies intercalares omittantur. Huius enim Cycli æquationem carpit Cap. I. ſui examinis, (quanquam reſponſionem ad hunc vſque locum diſtulerimus) affirmans, ex ea in annis correctionem antecedentibus falſam literam Dominicalem erui, ſi nimirum ad retroactos annos accommodetur æquatio æquinoctij, (quod & ſupra in æquatione Epactarum conatus eſt facere) & æquatio Cycli Solaris inſtituatur ſimilis ei, quæ in Calendario poſt correctionem adhibita eſt. Sed quis hic non rideat, quis non admiretur hominis ineptias, ne dicam malitiam? Nam cum per æquationem anni Solaris in Calendario præſcriptam reperiatur litera Dominicalis cuilibet anno ante correctionem congruens, vt ipſe etiam teſtatur, qua de cauſa nouam æquationem ad ſuum arbitrium, ac libidinem moliatur, qua literæ Dominicales mirum in modum perturbentur, non ſatis video, niſi quod modis omnibus vult, ſi poſſit, Calendarium nouum falſum, & inutile prorſus efficere. Quod enim exiſtimat, noſtræ æquationis calculum debere in præteritos annos æque bene retrahi, atque in futuros, vehementer decipitur. Quoniam enim æquatio anni Solaris, qua ſpatio quolibet 400. annorum tres dies intercalares omittuntur, non penitus quadrat in annos Concilio Nicæno vicinos, propter inæqualem Solaris anni magnitudinem, vt libro I. Cap. VII. declaratum eſt, fruſtra laborat Mæſtlinus, hac æquatione adhibita, æquationem Cycli Solaris ad Concilium Nicænum extendere, vt per eam inueniat literam Dominicalem, quæ tunc quouis anno fuit in vſu, quandoquidem ab ortu CHRISTI ad annum correctionis vſque nunquam interruptus eſt literarum Dominicalium ordo. In poſterum autem, cum adhibenda ſit æquatio æquinoctij, locum inuenit hæc æquatio, propterea quod omni omiſſione diei intercalaris ſeries atque ordo literarum Dominicalium interrumpendus eſt, etiamſi æquatio illa æquinoctij exquiſite omnino non reſpondeat motibus cœleſtibus, vt Cap. V. VI. & VII. libri primi tradidimus. Hoc igitur conuincat, ſi quid efficere vult, quod tamen nunquam perficiet; videlicet æquationem Cycli Solaris non recte indicare literam Dominicalem futuris annis, quibus vere dies intercalares omittuntur, ac proinde ordo literarum Dominicalium neceſſario interrumpitur. Itaq; quod ſupra de æquatione Epactarũ dictum eſt, ſi ea vnà cum æquatione æquinoctij in annos præteritos retrahatur, idem hic de æquatione Cycli Solaris, ſi ea vnà cum æquinoctij æquatione præteritis annis accommodetur, dicendum eſt: nimirum eam ordinem literarum Dominicalium mirum in modum perturbare, ita vt nullo modo illas literas Dominicales exhibeat, quæ vere præteritis annis in vſu fuerunt, (niſi forte æquatio æquinoctij offerat tot dies eximendos, quot exempti ſunt vſque ad illud tempus, à quo æquinoctij æquatio incepit) ſed quæ vſurpandæ fuiſſent, ſi adhibita fuiſſet æquatio illa anni Solaris, ſi modo radix æquationis ad certum aliquem annum affigatur.

Æquatio cycli Solaris quare in præteritos annos penitus quadrare non poſſit.

QVOD ſi Solaris anni æquatio à nobis inſtituta quadraret omni ex parte in tempora Concilij Nicæni, hoc eſt, exhiberet omnino 10. dies eximendos, haud dubie litera numeralis index ibi poſita, quæ tunc eſſet V, recte literas Dominicales oſtenderet. Hoc autem vt planum faciamus, declarandum erit, quanam ratione Cyclus antiquus Dominicalium literarum æquatus ſit in Calendario nouo. Ita autem æquatio ſe habet.

CYCLI SOLARIS, SIVE LITERARVM DOMINICALIVM antiquus 28. annorum perpetuus.

V				VII				II				IV.			
g f	e	d	d	b A	g	f	e	d c	b	A	g	f e	d	c	b
VI				I				III							
A g	f	e	d	c b	A	g	f	e d	c	b	A				

TABV-

TABVLA ÆQVATIONIS CYCLI SOLARIS ANTIQVI.

	Anni Dñi			Anni Dñi			Anni Dñi	
V	1		V	2100		V	3000	
V	1582		VI	2200		VI	3100	
Detractis 10 dieb⁹			VII	2300		VI	3200	Biſſ.
I	1582		VII	2400	Biſſ.	VII	3300	
I	1600	Biſſ.	I	2500		I	3400	
II	1700		II	2600		II	3500	
III	1800		III	2700		II	3600	Biſſ.
IV	1900		III	2800	Biſſ.	III	3700	
IV	2000	Biſſ.	IV	2900		IV	3800	

Cõſtructio tabulæ æquationis literarum Dominicalium perpetua.

QVONIAM ordo literarum Dominicalium in centeſimis annis communibus neceſſario interrumpitur, quod tunc non duplex litera, ſed ſimplex currat, non poterit Cyclus antiquus literarum ſemper incipere à cellula literarum, g,f, vt ante correctionem fiebat, ſed modo à b,A; modo à d,c; vel f,e; vel A,g; vel c, b, vel e,d: hoc ordine. Ante Calendarium reſtitutum Cyclus initium ſemper ducebat à prima cellula literarum g,f; ita vt quando Cyclus Solaris erat 1. Dominicales literæ eſſent g, f: quando Cyclus erat 2. litera Dominicalis eſſet e: & Cyclo 3. reſponderet litera d: & Cyclo 4. litera c, atque ita deinceps, At poſt correctionem anni, propter 10. dies exemptos, incipiendus erit Cyclus ab alia cellula duarum literarum, ab illa nimirum, quę poſt literas g,f, decimum locum obtinent, vtpote à literis c,b, cellulæ 21. cum tam litera c, decima ſit poſt g, vt hic apparet, g, A,b,c,d,e,f,g, A,b,c: quam litera b, poſt f, vt hic patet, f,g, A,b,c,d,e,f,g, A,b. Eius rei cauſa hęc eſt, quod cum literę Dominicales in Calendario ordine naturali literarum ſe mutuo conſequantur, fit vt correctionis anno poſt diem B. Franciſco ſacrum, hoc eſt, poſt 4. diem Octobris, cui aſcripta eſt litera d, pro litera inſequenti e, diei quinto aſcripta, aſſumpta ſit decima litera poſt eam, nimirũ litera A, quintidecimi diei, vt hic apparet cũ decem literæ e,f,g, A,b, c,d,e,f,g, decem diebus exemptis reſpondentes eo anno omiſſæ ſint. Atq; eandẽ ob cauſam, poſt quamlibet literam Dominicalem in Calendario aſſumenda accipienda eſt ea, quę tot literis ab illa diſtat, quot dies eximuntur. Vt ſi verbi gratia vnus dies eximatur, aſſumenda erit poſt literam A, litera c, loco literę b, quæ poſt A, aſſumenda eſſet, ſi dies ille non eximeretur. Si vero duo examinantur dies, accipienda

Dies Octob.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
Lit. Domin.	A	b	c	d	e	f	g	A	b	c	d	e	f	g	A

erit litera d, pro litera b, quę poſt A, accipienda foret, niſi duo illi dies eximerentur. Litera enim d, ſecundum occupat locum poſt b. Eademque ratio eſt in cęteris. Cellulę igitur literarum c, b, quam poſt 10. dierum exemptionem diximus eſſe aſſumendam, ſuperimponemus literam numeralem indicem I. eamque anno 1582. poſt detractos 10. dies præfigemus, vt ſignificet, Cyclum principium tunc habere à cellula 21. hoc eſt, primo anno Cycli Solaris literas Dominicales eſſe c,b; anno ſecundo, literam Dominicalem eſſe A, &c. Eandem literam numeralem indicem I, anno 1600. apponemus, quod in eo cum biſſextilis ſit, Cyclus initium non mutet, nullaque fiat literarum Dominicalium interruptio. Deinde quia anno 1700. dies intercalaris omittitur; incipiet Cyclus à literis d,c, cellulę nouę, quod vtraque litera proxime vtramque c,b, cellulę 21. ſequatur in alphabeto, nimirum d, literam c, & c, literam b. Huic ergo cellulę nouę ſuperimponemus numerum indicem II. eundemque anno 1700. præfigemus, vt indicet, anno 1700. Cyclum ſumere initium à cellula nona literarum d,c. Rurſus anno 1800. communi inchoandus erit Cyclus à cellula 25. literarum e, d, quę in alphabeto proxime inſequuntur literas cellulę nonæ literarum d, c, ac proinde numerum indicem III. aſcribemus tam cellulæ 25. quam anno 1800. Eadem ratione anno 1900. non biſſextili Cyclus incipiet à cellula tertiadecima literarum f,e, quę literas cellulę 25. literarum e,d, proxime inſequuntur: proptereaque numerus Index IV. & cellulę 13. & anno 1900. apponendus erit. Qui numerus index anno 2000. biſſextili non mutabitur. Deinde anno 2100 non biſſextili capiet Cyclus principium à prima cellula literarum g,f, quę literas f,e, proxime ſequuntur, à quibus Cyclus anno 2000. incipiebat; atque idcirco numerus index V. primę cellulę, & anno 2100. pręfigendus erit. Anno autem 2200. qui etiam communis eſt, aſcribemus numerum indicem VI. eundemque decimæſeptimæ cellulę literarum A,g, ſuperimponemus: quod hę literę ſequantur proxime literas g,f. primę cellulę. Anno vero 2300. non biſſextili, & cellulę 5. literarum b,A, quę literas A, g, proxime inſequuntur, numerum indicem VII. apponemus; qui anno 2400. biſſextili tribuendus quoque erit. Anno poſtea 2500. non biſſextili iterum aſcribenda eſt litera numeralis I. index, quod tunc Cyclus rurſum incipiat à cellula 21. literarum c,b, quę literas b,A, proxime inſequuntur. Atque hoc modo repetentur annis futuris ſemper iidem numeri indices, tribuendo tamen centeſimis annis biſſextilibus eoſdem numeros indices, qui proxime antecedentibus centeſimis non biſſextilibus aſcripti ſunt. Poſtremo annis ante correctionem aſcripſimus numerum indicem V. qui primę cellulę, à qua Cyclus ſemper initium ſumpſit ante anni reſtitutionem, ſuperimpoſitus eſt. Vſus huius tabulę eſt, vt primus annus Cycli Solaris tribuatur ei cellulę, cui ſuprapoſitus eſt numerus index idem, qui centeſimo anno propoſito præfixus eſt: Secundus vero annus Cycli detur ſequenti cellulæ, & ita deinceps. Cellula enim, in quam cadit Cyclus Solaris propoſiti anni, dabit literam Dominicalem. In centeſimis tamen annis communibus aſſumenda eſt inferior tantum litera. Veluti, anno 1589. Cyclus Solaris eſt 2. Cũ ergo numerus

Quo pacto litera Dominicalis ex cyclo perpetuo inueniatur quouis anno propoſito.

Digitized by Google

merus index I.anno 1582. poſt correctionem appoſitus, locetur ſupra cellulam 21. cadet Cyclus 2. in cellulam 22. literę A, quæ Dominicalis erit eo anno. Rurſus anno 1900. Cyclus Solaris eſt 5. & numerus index 4. ſuperimpoſitus tertiædecimę cellulę. Igitur Cyclus 5. cadet in cellulam 17. quę eſt quinta à tertiadecima incluſiue: ac propterea litera Dominicalis anni 1900. erit g, inferior. Poſtremo anno 325. Cyclus Solaris eſt 26. & numerus index V. ſupra primam cellulam. Et quoniam Cyclus 26. cadit in cellulam 26. vbi eſt litera c, erit c, litera Dominicalis 325.

IAM vt appareat Mæſtlinum temere, ne dicam malitioſe, hanc tabulam æquationis ad annos præteritos reuocaſſe, ita vt non ſimul eximantur 10. dies, ſed paulatim conſumantur, proponemus eius tabulam æquationis, quæ eſt eiuſmodi.

TABVLA ÆQVATIONIS CYCLI SOLARIS ANTIQVI,

tanquam ea iam olim fuiſſet vſitata.

	Anni Dñi			Anni Dñi			Anni Dñi	
III	1		I	600		V	1200	Biſſ.
IV	100		II	700		VI	1300	
V	200		II	800	Biſſ.	VII	1400	
VI	300		III	900		I	1500	
VI	400	Biſſ.	IV	1000		I	1600	Biſſ.
VII	500		V	1100		II	1700	

Vbi ſane vides, ante numerum indicem I, anno 1500. appoſitum, procedendo verſus principium annorum Chriſti, fuiſſe factam nouem duntaxat numerorum indicum mutationem, nimirum horum, VII. VI. V. IV. III. II. I. VII. VI. quorum VI. anno 300. præfigitur. Cum igitur non tantum 9. ſed 10. dies ſint exempti, quid mirum eſt, numerum indicem VI. tempore Concilij Nicæni veram literam Dominicalē non exhibere? Oportuiſſet vtique fieri mutationem vſque ad decimum numerum indicem V. vt ea literas Dominicales, quę tunc in vſu fuerunt, offerret. Quod ſi æquatio hæc Mæſtlini fuiſſet à Concilio Nicæno ad noſtram vſque ætatem in vſu, figenda fuiſſet radix in anno 300. hoc eſt, anno 300. præponendus numerus index V. qui vere tunc literas Dominicales offerebat. Sed hac ratione in annum 1500. (ſi iidem anni centeſimi biſſextiles relinquantur, qui in noſtra æquatione biſſextiles ſunt.) non numerus index I. ſed VII. incideret, vereque iam hoc tempore literas Dominicales monſtraret, non tamen eas, quibus nunc vtimur: propterea quod non 10. dies, ſed 9. duntaxat ablati fuiſſent.

Mæſtlinum non recte oppugnare æquationē Epactarū, aut Cycli Solaris; quippe cum ſolū probet æquationē æquinoctij non penitus temporibus Concilij Nicæni congruere.

DENIQVE dum aduerſarius æquationem tam Epactarum, quam Cycli Solaris labefactare, & prorſus conuellere conatur, eo quod temporibus Concilij Nicæni vtraque non penitus conueniat, ſi ad retroactos annos retrahatur, nihil aliud probat, quam æquationem æquinoctij primo libro deſcriptam nō exquiſite tempori eius Concilij congruere: quod vltro damus, cauſamque huius rei ſatis ſuperque eodem lib. explicauimus. Nihil ergo hoc loco affert, neque vero auſus eſt vtriuſque æquationis conſtructionem ipſam improbare: quippe qui plane cognouerit, æquationem Cycli Solaris recte per centeſimos annos progredi, ita vt in centeſimis quidem annis communibus ordo literarum Dominicalium interrumpatur neceſſario, Cyclusque aliunde principium ſumat, in annis vero centeſimis biſſextilibus idem ordo literarum Dominicalium, idemque principium Cycli retineatur: quemadmodum probe quoque intellexit, æquationem Epactarum pendere & à 300. annis, quibus Luna ferme vnum diem anticipat, & à 400. annis, quibus æquinoctium per triduum fere ſedem ſuam anteuertit. In hoc ſolum errauit, quod anticipationi Lunę tribuit cum vulgo annos 304. non autem $312\frac{1}{2}$. vt Aſtronomorum tabulę exigunt. Deſinat igitur nobis inſultare, quaſi per noſtram æquationem neſciamus literas Dominicales annorum Concilij Nicæni reperire. Nam numerus index V. quem noſtra æquatio ante correctionem nobis offert, rite literas Dominicales omnibus annis Calendarij reſtitutionem antecedentibus exhibet, cum nunquam ante annum correctum interruptio literarum Dominicalium facta ſit: vt Mæſtlinus hoc loco à malitia, & temeritate excuſari nullo modo poſſit, quod per vim, contra ius, faſque æquationem noſtram, quaſi per capillos (vt ipſe loquitur) attrahens, ad annos præteritos tranſtulerit; cum potius, vt eam falſam eſſe conuinceret, demonſtrare debuiſſet, illam futuris annis vitioſam fore: quod non ſolum non effecit, ſed nec facere quidem auſus eſt; neque vero id efficiet, etiamſi omne robur huc conferat, omneſque intendat neruos. Sed videlicet iſte Tubingenſis Mathematicus Poetis ſimilior, quam Mathematicis, Poetarum more materiam quærens, omnia vndique colligit, falſaque veris affingit. Quid enim? an non falſum eſt, & quidem impudens mendacium, nos non poſſe per noſtram æquationem (ſi præteritis annis recte accommodetur, prętermiſſa videlicet, vt à nobis factum eſt, æquinoctij æquatione, quam tamen ipſe importuniſſime intrudit.) literam Dominicalem temporibus Concilij Nicæni reperire? An non videri merito poſſit homo totus ex fraude, & mendacio compoſitus, qui cum probare inſtituerit, æquationem tum Epactarum, tum Cycli Solaris in Calendario nouo præſcriptam, eſſe prorſus vanam, atque vitioſam, nihil minus agit, quam vt hoc probet, ſed id ſolum moliatur, vt oſtendat, æquationem noſtram anni Solaris, quæ ab ea longiſſime diuerſa eſt, motibus cœleſtibus veris non omnino congruere: quod quidem præter rem eſt, & vltro à nobis non ſemel conceſſum, cauſamque explicauimus, cur neque noſtra, neque vlla alia æquatio anni Solaris, quę æquabilis ſit, atque vniformis, vero Solis motui poſſit omni ex parte reſpondere?

VERVM aduerſarius totis viribus contendit, æquationem noſtram, ſi vera eſt, vt aſſerimus, annis Concilij Nicæni debere cōuenire, his verbis. *An non nouum Calendariū ad Concilij Nicæni decretū iuratum eſt, & ad illud reformatū dicitur? An non ea propter cū illo exquiſitiſſime cōgruere debebat? Quod ſi illa ſub tēpore Cōcilij eius ex veteri com-*

Digitized by Google

ri tempore numeranda ſunt, an non hoc ipſo modo vetus Calendarium probatis, & nouum hoc veſtrum improbatis? Quin potius iſtarum æquationum, atque adeo totius correctionis principium non in anno 1582. ſed in ipſo Concilio Nicæno conſiſtit. Nam nihil aliud ipſum velle poteſt, nec debet, nec aliud ſubinnuunt veſtræ querelæ aduerſus vetus Calendarium, quam ſi iſtæ æquationes iam olim fuiſſent vſurpatæ, quod Eccleſia toto hoc tẽpore, & porro ẽt in perpetuũ habuiſſet, & habitura ſit correctiſſimũ Calendarium: ſed poſtquam vſque ad annũ 1582 fuerint neglectæ, quod hac reformatione quaſi ab exilio reuocatæ, in integrũ reſtituantur, eisque omne id, ꝙ tempore intermedio deceſſerat reddatur. Et hoc ipſum auctor ſuo proprio exẽplo confirmat. Nam in tabula æquationum cycli Epactarum perpetui ipſe ſimiliter æquationem Lunationum non ad ſequentes tantum, ſed etiam ad præteritos annos vſque ad principium annorũ Chriſti adhibet. Quare non immerito hic quoque ſimili æquatione vtendum erit. Quod cum ſit, cur quæſo in ore ſemper habetis, Concilium Nicænum, Concilium Nicænũ? Cur contenditis, ꝙ Calendarium ad Concilij eius cõſtitutionẽ reformandum fuerit, & iam veſtra opera reformatum ſit? Cum tamen nec diem æquinoctij verni, nec vllam diem Dominicam, aliamue in Septimana certã, ad tempus Concilij illius monſtrare poſſitis, ſed calculo veſtro pro 21 ſupponatis 20. diem Martij, & pro die Dominica, diem Lunæ, &c. Si quid frontis eſt vobis, an non pudebit vos veſtri laboris in hoc Calendario conficiendo ſuſcepti? An non vos, qui confectum recepiſtis, aliisque ad recipiendum veſtris conſilijs auctores fuiſtis, erubeſcitis, quod in calculum eius non aliter inquirere potueritis: aut ſi potuiſtis, quod eum melius non examinaueritis, priusquam auctoritate Papæ moti, eum velut ſingulari artificio abſolutum proclamaretis? Pudeat, inquam, vos veſtræ vel inſcitiæ, vel temeritatis. Sed quis in poſterum confidet Calendarij huius numeris, cum ipſi tam ridicule fallant tempora anteacta.

Quo pacto Calendarium dicatur ad tempora Concilij Nicæni reſtitutū.

NOS autem contra, firmiſſime aſſeueramus, noſtram æquationem, quanquam vera ſit, non neceſſario temporibus Concilij Nicæni debere congruere: atque aduerſarium non aſſecutum eſſe propoſitum Calendarij noui ad Concilij Nicæni decretum reſtituti. Idcirco enim Calendarium ad tempora Concilij Nicæni reſtitutum eſt, vt termini Paſchales prorſus illæſi, atque intacti permanerent: quod quidem factum eſt per exemptionem 10 dierum, vt æquinoctium ex die 11. Martij, quo ante correctionem fiebat, in 21. reſtitueretur, quo illud Patres Concilij illius fieri ſtatuerunt, cum ex æquinoctij die termini Paſchales omnino pendeant. Non tamen propterea arbitrati ſumus, æquationem noſtram, ſi ab eo Concilio incepiſſet, conſeruaturam fuiſſe æquinoctium in ipſo die 21. ita vt ab eo aliquantulum non diſcederet: quemadmodum nũc poſt correctionem, eadem æquatio non ita æquinoctium in ipſo die 21. conſeruare poteſt, vt ab eo in vtramque partem non euagetur interdum: quod quidem accidit propter inæquabilem, irregularemq; æquinoctij progreſſum, vt ſuperiore lib. oſtendimus. Non inficior tamen, ſi ab illius Concilij tempore æquatio hæc noſtra vtriuſque anni vſurpata eſſet, futurum non fuiſſe, vt tot, ac tanti errores committerentur, vt nimirum æquinoctium 10. diebus à die ei aſſignato, & Luna quinque ferme diebus à propria ſede abeſſet; quot videlicet abeſſe vidimus hoc tempore, antequam annus corrigeretur, propterea quod æquatio ea adhibita non erat. Et vero non eſſe neceſſarium, vt æquatio anni Solaris reſpondeat numero dierum ob æquinoctij reſtitutionem exemptorum, hoc exemplo planum faciemus. Fac æquinoctium fuiſſe reſtituendum in diem 25. Martij, vt plerique voluerunt. Nonne, vt hoc fieret, eximendi fuiſſent 14. dies? ita ſane. Hac enim ratione translatum fuiſſet æquinoctium in 25. diem Martij, ex 11. quo id contingebat. Quo poſito, quis non videt, ſi æquatio noſtra quadringentorũ annorum præteritis annis accommodaretur, (qua aptior nulla inſtitui poteſt, cũ mediæ anni magnitudini cõgruat, vt etiam Mæſtlinus ipſe confeſſus eſt) non offerri 14. dies eximendos, immo nec debere tot dies offerri, cũ ad ſummum dies 12. æquinoctium ſedem ſuam anteuerterit ab incarnatione Dominica ad noſtram vſque ætatem? Quare non recte faceret, qui æquationem retroactis annis accommodaret, vt oſtenderet eam falſam eſſe, eo quod non exhibeat 14. dies auferendos, quot verè ex anno fuiſſent ablati, ſi ea reſtitutio æquinoctij facta eſſet. Ita igitur plane in noſtra hac correctione factum cogita. Sunt enim ex anno 1582. exempti 10. dies neceſſario, vt æquinoctium ex die 11. in 21. reduceretur, poſt quem ſtatim 19. termini Paſchales à Concilio Nicæno conſtituti haberentur, ſiue verè æquinoctium tempore illius Concilij in diem 21. inciderit, ſiue in alium diem: aut ſiue æquatio noſtra offerat 10. dies verè eximendos, ſiue plures, pauciores ue; dummodo ea futuris annis ita ad diem 21. æquinoctium conſeruet, vt non longe ab eo id ſinat euagari, ſuaque ſponte, & vltro idem in diem 21. reſtituat. Quod exquiſite ſatis noſtram æquationem præſtare, ſupra docuimus. Immo etiamſi temporibus Nicæni Concilij æquinoctium verè die 21. contigerit, non tamen propterea æquatio noſtra, quamuis recte inſtituta, poteſt 10. dies exhibere, ſed pauciores neceſſario, propter inæqualitatem anni, atque adeo propter minimam anni magnitudinem inter tempora eius Concilij, & annum correctionis interiectum, vt ſupra ſuo loco diximus. Quę cum ita ſint, liquido conſtat, Mæſtlinum non ſincere agere, dum æquationem noſtram in præteritos annos retrahit, vt literam Dominicalem tempore Concilij Nicæni inueniat: quandoquidem neceſſe non eſt, vt æquatio tot dies auferendos præbeat, ac proinde toties Cyclum Solarem interrumpendum demonſtret, quot re ipſa exempti ſimul ſunt anno correctionis. Satis eſt, vt Cyclus antiquus Solaris adhibeatur ad literam Dominicalem eruendam annis præteritis; quippe cum nulla in eo ante correctionem facta ſit interruptio. Neque obſtat, quod Lunę æquationem pręteritis annis accommodauerimus: quia Lunationes verè anticiparunt ſua loca in Calendario, etſi annus Solaris non ſit æquatus vnquam. Quare vt ſtatus Lunationum annis, qui correctionem antecedunt, cognoſcatur, neceſſe eſt adhibere Lunationum æquationem. Hoc autem Cyclo Solari non accidit, cum interrumpi non poſſit, aut mutari, niſi annus Solaris per aliquot dierum exemptionem, aut per diem intercalarem omiſſum, vel additum æquetur. En cur in ore ſemper habeamus Concilium Nicęnum, quod ille quæritat, quia videlicet eius æquinoctium reſtituimus, eoſdemque terminos Paſchales retinuimus: quod factum non fuiſſet, niſi 10. dies ſuſtuliſſemus ex anno, æquationemque quadringenteſimo quoque anno adhibendam inſtituiſſemus. Si quid frontis eſt tibi, Mæſtline, (vt tua oratione tecum agam) an non pudebit te tui laboris in hoc Calendario oppugnando ſuſcepti? An non erubeſcis, quod tam veteratorie æquationem Cycli Solaris euertere conatus ſis? Pudeat, inquam, te tuę vel inſcitię, vel temeritatis. Sed quis in poſterum confidet tuis calumniis, cum tam ridicule in re per ſe clariſſima hallucinatus ſis, vt nimirum Cycli Solaris æquationem ad annos pręteritos transferre tentaueris, cum is tunc nulla eguerit æquatione. Verum hęc ſatis ſint de Nouiluniis, Quartisdecimis Paſchalibus, & Cyclo literarum Dominicalium noui Calendarij aduerſus Mathematicum iſtum Tubingenſem.

Quare annis ante correctionẽ adhibenda ſit æquatio Lunationũ, non autem Cycli Solaris.

Concluſio Apologiæ aduerſus Mæſtlinũ.

NONNE apertè vides, Mæſtline, fruſtra à te tantum bellum in Calendarium nouum eſſe ſuſceptum? quippe cum id omnibus numeris eſſe abſolutiſſimũ, quod ad vſum, & conſuetudinem Eccleſiæ ſpectat, (Nam quod ad motus veros cœleſtes, qui in hoc negotio minime conſiderantur, attinet, nullum omnino Calendarium excogitari poteſt, quod eis vſque quaque reſpondeat) hoc meo reſponſo ſit demonſtratum, adeo vt non modo meo iudicio, ſed aliorum etiam peritiſſimorum hominum, nullum exquiſitius, aut magis certum poſſit excogitari, in quo Cycli ratio ſeruetur, quemadmodum in noſtro, quod neceſſarium eſſe omnino in rebus politicis, copioſe ſatis à nobis oſtenſum eſt? Equidem non dubito, quin in eadem nobiſcum ſententia fores, niſi inueteratum illud odium in Eccleſiam Romanam, eiusque caput, Pontificem Maximum, Petri Apoſtoli primi Pontificis Romani legitimum ſucceſſorem, ac CHRISTI Domini in terris Vicarium, adeo te excæcaret, vt omnia ipſius mandata, atque decreta, etiam ad Fidem nulla ratione pertinentia, quale eſt hoc noui Calendarij præceptum, occaſionem obterendi, calumniandi, & funditus euertendi, ſi poſſes, auidiſſime, vndecunque potes, arripias. Hęc cum ita ſint, pudeat te neceſſe eſt, (ſi tamen aliquis relictus pudori locus) quod tam audacter in Examinis tui inſcriptione omnes Mathematicos prouocaris, vt ad illud reſpondeant, niſi Impoſtores, & publicę pacis in S. Romano Imperio turbatores haberi velint: aut ſi reſpondere nequeant, (quod omnino tibi perſuadebas) vt ſe nimis temerario applauſu, & pręcoci conſilio hoc Calendarium collaudaſſe, atque paſſim ad recipiendum perſuaſiſſe, ingenue pro communis Patrię ſalute agnoſcant. Ita enim arbitror tuis ineptiis, & calumnijs hoc reſponſo eſſe ſatisfactum, vt nouis cauillationibus nullus iam videatur relictus locus, niſi quis è medio tollere velit omnem Calendarij vſum, in quo Cyclus decennouennalis adhibetur, & in quo anni, ac menſes per dies integros, neglectis horis, earumque fragmentis, dinumerantur, vtpote ad captum vulgi, & ad quotidiana hominum commercia accommodati: quod neminem ſanę mentis ſibi perſuaderi poſſe exiſtimo. Hoc conſtare puto omnino ijs, qui tuum Examen legerint, & meam Apologiam perpenderint diligentius, te nihil nobis obiicere, quod non antea cognouerimus, aut quod Calendarium Gregorianum labefactare poſſit: quippe cum aliud nihil oſtendas, quam æquinoctium verum non ſemper in die 21. ſi noſtra æquatio adhibeatur, perſiſtere poſſe: quod nunquam negauimus: cum fieri nulla ratione poſſe ſciamus, vt vlla æquatio æquabilis, & vniformis id præſtare queat, ob verorum motuum inæqualitatem.

LIBRI SECVNDI FINIS.

DEFEN-

DEFENSIO
ANTONII POSSEVINI E SOCIETATE IESV CONTRA MICHAELEM MÆSTLINVM
AVCTORE
CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI.

V
IX dum meam hanc Apologiam prælo commiſeram; cum de repente è Germania ad mē
perfertur alter libellus Mæſtlini, quem Defenſionem inſcribit alterius ſui examinis, quod
præ manibus habemus; & non omnino indiligenter examinauimus. Occaſionem huius
Defenſionis in vulgus edendæ captauit ex ſcripto quodā (vt ait) Antonij Poſſeuini Ieſuitæ,
qui eum hoc ipſo nomine, quod in Calendarium nouum inuectus eſſet, perſtrinxit, multo
tamen leuius, quam res poſtulabat. Quod ita ægre tulit aduerſarius, vt operæ pretium duxe-
rit, (Tantum apud eum potuit iracundia; & vlciſcendi libido) proprio libello edito ſcri-
ptū illud Poſſeuini incredibili ſanè maledicentia exagitare, bonumq; eius viri boni nomen,
atque exiſtimationem prorſus obterere. Audaciorem quoque eum fecit ad hunc libellum excudendum, diu-
turnum noſtrum ſilentium. Cum enim toto proxime elapſo biennio videret neminem, qui eius Examen con-
uellere; aut labefactare auſus ſit; tanta ei audacia acceſſit; vt denuo omnes petulantiſſime ad reſpondendum
prouocet, planeque ſibi perſuadeat, neminem fore, quicunque ſit, & quantuſcunque ipſe ſibi videatur Mathe-
maticus, qui eius demonſtrationes refutare queat. Quæ omnia ex eius Defenſionis initio liquido conſtare poſ-
ſunt, quod hic ad verbum inſerere placuit, vt omnes videant, eum in maledicendo, & in ſuis commentis ad ſide-
ra extollendis ſemper ſui ſimilem eſſe. Ita igitur Defenſionem ſuam auſpicatur.

Alius libellus Mæſtlini, quo alterum hoc ſuum Examen defendere conatur aduerſus Poſſeuinum, & alios, qui eius rationes refellere conātur.

BIENNIVM *eſt elapſum, quo alterum meum Aſtronomicum Examen Noui Gregoriani Calendarij publicaui, quo,*
omiſſis omnibus alijs Quæſtionibus, & Diſputationibus receptionem eius impedire valentibus, vnicum illud, & quidem præ reli-
quis primarium, & fundamentale Pontificiorum argumentum diſcuſſi dicentium: Quod nouum Gregorianum Calendarium
tanta perfectione ſit reformatum, & abſolutum, vt in eo omnes veteris Calendarij, multiplici imperfectione laborantis, errores
non modo ſint ſublati, ſed etiam futuro tempori tanta prouidentia proſpectum, vt calculus ipſius nullo vnquam ſeculo, vſque in
PERPETVVM, *vlli mutationi obnoxius ſit futurus. Illo igitur meo examine ego ex ipſis fontibus, ex quibus tota hæc quæſtio*
deſumenda, & decidenda eſt, demonſtraui, Nouum iſtud Gregorianum Calendarium hac commendatione nequaquam eſſe di-
gnum. Ipſum enim omnibus & ſingulis ijs partibus, quibus quam rectiſſime reformatum vel eſſe debebat, vel eſſe putatur, in-
numeris modis tam vitioſum deprehendi, vt nihil quicquam in vllo Calendario reprehendendum occurrere poſſit, in quo hoc
Gregorianum non etiam deficiat. Quam ob cauſam ipſum potius COLLVVIES OMNIVM ERRORVM, *quam re-*
formatio dicendum erat, propterea quod in ipſum, velut in ſentinam, omnes omnium Calendariorum errores turmatim
confluunt. Inde certitudine Aſtronomicarum rationum fretus & ſtipatus, vniuerſos Mathematicos, qui vel primum confecerunt
Calendarium iſtud, vel hactenus defenderunt, audacter ad reſpondendum prouocare non ſum veritus, &c.

Mæſtlinus non vult, Calendarium nouū dici poſſe perpetuum: ſed eſſe colluuiem omnium errorum, qui in vllo Calendario extare poſſunt.

QVOD *meum Examen ſimul atque in publicum exijt, ſicut Pontificijs, præſertim quibus Nouum Calendarium arri-*
debat, inexpectatiſſimum fuit: certo enim ſibi perſuaſerant, nouam iſtam ſuam creaturam nullius labis inſimulari, nedum
conuinci poſſe: ita illi ipſi præcoci cenſura miris modis me apud ſeſe exagitare cœperunt, quaſi ego ſolus, præ doctiſſimis, & cele-
berrimis neſcio quibus Mathematicis, noui veſtri Calendarij auctoribus, & approbatoribus, mihi ceu ſolus ſapere videri velim.
Hinc ipſi ſibi omnino promiſerunt, mihiq; minati ſunt, meas illas demonſtrationes pro dignitate acceptas, & ex ipſis fundamen-
tis, ad quæ ego (ipſorum iudicio) indocte prouocauerim, ſolide refutatas iri. Sed quid fit? Tantum inuictæ veritatis robur eſt,
vt iſtorum hominum vocibus, ceu imbellium canicularum latratu, non modo non ſuccumbat, ſed etiam vltro aliquem, qui pa-
ribus viribus congrediatur, prouocet, & prodeuntem cum deſiderio expectet. Sic ergo dicti mei examinis, refutationem nequa-
quam pauidus, ſed forti animo expecto. Verum nihil huius toto hoc biennio video, vnico ſcripto cuiuſdam Ieſuitæ Antonij Poſſe-
uini excepto, eoque, vt mox demonſtrabo, ineptiſſimo. Anni quidem ſpatium elapſum eſt, quo ex quorundam relatione accepi,
eſſe alicubi nonnullos, qui refutationem aliquam non modo meditati ſint, ſed iam tum prælo typis excudendam commiſerint:
At nec illa, toto hoc tempore, diligenti etiam habita inquiſitione, ad me defertur. Iſti ergo dum moras moris nectendo prodire
in lucem ſubterfugiunt, tacite teſtantur ſe in conſcientia ſua conuictos veritati refragari non poſſe. Nam niſi malam fouerent
cauſam, cur ex tot ipſorū peritiſſimis, ſapiētiſſimis, & eruditiſſimis totius orbis Chriſtiani Mathematicis, (ſicut Buſæus Ieſuita
Moguntinus theſi 170. Diſputationis ſuæ iactanter refert) vel (ſi modo Papa Gregorius xiij. in Bulla verum dicit) ex harum

Digitized by Google

rerum peritiſſimis, quos ipſe Papa longe ante ex primarijs Chriſtiani orbis nationibus delegerat, & qui multum temporis, & diligentiæ ad eam lucubrationem corrigendi Calendarij adhibuerunt, ne vnicus prodit, qui noui Calendarij rationes explicet, eiuſque cauſam ſerio agat. Sed tā cæteri, quam etiam ij, quos ego illo meo ſcripto vel oblique vel nominatim prouocando citaui, tacent. Quin immo ex fide dignis hominibus accepi, quod etiam ille Mathematicus, quem pag. 2. mei Examinis perſtrinxi, veritate victus in meam conceſſerit ſententiam. Hoc idem ab alijs quibuſdam fieri audio, qui licet Pontificiæ Religioni ſint addicti aperte tamen confitentur, quod illius mei ſcripti demonſtrationes à nemine, quicunque ſit, & quantuſcunque ipſe ſibi videatur Mathematicus, refutari poßint. Addo & illud. Per fide dignos itidem mihi nunciatum eſt: quendam neſcio qua magis aduerſus meam perſonam, quam ſcriptum, corraſiſſe, ſed ea, vt futilia, & publicatione indigniſſima, eſſe Superiorū auctoritate ſuppreſſa.

QVARE mei illius Examinis demonſtrationes immotæ adhuc ſtant, nec inſultibus iſtorum langueſcunt. Contra vero nouum Calendarium in omnibus ſuis partibus totum manet imperfectum, mendoſum, vitioſum. Quod cū ſit, quo, quæſo, nouitatis amore, ſeu potius furoris œſtro faſcinati vel agitati Pontificiorū tam Mathematici, quam alij, pergunt iſtud ſuum vitioſiſſimum Calendarium toti orbi, ſub falſiſſimo exquiſitiſſimæ & perfectiſſimæ Reformationis nomine tam magnifice commendare, vrgere, & obtrudere? An hoc non eſt data opera totum Chriſtianum orbem ludere, & ceu ſeruum pecus tyrannice ſubiugare, atque peſſundare.

NONNE videtur miles iſte glorioſus iam parta lætus victoria canere triumphum? Miror equidem, vehementerque miror, eum poſſe tam elato eſſe animo, vt præ ſe, non dicam omnes totius orbis Mathematicos contemnat, ſed arbitretur, neminem reperiri, qui cum illo paribus viribus congrediatur. Aut enim neceſſe eſt eum ſuperbiæ ſpiritu inflatum veritatem ipſam nolle aſpicere, aut (quod eius Examen declarat) ceremoniarum Eccleſiaſticarum, quibus ad hoc vſque tempus in toto Chriſtiano orbe Paſcha celebratū eſt, prorſus ignarum eſſe, atque expertum; cum contradicendi cupiditate excæcatus ineptias ſuas, quas contra nouum Calendarium affert, non videat. Sed efficiam fortaſſis, vt ad ſuos cognoſcendos errores tandem oculos aperiat, aut certe, qui in hoc negotio per ſe nihil vident, cæcum haud quaquam ſequantur Ducem. Euidenter enim hac mea Apologia oſtendi, cur Calendarium nouum Gregorianum dicatur Perpetuum, & nulli vnquam mutationi obnoxium, meritoq; hoc nomine eſſe dignum, quicquid interim ipſe fremat. Quod ſi cognoſcere deſiderat, (cum enim prorſus hoc non intellexiſſe, clamat eius Examen, & hic libellus.) legat Caput 5. lib. 1. & caput 4. lib. 2. huius Apologiæ. Quod autem exprobat, Calendarium nouum eſſe colluuiem omnium errorum qui in vllum Calendarium cadere poſſunt, quis nō intelligit, id eum odio tum in omnes Catholicos, tum præſertim in Pontificem Romanum Chriſti Vicarium, dixiſſe? Si enim vnum aut alterum errorem nouo Calendario obieciſſet, ſuſpicari quiſpiam fortaſſe poſſet, non omnes prorſus errores ex eo ſublatos eſſe: Nunc autem, cum omnia in eo vitioſa eſſe proclamet, quis credat, eum ſyncero, & candido animo eſſe locutū? Sed conferamus, quæſo, nouum Calendarium cum vetere, vt neminem latere poſſit, Mæſtlinum non veritatis amore, ſed (quod ipſe de nobis prædicat) furoris oeſtro faſcinatum, vel agitatū Calendarium Gregorianum inſectari, appellareque omnium errorum colluuiem, perinde ac in id, velut in ſentinam, (vt ipſe ait) omnes omnium Calendariorum errores turmatim confluant. Quid ſi omnes ex eo errores, quantum per Cyclum licuit, ſublatos eſſe demonſtremus? In vetere certe Calendario æquinoctium continenter ſedem ſibi præſtitutam deſerens verſus menſis initium progrediebatur, ita vt annis proximis ante correctionem decem totos dies à propria ſede abſceſſerit. Neque hic finem ſui progreſſus ſtatuebat, ſed quotidie maiora is capiebat incrementa: Neq; vero vlla ſpes erat, vt in ſuam ſedem aliquando ſponte ſua reuerteretur. In nouo autem Calendario æquinoctium die 21. Martij, quæ ei ſedes tributa eſt ab antiquis, contingit. Et ſi accidat, vt id ab eo die, propter verorum motuum inſtabilitatem, aliquando recedat, hic receſſus non ad 10. dies, vt in antiquo Calendario, ſed ad ſummum ad duos aut tres dies excreſcere poteſt, & vltro, ac ſponte, nullo alio adhibito remedio, ad 21. diem redit, etiam poſt 20000. ann. vt lib. 1. oſtendimus. Deinde in Calendario antiquo aureus numerus Lunas XIIII. Paſchales exhibebat multo ſerius, quā res ferebat, ita vt oppoſitio ſecundum Cyclum, ſiue Luna XV. plerunque per quatriduum oppoſitionem mediam ſubſequeretur, nunquam autem Luna XIIII. in ipſam mediam oppoſitionem incideret, nedum ipſam vno die anteiret: quod recta Cycli diſpoſitio in Calendario requirit. At nouum Calendarium hunc errorem non ferendum ita emendauit, vt Luna XIIII. Paſchalis ferme ſemper vno die præcurrat mediam oppoſitionem, vel in eandem incidat, vel denique non multo poſt contingat: quo quid accuratius in Cyclo vllo poteſt deſiderari? Ex duobus veteris Calendarij erroribus, quos commemorauimus, & in nouo Calendario ſuſtulimus, ſequebantur alij duo errores, ijque grauiſſimi. Primum enim ijs annis, quibus Luna XIIII. ſecundum aureum numerum incidebat in diem 11. Martij, vel 20. vel in aliquem inter eos interiectum, (quod quidem accidit, quotieſcunque aliquis horum aureorum numerorum, 3. 6. 8. 11. 14. 19. currebat, nimirū ſexies in omni decennouennali annorum ſpatio) reiectum ſemper eſt Paſcha ex primo in ſecundum menſem. Deinde quoties Luna XIIII. aurei numeri in diem Dominicum, vel diem Lunę, aut Martis, Mercurijve incurrebat, toties Paſcha quarta hebdomada, hoc eſt, Luna XXIJ. vel XXIIJ. vel XXIIIJ. vel XXV. celebratum eſt: propterea quod Luna XIIII. veteris Calendarij, in cælo erat Luna ferme XVIIJ. ac proinde quando Paſcha quatriduo, aut maiori ſpacio ab illa XIIII. Luna aberat, incidebat neceſſario in Lunam XXIJ. aut poſt. Qui omnes errores cum ex nouo Calendario, quantum per Cyclum licuit, ſublati ſint, vt mea hac Apologia demonſtraui, quæ eſt tanta Mæſtlini impudentia, ac temeritas, vt demerſus ipſe in omnium errorū colluuione, ac ſentina, Calendarium nouum Colluuiem omnium errorum vocare non vereatur? Ipſe certe id nullius erroris cōuincere potuit, (quamuis magnifice ſe hoc effeciſſe iactet) niſi errorem dicere velimus, calculum noui Calendarij vero motui Solis, atque æquinoctij non omni ex parte congruere. Præter hoc enim in toto ſuo Examine prorſus aliud nihil probat. Verum non eſſe neceſſarium, immo neque fieri poſſe, vt vllum Calendarium, in quo regulæ populares proponendæ ſint, atque Cyclus deſcribendus, veris reſpondeat motibus, ſatis ſuperque ex ijs, quæ à nobis demonſtrata ſunt ſuperioribus duobus libris, apparere poteſt. Verius igitur quis Examen eius atque hanc Defenſionem aduerſus Poſſeuinum editam non ſolum colluuiem errorum dixerit, ſed etiam officinam omnium mendaciorum, quibus nouum Calendarium Gregorianum peti, & oppugnari poteſt.

Calēdariū nouum iure dici Perpetuum, & nō eſſe colluuiem omnium errorum, qui in vllo Calendario extare poſſunt, vt vult Mæſtlinus.

Errores Calendarij veteris, qui in nouo, quantum per cyclum licet, ſublati ſunt

Quādo Paſcha in vetere Calendario vel in ſecundo menſe; vel poſt Lunā XXI. contra Patrum decreta, celebratum ſit.

Mæſtlinus quid, ſuo Examine probet?

Scripta Mæſtlini in Calēdariū eſſe colluuiem omniū errorū, & officinā omnium mēdaciorum.

PROSEQVITVR deinde aduerſarius victoriam ſuam, atque triumphum, dicitque nobis fuiſſe inexpectatiſſimum eius Examen: quippe cum reſponſum ei quidem minemur, nemo vero noſtrum id adhuc ediderit.

ediderit. Quaſi vero ſolida aliqua ratione Calendarium nouum euertiſſet, ita certo victoriam ſibi promittit, cum tamen omnia, quæ in Examine ſuo arma profert, id tantum conuincant, (vt paulo ante diximus) æquinoctium, adhibita noui Calendarij æquatione, vero æquinoctio non omnino reſpondere: quod nemo vnquam negauit. Neq; vlla æquatio æquabilis, atq; vniformis inſtitui poteſt, quæ cum veris motibus exquiſite congruat, vt copioſe lib. 1. demonſtrauimus. Quod ſi forte eiuſmodi æquationem reperiri poſſe contendat, eam condat ipſe Mæſtlinus, ſuo illo laborioſo ingenio, vt intelligamus, non ſine cauſa nouum Calendarium, ab eo eſſe reprehenſum. Sin autem nullo id modo fieri poſſe fatetur, fateatur quoq; nouum Calendarium hoc nomine temere à ſe oppugnatum, & veteri poſthabitum. Quid enim? Num Calendarium vetus, quod tantopere laudas, Mæſtline, & huic nouo omnibus nominibus præfers, ita ad verum motum conformatum fuit, vt ab eo nunquam diſſenſerit? Certe ſi per capitale odium, quod in Eccleſiam Romanam habes, verum fateri tibi liceret, nunquam negares, nouum Calendarium propius ad verum motũ accedere, quã vetus. In veteri enim æquinoctium diem 21. Martij ſibi præſtitutum ita deſeruerat, vt ad eum reuerti nullo modo potuerit, niſi 10. dies ex anno fuiſſent detracti. In nouo autem, etſi ab eo die aliquantiſper euagetur æquinoctium, ſponte tamen aliquot elapſis ſeculis ad eum redit, nullo alio adhibito remedio. Taceo de Lunationibus circa correctionis tempus, quæ in veteri Calendario à Nouilunijs veris toto quatriduo, & eo amplius, differrebant: quod de Lunationibus Calendarij noui dici non poteſt. De eo autẽ, quod aſſeris, multos, etiam Catholicos, in tuam ſententiam ceſſiſſe, propterea quod tacendo teſtentur, ſe in conſcientia ſua conuictos veritati refragari non poſſe, non multum laboro. Tu videris, quam verum hoc ſit. Ego quidem cauſam, cur ad tuum examẽ nemo adhuc reſponderit, initio huius Apologiæ expoſui: quam veram fuiſſe, non fictam, tute iam ſatis intelligere potes, cum tuum illud ventoſum Examen hac noſtra qualicunque Apologia eluſum vides. Ac ſane non dubito, quin (quod tu de tuo Examine dicis) noſtrum tibi reſponſum inexpectatiſſimum fuerit: quod tu ſalſe, & acute (vt omnia) Elephantinum partum vocas. Quid agas? Elephas tantum animal parere cito non poteſt. Tarde Elephas parit, fateor, ſed parit Elephantem: At tu cum paris, Culicem paris. Quid enim eſt aliud in ſcriptis tuis, Mathematice Tubingenſis, præter maledicentiæ aculeum, & iactationis tubam? quanquam non vereor, ne non noſter hic Elephantinus partus maturus potius tibi, quam ſerus videatur: quem ſi tam auide expectas, vt dicis, habes iam, quod expectas. Tu vide, ne, mutata ſententia, iam ſtatuas, cauſam, cur tantopere expectares, non fuiſſe. Sed pergamus ad alia, & præcipua adhuc Defenſionis Mæſtlinianæ capita expendamus.

Mæſtlinum ſolum probare, Calendarium nouũ non omnino veris motibus congruere: quod ad rẽ nõ facit, & à nemine negatur.

Calendarium vetus magis à veris motibus diſcrepare, quam nouum.

Mæſtlinus Culicẽ parit.

Tria potiſſimũ in ſcripto Poſſeuini Mæſtlinũ pupugiſſe.

TRIA ſunt potiſſimum in illo ſcripto Poſſeuini, quæ mirum in modum Mæſtlinum pupugerunt. Primum, quod Hæreticum eum nominauerit. Deinde, quod aſſeruerit, glorioſam illã ſui Examinis inſcriptionem ſatis oſtendere hominis ventoſum ingenium, ac proinde in eius ſcripti receſſu multo minus eſſe, quam fronte promittat, ac pleraq; in eo putida eſſe. Denique, quod confirmauerit, Calendarium nouum aſtrui magis à Mæſtlino, quam negari, confirmari, quã infirmari; quippe cum in Examine demonſtrauerit, æquinoctium in vtramque partem à die 21. Martij recedere, atque adeo ipſum diem 21. quem Calendarium Gregorianum æquinoctio aſſignauit, medium eſſe quodammodo inter diem 19. & 24. ad quos vſque euagari poteſt æquinoctium. Verum tria hæc veriſſime à Poſſeuino dici, nullo prorſus negotio clariſſime oſtendemus.

Mæſtlinum hæreticum eſſe.

Quid Mæſtlinus in ſuo Examine probare receperit aduerſus nouum Calẽdarium.

PRIMVM enim Mæſtlinum hæreticum eſſe, nemo qui illum norit, niſi forte hæreticus ipſe ſit, negabit. Nam vt taceam, quod plerique in Germania ſciunt, eum, quod Vbiquetarius eſſet, pulſum eſſe Heidelberga, Profeſſio fidei, qua Mæſtlinus in ſua hac Defenſione vſus eſt, vt hæretici nomen vitaret, profecto eſt talis, vt ſi nullum præterea haberemus indicium, ſua ipſum confeſſione iugulare poſſemus. Nam & Patrum traditiones reſpuit, & Sanctorum patrocinium contemnit, & ſoli fidei iuſtificationem ac beatitudinem tribuit: denique ſe Vbiquetarium etſi non verbo, at re profitetur. Quo igitur ore hæretici nomen recuſat, qui tot, tamque apertas hæreſes tam ſtudioſe ſuſcipiat?

Mæſtlinum nihil noui contra Calendarium in ſua Defenſione afferre.

DEINDE veriſſime Poſſeuinum aſſeruiſſe, glorioſam illam Examinis Mæſtliniani inſcriptionem ſatis oſtendere hominis ventoſum ingenium, ac proinde in eius ſcripti receſſu multo minus eſſe, quam fronte promittat; ac pleraque in eo putida eſſe, hinc ſtudioſus Lector facile cognoſcet. Receperat Mæſtlinus, ſe in ſuo Examine demonſtraturum, atq; in hac ipſa Defenſione inaniter ſe demonſtraſſe iactat, omnia in nouo Calendario Gregoriano ita vitioſa eſſe, ac deprauata, vt verius Colluuies omnium errorum, qui in vllum Calendarium cadere poſſunt, appellanda ſit, quam reſtitutio. Ad ſingula deinde deſcendens ait, neq; æquinoctium recte ad 21. diem Martij, per 10. dierum exemptionem, reſtitutum eſſe; neque id ad diem 21. conſeruari poſſe, ſi æquatio in nouo Calendario præſcripta adhibeatur; neque Epactas rite ſuo fungi munere in Nouilunijs, & terminis Paſchalibus monſtrandis, tum ob vitioſam earum in Calendario diſpoſitionem, tum ob earum æquationem perperam inſtitutam; neque denique Cyclum antiquum Solarem, ſiue literarum Dominicalium perfecte eſſe æquatum ad literas Dominicales tempore Concilij Nicæni indicandas. Verum ex his omnibus quid in verboſo illo Examine probauerit, liquido colligi poteſt ex ijs, quæ hac Apologia aduerſus eũ ſcripſimus. Abunde enim in ea omnes eius cauillationes, quas in hac Defenſione gloriabundus repetit, refutauimus: vt propterea nihil addendum hoc loco videatur; cum nec ipſe noui aliquid contra Gregorianum Calendarium in ſua hac Defenſione attulerit. Hoc ſolum adijciam, quod & ſupra oſtendimus: ſi totum eius Examen diligentius examinetur, comperiemus nihil aliud in eo probari, quam æquinoctij ad diem 21. Martij conſeruationem per æquationem noui Calendarij, cum vero æquinoctio non congruere. Sed hoc & auctor Calendarij, & nos, qui ad anni reſtitutionem conuocati ſumus, antequam Calendarium à GREGORIO XIII. Pont. Max. publicaretur, præuidimus, vt ex Compendio, quod quinquennio toto ante Calendarij emendationem ad Principes Chriſtianos tranſmiſſum fuit, liquidiſſime conſtare poteſt. Cur enim in eo hæc verba prope finem apponerentur, quod & Cap. 4. huius lib. diximus. *Reſtituto itaque verno æquinoctio ad eum locum, ex quo deciderat, atque hoc Epactarum Cyclo, qui ad quamcunque anni quantitatem accommodari poteſt, Calendario appoſito, intercalationiſq; ratione, quã diximus, & eius Cycli æquatione adhibita, ita in poſterum anni atq; menſes congruent cum Solis ac Lunæ ratione, vt nulla deinde varietas, aut diſſenſio poſſit exiſtere; quod ſi quando acciderit, eadem hac via belliſſime in ſuum ſtatum docet poſſe reſtitui.* Cur, inquã, hæc apponerẽtur, ſi arbitrati eſſemus, (ꝙ per calumniã Mæſtlinus nobis imponit) noſtrã æquationẽ à vero motu æquinoctij nunquã poſſe diſſentire? Si item putauiſſemus, annum Alphonſinum, qui inter maximũ,

Multo minus eſſe in Examinis Mæſtliniani receſſu, quã fronte promittat; cũ ſolũ probet, æquinoctium Calendarij noui vero æquinoctio non congruere, & tamen multo plura probãda receperit.

Auctores Calendarij præuidiſſe, æquationẽ anni Solaris nõ omni ex parte vero motui reſpondere: vt propterea fruſtra eam Mæſtlinus inſectetur.

ac mi-

ac minimum medius eſt, perpetuo reſponſurum vero æquinoctio, ita vt nunquam alia æquatione, quam à nobis præſcripta eſt, indigeret, quorſum, obſecro, hæc alia verba ad calcem eiuſdem Compendij adiecta eſſent à nobis? *Quod ſi alicui Alphonſi calculi incertiores eſſe videbuntur, quam vt illis fidendum putet, potiuſque recentioribus adhærendum exiſtimet, is profecto intelliget, eam eſſe huius artificioſi Cycli, tabulæque Epactarum à Lilio excogitatæ diſpoſitionem ac digeſtionem, vt nullo negotio ſiue Copernici, ſiue cuiuſuis alterius calculis poßit aptari, ſi tabella æquationis ex illis confecta, pro ea, quam ad marginem ſcripſimus, ſubſtituatur: veluti hæc, quã exempli gratia à Copernici ratione non multum diſtantem appoſuimus.* An videmur tibi, Mæſtline, hiſce verbis voluiſſe, Calendarium nouum ideo Perpetuum dici, quod æquinoctium ita diei 21. Martij adhæreſcat, vt ab eo per noſtram æquationem dimoueri nequeat? Falleris profecto, ſi hoc putas; Qui enim hoc exiſtimare potuiſſemus, cum liberum reliquerimus, vt æquatio ſiue ad annum Alphonſinum, ſiue ad annum Copernici, aut alterius cuiuſuis institueretur?

Cur Calendarium nouum dictũ ſit perpetuum ab eius auctoribus.

Sed idcirco Perpetuum diximus Calendarium, quod Cyclo in eo non mutato, æquatio inſtitui poſſit ad quamcunque anni magnitudinem, facileque emendari, ſi à vero motu longius abeſſe comperiatur, vt latius Capite 4. libri 2. expoſuimus. Quæ cum ita ſint, non te pudet, nobis obijcere id, quod vltro concedimus, & confitemur? Cur tam impudenter nobis ſemper obijcis, Nouum noſtrum Calendarium polliceri æquinoctij verni reductionem in 21. diem Martij, hac adhibita diligenti cura, vt ipſum ab illa die, velut à propria & fixa ſede, nunquam vſque in perpetuum poſſit recedere; cum hoc nuſquam nos dixiſſe, poſſis oſtendere, niſi in eo ſenſu, quem de Calendarij perpetuitate expoſuimus? Lapidem, Mæſtline, (vt eſt in prouerbio) verberas; tum quia inanem operam conſumis, cum nihil aduerſus nos proficias, tum quia te ipſum lædis potius, quam nos, cum omnes inde intelligant, te nodum (quod dicitur) in ſcirpo quærere, & malitioſe per calumniam Calendarium nouum inſectari. An non eſt hoc in tui Examinis receſſu multo minus eſſe, quam fronte promittat?

Multa in Examine Mæſtlini putida eſſe.

An non putidum deinde eſt, in Calendario nouo à te reprehendi id, quod Eccleſia ſemper in Paſchæ celebritate ex Patrũ Conciliorumq; Decretis ſancte obſeruauit? nimirum cum dicis, Paſcha non eſſe celebrandum in Plenilunio proximo poſt æquinoctium, cum tamen hic mos perpetuo in Eccleſia viguerit, & nullo alio tempore Paſcha aptius poſſit celebrari, vt ſupra tum ex antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine, tum ex grauiſſimis Scriptoribus, qui de recta Paſchæ celebratione ſcripſerunt, comprobauimus: vt hac in re nimis aperte inſ[illegible]iam tuam prodas. An non putidum eſt, te cauillari, ideo Calendarium eſſe à nobis reſtitutum circa finem anni 1582. potius, quam circa principium, ne Paſcha, quod in vetere Calendario legitime celebratum eſſe garris, in nouo non rite celebraretur? Oſtendis profecto, quam bene verſatus ſis in hoc negotio, cum toto (vt dicitur) erres cælo. Paſcha enim eius anni legitimum fuiſſet, ex præſcripto Concilij Nicæni, ſi 10. dies initio anni exempti fuiſſent, quod contra Decreta Patrum, eiuſdemq; Concilij in vetere Calendario in quarta hebdomada non rite celebratum eſt, vt Cap. 3. lib. 1. demonſtrauimus. Verum ita tibi in hac putida doctrina places, vt non te pudeat in iſta tua Defenſione iactare veritatem tum de cæteris Calendarij noui erroribus, tum præſertim de hoc, qui in Paſchæ feſto anni 1582. in nouo Calendario commiſſus eſſet, agnitam, ſudem nobis eſſe in oculis.

Reſponſio hac trabs eſt Mæſtlino in oculis.

Sed vide ne hæc ipſa reſponſio mea, ne dicam tota Apologia, qua plane te ignarum eſſe harum rerum conuici, trabs tibi ſit in oculis futura. An non putidiſſimum eſt, quod exiſtimas Lunam XIIII. à plenilunio non differre, cum hoc ſit contra omnium Patrum, Conciliorumque doctrinam? An non putidum eſt, docere contra totam ſcholam Mathematicorum, æquiuoctium verum poſſe à medio diſtare toto quatriduo, atque adeo medium ſibi vendicare diem 23. Martij, verumque ad diem 27. poſt aliquot annorum ſecula prolapſurum, cum huic rei calculus ad annos 20000. extenſus apertiſſime repugnet? An denique non putidum eſt, tam audacter Epactarum æquationem oppugnare, cuius fundamentum, radicemque prorſus ignoraſti, vt ex ijs, quæ cap. 7. lib. 2. ſcripſimus, liquet? Silentio prætereo, te neque æquationem Epactarum, neque Cycli Solaris ex proprijs (vt Philoſophi loquuntur) oppugnare: quippe cum probe intelligas, neutram earum conuenientius potuiſſe inſtitui. Id ſolum conuincis, æquationem æquinoctij non congruere exquiſite cum æquinoctio vero annorum præteritorum: quod contra nos non facit, vt ſupra oſtendimus cap. 7. lib. 1. Certe vt vtramque æquationem conuelleres, oſtendendum tibi eſſet, neutram earum annis futuris reſpondere: quod neque effeciſti, neque vnquam efficies. Nam id in Cyclo Solari nec tentaſti quidem, in Epactis vero, quã feliciter tibi res ſucceſſerit, iudicabunt ij, qui Cap. 7. lib. 2. meæ Apologiæ attente perlegerint.

Mæſtlinum cum probat æquinoctiũ modo ad diem 19. modo ad 24. recedere à 21. Martij, confirmare æquinoctij æquationẽ Calendarij noui.

POSTREMO Poſſeuinum vere ac recte affirmare, Mæſtlinum, licet inuitum, ac non cogitantem, magis confirmaſſe Gregorianam emendationem, quam infirmaſſe, perſpicue ex ijs apparet, quæ lib. 1. cap. 5. 6. & 7. à nobis conſcripta ſunt. Cum enim Mæſtlinus oſtendat, æquinoctium noui Calendarij à die 21. ſibi præſtituto euagari modo ad diem 19. modo ad 24. (Nam quod aſſerit, id ad 27. vſq; diem decidere poſſe, calumniam eſſe, & omnino falſum, eodem illo in loco confirmauimus) adeo vt dies 21. medium quodammodo locum tueatur inter extremos dies receſſus; quis dubitabit, aptiſſime inſtitutam eſſe æquationem æquinoctij, cum id in medio receſſus in vtramque partem ita conſeruet, vt poſt 20000. annos adhuc ad diem 21. ſuapte ſponte reuertatur? Qui plura hac de re deſiderat, legat eadem illa cap. 5. 6. & 7. lib. 1. huius Apologiæ.

Cur ad reliqua capita Defenſiõnis Mæſtlinianæ non reſpondeatur.

RELIQVA Mæſtlinianæ huiuſce Defenſionis capita perſequi non eſt animus, cum in ijs ſolum ea argumenta repetat, (& quidem innumeris adiectis maledictis, atque irriſionibus, cum non ſemel iactabundus nobis inſultat, neminem noſtrum illi reſpondere auſurum, immo nec poſſe reſpondere. Tantum ſibi inflatus iſte Tubingenſis Mathematicus arrogat.) quæ in Examine propoſuerat: quibus videor plene ac cumulate ſatisfeciſſe ſuperioribus duobus libris. Ex eius porro conuitijs, & contumelijs, quibus omnes eius paginæ, ne dicam, periodi, ſunt refertæ, facile conijcere licebit, quo animo Mæſtlinus Calendarium nouum Gregorianum tam iracundo, & impotenti animo inſectatus ſit; num videlicet ſtudio, atque amore veritatis, an potius odio Pontificis Romani, & vniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ, atque Orthodoxæ, id fecerit.

Mæſtlinum eo eſſe animo vt Calendarium oppugnaret quocunque modo id reſtitutũ eſſet.

Equidem in ea ſum ſententia vt exiſtimem, eum Calendarium eadem rabie exagitaturum fuiſſe, etiamſi in eo veri omnino motus ſpectati fuiſſent, atque obſeruati, aut quocunque tandem modo reſtitutum id foret; hoc ſolo nomine, quod à Pontifice Romano editum eſſet, & toti orbi Chriſtiano, vt reciperetur, ab eodem propoſitum. Tum enimuero (nec ſine cauſa) exclamaſſet, Impoſteros nos eſſe, ac publicæ Pacis in S. Romano Imperio turbatores: quippe qui Ciuiles annos, qui æquales eſſe debent, & ad vulgi captum accommodati, quibuſque Eccleſia vniuerſa tam Orientalis, quam Occidentalis iam inde ferme ab initio ad noſtram vſque ætatem ſemper vſa eſt, violenter extrudimus, ac

pro eis

Digitized by Google

pro eis annos inæquales per vim intrudimus, quos neceſſe eſt mirandum in modum commercia, conuentioneſque humanas conturbare. Quod ſane illum facturum fuiſſe, ambigi non poteſt. Si enim, quando annum æqualem in Calendario retinuimus, qui omnibus hominibus, ob antiquiſſimum eius vſum, notiſſimus eſt, Impoſtores nos vocat; quid obſecro facturus fuiſſet, ſi in Eccleſiam nouum annum, eumque inſtabilem, maximeque inæqualem inuexiſſemus? Deſinat ergo inſidioſe nobis conſiliũ dare, atque identidem inculcare, nos debuiſſe per nouas obſeruationes, nouas eaſque perfectiſſimas tabulas prius extruere, quam Calendarium emendare; vt nimirum (vt ipſe ait) confidentius de perpetuitate noſtri Calendarij gloriari potuiſſemus. Hæc enim res maiorem ei præbuiſſet occaſionem nobis inſultandi, tanquam qui excellentiſſimorum Aſtronomorum obſeruationibus relictis, proprias nullaque adhuc experientia confirmatas, ad rem grauiſſimam, cuiuſmodi eſt Calendarij reſtitutio, adhiberemus. Adde, quod nulla tunc ratione perpetuum fuiſſet futurum Calendarium. Vt enim poſſit eſſe perpetuum, non debet vllis tabulis Aſtronomicis ita addici, & aſtringi, vt ab eis nulla in re vnquam diſſentiat. Nullæ enim tabulæ ad hunc vſq; diem conditæ ſunt, vel à peritiſſimis Aſtronomis, neque vero condi poſſunt, de quarum diuturnitate multum nobis poſſimus polliceri, propter motuum cæleſtium periodos nondum plane perſpectas, vt Cap. 4. lib. 1. docuimus. Sed tum demum poterit eſſe perpetuum, quando cyclus in eo deſcriptus omnes dies totius anni replet, vt æquatione debita ſuis temporibus adhibita, ad omnem anni magnitudinem poſſit accommodari, nulla prorſus in eo mutatione facta: cuiuſmodi eſſe nouum Calendarium Gregorianum, ſuperioribus duobus libris perſpicue demonſtratum eſt.

Mæſtlinum inſidi ſe nobis ſuadere, vt perfectas tabulas cõſtruamus, vt noſtrum Calendarium poſſit eſſe Perpetuum

Calẽdariũ non poſſe eſſe Perpetuũ ſi certis quibuſdam tabulis Aſtronomicis nitteretur.

HABES igitur, Mæſtline, qui tuis ineptijs (quidni enim ineptias dixerim, cum omnia tua argumenta ex mera ignorantia eorum, quæ de recta Paſchæ celebratione Patres, Conciliaque ſanxerunt, proficiſcantur, ac proinde meræ nugæ ſint) tandem aliquando reſponderit: quod neminem facturum eſſe, tibi penitus perſuadebas: propтereaque reſponſionem hanc ridibundus Elephantinum partum in tua Defenſione vocitabas. Reſpondi autem vnus ego ex omnibus, qui præclaro huic correctionis operi interfuerunt, non quod plus in me ingenij eſſe ſentiam, quam in alijs, ſed quia ita illis viſum eſt, quibus non obtemperare nefas puto. Erexit præterea me ad hoc qualecunque certamen libentius ineundum, bonitas cauſæ, & veritatis amor; vt Calendarium nouũ quiuis, modo Aſtronomiæ prorſus ignarus nõ ſit, & computum Eccleſiaſticum vel mediocriter calleat, à canino tuo allatratu nullo poſſit negotio defendere, ac tueri. Atque in hac ſane reſponſione libenter ab illis verbis abſtinuiſſem, quæ te interdum remordent, atque repungunt, niſi loquaciſſima, atque adeo impudentiſſima tua maledicentia, qua nullum conuicium, nullum verbum contumelioſum prętermittis, quod vel in Summum Pontificem, vel in nos, qui eius iuſſu Calendarium reſtituimus, non euomas, (me hominem alioquin & natura, & inſtituti mei ratione ab hoc genere dicendi alieniſſimum) ad illud faciendum coegiſſet. Certe ſi modeſte difficultatem, ſi quam habebas, propoſuiſſes, tanquam is, qui aliud nihil exoptet, quã de ijs rebus, quas neſcit, inſtrui, modeſtiſſime quoq; reſpondiſſemus. Nunc autem, quoniã modeſtiæ, & verecundiæ cancellos, ac limites tranſgreſſus es, & inſtar militis cuiuſdam glorioſi de nobis per ſexcentas contumelias, atque opprobria triumphum agere præ te tuliſti, quaſi iam victoria tibi parta eſſet, non potuimus audaciam iſtam tuam, atque arrogantiam pro dignitate non accipere: quanquam tecum maledicentia non certamus, qua omnes abs te facile ſuperantur; ſed tantum intolerandam audaciam, verborum grauitate retundimus: ita tamen, vt modeſtiæ Chriſtianæ memores ſemper ſimus.

Cur in hac Apologia à verbis aſperioribus nõ penitus abſtineatur.

Si Mæſtlinus modeſte Calendarium oppugnaſſet, modeſte ei fuiſſet reſponſum.

QVIS porro tu es, qui ex angulo orbis terræ, & Tubingæ latebris merſus, tam inſolenter vniuerſo Chriſtiano orbi te opponis, & euertere conaris id, quod Imperator Romanus, omnes Reges, Principeſque Chriſtiani, qui Eccleſiæ Catholicæ veri filij ſunt, omnes Reſpub. celeberioreſque Vniuerſitates, Romanum Pontificem vnanimi conſenſu adhortati ſunt, vt quam primum conficeret? Pudeat te (ſi quid pudoris in te reliquum eſt) inſignis tuæ impudentiæ, qua toti terrarum orbi inſcitiam tuam, ne dicam ſtultitiam, prodidiſti. Nonne ſatius fuiſſet, ſilentio Calendarium nouum cum toto orbe Chriſtiano admittere, & amplecti, ne mortales omnes præ te contemnere, perinde ac ſi ſolus ſaperes, videreris? præſertim cum Calendarium nouum tuæ falſæ Religioni, in qua pertinax viuis, & propter quam tantum bellum contra nouum Calendarium ſuſcepiſti, nulla in re aduerſetur? Sed dices, Calendarium hoc innumerabilibus eſſe refertum erroribus, & veritati Aſtronomicæ penitus repugnare: quod ferendum non erat. Quibus autem erroribus? His opinor, quos non ſemel commemorauimus. Primum Æquinoctium per æquationem in Calendario præſcriptam non retinetur in die 21. Martij, ad quem reuocatum eſt, ſed ab eo libere in vtramque partem euagatur vſque ad diem 19. & 24. quanquam ad 21. diem interim redeat. Deinde Nouilunia per Epactas ſerius, quam oportet, monſtrantur, ac proinde contingere poteſt, etſi raro, vt Paſcha in quartam Lunaris menſis hebdomadam reijciatur. Tertio Paſcha nonnunquam ex primo menſe in ſecundum, vel in duodecimum transfertur, licet raro etiam id fiat, nimirum quando Luna XIIII. Paſchalis diem 21. Martij antecedit, ſubſequitur autem diem, quo æquinoctium contigit, vel in eundem incidit; ſi forte æquinoctium verum ante diem 21. accidat: vel quando æquinoctium diem 21. Martij inſequitur, Luna vero XIIII. Paſchalis idem æquinoctium anteuertit, dummodo ante diem 12. nõ reperiatur. Quarto Paſcha dies agetur interdum, etſi rariſſime, in ipſa Luna XIIII. ante Plenilunium, ſiue Lunam XV. Ad hos enim quatuor errores omnia, quæ Calendario nouo vere à te obijciuntur, vel à quoquam alio obijci poſſunt, reuocare licet: neque ipſum alterius errati vnquam conuinces, etiamſi omnes machinas adhibeas. Verum quatuor hi errores (ſi erratum dicendum eſt, quod non temerè, ſed neceſſario admitti interdum debet) in nullo Calendario, quod per Cyclos, & regulas captu faciles, atque vniformes (vt par eſt) inſtituitur, euitari poſſunt. Quod enim ad primum attinet; ſi æquinoctium certo cuidam diei affigi debet, vt termini Paſchales ſtati ac certi præfiniantur, quod omnino in anno Ciuili, ac Politico neceſſarium eſt, quis eſt, qui non videat, æquinoctium verum ob eius inæqualem, irregularemque motum poſſe diem illum æquinoctio præſtitutum modo antecedere, modo ſubſequi? Quin immo, etiamſi motus æquinoctij foret æqualis ſemper, atq; vniformis: incommodum tamen hoc vitari nulla ratione poſſet, propter annos communes, ac biſſextiles, vt ſupra demonſtrauimus. Hunc aũt errorem tertius neceſſario comitatur, vt manifeſtum eſt. Error deinde ſecũdus omnino admittendus

Mæſtlinum in oppugnãdo Calẽdario toti orbi Chriſtiano ſe opponere.

Quatuor errores Calendarij noui, qui vitari nullo modo poſſunt, quocunque modo inſtituatur Calendarium.

Mæſtlinum præter 4 illos errores, qui vitari nequeunt nullius erroris Calẽdarium cõuiciſſe.

Digitized by Google

eſt in omni Calendario, in quo Cyclus Lunaris recte diſpoſitus ſit; ne accidat aliquando, Nouilunia Cycli coniunctiones Luminarium in cælo factas anteire, aç proinde crebrius in quartũ errorem incidatur; cũ nec ſic quidem in noſtro Calendario effugere poſſimus, quin aliquando (multo tamen rarius, quam in antiquo Calendario circa Concilij Nicæni tempora) Paſcha noſtrum in Lunam XIIII. incidat. Itaque nonne longe prudentius feciſſes, ſi hoſce, errores neceſſarios, immo & alios, ſi qui forte irrepſiſſent, cum Chriſtiano orbe vniuerſo diſſimulaſſes: quandoquidem multo maiores magiſque inſignes in veteri Calendario errores cum Eccleſia toleraſti, neque propterea tamen turbatio aliqua in Imperio, aut Repub. vlla conſecuta eſt. Sed tu tanquam clamoſus rabula, tragædias excitas in nugis, vt aliquid agere, ac dicere videaris.

QVÆ cum ita ſint, quis erit, Mæſtline, tam proiectæ audaciæ pręter vnum te, qui nouum Calendarium carpere audeat, eo quod vitata in eo non ſint, quæ nullo modo poſſunt vitari? Nec vero dubito, quin ob innatam tibi arrogantiam Calendarium nouum poſt hoc meum reſponſum iterum inuaſurus ſis, ne victus, & cauſa cecidiſſe videaris: quanquam veritatis auctoritatem apud te tantum valere ficte, ac ſimulate aſſeras, vt ei lubentiſſime ceſſurus ſis, ſi quis ex fontibus huius negotij te aliud docuerit. Sed vt omnia moliaris, vt tenebras veritati vndique offundere coneris, nihil ages, nihil efficies. Ipſa per ſe veritatis lux omnes demum tenebras excutiet, quanquam quid dico? Ita diſcuſſa eſt ſuperior illa omnis caligo, quam tu mentibus hominum obieceras, vt nullus iam ſit nouæ caligini locus, diluxit, patet, cernuntur omnia. Nihil admodum vero officere poteris, etſi tanquam Cæcias nubes trahis. Verum ſi Calendarium Gregorianum denuo oppugnare vis, atque euertere, demonſtrandum tibi erit, aut in eo alios errores, præter quatuor nuper enumeratos, reperiri, cum quatuor illi deuitari nequeant; aut frequentius Eccleſiam in eos incurrere in nouo Calendario, quam in veteri; aut certe, ſi neutrum illorum conſequi valeas, vt plane perſuaſum habeo, conficiendũ abs te erit Calendarium, quod omni prorſus careat labe, dummodo in eo annus Ciuilis (quod caput eſt) vſurpetur, & Cycli ab Eccleſia vſitati adhibeantur: quod ad Calendas Græcas te facturum ſperamus. Forti igitur animo ſis, & ad tam præclarum facinus audendum manus admoue.

Quid Mæſtlino probandum ſit, vt Calẽdariũ nouum euertat.

HIC RHODVS, HIC SALTVS.

FINIS.

APPENDIX
AD NOVI CALENDARII ROMANI APOLOGIAM

Continens


IOSEPHI SCALIGERI Elenchum & caſtigationem Calendarij Gregoriani à CHRISTOPHORO CLAVIO caſtigatam,

RESPONSIONEM ad conuicia & calumnias eiuſdem Ioſephi Scaligeri in Calendarium Gregorianum, eodem auctore: Cui acceſſit REFVTATIO CYCLOMETRIÆ eiuſdem Scaligeri,

CONFVTATIONEM Calendarij Georgij Germanni, eodem auctore,

ADMONITIONEM Theodoſij Rubei pro CHRISTOPHORO CLAVIO aduerſus Franciſci Vietæ expoſtulationem,

RESPONSIONEM Laurentij Caſtellani ad expoſtulationem Franciſci Vietæ aduerſus CHRISTOPHORVM CLAVIVM.



MOGVNTIÆ,

Sumptibus ANTONII HIERAT apud viduam REINHARDI ELTZ.

Cum gratia & priuilegio ſacræ Cæſar. Maieſt.

ANNO M. DC. XII.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOSEPHI SCA-
LIGERI ELEN-
CHVS,

Et Caſtigatio Calendarij Gregoriani

A

CHRISTOPHORO CLAVIO
BAMBERGENSI SOCIETA-
TIS IESV
CASTIGATA.

Digitized by Google

PROOEMIVM CLAVII.

ALoysivs Caſtagnerus Rupipozæus Baro Abaihenſis, vir & nobiliſſimus, & eruditiſſimus, pro veteri familiaritate, quæ mihi cũ illo interceſſerat, cum Regis Galliarum apud Gregorivm XIII. Pont. Max. Legatus eſſet, libellum nuper ad me miſit Ioſephi Scaligeri de Hippolyti Epiſcopi Canone Paſchali, cum nonnullis excerptis, vt vocat, ex computo Græco Iſacij Argyri de correctione Paſchatis: quibus ipſe anni Gregoriani Elenchũ, & caſtigationem adiunxit. Hunc ego libellum tanti viri nomine famaque captus auide arripui, magna ſpe aliquid ab eo afferri dignum ipſo, dignum patre: nec mea me ſpes omnino fefellit. Multa reperi ab eo ingenioſe excogitata, acute dicta, explicata copioſe. vt Iulij Cæſaris filium poſſis agnoſcere. Verum enimuero inter legendum (pace eius dixerim) nonnulla mihi occurrerunt, quæ minus conſiderate, quam talem virum deceret, ſcripta viderentur. Itaq; cum ego, cæteris omiſſis, ea duntaxat in margine annotauiſſem, quæ perperam ab eo reprehenderentur in Calendario Gregoriano, grauiſſimorum hominũ hortatu deniq; adductus ſum, vt ea ſcholia in lucem ederem, ne forte ijs, qui minus in hoc negotio vident, Scaligeri officiat auctoritas; & ſimul, vt ipſemet melius in poſterum ſuæ famæ, cui faueo, conſultum velit. Oro autem atque obſecro Scaligerum, vt quemadmodum ſibi licere exiſtimauit Gregorianum Calendarium, quod totus ferme orbis Chriſtianus approbauit, caſtigare, atque corrigere, ita alijs licere patiatur eius caſtigationem, non quidem obtrectandi, ſed admonendi ſtudio, caſtigare; æquoque animo ferat, libellum hunc ſuum quam caſtigatiſſimum in manus hominum venire: quod ipſe de Calendario Gregoriano videtur optare. quamquam eximia eius moderatio, quam in ipſa caſtigationis præfatione præ ſe fert, bono me animo eſſe iubet. Neque enim vereri debeo, ne amice ſe à Clauio admoneri patiatur, *qui pluris fecerit*, vt ipſemet profitetur, *ſe à Clauio reprehendi, quàm à multis laudari*; neue errores, ſi qui ſunt in hoc libello, inuitus agnoſcat, qui *ab ſe humanitus peccari potuiſſe* fateatur: præſertim vero cum in hoc genere, ſi quid peccarit, non ſibi peccarit, ſed reipub. idque vel ipſius iudicio, qui errorem noſtrum (quem nullum eſſe oſtendam) *publicum eſſe* dicit, *& familiam ducere.* Quod ſi in eo ipſo eius deprehendetur error, in quo nos arguit erroris, profecto hoc grauior putandus erit, quo grauius errat, qui ipſe errore captus irridet recta ac militari euntes via. Quo libentius faciemus, vt hominem veritatis indagandæ cupidum ſui erroris admonitum in viam reducamus. Is igitur, demonſtrata Iſacij Argyri ratione, ſic aggreditur Lilianum, ſeu potius Gregorianum Calendarium caſtigare.

SCALI-

SCALIGER.

ANNI LILIANI ELENCHVS & caſtigatio.

NON igitur noua eſt Paſchalis cultus corrigendi cura, ſed ante ducentos quinquaginta amplius annos agitata. Quæ res cum memoria auorum noſtrorum iterum excitata eſſet, & doctiſſimo Ioanni Regiomontano à Pont. Max. mandata, tam mortis eius, quam aliarum turbarum interuentu ad exitum perduci non potuit. Superioribus autem annis Gregorius XIII. nouam anni correctionem propoſuit, & maiori parti Europæ probauit ita, vt hæc noua forma calido conſenſu recepta veterẽ Iulianam ex animis vulgi penitus deleuerit. a Cum igitur reipublicæ interſit, eam quam emendatiſſimam haberi: in ea autem inſint, quæ meliora fieri poßint, immo quæ omnino emendanda ſunt, arbitror, ſi meam de ea re ſententiam propoſuero, meliora ingenia & iudicia ad idem faciendum excitatum iri. a

CLAVIVS.

a ENIMVERO nihil eſt, quod magis cupiamus, quam Calendarium Gregorianum quam optimum, & quam emendatiſſimum & eſſe, & haberi, quæ etiam cauſa fuit, cur id ipſius Gregorij Pont. Max. iuſſu omnibus ferme Chriſtiani orbis Mathematicis excutiendum proponeretur; nec prius ederetur in vulgus, quam exquiſitis omnium ſententijs, ſatis emendatum eſſe conſtaret. Nec præteritus tum fuiſſet, vir non paterna eruditione, quam ſua clarior, Ioſephus Scaliger, ſi æque in Mathematicis, atque in literatis eruditiſque viris, nomen habuiſſet: ſed quia iam in Mathematicorum numerum venit, audirique à nobis flagitat; audiatur ſane, (quoniam ita vult) confecta re, quando integra, non potuit audiri.

SCALIGER.

QVAMQVAM non ſum neſcius, quam ardua res ſit, hoc vlcus tangere, cum in fine librorum meorum de Emendatione temporum ſtrictim ac parce de hoc negotio verba fecerim, & tamen cum hac animi moderatione effugere non potuerim odium, & conuicia eorum, qui putant ſibi iniuriam fieri, ſi non in verba eorum iuremus, & ipſos nunquam errare poſſe exiſtimemus. b Itaque, vt audio, delegata fuit cura doctiſſimo Mathematico Chriſtophoro Clauio, vt in me ſcriberet: & ne de hac re dubitem, Antonius Poſſeuinus in ſua illa tepida in Chytræum Apologia malum mihi à Clauio intentat. b

CLAVIVS.

b MIHI vero nunquam delegata eſt cura, vt in Scaligerum ſcriberem, ſed vt intolerandam Mæſtlini audaciam frangerem, quod in Calendarij Gregoriani Apologia efficere conati ſumus. quo in libro quæcunque homo audaciſſimus in nouum Calendarium effutiuerat, planè perſpicueque coarguimus. Nec vero Poſſeuinus vllum Scaligero *malum à Clauio intentat*, ſed eam duntaxat, quam diximus, Apologiam noſtram Calendarij oppugnatoribus denunciat. Atque vtinam eam Scaliger veri cognoſcendi magis, quam contradicendi ſtudio, examinaſſet, profecto animum à Caſtigatione Calendarij ad defenſionem traduxiſſet, meliore vel prudentiæ, vel ingenij fama.

SCALIGER.

AVIDISSIME diu illum librum expectaui, c quem etiam inter manus Clauii multi ſe vidiſſe mihi aut dixerunt, aut ſcripſerunt. c

CLAVIVS.

c TOTVM hoc commentitium eſt. Somniaſſe videlicet oportet iſtos, qui *aut dixerunt, aut ſcripſerunt, ſe inter manus meas vidiſſe*, quod nunquam fuit. Gaudeo tamen Scaligerum auiditatem illam ſuam, quaſi famem integram ad hanc noſtram admonitionem afferre, vt in poſterum & modeſtior fiat, & cautior.

SCALIGER.

EGO ſane, qui pluris fecerim, me à Clauio reprehendi, quam à multis laudari, non poſſum comminiſci, quam ille aut cauſam, aut materiam in me ſcribendi nanciſci potuerit, cum à me nihil dictum ſit, quod vllius boni animum offendere poßit. Nam ſi qui ſunt errores in libris meis, (& quidni humanitus à me peccari potuiſſe confitear?) non debent tanti viri cogitationes ſuas à melioribus occupationibus ad meas nugas refellendas traducere. Equidem eos ea cura libero. Ne fruſtra ſint; ego meos errores melius, & lubentius correxero, quàm ipſi animaduertere poßint. Quod ego peccaui, mihi peccaui, non reip. Eorum error publicus eſt, & familiam ducit. Hortor igitur eos, circumciſa omni ambitione & maleuolentia, vti homines liberaliter educatos facere oportet, ne ita aut ſua ament, aut nos oderint, vt deſperent, à nobis meliora auferri aliquando poſſe.

CLAVIVS.

a NIL hortatione opus eſt. Libentibus nobis hunc eripies errorem, ſi errorem eſſe probaueris: nec æquos ſolum nos habebis, ſed etiam gratos. Expecto interim, quæ tandem ſint iſta, quę meliora abs te poſſe afferri putas; quandoquidem te vnum plus omnibus vidiſſe confidis.

Digitized by Google

SCALIGER.

c VT fecit Poſſeuinus: qui in Apologia ſua Methodum noſtram in cyclum Solarem anni Liliani confidentiſſime exagitat, qua tamen melior excogitari, neque breuior poteſt. Et mirum eſt, hominem, qui nihil non facit, vt omnibus perſuadeat, ſe ſolum doctum, & ſapientem eſſe, melius exiſtimationi ſuæ non conſuluiſſe. Sed & in illa Apologia, & in Bibliotheca, quæ nuper prodiit, manifeſto oſtendit, ſe meum opus non legiſſe, aut non intellexiſſe: vt cum dicit, me decreta patrum Nicænorum improbare, aut neſcio quid tale φορτικὸν & inciuile. Oſtendat mihi ille cenſor morum, & Criticus librorum, vbi hoc legerit in toto opere meo.

Credimus an qui odere, ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Ecquis finis ſcribendi futurus eſt, ſi quis volet in eius Bibliothecam inquirere?

Perdere ſi quis in his dignabitur otia curis?

Ecquod opus in lucem prodiit magis oportunum qua iuſtis, qua iniuſtis reprehenſionibus, quam eius Bibliotheca? Quis vnquam vidit confidentiam magis ſecuram alieni iudicij? Sed redeo ad rem. Ego, quod ipſe ſciat, neque vnquam conſilium de anno, aut Paſcha corrigendo reprehendi, neque aliter me animatum fuiſſe, omnes, qui mea ſcripta legent, fatebuntur. Quid vero in hac forma noua reprehendam, & quid omnino corrigendum ſit, aperiam, ſi prius de inſtituto auctoris anni aliquid dixero.

CLAVIVS.

c NIMIS iracunde tu quidem, mi Scaliger, ne dicam intemperanter, inueheris in Poſſeuinum virum & doctum, & moderatum, & pium. Quod enim verbum in eius Apologia de te non plenum modeſtiæ, officii, pietatis? An illud te male habuit, quod tuam methodum improbauit? At reprehenſiones eorum, qui inter ſe ſententiis diſſident, vituperandæ non ſunt, ſi maledictis, & contumeliis vacent. Concertatio quippe de rebus dubiis cos eſt ingeniorum, & parens veritatis. Deinde cur illi non licuerit improbare tuam methodum, cum tibi Lilianam Pontificia auctoritate comprobatam improbare licuiſſet? Vide, quæſo te, ne ſi quis illius Apologiæ modeſtiam comparet cum hac, vt leuiſſime dicam, iracundia tua, vetus illud in te conferat.

Fœnum habet in cornu, longe fuge.

AT memento, nihil nec recte fieri cum iracundia, nec recte factum iudicari. Nam in Bibliotheca, vt Poſſeuinus aliqua fortaſſe culpa teneatur erroris humani, qui voluerit de omnibus ferme nobilibus ſcriptoribus ferre iudicium, cum ſciret, tam multos deinde iudices de ſuo iudicio iudicaturos, tamen non venia ſolum dignus eſt, ſed fortaſſis etiam laude. Nam vt de Cicerone, & Hieronymo taceam, fecit idem, quod pater tuus, vir doctiſſimus, fecerat: fecit idem, quod tu quotidie facis. Non video, cur illi interdictum ſit, quod vobis omnium conceſſu licere exiſtimas: niſi vero hanc libertatem de cœterorum libris iudicandi, confidentiamque ſecuram alieni iudicii, veſtræ familiæ propriam ducitis. At enim multa ſunt in ea Bibliotheca, quæ tibi non probantur: eſto. Multa certe erunt, quæ aliis & probentur, & proſint. Nam vt omnia, quæ ſcribas, probentur omnibus, optandum magis eſt, quam ſperandum. Porro quod illam Biblothecam adeo contemptim exagitas, vereor, ne illis, qui illam legerint, ipſe videaris φορτικὸς illud, & inciuile, quod in Poſſeuino ſine cauſa reprehendis, admittere.

SCALIGER.

DE CYCLO SOLIS IN PERIODO Liliana.

EX modo anni tropici Alphonſino, quo melior hactenus reperiri non potuit, iamdudum à peritis animaduerſum eſt, in annis 134. Iulianis vnum biſſextum ſuperuacuum eſſe, & in 402. tria. Sed neglectis duobus annis, putarunt tuto aſſumi poſſe 400. annos pro iuſta periodo, quod is ſit quaternarius numerus, & ideo rationi biſſexti conuenientior, quo interuallo 97. tantum biſſexta vſurpanda ſint, & periodo vertente, hoc eſt, anno quadringenteſimo primo, Calendæ Ianuarii in eandem literam Dominicam incurrant. Nam 400. annis Ægyptiacis in ſeptem diſtributis, remanet vnitas, quæ cum 97. biſſextis compoſita facit 98. ſeptenarium numerum. Igitur ſi verbi gratia, Calendæ Ianuarii anni primi inierint à Dominica, vltimæ Decembris anni quadringenteſimi incidet in Sabbatum, & proinde Calendæ anni quadringenteſimi primi conferentur in Dominicam, vt in anno primo. Erit ergo iuſta periodus anni tropici. Hoc cum iamdudum à peritis decretum eſſet ante hos centum, aut amplius, annos, Lilius hanc periodum amplexus ad anni correctionem aggreſſus eſt, exemptis de Calendario decem diebus, vt pro xi. ſcilicet Martii, xxi. putaretur. Cum igitur in quadringentis annis tria biſſexta perimi debeant, ipſe ea de fine primæ, ſecundæ tertiæ Centuriæ eximit: finem autem quartæ centuriæ biſſextilem eſſe ſinit; vt, exempli gratia, Februarius annorum Chriſti 1700. 1800. 1900. erit non viginti nouem dierum, ſed vigintiocto: Februarius autem anni 2000. erit viginti nouem. Conſtat igitur Tetracoſieteris Liliana quatuor centuriis, centuria ternis cyclis Solaribus cum ſexdecim annis cycli quarti inchoati, vt in centuriis prima, ſecunda, tertia vna litera biſſextilis omittatur in anno xvi. Cycli Solaris quarti: quemadmodum in ſubiecto Laterculo habes, in quo ſub centuriis 0. 100. 200. è regione 16. anni cycli habes geminam literam, maiuſculam, & minuſculam, Cb, Ed, Gf, ambæ procedent in annis 16. 44. 72. Sed in anno 100. hoc eſt in 16. quarti cycli minuſcula litera incipit cyclum Centuriæ ſequentis: vt vides in Laterculo. Fingimus igitur ſemper æquinoctium fuiſſe in xxi. Martii ab initio Epochæ Chriſti. Abiectis igitur omnibus 400. de annis Chriſti, relin-

Digitized by Google

relinquuntur anni Tetracoſieteridis currentis. in quibus conſiderandum eſt, quota ſit centuria, & quotus annus cycli Solaris in centuria: & ex Laterculo habebis literam Dominicalem Lilianam. Volo ſcire literam Dominicalem anni præſentis 1594. Abiectis omnibus 400. remanent anni 394. currentis centuriæ: quarum tres iam lapſæ ſunt, & annus 94. currit quarta centuriæ. In Laterculo in annis expanſis è regione annorum 94. ſub 300. hoc eſt, ſub tertia centuria lapſa, habes in angulo communi literam B, Dominicalem huius anni 1594. Rurſus volo ſcire literam Dominicalem anni 1800. Abiectis omnibus 400. remanet annus centeſimus ſecundæ centuriæ. Sub 100. prima ſcilicet centuria lapſa, è regione annorum 100. habes in angulo communi Ed. Et quia eſt centeſimus annus centuriæ, litera d, non faciet biſſextum, ſed continuabitur, vt in anno communi. At in anno 1744. & 1772. ambæ aſſumentur: quod biſſexti habeatur ratio. Rurſus de annis 1600. Chriſti abiectis 400. relinquitur annus centeſimus quartæ centuriæ. Sub 300. è regione 100. occurrit in communi angulo litera gemina BA, nimirum vtraque maiuſcula: quo notatur, ſemper A, ſumi in biſſextum, hoc eſt, vtramque literam in eo anno locum habere, priorem à Ianuario ad locum biſſexti, alterum à loco biſſexti ad exitum anni. Hæc methodus expeditiſſima eſt. neque vlla

LATERCVLVS CYCLI SOLARIS LILIANI.

Anni expanſi Centuria Liliana.				0	100	200	300	*Anni Chriſti.*		*Character Cycli ☼ Iuliani.*
1	29	57	85	G	B	D	F	1	1801	xxv
2	30	58	86	F	A	C	E	101	2901	xiij
3	31	59	87	E	G	B	D	201	3001	j
4	32	60	88	DC	FE	AG	CB	301	3101	xvij
5	33	61	89	B	D	F	A	401	3201	xvij
6	34	62	90	A	C	E	G	501	3301	v
7	35	63	91	G	B	D	F	601	3401	xxj
8	36	64	92	FE	AG	CB	ED	701	3501	ix
9	37	65	93	D	F	A	C	801	3601	ix
10	38	66	94	C	E	G	B	901	3701	xxv
11	39	67	95	B	D	F	A	1001	3801	xiij
12	40	68	96	AG	CB	ED	GF	1101	3901	j
13	41	69	97	F	A	C	E	1201	4001	j
14	42	70	98	E	G	B	D	1301	4110	xvij
15	43	71	99	D	F	A	C	1401	4201	v
16	44	72	100	Cb	Ed	Gf	BA	1501	4301	xxj
17	45	73		A	C	E	G	1601	4401	xxj
18	46	74		G	B	D	F	1701	4501	ix
19	47	75		F	A	C	E	1801	4601	xxv
20	48	76		ED	GF	BA	DC	1901	4701	xiij
21	49	77		C	E	G	B	2001	4801	xiij
22	50	78		B	D	F	A	2101	4901	j
23	51	79		A	C	E	G	2201	5001	xvij
24	52	80		GF	BA	DC	FE	2301	5101	v
25	53	81		E	G	B	D	2401	5201	v
26	54	82		D	F	A	C	2501	5301	xxj
27	55	83		C	E	G	B	2601	5401	ix
28	56	84		BA	DC	FE	AG	2701	5501	xxv

melior eſſe poteſt, quæ quidem ex ſcripto diſcatur. Quæ vero memoriter teneri poteſt, longe expeditior eſt, ſi tenueris quatuor primas literas initiales quatuor centuriarum, G, B, D, F. Pro quibus ſume quatuor verba, Gratis, Bonus, Dei, Filius, *de technico illo verſu vulgatiſſimo.* Filius eſto Dei, Cœlum Bonus accipe Gratis. *Quater enim interrumpitur cyclus antiquus. Itaque initio primæ centuriæ cyclus Solis incipiens à* GRATIS, *ſtatuit eam vocem in ima radice indicis.* FILIVS, *in ima radice medij,* ESTO *in ima radice Medici,* DEI *in ima Auricularis, & ita deinceps, vt ſolet in vulgari methodo cycli Solaris. In ſecunda centuria initio ſume* BONVS, *in ima radice, Indicis.* ACCIPE *in ima medii, &c. vt patet ex ſubiecta formula,*

IIII		III		II		I
Filius	*Eſto*	*Dei*	*Cœlum*	*Bonus*	*Accipe*	*Gratis*

In qua GRATIS *habet* I, *pro prima centuria,* BONVS II, *pro ſecunda,* DEI III, *pro tertia,* FILIVS IIII. *pro quarta. Vnde etiam colligis interruptionem rationis hebdomadicæ fieri per omiſſionem vnius literæ: nempe interruptionem à* GRATIS *ad* BONVS, *hoc eſt, à prima centuria ad ſecundam fieri omiſſione vocis* ACCIPE:

inter-

Digitized by Google

interruptionem autem à BONVS *ad* DEI*, per omiſſionem vocis* CÆLVM*: & ita in alijs. Qui huic tam expeditæ methodo obtrectari velit, eum aut malignum, aut harum rerum imperitum eſſe oportet. Et tamen hæc eſt, quam damnat Poſſeuinus. Quod ſi quis per cyclum Solis Iulianum hoc tractare velit, poterit ita facere. Annum Chriſti ſumat è Laterculo ex annis Chriſti collectis, ſi præciſe inuenitur. ſin autẽ, proxime minorẽ, è cuius regione character cycli Solaris ſumptus, & in formula cycli Solaris numeratus vſq; ad annũ cycli Solis currentem, oſtendet literam Lilianam. Exemplũ. Volo ſcire literam Dominicalẽ anni 1601. Annus præciſe inuenitur in annis Chriſti collectis. E cuius regione character* XXI. *in formula cycli Solis, erit annus primus cycli Solaris. Itaque cum in dicto anno 1601. annus cycli Solaris ſit quartusdecimus, is numerus à* XXI. *putatus in formula deſinet in* VI. *iuxta quem litera G, eſt litera Dominicalis anni propoſiti 1601. Rurſus volo ſcire literam Dominicalem Lilianam in anno 1741. qui numerus non inuenitur præciſe in annis collectis. Numeri proxime minoris 1701. character eſt* IX. *& eſt annus cycli Solaris Iuliani quartusdecimus. In formula, quatuordecim à* IX. *putata deſinent in* XXII. *& ideo in litera A, quæ eſt litera Dominicalis Liliani anni propoſiti 1741. Quod verũ deprehendes ex altera methodo è regione annorum 41. expanſorum ſub 100. centuria prima lapſa: vbi eſt eadem litera A. Et hæc quoque methodus, quamuis ſit eadẽ cum Liliana, quanto tamen expeditior ſit, quam ipſa Liliana, hominem modeſtum, & peritum harum rerum, non Poſſeuinum, iudicem fero.*

CYCLVS SOLIS IVLIANVS.

1	GF
2	E
3	D
4	C
5	BA
6	G
7	F
8	E
9	DC
10	B
11	A
12	G
13	FE
14	D
15	CB
16	B
17	AG
18	F
19	E
20	D
21	CB
22	A
23	G
24	F
25	ED
26	C
27	B
28	A

CLAVIVS.

a SIC profecto eſt, vt prouerbio fertur. Suum cuique pulchrum. te tua, me delectãt mea. Alijs & melior videtur, & expeditior illa methodus, quæ in Apologia à nobis propoſita eſt, qua ſine cyclo Solari litera Dom. inuenitur, (vt lib. 3. Apol. docuimus) & quidẽ memoriter, ne hoc Scaliger aut quiſq̃ in ea deſideret. Nec vero hãc Scaligeri methodum poſt correctum Calendarium improbo. video n. vſui eſſe poſſe: verum id habet vitij, quod in futurum duntaxat tempus valet, non etiam in præteritum. Nam ſi in ſuperiores annos reuocetur, falſam literam dominicalem oſtendet, etiamſi fingas, vt ipſe vult, æquinoctium eſſe 21. Martij. Etenim exempli gratia, anno 325. hoc eſt, tempore concilij Nicæni, æquinoctium in 21. Martij veram, non fictam ſedem habebat: tamen Scaligeriana methodus offert literam dominicalem D, cum fuerit C.

SCALIGER.

DE EPACTIS LILIANIS.

HIPPARCHVS *primus omnium deprehendit in annis Ægyptiacis 304. & diebus 75. abſolutam fieri Lunæ ἀποκατάστασιν, vt nihil de epilogiſmo Lunari reliquum fiat. Sed 304. anni cum 75. diebus ſunt minores annis Iulianis 304. die vno; cum annu 304. Iulianis biſſexta 76. congruant.* a *Ergo Epactæ Iulianæ in Calendario poſt 304. annos anteuertent vno die.*

a

CLAVIVS.

HOC auctoritate magis, quam veritate nixum, ſi diligentius excutiatur, nutat, totumque Scaligeri ædificium, quod hac velut ſubſtructione excitatur, pariter ruit. Nam ſi Luna in 304. annis anteuerteret ſedem ſuam vno die, hoc eſt, 24. horis, anticiparet in vno cyclo decennouennali hor. $1\frac{1}{2}$. quod falſum eſt, & contra omnes Aſtronomos. Vt enim lib. 2. Apologiæ cap. 1. ex Ptolemæo, Alphonſo, & tabulis Prutenicis oſtendi, in vno cyclo anticipat tantum hor. 1. min. 27. ſec. 31. ter. 55. ita vt annis $312\frac{1}{2}$. vnum ferme diem anticipet. Sed ne actum agamus, qui plura ea de re deſiderat, perlegat cap. 1. lib. 2. Apologiæ. Verum enimuero ſatis mirari nequeo, cur Scaliger, quo haud ſcio, an nemo in alienis inuentis excutiendis, exagitandiſque exercitatior fuerit, hac in re adeo ſe præbuerit diſſimilem ſui; atq; adeo cur ex falſis redarguendis non veram laudem quæſierit, qui ſæpe ex verorum exagitatione celebritatem nominis quærat: præſertim vero, cum ille ipſe Iſacius Argyrus, quem tantopere amplectitur, eius rei facile illum potuerit admonere. Is quippe (vt vel ex ipſo in excerpto de correctione Paſchatis intelligi poteſt) diſertis verbis docuit, Lunam annis 304. non exacte vnum diem anteuertere.

SCALIGER.

ESTO *nouilunium, vel prima menſis lunæ, in tertia Decembris Iuliani, hoc anno 1594. in quo epacta eſt* XVIII. *quæ ex veteri vſu Computatorum à Martio incipit. Quare cum December à Martio decimus ſit, epacta 18. prima luna incidit in* III. *Decembris. Sed poſt 304. annos, hoc eſt, anno 1898. eadem neomenia anteuerterit vnum diem, & iam non amplius erit in* III. *ſed in* II. *Decembris. Ergo ad nouilunium indicandum epacta illa vetus 18. erit inutilis, & pro ea epacta 19. aſſumenda. Denique poſt alios 304. annos, hoc eſt, anno 2202. epactam 19. noua epacta* XX. *excludet. Epacta igitur in anno Iuliano & ſurſum nituntur, & augentur vnitate pro ratione decrementorum periodi Hipparcheæ: Contrarium fit in anno tropico. Nam in eo epactæ deorſum præcipitantur, poſt annos 228. aut 247. Hoc igitur anno 1594. nouilunium eſt in 13. Decembris, Epacta Liliana 8. Anno 1841. idem nouilunium deſcendet in 14. diem, Epacta autem erit 7. & ita ſemper, niſi quiddam, quod obſtet, interuenerit. Augetur igitur epacta in anno Iuliano, decreſcit in Tropico. Ergo epactæ*

tam

Digitized by Google

tam in Iuliano, quam in Tropico ab vnitate κατὰ μετέμπτωσιν ſurſum aſcendunt ſecundum naturalem ſeriem, & infra peſſum eunt, contra naturalem ſeriem, κατὰ προέμπτωσιν. Si igitur epacta ex 18. fit 19. in anno Iuliano ex 8. fit 9. in Tropico, ergo Epactæ percurrunt omnem tricenarium numerum poſt aliquot millia annorum. Igitur inſtituendus erit cyclus epactarum perpetuus ab XI. ad XXX. ſemper progrediendo per ndenarium numerum propagatus. Et quia in Calendario incrementorum aut decrementorum ſeries retrograda eſt, non alia poterit in Calendario annotari, niſi retrograda. [a] *Non igitur verum eſt, quod doctiſſimus Mathematicus Clauius initio Capitis III. libri ſecundi Apologiæ ſcribit, epactas ſecundum ſeriem naturalem ab vnitate ad triginta deorſum deſcendere poſſe. Neque video quam defenſionem ſententiæ ſuæ parare poßit. Ex illis enim, quæ demonſtrauimus, omnino retrogradas eſſe neceſſe eſt; & alias inſtitui non poſſe. Nos eiuſmodi epactas tricenarias retrogrado ordine progredientes vidimus olim in Calendariis duobus vetuſtis. alterum Miſſali Romano elegantiſſime ſcripto, alterum perantiquo Pſalterio præfixum erat.*

CLAVIVS.

[a] AT verum eſſe oſtendam, tibique ipſi doctiſſime Scaliger, probabo, ſi quod ibi breuiter perſtrinxi, hic pluribus explicabo, faciamque vt videas, quod videre te negas, quam defenſionem ſententiæ meæ parare poſſim, Epactæ in Calendario ſunt indices Nouiluniorum: adeo vt loco ipſarum poni poſſint quæcunque alia ſigna. Itaque quemadmodum nunc, quando Epacta eſt 13. Nouilunium incidit in diem 18. Martij, & ſequenti anno in diem 7. currente Epacta 24. quam indicat tabella Epactarum hoc ſeculo currẽtium: ita quoq; ſi ordine recto collocatæ eſſent Epactæ, vt à diebus non differrent, pro Epacta 13. tabella numerorum Nouilunia monſtrantium offerret nobis numerũ 18. atque ita rurſus eſſet Nouilunium die 18. Martij. Sequenti deinde anno eadẽ tabella exhiberet nobis numerum 7. pro Epacta 24. qui nimirũ numerus 7. vndecim vnitatibus minor eſt, quam 18. numerus præcedentis anni; quemadmodum & Epacta 24. vndecim vnitatibus maior eſt, quam Epacta 13. antecedentis anni. Certe hic Romæ à quodam Mathematico perito congregationi Calendarij propoſitum eſt Calendarium, in quo 30. numeri Epactarum directo ordine deſcripti erant, ac rectiſſime Nouilunia indicabant, non ſecus atque ipſæ Epactæ retrogrado ordine diſpoſitæ. Cæterum quia in illis numeris non ſeruatur incrementum Epactarum per 11. vnitates, ſed per decrementum, præoptauimus ordinem retrogradum, vt magis naturaliter Nouilunia indicarentur, quod lib. 2. Apologiæ cap. 3. tradidimus. Apparet igitur, Epactas in Calendario progredi poſſe recto ordine, quamuis tunc non ſeruent rationem Epactarum, ſed tantum ſigna ſint Nouiluniorum. Atque hoc illud eſt, quod in Apologia ſignificare voluimus.

SCALIGER.

INSTITVTO igitur cyclo Epactarum perpetuo, & annotatis retrogrado ordine Epactis in Calendario, [a] *Lilius vidit quartamdecimam Paſchalem Dionyſianam in anno Iuliano anteuertiſſe triduo per totum cyclum ſine vlla exceptione, præterquam in annis 8. & 19. cum ſcilicet Epactæ ſunt 28. & 29. quæ quidem Epactæ anteuertunt ſedem Dionyſianam non, vt reliquæ 17. triduo, ſed quatriduo. Anteuertent igitur quartamdecimam huius ſeculi vno die. Nam hodie, cum Epacta eſt 28. in Calendario Iuliano, quartadecima eſt in XV. Aprilis. Igitur 28. Epacta debet conſtitui in 2. Aprilis. Rurſus quartamdecima hodierna, cum Epacta eſt 29. in Calendario Romano eſt in 14. Aprilis. Ergo Epacta 29. debetur Calendis Aprilis. Cum igitur Calendæ Martii incipiant ab Epacta 30. ſiue 0, quod idem eſt, erit rurſus eadem Epacta 0, in vltima Martij, ſi quidem Calendæ Aprilis vindicant Epactam 29.*

CLAVIVS.

HOC verò ariolari, ac diuinare velle eſt. Nunquam enim Lilius, aut Gregoriani Calendarij conditores iſtam rationẽ collocandi in Calendario Epactas, ne per ſomnium quidem cogitarunt: ſed vera ac germana ratio explicata à nobis eſt cap. 3. lib. 2. Apologiæ, quo lectorem reijcimus.

SCALIGER.

SED vrgemur incommodo ex altera parte. Nam menſes Lunares politici, vt nemo neſcit, alternis ſunt pleni, & caui, id eſt, tricenûm, & vndetricenûm dierum. Quod ſi ita ſtatuamus Epactas, vt 0 ſit in Calendis. & in vltima Martij, & in 30. Aprilis, & ſic deinceps: Omnes igitur menſes Lunares fuerint tricenûm dierum, & annus Lunaris, qui explicatur 354. diebus, conſtabit ex ſolidis 360. quod eſt abſurdum. Præterea Epacta XXIIII. hoc facto manet inutilis methodo quartadecimæ Paſchatis. Citimus terminus Paſchalis eſt 21. Martij, remotiſſimus 18. Aprilis. Sed Epacta 24. conſtituit quartamdecimam Paſchalem in XIX. Aprilis, nempe vltra terminum remotiſſimum. Eadem etiam in Martio ſtatuet quartamdecimam in XX. menſis citra citimum terminum. Epacta igitur XXIIII. erit inutilis ad Paſcha ſemper, & hoc ſeculo præſertim, cum circumciſis decem diebus, Epacta vetus Iuliana IIII. ſit hodie XXIIII, in anno cycli XIIII. cuius quartadecima Luna Dionyſiana hærebat in XII. Aprilis, hodie autem κατὰ προέμπτωσιν tridui eſt in IX. Aprilis. Exemptis igitur decem diebus, eadem deprehenditur in XIX, Aprilis Liliani, vt iam dictum eſt. Quod igitur huic malo remedium excogitabitur? Epactarum ratio, propter quartamdecimam Paſchalem præcipue reperta eſt, [a] *quæ autem Epactæ quartamdecimam in Martio oſtendunt, eædem Epactæ in alijs menſibus quartamdecimam oſtendere debent: vt exempli gratia, cum Epacta eſt XVIII. quartamdecimã Lunam oſtendit Epacta V. per totum annum. At hoc non poterit fieri, ſi Epacta XXIII. ſtatuatur in VI. Aprilis. Nam quartamdecimam Martij oſtendet Epacta XI. Vt igitur in Aprili Epacta XI. oſtendat quartamdecimam, neceſſario Epacta XXIIII. debet eſſe in V. Aprilis. Erunt igitur duæ Epactæ in eadem ſede.*

CLAVIVS.

NIMIRVM hoc vſquequaque verum non eſt. Etſi enim in Exemplo abs te allato id eueniat, tamen quoties intercurrit collegium duarum Epactarum 25. 24. vel vt ipſe vis, Epactarum 0, 29. hic ordo interrum-

terrumpitur. Nam cum Epacta eſt 8. quartamdecimam oſtendit in nonnullis menſibus Epacta 24. in alijs vero 25. Non ergo eadem Epacta per totum annum quartamdecimam monſtrare poterit. Sed dices fortaſſe, quartamdecimam Epactæ 8. non cadere in Martium, ſed in Aprilem, accipiamus ergo Epactam 22. in Februario, cuius quartamdecimam in Martio indicat Epacta 20. Deinde Nouilunium indicat Epacta 3. cuius quartamdecimam in Aprili oſtendit Epacta 19. vbi igitur latet Epacto 20. indicans quartamdecimam: quam vtique eſſe oporteret, niſi Scaligeriana ratio claudicaret? Sed vtcunque res habeat, nos huiuſce rei nullam habuimus rationem, quod ad rem noſtram nihil facere videretur.

SCALIGER.

a *QVOD quidem ſi alternis ſyzygijs obſeruetur, ita menſes fuerint alternis pleni & caui, prout ratio anni Lunaris politici poſtulat. Rurſus alia mora obijcitur. Nam cum collegium duarum Epactarum XXV. XXIIII, in eandem diem quintam Aprilis coniectum ſit: quoties accidet in eodem cyclo Epactam vtramque reperiri, neceſſarium erit, Nouilunium bis in eodem die contingere in vno cyclo: quod eſt abſurdum. Ab anno 1900. ad annnm 2199. Epacta XXV. erit in aureo numero XVII. Epacta autem XXIIII. in aureo numero VI. Ab anno 3100. ad 3399. Epacta XXV. erit in aureo numero xij. Epacta xxiiij. in aureo numero primo. Anno 3800. ad annum 4099. Epacta xxv. aureo numero xv. congruet, xxiiij. autem aureo numero quarto. Denique ab anno 4500. ad annum 4699. Epacta xxv, conuenit aureo numero xviij. Epacta xxiiij. aureo numero vij. Ita in eodem cyclo occurrit vtraque Epacta xxv. xxiiij.*

CLAVIVS.

a HIC omnino rectè argumentatur doctiſſimus Scaliger. Nec vero aliter nos ratiocinati ſumus in Apologia cap. 3. lib. 2. Et ſcilicet Nouiluniorum ratio id poſtulat.

SCALIGER.

a *HVIC incommodo ita mederi viſus eſt, ſi Epactam 25. nigram cum Epacta xxvi. coniungeret: cui locus erit, quoties numerus aureus maior erit, quam xi. Tunc enim illa Epacta 25. atrata exoraordinaria ſumetur pro ordinaria xxv. miniata: quia vt diximus, ab anno 3100. ad annum 3399. Epacta 25. congruit aureo numero xij. Nullus autem minor eſt aureus numerus, cui illa Epacta vnquam competere poſſit. Propter eandem cauſam, quoties aureus numerus minor erit, quam xij. ſumenda erit Epacta xxv. ordinaria miniata.*

CLAVIVS.

a ET quidem prudenter auctor Calendarii hoc remedium adhibuit. Argumento eſt, quod ipſemet Scaliger, qui hoc remedium neglexit in illo ſuo collegio Epactarum o. 29. haud quaquam hoc vitauit incommodum, vt ſuo oſtendemus loco.

SCALIGER.

b *HÆC nos ideo fuſius tractauimus, quia doctiſſimus Clauius in ſua ad Mæſtlinum Apologia, neque quare Calendis Aprilis xxix. Epacta pro xxviij. notata fuit, expoſuit, neque quare Epacta xxiij. potius, quam quæuis alia loco ſuo luxata. Nam qui has noſtras cum illius rationibus contendet, facile, vtrius ſint veriores, deprehendet.*

CLAVIVS.

b QVAM vere hæc dicantur, facile intelliget, qui caput 3. lib. 2. Apologiæ perlegerit: vbi ratio affertur huiuſce diſpoſitionis Epactarum in Calendario, idque adeo fuſe & copioſe, vt hoc labore Scaliger ſuperſedere poſſet, niſi inanem ſumere operam vellet, & ex alijs creſcere.

SCALIGER.

RVRSVS quoties Epacta primi aurei numeri eſt vnitas, tunc Epacta xix. concurrit cum vltimo numero aureo xix. Ideo in vltimam Decembris Epacta nigra 19. cum xx. coniecta fuit, quæ locum habeat, quoties aureus primus numerus eſt vnitas. Tunc enim, vt iam dictum eſt, Epacta xix. concurrit cum aureo numero xix. Vnitas, vt diximus, in ſequenti anno, eſt primus aureus numerus, notatus in xxx. Ianuarij. A Calendis Decembris ad 30. Ianuarij, ſunt tres ſyzygiæ. Et quia Epacta eſt xix. currens, quando vnitas eſt primus numerus, nulla autem Epacta xix. poſt Cal. Decembris, ad 30. Ianuarij, notata ſit in Calendario: ideo pro xx. Epacta 19. nigra aſſumenda eſt, ne duæ ſyzygiæ tranſeant ſine Epacta. Hoc autem non accidet, niſi in annis 1595. 1614. 1633. 1652. 1671. 1690. Nam multa millia annorum expectanda eſſent, vt iterum aureus primus numerus ſit vnitas.

CLAVIVS.

NÆ ille, ſi nigram Epactam 19. quam tantopere contemnit, in vltimo Februarij die collocaſſet, in tantas ſalebras non incidiſſet: quippe qui conſtituere cogatur Lunationem dierum 59. vt deinde oſtendemus. quod quam ineptum atque adeo monſtroſum ſit, nemo non videt.

SCALIGER.

HIS animaduerſis, reſtabat tabula æquationis Epactarum, quæ notat mutationes Epactarum ſecundum μετεμπτώσεις earum in centurijs annorum Chriſti. Sumptum eſt autem initium à numero aureo iij. qui temporibus Niceni Concilij annotandus

Digitized by Google

tandus fuiſſet in Calendis Ianuarij. Ideo quoties currens aureus numerus ex tabula æquationis in tabulam cycli Epactarum perpetuā conferendus eſt, retrocedendum eſt ad tertiam à nota propoſita cellulam, vt habeas primum aureum numerum currentem in anno propoſito. [a] *Nos vero expeditiorem Epactarum methodum apponemus, quam Lilianam, quæ ſine retroceſſione illa ſtatim primum numerum oſtendat. In tabula ſubiecta æquationis Epactarum ab anno Chriſti primo, ad 320. quod eſt ſeculum Nicænæ Synodi, Epacta primi aurei numeri erit 7.*

TABVLA ÆQVATIONIS EPACTARVM.

Anni Chriſti	1	320	500	800	1100	1400	1582	1600
Character Epactæ.	7.	8	8	9	10	11	1	1
Anni Chriſti	1700	1800	1900	2000	2100	2200	2300	2400
Character Epactæ.	●	0	29	29	29	28	27	28
Anni Chriſti	2500	2600	2700	2800	2900	3000	3100	3200
Character Epactæ.	27	26	26	26	25	25	24	24
Anni Chriſti	3300	3400	3500	3600	3700	3800	3900	4000
Character Epactæ.	24	23	22	23	22	21	21	21
Anni Chriſti	4100	4200	4300	4400	4500	4600	4700	4800
Character Epactæ.	20	19	19	19	18	18	17	17

CYCLVS EPACTARVM LVNARIVM PERPETVVS.

o	xj	xxij	iij	xiiij	25 xxv	vj	xvij	xxviij	ix
xx	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix
x	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	19 xix

CLAVIVS.

[a] Hoc vero optimum, vt Scaliger vir ingenioſiſſimus noſtra nobis obtrudat, pro ſuis. Etenim iſta quoque Epactarum methodus noſtra eſt, & lib. 2. Apologiæ cap. 4. luculenter explicatur: vbi etiam cauſa affertur, cur illam alteram huic antepoſuerimus. Maluimus quippe ab aureo numero iij. incipere, quam ab j. vt conſtaret tabellam cycli Epactarum perpetuam ex tabula expanſa excerptam eſſe: & vt characteres in cyclo perpetuo Epactis ſuperpoſiti ætatem Lunæ in Martyrologio indicarent.

SCALIGER.

QVIA in anno Iuliano mutatio Epactarum, vt oſtendimus, [a] *fit poſt annos 304. Sed Lilius neglectis 4. omnibus 300. annis putauit mutationem fieri in Epacta Iuliana.*

CLAVIVS.

[a] ATQVI nos poſt annos 312 ½. fieri ſupra oſtendimus: Nec Lilius illos 12 ½. annos, qui tres centurias excedunt, negligit. Eos enim reuocat in numerum, vbi nouam Centuriam expleuerint. quo tempore pro 300. annis 400. obſeruari iubemus. Quam nos rationem, tanquam magis popularem, & ab errore magis remotam ſecuti ſumus, vt cap. 4. lib. 2. Apologiæ docuimus. Totam autem rem is, qui paulo poſt à nobis ſubiicietur calculus planius demonſtrabit.

Digitized by Google

SCALIGER.

A 320. ad 500. ergo fiet mutatio, poſt nimirum 300. annos. & quia ſunt minus quam 300. anni à 320. ad 500. continuabitur vſque ad 800. vnde incipiet alia mutatio. Et quia à 320. ad 800. ſunt plus quam bis 300. anni, & tamen duæ tantum factæ ſunt mutationes 8. & 9. id compenſabitur in anno 1100. Et ſic deinceps: donec in anno 1400. Epacta primi aurei numeri erit x i. vſque ad annum 1582. in quo exemptis x. diebus, pro x i. Epacta, erit Epacta i: quæ hodie durat, durabitque ad annum 1700. in quo Epacta poſt 300. annos debebat creſcere in anno Iuliano: ſed propter omiſſionem biſſexti in anno 1700. pro i. erit o. Sic in ſequentibus idem erit. Volo igitur ſcire Epactam anni Chriſti poſt x. dies exemptos. Sume ex tabella æquationis annum Chriſti propoſitum, ſi quidem præciſe inuenitur: ſin autem, annum proxime minorem. numerus illi ſuppoſitus erit character primi aurei numeri: qui putatus in cyclo Epactarum perpetuo, & deſinens in numero anni cycli currentis oſtendet Epactam anni propoſiti. Volo ſcire Epactam anni Chriſti 1700. qui quidem cum præciſe in tabula æquationis reperiatur, character o, illi ſuppoſitus erit numerus primus illius anni 1700. & cum aureus numerus ſit x, in cyclo perpetuo ſi ab Epacta o, deinceps decem putaueris, deſines in ix, quæ eſt Epacta anni propoſiti 1700. Rurſus volo ſcire Epactam anni 1914. Cum is numerus in tabella æquationis præciſe non inueniatur, character 29. ſub proxime minore 1900. erit numerus primus aureus propoſiti anni 1914. Et cum aureus numerus xv. currat, in cyclo à xxix. quindecim putata deſinunt in iij. quæ eſt Epacta anni propoſiti 1914.[a] *Hæc methodus melior eſt Liliana: quamuis ei imperitiſſime obtrectari poſſit aliquis Poſſeuinus.*

CLAVIVS.

[a] QVASI vero hæc quoque Liliana non ſit, & à nobis illi alteri certis de cauſis, vt ſupra, docuimus, poſthabita: vt Poſſeuino opus non ſit, quem virum & pium, & ſatis doctum, neſcio cur Scaliger potiſſimum delegerit, in quem toties per ludum ac iocum incurreret.

SCALIGER.

b [b] *NAM quorſum illa retroceſſio ad tertiam cellam, ſi compendi fieri poteſt ille labor? Hoc eſt inſtitutum Lilij huius formæ auctoris: hæc methodus illius anni. Nunc quid in ea ſit, quod interſit Reipublicæ corrigere, dicam.*

CLAVIVS.

NEC inutilis, nec laborioſa eſt illa retroceſſio, vt docuimus lib. 2. Apologiæ cap. 4. & paulo ante indicauimus.

SCALIGER.

OECONOMIAE EXEMPTILIVM biſſextorum elenchus & caſtigatio.

a a *VITIVM non leue interuenit periodo tetracoſieterica in œconomia trium biſſextorum reiculorum, propterea quod reiectio ante iuſtum tempus præcipitetur. Cum enim fine 132. annorum biſſextum tollendum ſit, id fit fine 100. annorum; & quod in 400. annis faciendum erat, id in 300. prauertitur.*

CLAVIVS.

a NVLLVM eſt vitium, ſi omiſſio dierum biſſextilium in annis centeſimis, vt nos præcipimus, inſtituatur: quippe cum hac ratione rectius æquinoctium ſua in ſede conſeruetur, quam ſi modo anno 132. modo 136. vt vult Scaliger, dies intercalaris omittatur. Quæ omnia lib. 1. Apologiæ cap. 5. à nobis pluribus explicata ſunt, vt magnopere mirer, tam ingenioſum virum adeo immemorem eſſe, vt hanc methodum intercalandi modo anno 132. modo 136. aliaque permulta in eadem Apologia à nobis tradita, pro ſuis venditet.

SCALIGER.

b b *RVRSVS quod in centum annis fit, id vt iterum fiat, ducenti anni expectandi ſunt. Nam anno Chriſti 1900. omittendum eſt biſſextum. Anno autem 2000. continuatur. anno 2100. iterum omittitur. Ab anno prioris omiſſionis 1900. ad annum poſterioris 2100. anni ſunt 200. Et cum anno etiam 1800. facienda ſit omiſſio, ducentis ergo annis fiunt omiſſiones duæ, & alijs ducentis vna.*

CLAVIVS.

b RATIO cogit, vt ita fiat, quod eodem cap. 5. lib. 1. Apologiæ declaratur. Nimirum quia cum ſpatio annorum 400. omittendi ſint tres dies biſſextiles, hique iam prioribus 300. annis ſint prætermiſſi, alius dies anno 400. omitti non debet. Continuandus igitur tunc erit biſſextus, vt compenſetur id, quod in 300. annis plus iuſto ablatum eſt. Id autem reſtituitur, cum anno 400. nullus dies aufertur.

SCALIGER.

b b *QVÆ hæc eſt inæqualitas? in vna centuria biſſextum omittitur, in alia continuatur. Hoc doctus Clauius excuſare voluit: & tamen nemini perſuaſit, ſaltem qui aliquid in hoc negotio videat.*

CLAVIVS.

b VIDE ne æquitas potius ſit: cum fiat, quemadmodum dictum eſt, compenſatio. quot quidem ita

cæteris

Digitized by Google

cæteris perſuaſimus, vt nemo adhuc, quod quidem ſciamus, præter Scaligerum, auſus ſit improbare. Nec vero quiſquam improbare poterit, niſi qui iniquus rerum æſtimator & eſſe, & haberi velit.

SCALIGER.

c *ECQVID ergo cauſa eſt, cur hoc non caſtigemus?*

CLAVIVS.

c NIHIL, ſi rectum caſtigare, & corrigere, æquum eſt. Sed videamus, quæ tandem iſta ſit caſtigatio.

SCALIGER.

d *IN 400. annis ſunt bis 132. & ſemel 136. Ergo in annis 132. 264. 400. biſſextum omittatur. Ita nulla abſurditas, aut inæqualitas committetur, quæ euitari non poteſt in biſſexto præcipitando.*

CLAVIVS.

d AT vide, quam iniqua ſit iſthæc caſtigatio, & quemadmodum, quę corrigere vis, deprau es. Nos æquam illam inæqualitatem inducimus, vt quam minimum à die 21. Martij æquinoctium recedere patiamur. Noſtra enim ratio nunquam ſinit æquinoctium per totum diem à ſua ſede abeſſe, de quo accuratiſſimus Scaliger non laborat. Huc accedit, quod etiamſi omiſſio illa in centeſimis annis minus eſſet accurata, tamē quia ad vulgi captum, memoriamque lōge eſt accommodatior, iſti anteponenda videretur. Id quod à nobis in Apologia, lib. 1. cap. 5. vberius explicatum eſt.

SCALIGER.

IN 132. annis ſunt tres cycli Solis abſoluti cum viginti annis cycli quarti imperfecti. In 136. ſunt totidem cycli ſolares abſoluti cum 24. annis quarti inchoati. Ergo cyclus antiquus Solaris, qui quater in Liliana forma interrumpitur, in hac ter tantum interrumpetur. Nam litera Dominicalis anni primi periodi erit G, litera anni 133. D, litera anni 265. A. Facilius igitur retinebuntur tres literæ G, D, A, quam quatuor G, B, D, F. Cum igitur anno Chriſti 1601. cyclus Solis incipere debeat à litera G, anno 1733. incipiet à litera D, anno vero 1865. à litera A. Quare vertente periodo rurſus anno 2001. cyclus inibit à litera G, vt antea: & ſic in infinitum. Quo facto omiſſio biſſexti ante tempus non præuertetur. a

CLAVIVS.

a FVGIT te ratio, mi Scaliger, dum tātopere tuam iſtam rationem, quaſi filiolam, amplexaris. Cum enim cyclus Solis nūquam interrumpatur, niſi cum dies biſſextilis omittitur, quis non videt, in noſtra ęquatione ter tantum interrumpi, cum in 400. annis tres tantum dies eximātur, quot eximuntur in tua methodo. Id planius intelliges, ſi accuratius conſiderabis non dicam tabulam noſtram in Gregoriano Calendario poſitam ſed illam ipſam tuam, quam in hoc libello poſuiſti. Perſpicies enim, tres haſce literas duntaxat, B, D, F, retinendas eſſe, non autem quatuor G, B, D, F, vt falſo exiſtimas.

SCALIGER.

b *QVOD vitium in methodo Liliana quod alia porro propagare poteſt in rationibus æquinoctij & Lunæ? quæ alijs diſcutienda relinquimus.* b

CLAVIVS.

b QVOD vitium appellas in methodo Liliana, nullum eſſe docui. Expecto dum oſtendas, quæ alia porro hinc vitia propagari poſſint: interim nos oſtendemus (oſtendemus autem aliquanto poſt) quot vitia in Scaligeriana methodo lateant, & quot alia porro propagari poſſint.

SCALIGER.

EPACTARVM PERPETVO PER XI. PROGREDIENTIVM ELENCHVS.

c *EPACTAS ſecundum Ψηφοφορίαν medij motus Lunæ vndenario alias maiores, alias minores eſſe, etiam mediocriter docti ſciunt. Quare ſi hoc anno Epacta currens Nouilunia in Calendario recte oſtendat, poteſt fieri, vt Epacta ſequentis anni id non fideliter præſtet, quia adiectione perpetua xi. indagata eſt. Aliquando igitur Epactæ Nouilunia anteuertunt, aliquando non aſſequuntur.* c

CLAVIVS.

c VERISSIME hoc dicitur. Sed qui conuenit, vt is, qui inæquales eſſe Epactas oſtendit, Gregorianum Calendarium accuſet, quod non ſemper exacte Nouilunia, & quartas decimas indicet? Nimirum Eccleſia, vt politicum annum inſtituat, certam aliquam, & popularem Epactarum rationem ſequi cogitur. Quocirca Epactas inducit, per vndenarium progredientes, niſi quod poſt aureum numerum 19. Epactæ, quæcunque illa ſit, pro 11. addit 12. vt ſcilicet cum aureo numero 1. concurrens Epacta formetur. Id quod lib. 2. Apologiæ cap. 4. fuſius declaratum eſt. Vt valde mirer, rem ad Nouiluniorū rationem adeo neceſſariam, doctiſſimi viri Scaligeri acumen ſubterfugere potuiſſe.

Digitized by Google

SCALIGER.

d *CVM igitur Epactæ olim ab Eccleſia inſtitutæ fuerint ob hoc præcipue, vt plenilunia Paſchalia oſtendant [d] non leuiter peccabitur, ſi vulgarem progreſſum Epactarum ſequamur.*

CLAVIVS.

d AT vide, quam leuiter, quam non ſæpe in noſtrarum Epactarum ratione peccetur, quamuis per vndenarium, vt diximus, progrediantur. Totis quippe tribus millibus annorum vix ſemel, aut iterum, quartadecima Luna iuſto citius indicatur in Calendario Gregoriano. Quod quidem peccatum venia dignum fateberis, cum nullus cyclus omnia vitare poſſit incommoda, & cum, quam grauiter, quamque ſæpe in tua ratione peccetur, deinceps oſtendero.

SCALIGER.

c *SÆPE enim anteuertunt plenilunium vno die, [c] quam Latini quartamdecimam Lunam, Græci Computi auctores nunc τεσσαρεσκαιδεκάτην, nunc πανσέληνον vocant. Mirum enim quantum in hoc turbent Latini auctores, cum quartamdecimam nunc confundunt, nunc inter ſe diſtinguunt.*

CLAVIVS.

c CVR interdum Latini, Græcique terminum Paſchalem appellent nunc quartamdecimam Lunam, nunc plenilunium, cauſa, ſi quæris, hæc eſt: quia finis quartædecimæ initium eſt quintædecimæ, ſiue plenilunij, quo die, ſi Dominicus eſt, Paſcha celebratur: præſertim vero, cum quartadecima die plena Luna videatur, nõ ſecus, ac quintadecima. Cæterum cum ſedem Paſchalem inquirunt, quartamdecimam Lunam numerant à die Nouilunij, quem cyclus offert, ſed ita, vt ipſe quoque dies Nouilunij numeretur. Nec laborant vllo modo, vtrum is dies incidat in ipſum plenilunium, an vno die antecedat, (quod præoptant) aut ſubſequatur: vt cap. 6. li. 2. Apologiæ abunde docuimus.

SCALIGER.

SI enim terminus Paſchalis eſt quartadecima Luna, ea autẽ non eſt pleniluniũ: accidat exẽpli gratia, quartadecima Luna in Sabbatho. Dominica ſequente igitur, ſecundum Canonem, Paſcha Chriſtianum celebrabitur. Sed eſt plenilunium. Ergo Paſcha celebrabitur in Plenilunio, [a] contra Canonem, ſiquidem quartadecima non eſt plenilunium. Nam tunc neceſſe quin-
a *tamdecimam eſſe plenilunium.*

CLAVIVS.

a QVIS tandem Canon Paſcha in plenilunio celebrari vetat? Equidem Canonem eiuſmodi nullum inuenio: video autem Venerabilem Bedam, Paulum Middelburgenſem, & alios doctiſſimos Eccleſiaſtici Computi auctores docere, nunquam rectius Paſcha, quam in plenilunio, hoc eſt, Luna XV. celebrari: quippe cum cæteri dies à Plenilunio ad Lunam xxj. addantur propter Dominicam, quæ non ſemper in Lunam XV. incidit. Qua de re pluribus diſſeruimus cap. 3. lib. 1. Apologiæ, & cap. 6. li. 2. Reliquum igitur eſt, vt Scaliger nobis oſtendat, vbinam Canon iſte lateat.

SCALIGER.

b *ERGO quartadecima Chriſtianorum eſt plenilunium, [b] Et propterea quartadecima dies notata ab Epacta in antiquo Calendario Eccleſiaſtico eſt plenilunium Paſchale. Idem etiam ſecutus eſt auctor anni noui, cuius Epactæ, vt ipſe monuit, ſerius vno die notant Nouilunia, vt ab ipſis quartadecima putata incidat in plenilunium.*

CLAVIVS.

b ID vero non de induſtria fit, ſed forte accidit, vt quartadecima Calendarii in plenilunium incidat; propter poſtpoſitionem videlicet Nouiluniorum, quæ ipſa poſtpoſitio fruſtra non eſt: præſtat enim nobis, ne quartadecima Paſchalis biduo plenilunium anteuertat. Atque hoc illud eſt, quod ſecutus eſt auctor anni noui: non autẽ, vt quartadecima à Nouilunio putata incidat in plenilunium, quamuis hoc interdum caſu fiat.

SCALIGER.

c c *ERGO quartadecima Liliana eſt quintadecima à Nouilunio, & proinde plenilunium.*

CLAVIVS.

c QVARTADECIMA Liliana poteſt illa quidem interdum quintadecima eſſe à Nouilunio vero, vt proxime diximus, non tamen à Nouilunio cycli, in quo cardo vertitur: ac proinde nunquam erit plenilunium cycli.

SCALIGER.

a *QVARE ſatis mirari non poſſum, doctiſſimum Mathematicum Chriſtophorum Clauium, [a] non ſolum aliter ſentire, ſed etiam putare, Paſcha Chriſtianum plenilunio celebrari licere.*

CLAVIVS.

a DESINAT mirari doctiſſimus Mathematicus Ioſephus Scaliger, neque enim ego poſſum non aliter ſentire,

ſentire, qui nolim à Canonibus,& Decretis Patrum diſcedere: videamque *Paſcha Chriſtianum plenilunio celebrari non ſolum licere, ſed etiam ſolere,* quod non ità multo poſt demonſtraturi ſumus.

SCALIGER.

b *QVIS hoc illi concedat? Quartadecima, inquit, eſt quæ incluſiue numeratur à Neomenia.* b

CLAVIVS.

b ROGAS mi Scaliger? Concedunt Canones: concedunt Decreta Patrum: concedunt Computi auctores vniuerſi, qui quartamdecimam à Nouilunio cycli numerare ſolent.

SCALIGER.

c *QVARE igitur quartadecima Liliana eſt quintadecima, etiam teſte ipſo, quod paulo ante attigimus, Lilio?* c

CLAVIVS.

c IAM dixi, hoc forte euenire, ex poſtpoſitione Nouiluniorum, quæ maiora vitat incommoda. Neque id verum eſt, quod Scaliger affirmat, quartamdecimam Lilianam ſemper eſſe quintamdecimam.

SCALIGER.

d *QVARE terminum Paſchalem Græci vocant πανσέληνον?* d

CLAVIVS.

d QVIA parum à plenilunio diſtat, vt diximus.

SCALIGER.

e *QVARE quartadecima veteris Calendarij eſt plenilunium congruens illi ſeculo, quo Epacta excogitata, & Calendario appoſita ſunt? Nemo negat Dionyſiacas quartasdecimas, quibus vſque ad 1583. annum Eccleſia vſa eſt, eſſe eas, quæ cõgruebant tempori Concilij Nicæni: quod & Clauius ipſe fatetur.* e

CLAVIVS.

e PERINDE hoc ſumis, quaſi verum, ac perpetuum ſit, non autem fortuitum, ac ſæpe falſum. Id adeo cuiuſmodi ſit, intelligi licet ex cap. 6 lib. 2. Apologiæ pag. 261. Vbi ſatis apparet, in veteri Calendario poſt Conciliũ Nicænum edito, ab eo tempore ad annum 495. quartamdecimam Paſchalem decies (quod ex collocatione aureorum numerorum, & calculo pleniluniorum colligitur) anteuertiſſe plenilunium binis ferme diebus, quod fas non erat: plerunque autem ſingulis, quod Canones iubebant. Qui ergo audes dicere, Lunas xiiij. circa Nicæni concilij tempora fuiſſe plenilunia: Atque vt non ſolum animo, ſed etiam oculis videas, te falſo aſſerere, Lunas xiiij. circa tempora Concilij Nicæni incidiſſe in plenilunium, aſpice hoſce 19. annos ſubiectæ tabellæ. Comperies enim in ijs, quamuis 100. ferme annis à Concilio Nicæno abſint, nunquam Lunam xiiij. à Nouilunio cycli numeratam incidiſſe in plenilunium, ſed ſemper toto ferme biduo illud anteuertiſſe, annis biſſextilibus exceptis, quibus Lunæ xiiij. cycli vno tantum die Plenilunia præcurrunt; quod in iis Lunæ xiiij. longius à cœleſtibus Nouilunijs abſint.

Anni Domini	418	419	420	421	422	423	424
Aur. num.	1	2	3	4	5	6	7
Luna xiiij.	5. A	25. M	13. A	2. A	22. M	10. A	30 M
Plenil. med.	D. H 6.9	D. H 26.18	D. H 13.16	D. H 3.1.	D. H 23.9	D. H 11.7	D. H 30.16
Anni Domini	425	426	427	428	429	430	431
Aur. num.	8	9	10	11	12	13	14
Luna xiiij.	18. A	7. A	27. M	15. A	4. A	24. M	12. A
Plenil. med.	D. H 18.13	D. H 7.22	D. H 28.7	D. H 15.4	D. H 4.13	D. H 24.22	D. H 12.20
Anno Domini	432	433	434	435	436		
Aur. num.	15	16	17	18	19		
Luna xiiij.	1. A	21. M	9. A	29. M	17. A		
Plenil. med.	D. H 1.4	D. H 21.13	D. H 9.11	D. H 29.20	D. H 16.17		

SCALIGER.

a *ANNVS Chriſti 429. abeſt à Cõcilio Nicæno annis centũ tantummodo, quo interuallo nulla, quæ quidẽ ſenſibus poßit percipi, Lunæ ſit anticipatio. In eo anno Chriſti 429. terminus Paſchalis, ſiue quartadecima Dionyſiana, erat in quarta Aprilis. Ergo 304. annis ante illum annũ, id eſt, anno 125, quartadecima erit in V. eiuſdẽ: quia in 304. annis fit Lunæ προέμπτωσις. Sed anno Chriſti 125. qui erat Nabonaſſari 872. facta eſt Eclipſis Lunæ 17. Pachon completa, id eſt, 4. Aprilis, 8. hora à meridie Alexandriæ.* a

Digitized by Google

CLAVIVS.

a NIHILO verius eſt, quod hoc loco aſſumitur. Nam ſi medium motum ſpectes, quem ſequitur Eccleſia potius, quam verum, vt in Apologia docuimus, anno 429. plenilunium fuit die 5. Aprilis, hoc eſt, die 4. hor. 13. & eo amplius, poſt meridiem, quod ex ſuperiore proxima tabella liquet. Quocirca Luna xiiij cadens in diem 4. anteuertit plenilunium vno ferme die, vt par eſt. Rurſus anno 125. plenilunium medium incidit in 6. Aprilis, nimirum in diem 5. hor. 12 ½. à mer. Ergo Luna xiiij. in diẽ 5. cadens præcurrit plenilunium vno ferme die, quod canonibus congruit. His igitur annis quartadecima plenilunium nõ fuit, quod pro certo à Scaligero aſſumitur.

SCALIGER.

b b EN *Eclipſis Lunæ incidens in initium quartadecimæ.*

CLAVIVS.

b ESTO inciderit Eclipſis Lunæ in quartædecimæ initium, hoc eſt, in verum plenilunium: facile hoc tibi cõcedam, quod vis, dum illud mihi viciſſim concedas, quod neceſſe eſt, medium plenilunium tunc factum eſſe poſt Lunam xiiij. cycli, vt diximus, quod ſatis nobis eſt.

SCALIGER.

c c ERGO *quartadecima Chriſtianorum eſt plenilunium.*

CLAVIVS.

c QVANTO rectius ita concluderes. Ergo Luna xiiij. interdum eſt plenilunium. Quis enim iſtam concluſionem probet. Luna xiiij. cycli aliquando in plenilunium, vel diem 15. Lunæ incidit. ergo quartadecima eſt plenilunium? Tum vero efficeretur id, quod vis, ſi Luna xiiij. in plenilunium ſemper incurreret. quod neque probatum eſt, neque probari poteſt.

SCALIGER.

a a RVRSVS *anno Chriſti 59. defecit Sol die 30. Aprilis, teſte Plinio. Terminus Paſchalis illius anni debebat eſſe in xiiij. Aprilis. Nam 304. annis poſt fuit in xiij. eiuſdem menſis.*

CLAVIVS.

a NIHIL dico, nondum quicquam conſtitutum fuiſſe de celebratione Paſchatis anno Chriſti 59. cum cẽtum propemodum annis poſt, Pio Pontifice, res agitari cæpta ſit, hoc dico: anno Chriſti 59. plenilunium medium (quod ex tabulis, quas cap. 6. li. 2. Apologiæ propoſuimus, patet) fuiſſe die 15. Aprilis hor. 13½. à meridie, quod dici 16. adſcribendum eſt. Igitur terminus Paſchalis eo anno cadens in diem 14. plenilunium anteuertit pene biduo. Rurſus anno 363. nimirum 304. annis poſt, plenilunium medium fuit die 14. Aprilis, hor. 14. à mer. hoc eſt, die 15. Luna igitur xiiij. quæ eo anno incidit in diem 13. præuenit plenilunium iterum, fere biduo. Hiſce ergo annis 59. & 363. Luna xiiij. non incidit in plenilunium, vt tu contendis, ſed ipſum ferme biduo præuenit.

SCALIGER.

QVARE *ſi terminus Paſchalis eſt quartadecima Luna, xv. ergo Aprilis fuit plenilunium, à qua ad Eclipſim ſunt tantum*
b *14. dies,* [b] *quod eſt ineptum.*

CLAVIVS.

b VIDE ne ineptius ſit, id perperam reprehendere. Nam ſi Ephemerides diligentius conſiderabis, profecto reperies, non raro inter Nouilunium, & ſubſequens plenilunium 16. dies intercedere, ac tum plenilunium dies 14. ab Eclipſi, ſiue Nouilunio ſubſequente abeſſe. Nec mirum, ſæpe etiam contra accidit. Conſidera, ne longe abeam, Nouilunium Februarij anni 1596. Id ſane ex Ephemeridibus Ioannis Antonij Magini, in 27. diẽ incidit hor. 15. à mer. plenilunium autem in diem 14. Martij, hor. ½. ante mer. Proximũ deinde Nouilunium erit die 28. Martij, hor. 8. ferme poſt mer. Vides ne plenilunium abeſſe à Nouilunio antecedente dies fere 16. ab inſequente vero tantum 14?

SCALIGER.

c c ERGO *plenilunium proxime antecedens accidit ſub finem xiiij. Quartadecima Chriſtianorum eſt plenilunium.*

CLAVIVS.

c IMMO plenilunium medium, vt paulo ante dictum eſt, incidit in diem 15. Aprilis, hor. 13. poſt mer. Non igitur Luna xiiij. in diem 14. cadens, eſt plenilunium.

SCALIGER.

SED *eſto, vt vult Clauius.* [a] *Hoc modo error non erit in celebratione Paſchali anni 1598. Nam, vt ipſe vult, Paſcha Chriſtianum poteſt etiam in ipſa die plenilunij celebrari.*

CLAVIVS.

a ADIVVO te, non modo error non eſt in celebratione Paſchatis anni 1598. cum celebretur in plenilunio medio, ex Canonum præſcripto: ſed errauit Mæſtlinus, aliique nonnulli, vt oſtendi lib. 2. Apologiæ cap. 6. qui errorem putarunt.

Digitized by Google

SCALIGER.

b *CVR igitur fatetur, huic incommodo remedium inueniri non poſſe, propter æqualem Epactarum ſeriem, quæ ſæpenumero Nouilunia non aſſequuntur?* b

CLAVIVS.

b HOC vero aliter abs te accipitur, atque à me dictum eſt. Equidem nunquam dixi, Paſcha anni 1598. non eſſe legitimum. Hoc dixi, remedium adhiberi non poſſe, quin interdum, etſi raro, Paſcha Luna xiiij. ante plenilunium celebretur, quod tamen in annum 1598. neutiquam cadit.

SCALIGER.

NAM ſi anno 1598. Paſcha in Plenilunio celebrabitur: id autem fieri licere [c] *nouus Canon Clauij permittit.* c

CLAVIVS.

c QVIN potius id antiquus canon Pontificum, Conciliorum, & eorum, qui de recta Paſchatis celebratione ſcripſerunt, permittit.

SCALIGER.

d *QVID ergo opus ex excuſare, quod recte ſe habet?* d

CLAVIVS.

d VBINAM excuſaui? An cum aduerſus Mæſtlinum, legitimum eſſe demonſtraui? At aliud, defendere, aliud excuſare eſt.

SCALIGER.

e *SANE melius ſibi conſuluiſſet Clauius, ſi ſextum caput ſecundi libri ſui non publicaſſet.*

CLAVIVS.

e SANE melius ſibi conſuluiſſet Scaliger, ſi ſextum illud caput intactum reliquiſſet, cum nihil aliud in eo continеatur, niſi doctrina Patrum, cōciliorum, & Computi auctorum, ac præterea perpetuus vſus Eccleſiæ Catholicæ in Paſchate celebrando. *e*

SCALIGER.

IN quo multa dixit, [a] *quæ nemini harum rerum paulo intelligentiori perſuadebit.* a

CLAVIVS.

a AT iſta perſuaſi iam omnibus regnis, ac prouinciis, quæ Romani Pontificis auctoritatem ſequuntur. Nec quiſquam ex iis, quæ in Canonibus Patrum, conciliis, Computoque Eccleſiaſtico verſati ſunt, quidquam eorum, auſus eſt improbare, quamquam ipſe quoque Scaliger, qui contra ea nihil afferat, ſatis probat.

SCALIGER.

QVARE vt in aliis Mæſtlinum iure reprehēderit, in eo iniuriam illi facit, cum ei iraſcitur, quia quartamdecimam Chriſtianorum plenilunium eſſe putarit.

CLAVIVS.

b HANC iniuriam non agnoſceret Scaliger, niſi propter Societatem erroris, ad ipſum quoque Mæſtlini reprehenſio pertineret. Nec vero ego in eo tam iniuriam Mæſtlino facio, quàm Gregorianum Calendarium ab illius iniuria vindico: quippe cum ille, vt Scaliger, contra vſum Eccleſiæ, ac decreta Patrum, quartamdecimam Lunam plenilunium eſſe contendat, ac proinde in plenilunio Paſcha celebrari non poſſe.

SCALIGER.

SED audiamus ipſum Clauium capite quarto eiuſdem libri: Nouilunia, inquit, aurei numeri circa annum Domini 500. ſerius contingebant, quam in cœlo, ac proinde ad vſum Eccleſiæ magis accommodata erunt. Ergo doctiſſime Claui, quartadecima ab Epacta erat quintadecima à Nouilunio; & proinde plenilunium. Ego te ipſummet iudicem fero, ni quæ toto capite ſexto dixiſti, omnia à vero longe aliena ſint, niue Mæſtlinum perperam inſimulaueris.

CLAVIVS.

c HVC & illuc, doctiſſime Scaliger, te verſes licet, quartamdecimam plenilunium eſſe, efficies nunquam. Sæpe iam dixi, Nouilunia à nobis de induſtria eſſe poſtpoſita, vt caueremus, ne Luna xiiij. plenilunium biduo præueniret, quæ cauſa eſt, quamobrem Luna xiiij. interdum in plenilunium incidat, licet plerunque illud anteuertat. Quæ eſt igitur iſta tua concluſio: Nouilunia ſunt poſtpoſita, ergo Luna xiiij. eſt quintadecima? Nam ſi quando accidit, vt quartadecima ſit quintadecima, caſu fit, propter Epactas vel aureum numerum, non conſulto, vel quod ita ſancitum ſit. Audi Bedam lib. 5. Eccl. hiſt gentis Anglorum cap. 22. *Si ergo, inquit, fieri poſſet, vt ſemper in diem quintumdecimū primi menſis, id eſt, in Lunam xv. Dominica dies incurreret, vno ſemper eodemq; tempore Paſcha celebrare poſſemus.* Hic ego te ipſum arbitrum ſumo, modo te æquum præbeas, ni quę toto cap. 6. dixi, omnia vera ſint, niue Mæſtlinum merito inſimulauerim: quippe cum illa omnia cum canonibus, & Computi ſcriptoribus conſentiant, quibus Mæſtlinus aduerſatur.

Digitized by Google

SCALIGER.

a a *INVESTIGENTVR omnes computi vetuſtiſſimi Græci, Latini, Syriaci, Arabici. In omnibus terminus Paſchalis eſt plenilunium.*

CLAVIVS.

a EQVIDEM inueſtigaui omnes, quoſcunque nanciſci potui, reperio vniuerſos docere, Paſcha celebrandum poſt Lunam xiiij. cycli Lunaris, ſiue ea ſit plenilunium, ſiue proxime plenilunium antecedat, aut ſequatur. Illud modo cauent, ne ante plenilunium, quoad eius fieri poteſt, celebretur. Quod ſi qui Computi ſcriptores tradunt (quod raro faciunt) Paſchalem terminum eſſe plenilunium, id eo dicunt, quod Luna xiiij. initium ſit plenilunii, quamuis dies quartadeçima ſit à Nouilunio.

SCALIGER.

b b *ARGYRVS terminum Paſchalem* τὸ ἰυδαικὸν πάσχα ϗ πανσεληνιακὴν συζυγίαν *vocat.*

CLAVIVS.

b Non male Argyrus, ſi bonum habeat interpretem. Is enim terminum Paſchalem plenilunium propterea vocat, quod quartadecima Luna parum à plenilunio differat; vel certe, quia eius ætate (ſimiliter vt noſtra ante correctum Calendarium) Luna xiiij. ſemper plenilunium conſequebatur; quippe cum Luna à Concilio ad id tempus per dies ferme tres ſuam ſedem anteuertiſſet.

SCALIGER.

c *CHRISTVS reſurrexit poſt plenilunium, nempe die xvi. Niſan.*

CLAVIVS.

c MIROR hoc Scaligero excidiſſe, in quo manifeſtus error (licet ad rem non faciat) deprehenditur. Nam ſi Chriſtus crucifixus eſt ipſo plenilunio (vt teſtatur Dionyſius Areopagitta, & conſtat inter omnes) hoc eſt, Luna xv. qui conuenit, vt quintadecima Luna mortuus, ſextadecima reſurrexerit, niſi forte Chriſtũ poſtridie, quam mortuus eſt, hoc eſt ſabbatho reſurrexiſſe, arbitratur?

SCALIGER.

d d *PROPTEREA Dominica poſt plenilunium præcipitur* πάσχα ἀναστάσιμον *celebrari.*

CLAVIVS.

d NON recte accipis Scaliger. Dominica poſt Lunam xiiij. non poſt plenilunium, præcipitur Paſcha celebrari, quod ex Pij, Victoris, aliorumque Pontificum, & conciliorum decretis ſatis liquet, & à nobis declaratum eſt in Apologia.

SCALIGER.

a *NAM* τεσσαρεσκαιδεκατῖται *dupliciter peccabant: tum quod in plenilunio, tum quod non Dominica celebrabant; ſiquidem plenilunium in aliam feriam incurreret.*

CLAVIVS.

a QVARTADECIMANI idcirco peccabant, quod Paſcha Luna xiiij. nõ in plenilunio, celebrabãt, niſi forte, cum Luna xiiij. per cyclum indicata in plenilunium incideret, quod circa tempora Concilij Nicæni raro admodum contigebat, qui ſi in plenilunio Paſcha celebraſſent, Vel Luna xv. vt vult Scaliger, πανσεληνῖται hoc eſt, pleniluniani, appellati forent, aut quintadecimani, quod tamen nuſquam reperitur.

SCALIGER.

b QVARTADECIMA igitur Chriſtianorum eſt plenilunium, quicquid aduerſetur doctus Clauius. Erit igitur quintadecima à Nouilunio, etiam ipſo Clauio, & Lilio teſtibus. Aio illam quintamdecimam à Nouilunio, quam Eccleſia vocat quartamdecimam, nunc eſſe quintamdecimam à Nouilunio, nunc autem quartamdecimam: idque propter æquabilem Epactarum per xi. progreſſum: quod & ipſe Clauius quoque in ſua Apologia fatetur.

CLAVIVS.

b EODEM reuoluitur, ſed ſatis hoc ſupra refutatum eſt. Nam quod interdum quartadecima cycli eſt quintadecima à cœleſti Nouilunio, id accidit propter Nouiluniorum cycli poſtpoſitionẽ, & non ita frequenter, cum plerumque vno tantum die plenilunium anteuertat.

SCALIGER.

c c *ATQVI medendum erat illi malo, hoc eſt, non ſemper erat ſequenda adiectio vndenarij ad inueſtigationem Epactæ.*

CLAVIVS.

c QVASI vero ſapientis medici non ſit, leuius malum negligere, cui mederi non poteſt ſine grauiore malo, nimirum ſi illi malo mederi nos voluiſſemus, nec ſemper ſequi adiectionem vndenarij ad inueſtigationẽ Epactæ, turbaſſemus omnia: quippe ex conſuetudine Eccleſiæ proponendæ populo ſunt regulæ faciles, & vnius modi, ne forte eos, qui vſuri ſunt, fallant.

SCALI-

Digitized by Google

SCALIGER.

FINGAMVS, vt in periodo Solari fecimus, Lilianam formam ab initio annorum Chriſti obtinuiſſe: & ab anno Chriſti 1577. qui eſt Iudaicus 5337. inſtituamus cyclum Lunæ decemnouennalem, adiectis neomeniis Iudaicis, quarum plenilunia non incidunt ante 21. Martij Liliani, a quibus neomeniis ex more Iudæorum propoſita eſt feria, quæ mutatur, quoties horæ ſequentes peruenerunt ad 18. Adiecimus etiam literam Dominicalem Lilianam, ad notandam in Calendario Nouilunij epocham, vt habes in ſubiecta tabella.

	Lineæ Cycli.	*Anni Chriſti.*	*Literæ Dom. Lilianæ.*	*Neomenia Iudaica.* *Feria.*	*Hora.*	*Scrup. 1080.*	*Menſes Liliani.*		*Epactæ Neomeniarum*
	1	1577	B	3.	13.	256	29	M	2
	2	1578	A	7.	22.	52	19	M	12
	3	1579	G	5.	6.	928	8	M	23
ADAR	4	1580	FE	4.	4.	437	26	M	5
	5	1581	D	1.	13.	233	15	M	16
	6	1582	C	7.	10.	822	3	A	26
	7	1583	B	4.	19.	618	24	M	7
	8	1584	AG	2.	4.	414	12	M	19
	9	1585	F	1.	1.	1003	31	M	29
	10	1586	E	5.	10.	694	20	M	11
ADAR	11	1587	D	2.	19.	595	10	M	21
	12	1588	CB	1.	17.	104	27	M	4
	13	1589	A	6.	1.	980	17	M	14
	14	1590	G	4.	23.	489	5	A	24
	15	1591	F	2.	8.	285	25	M	6
	16	1592	ED	6.	17.	81	13	M	18
	17	1593	C	5.	14.	670	1	A	28
	18	1594	B	2.	23.	466	22	M	9
	19	1595	A	7.	8.	262	11	M	20

CLAVIVS.

a QVID Iudæis cum Scaligero? Ne ſit tibi, mi Ioſephe, res cum Iudæis. Semper dolos ac fallacias meditantur. Mihi crede, fucum facient, teque iſtæ Neomeniæ Iudaicæ impellent in fraudem. Id vero paulo poſt ſenties, cum ex eo tabellam tuam vitium facere, ac ruere videris.

SCALIGER.

In hac tabella habes, primum lineam annorum aurei numeri ab anno Chriſti 1577. ad annum 1595. Sequitur litera Dominicalis Liliana. Quarto loco Neomenia Iudaica, quæ ſemper eſt Niſan, præterquam in annis 3. & 11. in quibus Adar ſumitur pro Niſan, quia eius plenilunium incidit poſt x x. Martij Liliani. Primus numerus Neomeniæ Iudaicæ eſt feria hebdomadica, ſecundus horæ medij motus Lunæ, tertius reſidua de ſcrupulis 1080. Exemplum. In anno primo cycli, hoc eſt, anno Chriſti 1577. Neomenia fuit 3. 13. 256. Primus numerus indicat Nouilunium contigiſſe feria tertia. & quia litera Dominicalis eſt B. Ergo feria tertia erit litera D. & propterea Neomenia Iudaici Niſan incidit in 29. Martij Liliani hora 13. 256. ab initio noctis, quæ præcedit diem propoſitam 29. Quando vero horæ peruenerunt ad 18. aut vltra, tunc feria augetur vnitate. Vt, exempli gratia, anno ſecundo cycli Neomenia fuit 7. 22. 52. Quia horæ vltra 17. 1079. peruenerunt, propterea Feria 7. ſumenda feria prima, hoc eſt, litera A. pro G, & ita ſemper. In primo anno cycli videmus verum eſſe, quod monet Lilius, Epactas Dionyſianas, quas ipſe diminuit denario numero, vno die ſerius notare Nouilunia. Nam Epacta Dionyſiana xj. quæ hodie eſt 1. ſerius indicat Nouilunium vno die: cum Epacta vera Neomeniæ ſit ij. & propterea, quod iam attigimus, a quartadecima Dionyſiana, ſiue Liliana, a eſt plenilunium.

CLAVIVS.

a ASSENTIRI in hoc tibi, mi Scaliger, non poſſum, vt velim. Nam cum Luna xiiij. Epactæ j. ſemper cadat in 12. Aprilis, plenilunium autem medium anno 1577. (ſi 10. dies, vt vis iam exemptos eſſe fingamus) fuerit die 12. Aprilis, hor. 10. à mer. quæ eſt dies 13. profecto noſtra xiiij. vere erit quartadecima, non quintadecima, vt perperam contendis. At quartadecima tua Epactæ ij. in diem 11. cadit: proinde ſi ſequeretur dies Dominica, celebrares Paſcha ante plenilunium, quod vel te ipſo iudice, ineptum eſt. Nec mihi illud dixeris, celebrari oportere poſt quintamdecimam, non poſt xiiij. Id enim falſum eſſe, & antea oſtendimus, & poſtea pluribus oſtenſuri ſumus. Deinde fac, verum eſſe. Iſto modo, ſi dies poſt Lunam x v. hoc eſt, dies 13. Aprilis, eſſet Dominica, celebrares Paſcha in plenilunio, quod minime vis. Vides igitur, noſtras Epactas rectius ad vſum Eccleſiæ Nouilunia indicare, quam tuas; tuamq; tabellam Iudaicarum Neomeniarum nec ipſam ſibi conuenire, nec tibi.

Digitized by Google

SCALIGER.

AT *anno ſecundo Epacta Neomeniæ eadem eſt cum Dionyſiana, vt patet ex tabella. Idem cenſendum de Epacta tertia: In vtraque igitur Epacta tam xij. quam xxiij. quartadecima Luna non erit plenilunii. Quod ſi in annis cycli ſecundo & tertio contigiſſet, Dominicam eſſe in die Aprilis 2. & Martij 22. Paſcha celebratum fuiſſet in plenilunio,* b *contra Canones.*

CLAVIVS.

b *b* IN eodem, mi Ioſephe, hæſitas luto. Ex Canonibus enim rectiſſime celebrari poſſe Paſcha in plenilunio, ſæpe iam dictum eſt. Profer vnum Canonem, quo prohibeatur Paſcha celebrari in plenilunio. viciſti.

SCALIGER.

c ET *propterea recte excuſat errorem anni 1598. Clauius. Nam in eo anno Paſcha celebrabitur plenilunio, propterea quod Epacta illius anni denotat Nouilunium, & proinde quartadecima ab Epacta non eſt plenilunium. Sed Clauius excuſat hic æquabiles Epactas, per quas non licet ſemper ipſas Neomenias notari.*

CLAVIVS.

c EGO vero nunquam excuſaui Paſcha anni 1598. quippe cum in eo errorem nullum agnoſcam: Sed probaui contra Mæſtlinum, & alios obtrectatores, illud legitime celebratum iri die 22. Martij. Quocirca miror, quid tibi in mentem venerit dicere, excuſari à nobis, quod probari videras. Tanta ne fuit argumentorum inopia, vt iſta colligeres.

Nec tamen ignoras quid diſtent æra lupinis.

SCALIGER.

a QVOD *cum facit, manifeſto indicat, quartamdecimam Dionyſianam eſſe plenilunium: quo nomine Græci vocant, πανσέληνον.*

CLAVIVS.

a SÆPE iam dixi, ſed quia nullum finem contradicendi facis, dicendum eſt ſæpius; Nouilunia à nobis eſſe poſtpoſita, non vt quartadecima cadat in plenilunium, ſed ne biduo id anteuertat. quod vitium in Scaligerianis Epactis frequentiſſime accidit, vt poſterius oſtendemus.

SCALIGER.

b CVR *igitur reprehendit Mæſtlinum, qui quartamdecimam Chriſtianorum plenilunii eſſe dixerit, & Paſcha contra Canones celebrari, quoties in plenilunio celebraretur? Nam profecto hæc vis eſt.*

CLAVIVS.

b NOLI quæſo te, Ioſephe, Mæſtlini ſuſcipere patrocinium, ne iuſta rei reprehenſio in patronum cadat. Dixi iam alias, iure à me reprehenſum eſſe Mæſtlinum, quod canones conaretur euertere.

SCALIGER.

c c NOVVM *eſt, negare Paſcha non celebrandum eſſe plenilunio.*

CLAVIVS.

c VIDE ne nouum, ac temerarium ſit, negare Paſcha celebrandum eſſe in plenilunio, cum id rectiſſime ex canonibus fieri, Computi auctores affirment (vt in Apologia docuimus) & Eccleſia ſæpiſſime celebrarit. Atque vt eadem inculcando moleſtus nobis eſſe deſinas, omneſque intelligant, te in hoc mirum in modũ hallucinari, cum canonibus, decretis Pontificum, conciliorumque, & Computi Eccleſiaſtici ſcriptoribus aduerſaris, id quod modo dixi, planum faciam.

PRIMVM igitur S. Pius Papa, & martyr, decimus à B. Petro, anno Domini circiter 159. ſtatuit, vt habetur de Conſcr. diſtinc. 3. cap. Noſſe: Paſcha Domini die Dominico celebrandum eſſe. Satis autem conſtat, eum intellexiſſe diem Dominicum, qui Lunam xiiij. inſequitur, cum illud præcipiat propter Aſianos, qui in ipſa Luna xiiij. Paſcha celebrabant, nõ expectato die Dominico. Planius idem cõſtituit S. Victor Papa, & martyr, quartuſdecimus à B. Petro anno Domini circiter 198. cuius verba in epiſtola ad Theophilum Cæſarienſem Epiſcopum, quæ habetur de Conſecr. diſtinct. 3. cap. Celebritatem, hæc ſunt. *Celebritatem ſancti Paſchæ die Dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud eadem die ſolenniter celebrari mandamus; quia non decet, vt membra à capite diſcrepent, aut aliter gerant. A quartadecima vero Luna primi menſis vſque ad vigeſimamprimam eiuſdem menſis eadem celebretur feſtiuitas.* Deinde idem à varijs concilijs confirmatum eſt, atque ſancitum, præſertim à concilio primo poſt Apoſtolos, quod S. Victoris Papæ hortatu in Cæſarea Palæſtinæ à compluribus epiſcopis celebratum eſt, cui præfuit Theophilus eiuſdem vrbis epiſcopus, vt legimus apud Euſebium lib. 5. Eccleſ. hiſt. cap. 24. Ibi enim Theophilus in epiſtola ſynodali docet, eo in concilio conſtitutum eſſe, vt Paſcha à Luna xiiij. vſque ad xxj. celebretur. Idem poſtea confirmatum eſt, atque renouatum communi omnium conſenſu in concilio illo celeberrimo Nicæno à 318. Patribus. Mitto alia multa concilia, ne longum faciam. Venio ad teſtimonia SS. Patrum. Beda venerabilis pluribus locis idem docet, vt in Apologia tradidimus. Quinetiam lib. 4. cap 5. Hiſtor. Eccleſ. tradit, decretum eſſe in Anglicano quodam concilio coram Rege, vt die Dominico poſt Lunam xiiij. primi menſis Paſcha celebraretur. Nec vero id decretum modo, ſed etiam omnibus deinceps ſæculis obſeruatum eſt. B. Iſidorus, qui floruit anno Domini circiter 630. lib. 1. de Eccleſ. off. cap. 31. idipſum oſtendit. Rabanus quoque archiepiſcopus Mogunt. qui viguit anno circiter 855. lib. 2. de Inſtit. cler. cap. 39. & Rupertus

Digitized by Google

pertus Abbas Tuitienſis, qui extitit anno fere 1124. lib. 6. de Diuin. off. cap. 27. idem confirmantes enumerant omnes terminos Paſchales, quos hodie in Eccleſia obſeruari cernimus; aſſeruntque Paſcha in vno ſeptem dierum à Luna xv. incluſiue ad xxj. incluſiue eſſe celebrandum. Porro Guilhelmus Durantus in Rationali Diuinorum officiorum lib. 8. cap. 12. diligenter exponit omnes 29. Lunas xiiij Paſchales non ſemel, ſed ſæpius, docens, primam Lunam xiiij. Paſchalem eſſe xij. Cal. Apr. & vltimam, xiiij Cal. Maij: poſt quas ſemper Paſcha celebrari oporteat. Libro quoque 6. cap. 75. affirmat, iuſſu Domini Paſcha celebrandum eſſe in Plenilunio, hoc eſt, in aliquo ſeptem dierum tertiæ hebdomadæ. Poſtremo idem diſertis verbis docet Ioan. de Sacroboſco in Computo Eccleſiaſtico: Paulus Middelburgenſis epiſcopus Foroſemproníenſis in ſua Paulina pluribus locis. Ioan. Stoflerinus in Calendario Romano, & alij quamplurimi. Legat, ſi quis volet, Marcellum Francolinum in lib. de tempore Horarum Canon. qui varijs in locis plurima teſtimonia idipſum probantia adducit. At vide, quanta inter hos ſit conſenſio. Apud neminem eorum reperies, Paſcha celebrandum eſſe die Dominico poſt Lunam xv. primi menſis, ſed ſemper poſt Lunam xiiij. Et erit quiſpiam, qui exiſtimet, plus vnum Scaligerum, quam hos omnes, vidiſſe? qui à naſcentis Eccleſiæ primordijs ad noſtra vſque tempora, per manus quaſi traditam ab Apoſtolis de Paſchæ celebratione doctrinam diligentiſſime conſeruarunt? Nam Campanus, qui vnus ex omnibus Computi ſcriptoribus quartamdecimam Paſchalem appellat plenilunium, id propterea facit, quia finis Lunæ xiiij. quando Iudæi agnum comedere iubebantur, principium eſt Lunæ xv. ſiue plenilunij. Argumento eſt, quod deinde aperte teſtatur, ac docet, Paſcha celebrandum eſſe die Dominico poſt Lunam xiiij. à Nouilunio.

VERVM enimuero auctoritates omnes, quas attulimus, intelligendas eſſe de Luna xiiij. à Nouilunio cycli numeranda, liquido conſtat ex aureo numero in Calendariis inſcripto per Dionyſium Abbatem, & ex terminis Paſchalibus præfinitis, qui omnes cadunt in Lunam xiiij. ab aureo numero propoſiti anni ſupputatam. Ita inter aureum numerum xvj. qui die octauo Martij præfixus erat, & diem 21. eiuſdem, in quem cadit eius numeri aurei quartadecima, vides interiectos eſſe dies 12. atque à die 8. incluſiue vſque ad diem 21. incluſiue numerari dies 14. Eademque ratio eſt de cæteris aureis numeris. Quis ergo tibi, ingenioſiſſime Ioſephe, hanc auctoritem tribuit, vt nouo more, atque inſtituto (quod ne Pontifex quidem ipſe facere auderet) à Nouilunio cycli ad terminum Paſchalem præcipias numerari dies 15? Certe hoc eſſe contra canones, decreta Pontificum, & doctrinam Patrum, ex eo manifeſtiſſime conuincitur, quod cum à concilio Nicæno, ad hæc vſque tempora, primum Nouilunium Paſchale diei octauo Martij tributum ſit, vt perpetuus Eccleſiæ vſus docet; ſi Paſcha poſt Lunam xv. à Nouilunio putatam, vt tu vis, celebrandum foret, nunquam potuiſſet celebrari die 22. Martij, cum hic dies ſit ab illo Nouilunio quintusdecimus. Neque illud dicere potes, Nouilunium illud collocandum eſſe in die 7. Martij: quia nemo vnquam hoc aſſeruit, neque vero ſeptimo diei vllus aureus numerus fuit affixus, vt per eum Nouilunium ibidem indicaretur. Iam cum vltimum Nouilunium Paſchale in vſu Eccleſiæ ſemper inciderit in diem 5. Aprilis, ſi ab eo quindecim dies eſſent numerandi, ſtatuendus eſſet terminus Paſchalis ipſius in 19. Aprilis, ac proinde ſi is foret Dominicus, transferendum eſſet Paſcha in 26. Aprilis. quod inauditum eſt, ac nouum. Vides igitur, quando Luna xiiij. præuenit plenilunium, quod in Dominicum diem incidat, Paſcha in ipſo plenilunio celebrari ab Eccleſia, neque vnquam hoc eſſe prohibitum conuinces: imo ſæpiſſime id factitatum eſſe à concilio Nicæno vſque ad correctionem Gregorianam, reperies. Id quod diſcere etiam facile potuiſſes ex tabula antiqua feſtorum mobilium. Cum enim in ea præcipiatur Paſcha celebrandum in proxima litera Dominicali poſt aureum numerum, qui Lunam xiiij. indicat, ſiue Paſcha Iudæorum: quis non videt, ſi Dominicalis litera aureum numerum proxime inſequatur, (quod non raro euenit) Paſcha celebrari Luna xv. hoc eſt, in plenilunio? Ac ne in cuiuſquam animo vel tenuiſſimus ſcrupulus reſideat, atque tota res luce clarior ſit, collegi in tabella, quam mox ſubijciam, 175. annos, quibus Paſcha celebratum fuit ſtatim poſt Lunam xiiij. à Nouilunio numeratam: è quibus nonnullos annos reperies, in quibus Paſcha plenilunium anteceſſit, præſertim prope concilij Nicæni tempora, annis videlicet 326. 330. 346. 350. 370. 394. 441. 475. 495. quod & in Apologia lib. 2. cap. 6. monui. Neque vero Eccleſia de hiſce qualibuſcunque erroribus magnopere laborauit, quamuis eos viderit. Id modo cauit, vt canon concilij vbiuis terrarum æquabiliter ſeruaretur, quo Paſcha poſt Lunam xiij. celebrari præcipitur, licet interdum, ſed raro, propter cycli diſpoſitionem, ante plenilunium ageretur. Ex quo efficitur, cyclum, quoad eius fieri poteſt, ita ordinandum eſſe in Calendario, vt Lunæ xiiij. Paſchales vno tantum die, nunquam autem duobus, niſi rariſſime, (cum id nullus cyclus vitare poſſit) anteuertant plenilunium. id quod cyclus noſter Epactarum exquiſitiſſime præſtat, cum in eo vix in 3000. annis ſemel, aut bis Paſcha ante plenilunium medium celebretur: quod tuum Calendarium, vt infra dicemus, nequaquam præſtare poteſt, cum ſæpiſſime tuæ Lunæ xiiij. Paſchales plenilunium biduo, ac triduo præueniant.

SED ne diutius promiſſum differamus, ecce tibi annos 175. quibus Paſcha Luna xv. celebratum eſt; vt tute intelligas, quam temere tanto impetu conatus ſis conuellere ſtatum noſtri Paſchatis, quod mouere non poſſes; & quam ſine ratione contenderis, id eſſe contra canones, quod canonibus maxime nititur. Ac ne de huius tabulæ fide addubites, conflata ea eſt ex cyclo magno Dionyſiano 532. annorum, & ex antiqua tabula feſtorum mobilium. Appoſui autem eiſdem annis aureos numeros, literaſque Dominicales reſpondentes, vt cuiuis planum fiat, tum Paſcha Luna xv. ſecundum Canones eſſe celebratum.

Litera porro A, Aprilem; M, Martium ſignificat.

Anni

Digitized by Google

Anni Dom.	Aur. Num.	Litera Dom.	Paſcha.	Anni Dom.	Aur. Num.	Litera Dom.	Paſcha.
326	4	B	5. A	330	8	D	19. A
340	18	FE	30. M	346	5	E	23. M
350	9	G	8. A	370	10	C	28. M
374	14	E	13. A	394	15	A	2. A
398	19	C	18. A	401	3	F	14. A
414	16	D	22. M	425	8	D	19. A
441	5	E	23. M	445	9	G	8. A
465	10	C	28. M	469	14	E	18. A
475	1	E	6. A	489	15	A	2. A
493	19	C	18. A	495	2	A	26. M
496	3	GF	14. A	499	6	C	11. A
509	16	D	22. M	519	7	F	31. M
520	8	ED	19. A	523	1	A	16. A
536	5	FE	23. M	540	9	AG	8. A
543	12	D	5. A	560	10	DC	28. M
563	13	G	25. M	564	14	FE	13. A
567	17	B	10. A	570	1	E	6. A
584	15	BA	2. A	587	18	E	30. M
588	19	DC	18. A	590	2	A	26. M
594	6	C	11. A	604	16	ED	22. M
614	7	F	31. M	618	11	A	16. A
638	12	D	5. A	658	13	G	25. M
662	17	B	10. A	665	1	E	6. A
682	18	E	30. M	685	2	A	26. M
689	6	C	11. A	709	7	F	31. M
713	11	A	16. A	733	12	D	5. A
743	3	F	14. A	753	13	G	25. M
757	17	B	10. A	760	1	FE	6. A
763	4	B	3. A	767	8	D	19. A
777	18	E	30. M	780	2	BA	26. M
783	5	E	23. M	784	6	DC	11. A
787	9	G	8. A	804	7	GF	31. M
807	10	C	28. M	808	11	BA	16. A
811	14	E	13. A	828	12	ED	5. A
831	15	A	2. A	835	19	C	18. A
838	3	F	14. A	848	13	AG	25. M
851	16	D	22. M	852	17	CB	10. A
858	4	B	3. A	862	8	D	19. A
872	18	FE	30. M	878	5	E	23. M
882	9	G	8. A	902	10	C	28. M
906	14	E	13. A	926	15	A	2. A
930	19	C	18. A	933	3	F	14. A
946	16	D	22. M	953	4	B	3. A
957	8	D	19. A	973	5	E	23. M
977	9	G	8. A	997	10	C	28. M
1001	14	E	13. A	1007	1	E	6. A
1021	15	A	2. A	1025	19	C	18. A
1027	2	A	26. M	1028	3	GF	14. A
1031	6	C	11. A	1041	16	D	22. M
1048	4	CB	3. A	1051	7	F	31. M
1052	8	ED	19. A	1055	11	A	16. A
1068	5	FE	23. M	1072	9	AG	8. A
1075	12	D	5. A	1092	10	DC	28. M
1095	13	G	25. M	1096	14	FE	13. A
1099	17	B	10. A	1102	1	E	6. A
1116	15	BA	2. A	1119	18	E	30. M
1120	19	DC	18. A	1122	2	A	26. M
1126	6	C	11. A	1136	16	ED	22. M
1146	7	F	31. M	1150	11	A	16. A
1170	12	D	5. A	1190	13	G	25. M

Anni

Digitized by Google

Anni Dom.	Aur. Num.	Litera Dom.	Paſcha.	Anni Dom.	Aur. Num.	Litera Dom.	Paſcha.
1194	17	B	10. A	1197	1	E	6. A
1214	18	E	30. M	1217	2	A	26. M
1221	6	C	11. A	1241	7	F	31. M
1245	11	A	16. A	1265	12	D	5. A
1275	3	F	14. A	1285	13	G	25. M
1289	17	B	10. A	1292	1	FE	6. A
1295	4	B	3. A	1299	8	D	19. A
1309	18	E	30. M	1312	2	BA	26. M
1315	5	E	23. M	1316	6	DC	11. A
1319	9	G	8. A	1336	7	GF	31. M
1339	10	C	28. M	1340	11	BA	16. A
1343	14	E	13. A	1360	12	ED	5. A
1363	15	A	2. A	1367	19	C	18. A
1370	3	F	14. A	1380	13	AG	25. M
1383	16	D	22. M	1384	17	CB	10. A
1390	4	B	3. A	1394	8	D	19. A
1404	18	FE	30. M	1410	5	E	23. M
1414	9	G	8. A	1434	10	C	28. M
1438	14	E	13. A	1458	15	A	2. A
1462	19	C	18. A	1465	3	F	14. A
1478	16	D	22. M	1485	4	B	3. A
1489	8	D	19. A	1505	5	E	23. M
1509	9	G	8. A	1529	10	C	28. M
1533	14	E	13. A	1539	1	E	6. A
1553	15	A	2. A	1557	19	C	18. A
1559	2	A	26. M	1560	3	GF	14. A
1563	6	C	11. A	1573	16	D	22. M
1580	4	CB	3. A				

NEC vero id proprium Eccleſiæ Latinæ, ſiue occidentalis fuit, vt ſtatim poſt Lunam xiiij. à Nouilunio putatam Paſcha celebraret, ſiue ante correctionem, ſiue poſt correctionem Calendarij, ſi proxime inſequens dies ſit Dominicus: eundem perpetuo morem tenuit, ac tenet Orientalis Eccleſia. quod patet ex tabulis inueniendorum feſtorum mobilium, quibus Orientales vtuntur, & quas nuper Ignatius Patriarcha Antiochenus Romam attulit, congregationique Calendarij inſpiciendas obtulit. Porro idem factum eſſe ante concilium Nicænum, te ipſo teſte probare poſſum, qui ex ſententia Hippolyti Epiſcopi vere affirmes, anno Chriſti 222. qui annus fuit primus Alexandri Imperatoris, cyclo Solis 7. litera Dominicali F; aureo numero 14. Lunam xiiij. incidiſſe in 13. diem Aprilis, qui fuit ſabbathum: & ſequenti die 14. Paſcha fuiſſe celebratum, id eſt, in plenilunio, quod eo anno factum eſt die 13. hor. 5. & amplius poſt mer. ac proinde ſequenti diei 14. tribuendum: præſertim cum ipſe fatearis, hæc per omnia Canoni congruere. quod ſi ita eſt, in plenilunio contra Canones Paſcha non celebratur, vt in hoc tuo Elencho affirmas, aut certe tibi ipſe non conſtas. Quid, quod hoc ipſo anno 1595. quo hæc ſcribimus, celebratum eſt Paſcha in ipſo plenilunio, celebrabiturque rurſus eodem modo annis 1599. 1609. Num iſta quoque reprehendes, quæ, cum eſſent ante oculos, tamen intacta reliquiſti? Age vero, quis non videt, ſi Paſcha non poſſet celebrari Dominico die, qui in plenilunium, ſiue Lunam xv. incidit, illud celebrandum eſſe Luna xxij. Et quidem ſi dies 19. Aprilis foret Dominica incidens in plenilunium Paſchale, differendum eſſe & in Lunam xxij. & in diem 26. Aprilis? Atqui hæc omnia Canonibus contraria ſunt, vt ex ijs, quæ diximus, liquet, fuſiuſque in Apologia diſputauimus. Toto igitur cœlo erras, cum aſſeris, in plenilunio Paſcha non poſſe celebrari.

SCALIGER.

RVRSVS anno cycli iiij. Epacta Neomeniæ, eſt v. quæ in Dionyſiana, & Liliana forma eſt iiij. vno die ſerior. a *Ergo quartadecima Liliana, ſiue Dionyſiana, in anno iiij. cycli eſt plenilunium, cum plenilunium ſit quintadecima ab Epacta v. Porro vides hic ad Epactæ ſequentis inueſtigationem aliquando tantum opus eſſe adiectione 10. ad antecedentem Epactam, cum adiectione xj. conſtanter Epactæ vulgares procedant: vt in annis 2.6.9.11.14.17. quorum annorum Epactæ ex adiectione 10. ad Epactas antecedentes propagatæ ſunt: at in annis 4.8.15. accedentibus xij. ad antecedentes Epactas.* a

CLAVIVS.

a ATQVI ſi rem diligentius conſiderabis, reperies noſtram quartamdecimam antecedere potius plenilunium medium. Illa enim cadit in diem 9. Aprilis, plenilunium vero in eundem 9. Aprilis, hor. $1\frac{1}{2}$. poſt mer. qui eſt dies 10. Aprilis. Rurſus comperies, tuam quartamdecimam, quæ incidit in 8. Aprilis, duobus ferme diebus plenilunium anteuertere. quod vitioſiſſimum eſt.

SCA-

Digitized by Google

SCALIGER.

b *NAM quod Epacta xij. anni adiectione xiij. ad antecedentem creata ſit,* b *hoc factum eſt propter biſſextum, cuius interuentu ſæpe fides Epactarum æquabilium eluditur. Tantum hoc conſtat, eam Epactam anni ſcilicet xij. fieri ordine, & rite per adiectionem xiij.*

CLAVIVS.

b *b* ERRAT plane. Nam ſi vellemus habere rationem biſſexti in collocatione Epactarũ in Calendario, confunderemus mirum in modum annum politicum, & Eccleſiaſticum. quæ eadem cauſa fuit, cur iſtiuſmodi collocationem Epactarum ne Scaliger quidem ipſe in ſuo admiſerit Calendario.

SCALIGER.

c *CVM igitur hæc ita ſint, videmus,* c *quam periculoſa ſit ratio Epactarum æquabilium in celebratione Paſchæ;*

CLAVIVS.

HOC tantum efficitur, quod vltro fatemur: nullum cyclum æquabilium Epactarum ad celebrationem Paſchæ reperiri poſſe, qui omnem vndequaq; vitet errorem. Quocirca eum cyclum potiſſimum haberi oportere, qui quam pauciſſimos contineat errores: qualem noſtrum eſſe, in Apologia docuimus, & ex ſequenti calculo planum fiet.

SCALIGER.

d d *ATQVE ex ea natum eſſe fœdiſſimum illum errorem anni 1598. quem neſcio quare ita confidenter fatentur ſimul & diſſimulant.*

CLAVIVS.

ENIMVERO hoc ferendum non eſt. Fœdiſſimum appellat errorem, qui nullus eſt, noſque confidenter fateri ſimul, & diſſimulare inſimulat in eo, quod nos recte factum eſſe contendimus. Prædicaui antea, ac nunc demum prædico, Paſcha anni 1598. recte, ac ſecundum Canones celebratum iri: vt omnes intelligant, nullam ſubeſſe neque confeſſionem, neq; diſſimulationem.

SCALIGER.

SED ne ſic quidem Epactæ ſemper manebunt, vt in tabella expoſitæ ſunt. Poſt aliquot enim cyclos, quædam ex illis immutabuntur, & de ſuis ſedibus ſollicitabuntur, antequam reliquæ fines ſuos migrauerint. Hæc ego propoſui, vt indicarem
c *dubiam Epactarum æquabilium fidem,* c *non autem vt eorum vſum damnarem, quandoquidem annus, quo vtimur, eſt politicus, non Aſtronomicus: & propterea Epactas æquabiles, non Aſtronomicas eſſe ideo oportet, quia aliter ad vulgarem vſum idoneæ eſſe non poſſunt.*

CLAVIVS.

c NVNC demum, ad te redire videris, mi Ioſephe. ſed heus tu: ſi non damnas vſum Epactarum æquabilium, fruſtra laboras, cum noſtras Epactas ad annum politicum accommodatas tantopere exagitas.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Nuper oppugnator eras Epactarum æquabiliũ, nunc repente, quaſi pace facta, propugnator extitiſti: mox, mutata fide, inæquabiles rurſus Epactas in ſocietatem aſciſces. Fatere igitur, te, cum apparatu illo Iudaico Epactas æquabiles oppugnaſti, fruſtra laboraſſe; nunc cum eaſdem defendis, pro meliore cauſa ſtare: Deinceps cum ad condendam tabulam tuam iuſtæ periodi tropicæ, tabellam ſuperiorem inæquabilium Epactarum aſſumas, non publicæ cauſæ ſeruire, ſed tuæ. quæ eſt iſta conſtantia?

SCALIGER.

a *NVNC quo modo μετάπτωσις Epactarum fiat in anno tropico, indicabo;* a *ſi prius alium errorem de anno Liliano ſuſtulero.*

CLAVIVS.

a VIDE quid agas, Scaliger. Nullum adhuc errorem de anno Liliano ſuſtuliſti: ſed in eo, quod quaſi erratum corrigere conatus es, tute grauiter erraſti. Quam vereor, ne in hoc alio, quem errorem appellas, parem aut etiam peiorem experiare fortunam.

SCALIGER.

DE ORDINATIONE EPACTARVM IN CALENDARIO.

b b *QVEMADMODVM in omiſſione Biſſextorum per tres continuas centurias, ita in ordinatione Epactarum in Calendario, iocularitur hallucinatus eſt auctor noui anni.*

CLAVIVS.

b *b* ATQVEMADMODVM oſtendimus, in omiſſione biſſextorum per tres continuas centurias, rationem à nobis eſſe propoſitam ad vſum popularem commodiſſimam, & à vero non alienam: ita, Deo bene iuuante, oſtendemus, Epactas in Calendario melius ordinari non poſſe, quam in Gregoriano Calendario factum eſt. Ex quo illud etiam intelligetur, non iocularitur hallucinatum eſſe auctorem noui anni, vt ait Scaliger,

Digitized by Google

ger,ſed hallucinari eum, qui deteriorem præponat illi rationem: præſertim vero, cum nihil noui afferat,ſed ea pro nouis reponat,quæ nos in Apologia,vt minus idonea,minuſq; ad rem propoſitam apta,reiecimus.

SCALIGER.

c *APPOSITA Epacta * continua per ſingulas ſyzygias,hoc eſt,aſſumpta nota *,pro Epacta vnica:*

CLAVIVS.

c ATQVI ordo Nouiluniorum talem diſpoſitionem Epactarum exigebat, vt in Apologia demonſtraui lib.2.cap.3.& 6.quin etiã paulo poſt docebo,rectius eo modo Epactas in Calendario ordinatas eſſe, quam à Scaligero.

SCALIGER.

b *ET excogitatis interruptionibus, quas Græci ἐξαιρεσίμους ἡμέρας vocant, vt menſes alternis pleni,& caui eſſent. quod factum eſt, cum pro xxv. Epacta xxiiij. nominat.* b

CLAVIVS.

b QVASI vero nos primi has interruptiones excogitauerimus.Quid enim? Iulius Cæſar, Alexandrini, concilium Nicænum,cæterique omnes, qui cyclo decemnouennali vſi ſunt,nonne eaſdem interruptiones adhibuere? Quid? tu ipſe,qui vituperas, non adhibes? niſi quod compendij Calendariũ ſecutus pro Epactis 25. 24.repoſuiſti 0.29. quas in Apologia repudiauimus? Et ſane naturalis ordo poſtulat, vt minor aureus numerus in Calendario proxime ſequatur maiorem, non contra,maior minorem. Cæterum hic ordo ſex locis neceſſario interrumpitur,vt menſes Lunares conſtituantur alternis 30.& 29.dierum.Quocirca maior numerus minori proxime adiungendus eſt: quod quidem in Calendario antiquo factum videmus in ſex menſibus, Februario,Aprili,Iunio,Auguſto,Octobri,& Decembri.Itaque non video,cur vir doctiſſimus, atque ingenioſiſſimus ea in alijs reprehendat,quæ in ſeipſo probat,cur ue vetera, ac noſtra nobis obtrudat pro nouis ac ſuis. Neque enim dubium eſſe poteſt, vtrum Apologiam noſtram perlegerit, qui eius carpendæ occaſionem vndecunque captauerit.

SCALIGER.

a *QVO quid magis ridiculum eſſe poteſt?*

CLAVIVS.

DOLEO talem virum, dum perperam ridet alios, tantam irridendi ſui facultatem doctis hominibus dediſſe. Etenim duæ Epactæ 25.24. ad eundem diem appoſitæ idem plane præſtant in menſibus Lunaribus recte inſtituendis, quod aurei numeri illi maiores, qui ſex locis Calendarij Nicæni proxime ſequebantur minores.Id quod facile apparebit,ſi Epactæ in aureos numeros concilij Nicæni reſoluantur. quod à nobis factum eſt in Apologia lib.2.cap.4. Qui igitur id ridiculum eſſe poteſt,quin etiam Patres concilij Nicæni,Iulius Cæſar,& Alexandrini,ridiculi exiſtimentur? quod profecto nemo exiſtimabit,niſi qui velut alter Democritus,omnes & omnia ridens,ridendum ſe omnibus præbeat. Ne illud quidem verum eſt,vnde riſum captas,cum ais,pro 25. Epacta Epactam 24.à nobis nominari. Neque enim Epactas confundimus,ſed Epactam 25.appellamus,quæ 25.eſt, eodemque modo 24. Deinde homo acutus id nobis obijcis,quod in te ipſum valet,qui Epactas 0.& 29. in vnum contubernium aſſumis eodem prorſus modo, quo nos 25.& 24.

SCALIGER.

b *ANNO 1900. erit numerus aureus primus, Epacta Liliana xxix. litera Dominicalis Liliana G: neomenia Iudaica 7.6.651.in xxxj.Martij Liliani.Ibi igitur erat ſtatuenda Epacta xxix.vbi tamen Epacta * poſita eſt: in Calendis autem Aprilis xxix.pro xxviij.*

CLAVIVS.

b HIC quoque noſtra abs te interpolata nobis obtrudis,ac venditas. Quid enim? Iſtam rationem in Calendario Compendij nos non poſuimus? non in Apologia reiecimus? non, cur reijceremus, oſtendimus? Sed vt planius ea res intelligatur,hic quoq; de ea pluribus diſſeremus. Propriam ſedem Epactæ 29.eſſe primum diem Aprilis,non trigeſimũ primũ Martij,aptiſſime docet ille ipſe annus 1900.quo aduerſus nos pugnas.Cum n. Epacta 29.primo diei Aprilis aſcripta ſtatuat Lunam xiiij.in 14.Aprilis, contingat autem anno 1900. plenilunium medium 14.Aprilis,hor.4.poſt mer.profecto ea Luna xiiij.proxime plenilunium antecedit.quo quid rectius fieri poteſt? Quod ſi Epacta 29. præfigeretur diei 31. Martij, caderet eius Luna xiiij. in diem 13. Aprilis, ac proinde,ſi poſtridie eſſet Dominicus dies,celebraretur Paſcha ante plenilunium.quod Canones vetant. Iam ſi Epacta 29.ad 31. Martij ſcripta accelerat ſuam Lunam xiiij. eo ipſo anno 1900.vt diximus,quanto importunius eam accelerabit Epacta 1.ad diem 30. Martij poſita, quam tua æquatio huic libello ſubiecta eodem anno exhibet,quippe cum eius Luna xiiij in 12. Aprilis cadat,ac proinde triduo ferme plenilunium anteuertat? Itaque ex tua tabula celebrari poſſet Paſcha die 13. Aprilis,ſi Dominica foret; duobus ferme diebus ante plenilunium.quo quid abſurdius? Sed deinde totam illam tuam æquationis tabulam examinabimus: in qua condenda ſecurus alieni iudicij fuiſti, quod neminem fortaſſe hunc examinandi laborem ſuſcepturum putaſti: nunc, ſi placet, proferamus calculum ad annum aliquem longiſſime à noſtra ætate diſtantem, vt vel hinc liquido appareat, Epactam 29.rectius à nobis primo Aprilis,quam abs te vltimo Martij aſcribi. Anno igitur 20014.erit aureus numerus 8.& ſi conſulas noſtram tabulam æquationis,reperies Epactam 29.cuius quartadecima in 14. Aprilis incidit,ſi primum Aprilis occupet. Igitur cum calculus exhibeat plenilunium Paſchale die 14. Aprilis,hor. 13.ferme

Digitized by Google

poſt mer. quis non videt, Epactam 29. recte eſſe collocatam ad 1. Aprilis, cum eius quartadecima integro ferè die plenilunium antecedat? Confer nunc cum noſtra ratione tuam: collocetur Epacta 29. vlt. Martij, vt vis; profecto exhibebit Lunam xiiij. Paſchalem die 13. Aprilis, biduo videlicet ante plenilunium. Videſne, quanto rectior & conſtantior, etiam in longinquum tempus, ſit ratio noſtra, quam tua?

SCALIGER.

*SANE ſi menſes politici Lunares alternis pleni, aut caui inſtituendi ſunt: velint nolint, ſi Calendæ Martij habuerint xxx. aut *, (quod idem eſt) pro Epacta triceſima prima eiuſdem Epactam xxix. habent, a neceſſe eſt.*

CLAVIUS.

a EQVIDEM quæ ſit iſta neceſſitas, non video. Nam perinde menſes alternis pleni & caui conſtituuntur per duas Epactas 25. 24. in vnum contubernium aſſumptas, ac per duas 0. 29. quas tu ſequeris. hoc vnum intereſt, quod rectius noſtræ illæ Lunas xiiij. Paſchales indicant, quam iſtæ tuæ. Lege quæſo te, ſi vacat, & ſi vis, Lunationes triginta cyclorum tabulæ expanſæ Epactarum, quas in Apologia lib. 2. pag. 206. expoſuimus. Videbis Lunationes alternis eſſe 30. & 29. dierum, paucis exceptis, quod hunc curſum cyclus decennouennalis, & Emboliſmorum ratio interdum interrumpat, quacunq; is ratione in Calendario deſcribatur.

SCALIGER.

a *SED huic malo cauit auctor anni, excogitando ἐξαιρεσίμους ἡμέρας more Græcorum, & xxv. xxiiij. Epactas in vnum contubernium aſſumendo. Acute ſane. Hoc eſt κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι.*

CLAVIUS.

a IMMO prudenter. Exigebant enim id Lunationes, vt alternis 30. & 29. dierum conſtituerentur, vt ſupra dictum eſt. Quocirca non eſt hoc κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι, vt ais, ſed opportuo remedio malum auertere: quippe hæc Lunæ æquatio rectius efficitur per Epactas 25. 24. quam per 0. 29. vt in Apologia fuſius demonſtrauimus, & paulo ante oſtendimus, cum Epactam 29. rectius in principio Aprilis, quam in fine Martij cum Epacta 0. poni docuimus. Vide igitur, ne duas illas Epactas 0. & 29. in vnum contubernium aſſumere, vt huic incommodo medeare, ſit κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι.

SCALIGER.

b *ANNO 1590. litera Liliana fuit G: Epacta Liliana xxiiij. Neomenia Paſchalis Iudaica 4. 23 489. in V. Aprilis, è regione Epactæ xxiiij. Recte.* b *Quid opus igitur fuit, xxix. in Calendis ponere pro xxviij.*

CLAVIUS.

b CAVSA in promptu eſt. Nam ſi Epacta 29. ad vltimum Martij promoueretur, eius Luna xiiij. biduo plenilunium anteuerteret, vt paulo ante declaraui: præſertim vero, quia cum Epactæ 24. & 25. propter menſes plenos & cauos eidem diei quinto Aprilis præfigant, propria ſedes Epactæ 29. erit primus dies Aprilis.

SCALIGER.

c *NAM ſic, vt ratio poſtulabat, Epacta xxviij. in Calendis appoſita fuiſſet, non opus fuiſſet effringere clauſtra ad Epactam xxiiij. in v. Aprilis traducendam. Quinta enim dies Aprilis vindicat ſibi Epactam xxiiij. Siquidem Calendæ occupauerint Epactam xxviij. non aliter.*

CLAVIUS.

c ERRAS, doctiſſime Scaliger. Ratio enim poſtulat, vt Epacta 29. in Calendis Aprilis apponatur, non 28. ne videlicet cogeretur Epacta 29. ad vltimum Martij aſcendere, & eius Lunam xiiij. ad 13. Aprilis reuocare; ſic vt nonnullis annis plenilunium medium biduo antecederet. quod eſt ineptū. Huc accedit, quod ſi Epacta 28. Calendas Apriles occuparet, eius Luna xiiij. in 14. Aprilis incideret. Ergo anno 1851. vt vnum è multis notemus, cum aureus numerus ſit 9. Epacta 28. & plenilunium Paſchale contingat die 15. Aprilis, hora ferme 15. poſt mer. hoc eſt, die 16. præueniret ea Luna xiiij. plenilunium ferme biduo contra canones. Quæ cum ita ſint, vtrum ratio poſtulabat, vt Epacta 28. in Calendis apponeretur, vt tu vis, an ſecundo die Aprilis, vbi à nobis appoſita eſt? Nec vero opus fuit clauſtra, vt ais, effringere. Neque enim Epacta 24. vi irrupit in 5. Aprilis, quaſi in alienam poſſeſſionem, ſed velut, patefacta ianua, ſuo iure venit in ſuam. Iure enim illi quinta dies Aprilis debebatur, propter Lunationes alternas dierum 30. & 29. Sed video, quid agas. Crimen, quod in te valet nobis obijcis. Tu enim clauſtra effregiſti, cum Epactam 29. in locum Epactæ 30. vel 0. per vim intruſiſti, contra Lunarum xiiij. rationem, vt ſupra demonſtrauimus.

SCALIGER.

a *NEQVE enim vllus Prætor eam Epactam in poſſeſſionem Epactæ alius mittere poteſt, contra tabulas.*

CLAVIUS.

a QVASI vero Epacta 24. Prætoris vllius auctoritatem deſideret, vt in poſſeſſionem Epactæ 25. mittatur, cum iampridem, ex tabulis, eam ſedem poſſideat eo iure, quo qui optimo. Tuæ vero Epactæ 29. quis vnquā Prætor poſſeſſionem dabit alienæ ſedis, non modo contra tabulas, ſed etiam contra ius faſque? præſertim vero, cum id ſine incommodo Reipublicæ fieri non poſſit: cum ea vis, atque iniuria perturbatura ſit Lunarum xiiij ordinem ac ſtatum.

Digitized by Google

SCALIGER.

ANNO 1935. numerus aureus erit 17. litera Dominicalis Liliana F. Neomenia 5.0.580. in iiij. Aprilis. Numerus autem aureus maior, quam 11. Ergo ex methodo Liliana aſſumenda erit Epacta nigra 25. Congruit igitur recte diei propoſitæ iiij. Rurſus anno 1715. litera dominicalis erit eadem F: Neomenia 5.6.667. Erit igitur in eadem die iiij. Aprilis. Numerus aureus eſt vj. minor vtique quam 11. Quare ex methodo Epacta xxv. rubra aſſumenda. Erit igitur in v. Aprilis ex methodo, in iiij. ex Neomenia. Quæro, cum Neomenia tam anni 1935. quam anni 1715. ſit in eadem feria, & eadem ſit litera dominicalis, & ambæ eidem diei congruant: cur tamen diuerſas ſedes nactæ ſint? b *Ego talento contra carum non æſtimarim hoc miſterium ſcire.* b

CLAVIVS.

b AT ego multo minoris, atque adeo gratis, hoc myſterium, quod tantopere ſcire aues, doctiſſime Scaliger, te docebo. quandoquidē ipſi quoq; fontes ſitiunt. Anno 1935. Epactæ nigræ 25. reſpondet aureus numerus 17. anno vero 1715. Epactæ 25. rubræ aureus numerus 6. Itaque cum aureorum numerorum ordo in Calendario poſtulet, vt minor aureus numerus maiorem proxime ſubſequatur, recte ſub Epacta 25. nigra, quæ aureo numero 17. reſpondet, collocatur Epacta 25. rubra, numero aureo 6. reſpondens: alioquin duo aurei numeri 17. & 6. eidem diei 4. Aprilis aſcribendi forent, ſiquidem duæ illæ Epactæ, vt tu vis, in eundem diem inciderent, id eſt, pro vna eademque ſumendæ eſſent, quod abſurdum eſſe, quis non videt? Habes vnam huius myſterij rationem, & quidem optimam; accipe alteram. Anno 1715. Neomenia accidit 6. horis ſerius, quam anno 1935. quid ergo mirum, ſi Epacta prioris anni ſuperiorem diem occupet, Epacta poſterioris inferiorem? Dicam planius. Anno 1715. plenilunium Paſchale incidit in diem 18. Aprilis, hora fere 4. poſt mer. ac propterea in diem 19. Nunc ſi Epacta 25. rubra illius anni aſcriberetur diei 4. Aprilis, vt tu vis, caderet eius Luna xiiij. in 17. Aprilis, biduo ferme ante plenilunium. quod Canonibus repugnat. Quin etiam vt vel hinc intelligas, vter noſtrum rectius & collocet, & vſurpet Epactas. Eo ipſo anno (vnum exemplum è multis proferam) Epactam aſſumis 26. ex tua methodo, quam in 3. Aprilis collocaſti, cuius Luna xiiij. in 16. Aprilis cadit, & triduo ferme plenilunium anteuertit. quo quid ineptius?

SCALIGER.

SCIO quid attulit ad hanc rem Clauius, a qua intererat exiſtimationis eius non produxiſſe, aut errorem ſuſtuliſſe. Et ſane prudentius errorem emendaſſet, quam excuſaſſet. Tantum abeſt, inquit, vt Nouilunia turbentur, vt potius in ſuas ſedes reſtituantur. a

CLAVIVS.

a SANE mallem Scaligerum, cuius exiſtimationi conſultum volo, hæc omnino tacuiſſe, ne in alieno errore perperam notando, bis ipſe erraſſe argueretur. Paulo ante oſtendi, nullum errorē in Lunationibus committi, propter diuerſicolores Epactas xxv. 25. immo ex ipſis Lunas xiiij. Paſchales, quod caput eſt, rectiſſime inueniri. Vbi igitur error iſte latet, quem à nobis ſublatum Scaliger vellet? Hoc autem multo etiam magis apparebit, cum plurima deinde plenilunia ſupputabimus contra Scaligerianas Epactas.

SCALIGER.

b *HEM quæ iſthæc philoſophia eſt? Duo ſunt vnum, & vnum duo. Vna dies in duas Epactas tributa eſt. duæ Epactæ in vnam diem collata.*

CLAVIVS.

b HIC ego non poſſum, quin exclamem. Deus Bone, quid eſt hoc? Philoſophus ac Mathematicus nobilis, à quo non ſolum Flandria, & Germania, ſed etiam Gallia commota eſt, negat ſe intelligere eam philoſophiam, qua ipſemet vtatur. Quæſo te, Scaliger, collige & cohibe te, ne in tuum ipſe mucronem incurras. An non tu quoque duas Epactas 0.29. in vnum diem conieciſti? Quod ſi cauillari libet, iiſdem mihi verbis licet cauillari tuas Epactas, (Nam propter tuas Epactas 0.29. eidem diei aſcriptas, cogeris ſuperiori diei apponere eandem Epactam 0. nigram vna cum Epacta 1. cum id Lunationum ordo requirat) & tecum exclamare. *Hem, quæ iſthæc Philoſophia eſt? Duo ſunt vnum, & vnum duo. Vna dies in duas Epactas tributa eſt: duæ Epactæ in vnum diem collatæ.* Sed ambo pariter iſtas captiones irrideamus licet. Alternatio enim menſium Lunarium 30. & 29. dierum exigit neceſſario, vt hæc philoſophia admittatur, duæque Epactæ in vnum diem conferantur, & vna dies in duas Epactas diſcolores tribuatur. Reſtat, vt quoniam in eadem cauſa ſumus, illud videamus, vter noſtrum binas haſce Epactas melius vſurpauerit. Equidem in Apologia lib. 2. cap. 3. perſpicue docui, vt concilij Nicæni auctoritatem ſequamur, rectius id fieri per Epactas 25. 24. quam per 0. 29. quod ita Lunationes Paſchales à Lunationibus illius concilij minus diſcrepent. Tuæ nunc partes ſunt oſtendere, rectius id fieri per Epactas tuas 0. 29. quod nunquam efficies.

SCALIGER.

a *SED quare offendit eos æquabilis, & continuata Epactarum ordinatio? Ab Epactis* ✱ *29. 28. 27. 26. 25. in Martio, ad Epactas ſimiles in Aprili ſunt dies 30. Ab Epacta 24. & deinceps Martij, ad Epactam ſimilem, & deinceps in Aprili, ſunt dies 29. duntaxat.*

CLAVIVS.

a NON offendit nos quidem, delectat potius, æquabilis, & continuata Epactarum ordinatio. Itaq; eam diligentiſſime in Calendario obſeruauimus, niſi ſi quando alternatio menſium Lunarium in Epactis 25. 24. aliter fieri cogit. Id quod tu quoque, & ſi minus ſcite, feciſti in Epactis 0. 29.

Digitized by Google

SCALIGER.

b *QVARE deteriore conditione ſunt hæ, quam illa? Sane hæc ſunt nugatoria.*

CLAVIVS.

b QVONAM modo deteriore? an quia priores Epactæ habent Lunationes 30. dierum, poſteriores dierum 29? Iſto modo, vt pari ſint conditione, omnes Lunationes conſtituendæ erunt 30. dierum, vel 29. quod nemo, qui modo leuiter Mathematicis tinctus ſit, ferendum putet. quod ſi abſurdum eſt, certe neceſſe eſt, alteras Epactas 30. alteras 29. dierum Lunationes alternis habere. Sed quid verbis opus eſt? Si eam culpam eſſe vis, tu quoque in eadem culpa es. negas? agam tecum tabellis obſignatis. In tuo Calendario ab Epacta 0. in principio Martij ad ſimilem proximam ſunt dies 30. Ab Epactis 29. 28. 27. & alijs deinceps in Martio ad proximas ſimiles ſunt dies duntaxat 29. Id quod euidentius in alijs menſibus apparet: cum ab Epactis 29. in vltimo Martij, & 28. 27. 26. & alijs deinceps in Aprili ad Epactas ſimiles proximas 29. 28. 27. 26. &c. in fine Aprilis, & in Maio, ſint dies 30. ab Epacta autē 29. in fine Aprilis, & 28. 27. 26. & alijs deinceps in Maio, ad proximas Epactas 29. 28. 27. 26. &c. ſimiles in Maio & Iunio ſint dies 29. duntaxat. Hic ego te tuo gladio iugulabo. Quæro enim ex te. *quare deteriore conditione ſunt hæ, quam illa? Sane hæc ſunt nugatoria.* ſed excuſo te: non tua Epactarum ratio nugatoria eſt, ſed oratio.

SCALIGER.

a *DVPLICITER igitur peccatum in Epactarum ordinatione in Calendario. Primum, cum Epactam* ⁎ *in 31. Martij, Epactam autem 29. in Calendis Aprilis collocauit, interrupta naturali plenorum, & cauorum menſium alternatione. Deinde cum ne illum quidem ordinem ſeruauit, ſed 24. Epactam à ſexta die menſis in quintam tranſcripſit, &, duas Epactas concolores in vnam cellam, tanquam* θεοὺς *quoſdam* ὁμονάους *incluſit. neque contentus eo, binas rurſus Epactas in omnibus menſibus diſcolores in antedentem cellam intruſit.*

CLAVIVS.

a AT vide, ne in hoc quoque tute multifariam pecces. In neutro enim peccatum eſſe à nobis, cum Epactam 29. diei 1. Aprilis aſcripſimus, & Epactam 24. Epactæ 25. copulauimus, ſatis à nobis ſupra declaratum eſt, vt nihil præterea hoc loco ea de re dici neceſſe ſit. Perfecte enim naturalem plenorum, & cauorum menſium Lunarium alternationem obſeruauimus. quod pluribus explicatum eſt in Apologia lib. 2. cap. 3. Quotuplex igitur peccatum eſt tuum, qui duplex in alio peccatum perperam accuſas? Præſertim vero, cum ipſe, quod in nobis reprehendis, admittas? Duas quippe Epactas 0. 29. concolores in vnam cellam, tanquam θεοὺς quoſdam ὁμονάους, vt cauillaris, incluſiſti. In eo autem quod nos irrides, qui binas Epactas in omnibus menſibus diſcolores in antecedentem cellam intruſerimus, ipſe ruas.

SCALIGER.

b *QVOD ſane cur faceret, & cur illa Æthiopiſſa Epacta miniatula præferatur, quando numerus aureus maior eſt, quam 11. cauſa non erat; quemadmodum ex ijs, b quæ ſupra adduximus, ſatis demonſtratum fuit.*

CLAVIVS.

b IVSTISSIMA huiuſce rei cauſa reddita à nobis eſt in Apologia lib. 2. cap. 3. quam ſi attentius conſiderabis, non quæres profecto, cur fecerim, vt Epactam illam nigram, quam tu Æthiopiſſam per iocum appellas, miniatulæ præferrem, quoties numerus aureus maior eſt, quam 11. Quam tu Æthiopiſſam, quia repudiaſti, in magnis interdum verſaris anguſtijs. cogeris enim duo Nouilunia eiuſdem cycli decennouennalis in eundem diem intrudere: videlicet, cum vtraque Epacta 0. & 29. in eundem cyclum incidunt. Næ tu, ſi huius Æthiopiſſæ vſum noſſes, eam cupide retinuiſſes, & præter Epactam 1. etiam Epactam 0. nigram diei 30. Martij appoſuiſſes, vt eius beneficio id, quod dixi, incommodum vitares, quod annis 2546. 2557. incurres. Nam anno 2546. aureus numerus erit 1. & ex tua methodo in tabula iuſtæ periodi tropicæ, Epacta 29. Anno autem 2557. numerus aureus erit 12. & ex eadem tua methodo, Epacta 0. quæ duæ Epactæ 29. & 0. in eundem diem coniectæ Nouilunia eiuſdem cycli eodem die exhibent. Vide nunc, quanto periculo te eximeret illa Æthiopiſſa, quam tantopere deſpicis. Si enim tunc aſſumeretur Epacta 0. nigra ante rubram, nullo negotio hoc incommodum vitaretur. Dices, ſi tunc Epacta 1. & 0. nigra eundem occuparent diem, profecto in eodem hæreremus luto, neq; Æthiopiſſa nobis quicquam opis afferret. Non eſt ita. Nunquam enim Epacta 1. cum 0. nigra concurret, ſic vt vtraque eodem cyclo in vſu ſit. quod copioſius explicatum eſt de Epacta 26. & 25. nigra, in Apologia lib. 2. cap. 3. perſpicuumque eſt in tabula noſtra expanſa, in qua nullus cyclus habet Epactam 1. in quo Epacta ⁎, ſub aureo numero maiore quam 11. collocata eſt. At vide, quam late pateat hic error, in quem, ob contemptam Æthiopiſſam, incidiſti. In eiſdem enim anguſtijs verſaberis hiſce annis, quos ſubijciam. 2565. 2576. 2584. 2595. 2603. 2614. 2622. 2633. Bini namque ordine ſumpti in eodem cyclo decennouennali continentur, & in priore quidem aureus numerus 1. concurrit cum Epacta 29. in poſteriore vero aureus numerus 12. cum Epacta 0. ex tua methodo. Item hiſce annis, 3214. 3225. 3233. 3244. 3252. 3263. 3271. 3282. 3290. 3301. Nam ſi ordine ſumantur bini, concurret in priore cum aureo numero 4. Epacta 29. in poſteriore vero aureus numerus 15. cum Epacta 0. Item his, 3483. 3494. 3502. 3513. 3521. 3532. 3540. 3551. 3559. 3570. 3578. 3589. Binis enim rurſum ordine acceptis, in priore cum aureo numero 7. concurrit Epacta 29. & in poſteriore cum aureo numero 18. Epacta 0. Item hiſce annis, 4561. 4572. 4580. 4591. 4599. 4610. 4618. 4629. 4637. 4648. 4656. 4667. In priore etenim, ſi bini capiantur ordine, cū aureo numero 2. cōcurret Epacta 29. & in poſteriore Epacta 0. cū numero aureo 13. Præterea hiſce an. 5362. 5373. 5381. 5392. 5400. 5411. 5419. 5430. 5438. 5449. Rurſus n. binis acceptis ordine, in priore cōcurret aur. num. 5. cū Epacta 29. in poſteriore a. cū aur. nu. 16. Epacta 0. Idē deniq; fiet, quoties in vſu erunt octo cycli tabulæ

Digitized by Google

bulæ noſtræ expanſæ, quibus literæ N,G,B,t,q,k,g,d,præfiguntur. In his quippe ſemper concurrit aureus numerus maior quam 11. cum Epacta 0 vel ✱. vel 30. aureus vero numerus non maior, quam 11. cum Epacta 92. ac proinde cogeris duo Nouilunia eiuſdem cycli decennouennalis in eundem diem conijcere. quibus ex ſalebris facile te expediſſes, Æthiopiſſa duce, ſi iam noſtro exemplo, miniatulæ prætuliſſes. Eſſe autem ineptum, abſurdumque, duo Nouilunia eidem diei eiuſdem cycli aſcribere, quis non videt, qui modo Computum Eccleſiaſticum primoribus labris attigerit? Propterea enim magno ſane artificio excogitatus eſt cyclus decennouennalis, quod ſpatio 19. annorum nullum Nouilunium ad eundem redeat diem. Videſne Epacta illa nigra quam præclaros vſus habeat? vides hoc præſidio contempto, quoties tua illa egregia methodus ruat? I nunc, & noſtram Æthiopiſſam præ miniatula irride.

SCALIGER.

ALIVD ſupereſt incommodum in ordinationatione Epactarum. Epactæ enim ſunt Paſchales, & propter Paſcha inſtitutæ: a ac propterea earum initium in menſe Paſchali, hoc eſt, Martio, inſtituendum fuit. Martius enim eſt primus menſis in veteri Eccleſia. Gregorius Turonenſis Iulium, quintum menſem vocat, Sidonius Februarium, duodecimum. Quia igitur non à Martio, ſed à Calendario Ianuarij orditur Epactas ſuas Lilius, propterea duo incõmoda incurrit. Prius eſt, quod in anno biſſextili, poſt Februarium turbantur Neomeniæ, interuentu biſſexti antecedentis. Alterum eſt, quod à Calendis Decembris ad 31. Ianuarij nulla eſt Epacta xix. præter eam, quæ in ſecunda Decembris annotata eſt, cum tamen à ſecunda Decembris ad vltimam Ianuarij, ſint duæ Syzygiæ abſolutæ. Vnde contingit, vt quando Epacta xix. concurrit cum aureo numero 19. nulla inueniatur Epacta, quæ ſecundam Syzygiam notet. Quare ob hoc incommodum excogitata Epacta 19. atrata, quæ pedem poneret in poſſeſſionem Epactæ xx. in vltima Decembris.

CLAVIVS.

a POTVIT id quidem fieri, quod tu vis. Nihil enim ad indagandum Paſcha menſes Ianuarius, & Februarius pertinent, & Martius anni Aſtronomici initium eſt. Sed cum à Ianuario aureus numerus noui anni politici, & Eccleſiaſtici incipiat, (ſemper enim eo menſe annus olim vertebatur, quod Ianuario menſe aureus numerus Nouilunium indicans, vnitate ſemper maior erat aureo numero, qui Decembri antecedenti Nouilunium monſtrabat) cur non cum aureo numero Epacta noui quoque anni incipiat? præſertim cum Ianuarius ac Februarius contineant dies 59. qui duas Lunationes explent, & Lunares menſes nihilo minus ſint alternis 30. & 29. dierum? Nam turbatio illa Neomeniarum interuentu biſſexti, quam tantopere formidas, & à concilio Niceno, & ab Eccleſia ſemper contempta eſt: quippe cum aurei numeri eodem modo Neomenias turbarent: ſi tamen turbatio dicenda eſt, quæ nullo modo vitari poteſt, ſiue à Ianuario annus incipiat, ſiue à Martio. At enim nos in fine Decembris Epactam 19. non habemus: ne tu quidem in extremo Februario. Pares igitur ſumus, niſi quod hoc melior eſt noſtra ratio, quam tua, quod quoties aureus numerus 19. cum Epacta xix. ita concurrit, vt anno inſequenti, epacta ſit 1. cum aureo numero 1. tu cogeris Lunationem facere à 30 Ianuarij. vſque ad 29. Martij, dierum videlicet 59. quod ridiculum ac monſtroſum eſt. Nos qui Epactam 19. nigram diei 31. Decembris aſcribimus, extra aleam ſumus. Id quod in Apologia ſatis declaratum eſt.

SCALIGER.

b *EMENDENTVR igitur fœdi illi errores, & ita Calendarij Epactæ notentur.*

BONA verba quæſo, mi Scaliger. Iam ſatis oſtendi, nullum ineſſe errorem, qui emendandus ſit in noſtro Calendario. Quod ſi errores emendare libet, tuos emendes licet: quos ſatis multos indicaui; plures etiam indicaturi ſumus. & quidem graues; non dicam fœdos, ne nos ipſi in linguæ intemperantiam, quam in alijs reprehendimus, incurramus. Vnum tamen eſt, quod abs te ſcire aueo, niſi moleſtum eſt: Cur aliter Epactas in hoc tuo Calendario inſcribas, quam in illo, quod edidiſti in libro de emendatione temporum. In eo enim eidem diei aſcripſiſti haſce duas Epactas 1. & 0. idque menſe Aprili: In hoc autem 0. & 29. menſe Martio. Cur initijs, ac finibus menſium non eædem ſemper Epactæ in vtroque Calendario appoſitæ ſunt? Quæſo te, quæ cauſa eſt huius varietatis? Si recte ibi caſtigaſti Epactas, cur eas hic iterum, & quidem aliter, caſtigas? Num vetera nouis caſtigaſti, quod, nobis in Calendario Compendij lucem præferentibus, plus iam videas, quam antea videris? Nimirum ſi ita eſt, confido fore, vt cum ex noſtra hac admonitione maiorem lucem aſpexeris, hæc quoque vetera tibi videantur, quæ nunc ſunt noua.

SEQVITVR CALENDARIVM SCALIGERIANVM.

Digitized by Google

IANVARIVS.

Epacta	Liter. Dom.		Dies Menſis.
xix	A	Cal.	1
xviij	b	iiij.	2
xvij	c	iij.	3
xvj	d	Prid.	4
xv	e	NON.	5
xiiij	f	viij	6
xiij	g	vij	7
xij	A	vj	8
xj	b	v	9
x	c	iiij	10
ix	d	iij	11
viij	e	Prid.	12
vij	f	IDIB.	13
vj	g	xix	14
v	A	xviij	15
iiij	b	xvij	16
iij	c	xvj	17
ij	d	xv	18
j	e	xiiij	19
o.xxix	f	xiij	20
xxviij	g	xij	21
xxvij	A	xj	22
xxvj	b	x	23
xxv	c	ix	24
xxiiij	d	viij	25
xxiij	e	vij	26
xxij	f	vj	27
xxj	g	v	28
xx	A	iiij	29
xix	b	iij	30
xviij	c	Prid.	31

FEBRVARIVS.

Epacta	Liter. Dom.		Dies Menſis.
xvij	d	Cal.	1
xvj	e	iiij	2
xv	f	iij	3
xiiij	g	Prid.	4
xiij	A	NON.	5
xij	b	viij	6
xj	c	vij	7
x	d	vj	8
ix	e	v	9
viij	f	iiij	10
vij	g	iij	11
vj	A	Prid.	12
v	b	IDIB.	13
iiij	c	xvj	14
iij	d	xv	15
ij	e	xiiij	16
j	f	xiij	17
o	g	xij	18
xxix	A	xj	19
xxviij	b	x	20
xxvij	c	ix	21
xxvj	d	viij	22
xxv	e	vij	23
xxiiij	f	vj	24
xxiij	g	v	25
xxij	A	iiij	26
xxj	b	iij	27
xx	c	Prid.	28
xix			

MARTIVS.

Epacta	Liter. Dom.		Dies Menſis.
o	d	Cal.	1
xxix	e	vj	2
xxviij	f	v	3
xxvij	g	iiij	4
xxvj	A	iij	5
xxv	b	Prid.	6
xxiiij	c	NON.	7
xxiij	d	viij	8
xxij	e	vij	9
xxj	f	vj	10
xx	g	v	11
xix	A	iiij	12
xviij	b	iij	13
xvij	c	Prid.	14
xvj	d	IDIB.	15
xv	e	xvij	16
xiiij	f	xvj	17
xiij	g	xv	18
xij	A	xiiij	19
xj	b	xiij	20
x	c	xij	21
ix	d	xj	22
viij	e	x	23
vij	f	ix	24
vj	g	viij	25
v	A	vij	26
iiij	b	vj	27
iij	c	v	28
ij	d	iiij	29
j	e	iij	30
o.xxix	f	Prid.	31

APRILIS.

Epacta	Liter. Dom.		Dies Menſis.
xxviij	g	Cal.	1
xxvij	A	iiij	2
xxvj	b	iij	3
xxv	c	Prid.	4
xxiiij	d	NON.	5
xxiij	e	viij	6
xxij	f	vij	7
xxj	g	vj	8
xx	A	v	9
xix	b	iiij	10
xviij	c	iij	11
xvij	d	Prid.	12
xvj	e	IDIB.	13
xv	f	xviij	14
xiiij	g	xvij	15
xiij	A	xvj	16
xij	b	xv	17
xj	c	xiiij	18
x	d	xiij	19
ix	e	xij	20
viij	f	xj	21
vij	g	x	22
vj	A	ix	23
v	b	viij	24
iiij	c	vij	25
iij	d	vj	26
ij	e	v	27
j	f	iiij	28
o	g	iij	29
xxix	A	Prid.	30

MAIVS.

Epacta	Liter. Dom.		Dies Menſis.
xxviij	b	Cal.	1
xxvij	c	vj	2
xxvj	d	v	3
xxv	e	iiij	4
xxiiij	f	iij	5
xxiij	g	Prid.	6
xxij	A	NON.	7
xxj	b	viij	8
xx	c	vij	9
xix	d	vj	10
xviij	e	v	11
xvij	f	iiij	12
xvj	g	iij	13
xv	A	Prid.	14
xiiij	b	IDIB.	15
xiij	c	xvij	16
xij	d	xvj	17
xj	e	xv	18
x	f	xiiij	19
ix	g	xiij	20
viij	A	xij	21
vij	b	xj	22
vj	c	x	23
v	d	ix	24
iiij	e	viij	25
iij	f	vij	26
ij	g	vj	27
j	A	v	28
o.xxix	b	iiij	29
xxviij	c	iij	30
xxvij	d	Prid.	31

IVNIVS.

Epacta	Liter. Dom.		Dies Menſis.
xxvj	e	Cal.	1
xxv	f	iiij	2
xxiiij	g	iij	3
xxiij	A	Prid.	4
xxij	b	NON.	5
xxj	c	viij	6
xx	d	vij	7
xix	e	vj	8
xviij	f	v	9
xvij	g	iiij	10
xvj	A	iij	11
xv	b	Prid.	12
xiiij	c	IDIB.	13
xiij	d	xviij	14
xij	e	xvij	15
xj	f	xvj	16
x	g	xv	17
ix	A	xiiij	18
viij	b	xiij	19
vij	c	xij	20
vj	d	xj	21
v	e	x	22
iiij	f	ix	23
iij	g	viij	24
ij	A	vij	25
j	b	vj	26
o	c	v	27
xxix	d	iiij	28
xxviij	e	iij	29
xxvij	f	Prid.	30

Digitized by Google

IVLIVS.

Epacta	Liter. Dom.		Dies Menses
xxvj	g	Cal.	1
xxv	A	vj	2
xxiiij	b	v	3
xxiij	c	iiij	4
xxij	d	iij	5
xxj	e	Prid.	6
xx	f	NON.	7
xix	g	viij	8
xviij	A	vij	9
xvij	b	vj	10
xvj	c	v	11
xv	d	iiij	12
xiiij	e	iij	13
xiij	f	Prid.	14
xij	g	IDIB.	15
xj	A	xvij	16
x	b	xvj	17
ix	c	xv	18
viij	d	xiiij	19
vij	e	xiij	20
vj	f	xij	21
v	g	xj	22
iiij	A	x	23
iij	b	ix	24
ij	c	viij	25
j	d	vij	26
o xxix	e	vj	27
xxviij	f	v	28
xxvij	g	iiij	29
xxvj	A	iij	30
xxv	b	Prid.	31

AVGVSTVS.

Epacta	Liter. Dom.		Dies Mensis
xxiiij	c	Cal.	1
xxiij	d	iiij	2
xxij	e	iij	3
xxj	f	Prid.	4
xx	g	NON.	5
xix	A	viij	6
xviij	b	vij	7
xvij	c	vj	8
xvj	d	v	9
xv	e	iiij	10
xiiij	f	iij	11
xiij	g	Prid.	12
xij	A	IDIB.	13
xj	b	xix	14
x	c	xviij	15
ix	d	xvij	16
viij	e	xvj	17
vij	f	xv	18
vj	g	xiiij	19
v	A	xiij	20
iiij	b	xij	21
iij	c	xj	22
ij	d	x	23
i	e	ix	24
o	f	viij	25
xxix	g	vij	26
xxviij	A	vj	27
xxvij	b	v	28
xxvj	c	iiij	29
xxv	d	iij	30
xxiiij	e	Prid.	31

SEPTEMBER.

Epacta	Liter. Dom.		Dies Mensis
xxiij	f	Cal.	1
xxij	g	iiij	2
xxj	A	iij	3
xx	b	Prid.	4
xix	c	NON.	5
xviij	d	viij	6
xvij	e	vij	7
xvj	f	vj	8
xv	g	v	9
xiiij	A	iiij	10
xiij	b	iij	11
xij	c	Prid.	12
xj	d	IDIB.	13
x	e	xviij	14
ix	f	xvij	15
viij	g	xvj	16
vij	A	xv	17
vj	b	xiiij	18
v	c	xiij	19
iiij	d	xij	20
iij	e	xj	21
ij	f	x	22
j	g	ix	23
o xxix	A	viij	24
xxviij	b	vij	25
xxvij	c	vj	26
xxvj	d	v	27
xxv	e	iiij	28
xxiiij	f	iij	29
xxiij	g	Prid.	30

OCTOBER.

xxii	A	Cal.	1
xxi	b	vi	2
xx	c	v	3
xix	d	iiii	4
xviii	e	iii	5
xvii	f	Prid.	6
xvi	g	NON.	7
xv	A	viii	8
xiiii	b	vii	9
xiii	c	vi	10
xii	d	v	11
xi	e	iiii	12
x	f	iii	13
ix	g	Prid.	14
viii	A	IDIB.	15
vii	b	xvii	16
vi	c	xvi	17
v	d	xv	18
iiii	e	xiiii	19
iii	f	xiii	20
ii	g	xii	21
j	A	xi	22
o	b	x	23
xxix	c	ix	24
xxviii	d	viii	25
xxvii	e	vii	26
xxvi	f	vi	27
xxv	g	v	28
xxiiii	A	iiii	29
xxiii	b	iii	30
xxii	c	Prid.	31

NOVEMBER.

xxj	d	Cal.	1
xx	e	iiij	2
xix	f	iij	3
xviij	g	Prid.	4
xvij	A	NON.	5
xvj	b	viij	6
xv	c	vij	7
xiiij	d	vj	8
xiij	e	v	9
xij	f	iiij	10
xj	g	iij	11
x	A	Prid.	12
ix	b	IDIB.	13
viij	c	xviij	14
vij	d	xvij	15
vj	e	xvj	16
v	f	xv	17
iiij	g	xiiij	18
iij	A	xiij	19
ij	b	xij	20
j	c	xj	21
o xxix	d	x	22
xxviij	e	ix	23
xxvij	f	viij	24
xxvj	g	vij	25
xxv	A	vj	26
xxiiij	b	v	27
xxiij	c	iiij	28
xxij	d	iij	29
xxj	e	Prid.	30

DECEMBER.

xx	f	Cal.	1
xix	g	iiij	2
xviij	A	iij	3
xvij	b	Prid.	4
xvj	c	NON.	5
xv	d	viij	6
xiiij	e	vij	7
xiij	f	vj	8
xij	g	v	9
xj	A	iiij	10
x	b	iij	11
ix	c	Prid.	12
viij	d	IDIB.	13
vij	e	xix	14
vj	f	xviij	15
v	g	xvij	16
iiij	A	xvj	17
iij	b	xv	18
ij	c	xiiij	19
j	d	xiij	20
o	e	xij	21
xxix	f	xj	22
xxviij	g	x	23
xxvij	A	ix	24
xxvj	b	viij	25
xxv	c	vij	26
xxiiij	d	vj	27
xxiij	e	v	28
xxij	f	iiij	29
xxj	g	iij	30
xx	A	Prid.	31

Digitized by Google

SCALIGER.

a CALENDARIO *ita inſtituto.*

CLAVIVS.

a VIDE etiam atque etiam, mi Scaliger, quid agas; ne, *ſi forte ſuas repetitum venerit olim Grex auium plumas:* noſti cætera. Scis enim profectò, iſtuc Calendarium translatitium eſſe. Totum quippe eſt à Lilij Calendario, quod in compendio Reſtitutionis ad principes miſſum eſt, prioribus duobus menſibus exceptis, quos annum claudere vis, & qui ad indagationem Paſchatis nihil faciunt. Deinde fac eſſe tuum, quod alienum eſt; an non meminiſti, lib. 2. Apologiæ cap. 3. indicata eſſe à nobis huius Calendarij vitia, propter quæ à nobis minus probaretur?

SCALIGER.

b *NVLLVS error ſequetur.*

CLAVIVS.

b QVI Mercurius hoc tibi præſtare poteſt? adeone ſecurus es erroris? an omnes iſtius viæ receſſus, ac diuerticula nota habes, atque perſpecta? At multa tibi monſtrabimus, quæ nunquam fortaſſe animaduertiſti, ex quibus intelliges, quam multiplex ſequatur error, præſertim ſi tua tabula æquationis accedat, quos errores poſterius proferam, vbi tuas tabulas examinabo.

SCALIGER.

c *NVLLA neceſſitas prodigioſi illius collegij duarum rubrarum, aut totidem diſcolorium Epactarum.*

CLAVIVS.

c QVI hoc probare cuique, vel tibimet ipſi potes? Si enim nulla eſt neceſſitas illius prodigioſi (vt vocas) collegij, cur ad eandem diem duas Epactas 0. vel 30. & 29. affixiſti? niſi forte idcirco id prodigioſum non eſt in tuo Calendario, quia pro 30. notam 0. aſſumis. Quaſi vero interſit, quibus notis vtare, cum res eadem ſit. Verum enimuero, doctiſſime Scaliger, ſi lucem diſpicere volumus, facile intelligemus, id collegium propter menſes cauos, ac plenos vitari non poſſe; nec prodigioſum eſſe, ſed ingenioſum inuentum.

SCALIGER.

d *OMNIA plana erunt, modo initium bonum teneatur, hoc eſt, vt ſecundum μεταπτώσεις Lunares ineatur ratio cyclorum.*

CLAVIVS.

d VIDE mi Scaliger, quo progrediare, è ſemita in viã redi, ne blanda iſtius ſemitę ſpecies te fallat. Prædico, præmoneo, ſalebroſa eſt ac fallax, ſæpius hærebis, errabiſque, quam credis.

SCALIGER.

a *NAM, vt iam à nobis dictum eſt, in anno Iuliano Epactarum προέμπτωσις fit* [a] *poſt 304. annos, qui ſunt cycli Lunares xvi. abſoluti. In anno autem tropico contra, μετέμπτωσις fit poſt 228. aut 247. annos, hoc eſt, alternis poſt cyclos xij. aut xiij.*

CLAVIVS.

a FALSVM aſſumitur. Supra enim docui, anticipationem Lunæ fieri poſt annos $312\frac{1}{2}$. non autem poſt 304.

SCALIGER.

b *MVTATIONES enim hæ non poſſunt contingere, niſi ex ratione cyclorum. Exemplum in anno Iuliano. Cum Epacta primi aurei numeri eſt xi. in anno Iuliano, vt hodie, Nouilunium eſt in xix. Martij. Hoc durabit annos 304. Poſtea fiet προέμπτωσις & Nouilunium, quod erat in xix. Martij, aſcenderit ad xviij. eiuſdem menſis: & in ſecundo anno aurei numeri, cum Epacta eſt 22. Nouilunium committitur in vij. Martij: poſt 304. autem annos, in eodem anno cycli, idem Nouiluniũ gradum fecerit in vij. menſis.*

CLAVIVS.

b NE hoc quidem verum eſt. Cum enim vere Lunationes diem vnum anticipent ſpatio annorum $312\frac{1}{2}$. vt ſupra diximus, & lib. 2. Apologiæ cap. 1. copioſe docuimus; liquido conſtat, anticipationem hanc non contingere in periodo cyclorum. Nam in annis $312\frac{1}{2}$. continentur cycli decemnouennales ſexdecim, & inſuper octo anni cum dimidio.

SCALIGER.

c *AB aureo igitur numero ad ſimilem aureum numerum fit mutatio, vt à primo ad primum, à ſecundo ad ſecundum. Rurſus in anno Tropico, in primo aureo numero, cum Epacta eſt vnitas, vt hodie, Nouilunium eſt in 30. Martij. Poſt anos 228. idem Nouilunium peſſum iuerit in 31. menſis, quando Epacta eiuſdem aurei numeri erit 0. aut *. Quia igitur mutatio Epactarum fiet in anno 1700. poſt omiſſionem biſſexti, eodem autem anno 1700. curret aureus numerus 10. Mutatio igitur facta erit ab aureo numero 10. anni 1526. ad aureum numerum 10. anni 1700. non autem ab anno 1500. ad annum 1700.*

CLAVIVS

CLAVIVS.

c HOC tibi facile concedam, ſi recte accipias. Id enim ita verum eſt, ſi quoties mutatio eſt facienda, cum eodem aureo aſſumatur Epacta vnitate maior, aut minor Epacta priore, prout Lunationes verſus initia menſium, vel fines deuolutæ fuerint. Exempli gratia, ſi cum aureo numero 8. currat Epacta x. aſſumenda eſt Epacta xj. vel ix. cum eodem aureo numero 8. vt ad ſimilem aureum numerum fiat mutatio. Id quod in noſtra methodo ſemper obſeruatum eſſe comperies. Cæterum non ſemper idem aureus numerus currit in principiis mutationum, quod etiam tua tabula æquationis oſtendit, vbi varij aurei numeri reſpondent annis, quibus mutationem faciendam eſſe decernis. Negari tamen non poteſt, quin à quouis aureo numero ad ſimilem tranſacti ſint præciſe aliquot cycli, vel ſaltem vnus, quamuis in principiis illorum cyclorum non fiat mutatio, ſed vel paulo ante, vel paulo poſt. Neque enim neceſſe eſt, mutationem fieri poſt aliquot cyclos præciſe abſolutos, ſed ſatis eſt, vt cum eodem aureo numero ſumatur Epacta maior, minorve præcedente Epacta, quando mutatio facienda eſt, ſiue hoc fiat in principio noui cycli, ſiue paulo poſt, quod nullis rationibus labefactare poteris.

SCALIGER.

a *HOC enim ridiculum eſt. Nam non idem eſt aureus numerus anni 1500. qui anni 1700.*

CLAVIVS.

a PERINDE hoc dicis, ac ſi neceſſe ſit, vt idem ſit aureus numerus in initiis mutationum, quod ſecus eſſe, modo oſtendi; nec magis in tua, quam in noſtra methodo obſeruatur. Ais enim ab anno Chriſti 1601. ad annum 1733. mutationem fieri, cum tamen in priore anno aureus numerus ſit 6. in poſteriore 5. Rurſus ab anno 1875 ad 2001. mutationem fieri vis, & tamen prior habet aureum numerum 4. poſterior 7. Non igitur ridiculum eſt, mutationẽ fieri ab anno 1582. (pro quo male poſuiſti 1500.) ad 1700. quamuis in vtroque non ſit idem aureus numerus. Satis quippe eſt, vt eidem aureo numero circa dictos annos reſpondeant duæ Epactæ vnitate inter ſe differentes. Hoc, inquam, ridiculum non eſt. Illud ridiculum eſt, carpere in alio, quo te ipſe carpas imprudens.

SCALIGER.

b *AT doctus Clauius dicit, hanc mutationẽ contingere in annis Iulianis 312. hoc eſt, in xvi cyclis, & vna octaeteride. At in xvi. cyclis de Epilogiſmo Lunari ſupereſt vnus dies integer. Octaeteris autem maior eſt vno die, horis 12.41.33. quam octaeteris Iuliana. Ita fieret compenſatio. Sed vt dixi, hæc non conueniunt vſui politico.*

CLAVIVS.

b Non placet tibi, docte Scaliger, Lunationes annis 312$\frac{1}{2}$. vnum diem aſcendere, vt ſæpius diximus; euerte igitur calculum, quo iſte aſcenſus extruitur in Apologia lib. 2. cap. 1. quod quidem nunquam efficies, niſi prius oſtenderis, Lunam, ſpatio 19. annorum anticipare hor. 1$\frac{1}{2}$. contra communem ſententiam omnium Aſtronomorum. Aut certe profer aliquod argumentum pro tua ratione, dignum ingenio tuo. Nam quod attuliſti, mutationem ab aureo numero ad aureum numerum ſimilem fieri oportere, vt contra nos pugnares, plumbeum pugionem eſſe vidiſti.

SCALIGER.

NAM exempli cauſa, Epacta Dionyſiana xi. primi aurei numeri notet Nouilunium in 20. Martij. Anno 313. ineunte, in quo Epacta aurei numerj ix. erit x. propter προέμπτωσιν notabit Nouilunium in 21. Martij. c *Ita differentia erit bidui. Tantũ abeſt, vt iuſta periodus προεμπτώσεως fieri in 312. annis. Cũ enim Epacta numeri aurei ix. eſt x. tunc Epacta primi eſt xij. Ita, vt iam diximus, biduum aberit Nouilunium anni 313. ab Epocha anni 305. Non erat igitur, quare tantus vir in annis Iulianis 312. mutationem illam contingere ſibi perſuaderet. Nam quid potuit alienius ab inſtituto dicere, quam in annis Iulianis 312. Nouilunium fieri in xxi. Martij, quod antea contigerit in xix. cum id potius ſit μετέμπτωσις non autem προέμπτωσις? Sed, vt dixi, nunquam aut προέμπτωσις in anno Iuliano ſit, aut μετέμπτωσις in Tropico, niſi ab aureo numero ad ſimilem aureum numerum.*

CLAVIVS.

c HEM quæ ſunt iſtæ præſtigiæ? an ingenij fiducia, quaſi præſtigiarum plauſum petis? Nimirum, niſi nos fallere voluiſſes, ita eſſes argumentatus. Quoties aureo numero 1. reſpondet Epacta xi. aureo numero ix. debetur Epacta ix. Igitur abſolutis annis 312$\frac{1}{2}$. propter anticipationem Lunationum (niſi omiſſione biſſexti impediatur) aureo numero 1. reſpondebit Epacta xij. & aureo numero ix. Epacta x. ac proinde Lunationes vno die citius contingent. Hoc inquam modo, quo dixi, argumentari debueras. Vbi igitur eſt tua differentia bidui? Omnino copioſa eſt argumentatio tua, & in te ipſum retorqueri poteſt. Nam in tabula tetracoſieteridis emendatæ, anno 1865. aureus numerus eſt 4. & Epacta iiij. Anno deinde 2001. quo mutationem fieri deorſum vis, aureus numerus eſt 7. Igitur Epacta ei reſpondebit iij. Sed quoties aureo numero 7. reſpondet Epacta iij. aureo numero 4. debetur Epacta 0. Ergo Nouiluniũ, quod anno 1865. ab aureo numero 4. vel Epacta iiij. in 27. Martij indicatur, fiet poſt annum 2001. (cum exiſtat rurſus aureus numerus 4. & Epacta 0.) in vltimo Martii. Ita differentia erit tridui; ſed ſtultum eſt ab iis, quæ clara ſunt ipſa per ſe, præſtigiis captionibuſque depelli. Rite ita argumentandum erat. Quando aureo numero 4. reſpondet Epacta iiij. aureo numero 7. debetur Epacta vij. Igitur, cum facienda eſt mutatio deorſum, aureo numero 4. reſpondebit Epacta iij. & aureo numero 7. Epacta vj. ac proinde Lunationes vno die ſerius contingent.

Digitized by Google

SCALIGER.

a *SED neque prudenter fecit Lilius, qui omnibus 300. annis Iulianis ait προέμπτωσιν fieri. Non enim magis in 300. quam 312. fit. Neuter enim numerus eſt decemnouennalis.*

CLAVIVS.

a QVAM prudenter fecerit Lilius, vt methodum vſui politico congruam proponeret, ſatis apparet ex ca. 4. lib. 2. Apologiæ, vbi explicatur hæc methodus per 300. annos progrediens. Nec vero quicquam refert, quod neuter horum numerorum 300. 312. ſit decennouennalis, vt ſupra diximus, cum doceremus mutationem non fieri ab aureo numero ad ſimilem aureum numerum.

SCALIGER.

b *INSTITVAMVS igitur tabulam, in qua notatis annis Chriſti collectis per 132. & 136. notetur etiam Neomenia Iudaica ſecundum interualla cyclorum inter epocham annorum Chriſti incipientium ab anno 1557. ad epocham annorum collectorum. Tunc ex anticipatione Iuliana facile deprehendetur μετέμπτωσις Tropica ſecundum biſſexta reyculæ.*

CLAVIVS.

b Iſta vero Neomenia Iudaica non minus veræ cyclorum rationi (quod ad Lunas xiiij. attinet) aduerſatur, quam Iudæi Chriſtianis. Id adeo tute intelliges, cum te eius fraude plurimis, & maximis implicatum videbis erroribus.

SCALIGER.

HOC vt expeditius animaduertas, en tabulam prius ſubiecimus, in qua primus ordo continet annos Chriſti collectos per bis 132. & ſemel 136. Secundus ordo continet cyclum Solis Iulianum: tertius literam dominicalem ei reſpondentem: quartus

TABVLA ÆQVATIONIS EPACTARVM
In Tetracoſieteride Emendata.

	Anni Chriſti collecti	Cyclus Solis Iulian.	Litera Dom. Iuliana	Aur. Num.	Neomenia Iudaica: Feria Hora	Neomenia Iudaica: Scrup. 1080.	Interualla Cyclorũ Lunarium	Dies menſis Iuliani.		Dies reiectitij	Vera Litera Domin. anni tropici	Dies menſis tropici	Epacta anni tropici.	Aur. Num. primus.
	1601	14	D	6	3. 3.	337	1	24.	M	10	G	3. A	26	.1
	1733	6	G	5	2. 1.	673	8	5.	M	11	D	16. M	15	1
	1865	26	C	4	2. 12.	722	15	15.	M	12	A	2 . M	4	1
	2001	22	A	7	7. 23.	748	22	12.	M	13	G	25. M	6	9
*	2133	14	D	6	1. 11.	717	29	22.	M	14	D	5. A	24	29
	2265	6	G	5	7. 9.	53	36	3.	M	15	A	19. M	12	28
	2401	2	E	8	5. 20.	79	43	28.	Feb.	16	G	16. M	15	28
	2533	22	A	7	6. 7.	128	50	10.	M	17	D	27. M	4	28
*	2665	14	D	6	6. 18.	177	57	21.	M	18	A	8. A	21	26
*	2801	10	B	9	5. 5.	203	64	17.	M	19	G	5. A	24	26
	2933	2	E	8	4. 3.	539	71	26.	Feb.	20	D	18. M	13	26
	3065	22	A	7	4. 14.	588	78	8.	M	21	A	29. M	2	26
	3201	18	F	10	3. 1.	509	85	5.	M	22	G	27. M	4	35
*	3333	10	B	9	3. 12.	663	92	15.	M	23	D	7. A	22	24
	3465	2	[illegible]	8	2. 10.	999	99	24.	Feb.	24	A	20. M	11	24
*	3601	26	C	11	7. 21.	1025	106	21.	M	25	G	15. A	14	24
	3733	18	F	10	1. 8.	1014	113	3.	M	26	D	29. M	2	23
*	3865	10	B	9	1. 20.	43	120	14.	M	27	A	10. A	19	21
*	4001	6	G	2	7. 17.	69	127	10.	M	28	G	7. A	22	21
*	4133	26	C	11	6. 5.	405	134	19.	M	29	D	17. A	12	22
	4265	18	F	10	6. 16.	349	141	1.	M	30	A	31. M	29	20
	4401	14	D	13	5. 3.	480	148	16.	Feb.	31	G	29. M	2	20
*	4533	6	G	12	5. 14	529	155	8.	M	32	D	9. A	20	19
*	4665	26	C	11	4. 12	865	162	17.	M	33	A	19. A	10	20
*	4801	22	A	14	. 23.	807	169	14.	M	34	G	19. A	12	19

Anni aſteriſcis notati ſunt ἐκβόλιμα.

aureum numerum itidem eidem anno congruentem: quintus Neomeniam Iudaicam: ſextus interualla cyclorum, ſiue aureorum numerorum inter annum propoſitum, & annos Chriſti à 1577. ad 1595. incluſiue: vt habes ſupra in Tabella cycli. Exemplum. Anno Chriſti 1601. congruit aureus numerus 6. Ab anno Chriſti 1582. in quo erat idem numerus aureus, ad annum propoſitum

Digitized by Google

poſitum ſunt anni 19. & proinde cyclus vnus abſolutus. Quare adiunctis 2.16.595. quæ competunt vni cyclo, ad Neomeniam 7.10.822. quæ eſt Neomenia illius anni 1582. habebis Neomeniam 3.3.337. in anno propoſito 1601. Et quia litera dominicalis Iuliana eſt D. ergo feria tertia, quæ competit Neomeniæ, erit in litera F, & proinde in 24. Martij Iuliani, vt habes in ordine ſeptimo. Sed quia 10. dies reiecti ſunt ex anno Iuliano, qui notati ſunt in ordine octauo, propterea Neomenia deprehendetur in 3. Aprilis Tropici, feria itidem tertia, ſiquidem litera dominicalis eſt G. Rurſus ad annum 3465. interuallum cyclorum ab anno Chriſti 1584. ſunt cycli 99. præciſi. Itaque character cyclorum 99. nempe 7.6.585. ad Neomeniam 2.4.414. anni Chriſti 1584. adiectus conflabit Neomeniam 2.10.999. anni propoſiti 3465. in 24. Februarij Iuliani, feria ſecunda, vt notat litera dominicalis Iuliana E. Et quia 24. dies reijculi offerunt ſeſe in ordine 8. propterea eadem Neomenia incidet in diem 20. Martij tropici, in litera B, hoc eſt, feria ſecunda, ſiquidem litera dominicalis tropica illius anni erit A. Ergo litera B, feria ſecunda. In ordine vndecimo ſunt Epactæ Neomeniarum ab ipſa ſynodo Lunæ, à qua ſcilicet quintadecima Luna eſt terminus Paſchalis. In duodecimo ordine notatus eſt primus aureus numerus, qui eo anno, & deinceps in vſu erit, donec iterum immutetur. Poſtremo ἐκβόλιμοι ſiue reiectitij menſes Lunares notati ſunt, quando Neomenia excedit quartã Aprilis.[a] Nam à quarta Aprilis quintadecima dies, erit quartadecima Chriſtianorum, vel quintadecima Niſan Iudaici.

CLAVIVS.

a HOC ſatis à nobis refutatum eſt ſupra, cum docuimus, terminum Paſchalem eſſe Lunam xiiij. à Nouilunio, non autem xv. ſiue plenilunium. Qua de re plura lib. 1. Apologiæ cap. 1. & 3. Item lib. 2. cap. 6.

SCALIGER.

ANNO 2133. Neomenia collata eſt in V. Aprilis, à qua quintadecima putata incidit in xix. Aprilis, nempe vltra terminũ Paſchalem vltimum. Quare pro Neomenia Aprilis, Neomenia Martij aſſumenda è regione Epactæ xxiij. hoc eſt, in ſeptima Martij, à qua quintadecima putata deſinet in xxi. Martij. Quare cum cyclus conſtet ex Syzygijs 235. quoties incidit menſis ἐκβόλιμος tunc cyclus habet tantum Syzygias 234. Itaque ab anno Chriſti 2114. in quo Neomenia contigit in iij. Aprilis, ad annum propoſitum 2133. quamuis ſint anni xix. præteriti, & proinde ſyzygiæ 235. tamen ille cyclus habebit tantum ſyzygias 234. quod Paſchalis ſyzygia ſit in 7. Martij, non autem in v. Aprilis,[a] Quanto tutior, immo verior ſit methodus iſta in deprehendendis metemptoſibus Lunæ in anno tropico, quam ea, quæ fit per 300. aut per 3012. annos, vel Clauius ipſe Iudex eſto.

CLAVIVS.

a NOBIS aliter videtur: recte ſecus ne, paulo poſt viderimus, cum vtramque methodum conferemus, & noſtram longe & tutiorem, & veriorem eſſe in Lunis xiiij. notandis, ita perſpicue demonſtrabimus, vt vel ipſum Scaligerum iudicem recuſaturi non ſimus.

SCALIGER.

b *QVI ſane non negauerit, hanc tabulam eleganti artificio propagatam fuiſſe.*

CLAVIVS.

b Equidem non nego, hanc tabulam eleganti artificio eſſe propagatã, ſed vereor, ne plus elegantiæ habeat, quam veritatis, quod facile intelliget, qui eam ad calculum reuocauerit. Nunc vnum ex te quæro: cuiuſmodi ſit hoc artificium, quod anno 1733. dies reiicitur, & proinde Lunationes per diem in Calendario deſcendunt quippe cum nondum tranſierint 304. anni poſt annum 1601. tua tamen methodus eãdem Epactam cum aureo numero 1. retinet quam anno 1601. Quod idem vſuuenit anno 1865. Ex hac enim incuria, mirum, quot oriantur errores in Lunis xiiij. inueſtigandis. Id quod ex tabula tropicæ periodi, quæ eodem fere artificio eſt propagata, conſtabit. Hanc enim potius excutiemus, (licet & illam falſam eſſe, nonnullis exemplis demonſtraturi ſimus) quandoquidem pluris eam facis, quam alteram; præſertim vero, cum illam quaſi delapſam de cœlo regulam, ac normam veritatis, omnibus gentibus ac populis proponas, ad quam omnium iudicia in emendatione Calẽdarij dirigantur. Interim tamen hoc vtriuſque quaſi ſpecimen ſit, quod vtraq; Lunationes in fines menſium nõ raro præcipitat, ſic vt biduo poſt eueniant, quam oporteret. Id quod fit ab anno 2533. ad annum 2665. & ab anno 3733. ad annum 3865. in Tetracoſieteride emendata. Deinde ab anno 2537. ad annum 2673. & ab anno 294. ad annum 3073. Item ab anno 3471. ad annum 3609. atque ab anno 4817. ad annum 4949. in iuſta periodo tropica. Quo quid alienius ab inſtituto dicere poteras? Nam aut Luna eget æquatione, propter eius anticipationem 304. annis, aut non indiget. Si eget, manebunt vtique Nouilunia, vt prius, propter omiſſionem biſſexti. Dies enim ille, quo Nouilunia, ob diei reiectionem, quem æquatio anni Solaris expoſcit, deſcendere coguntur verſus fines menſium, reſtituitur verſus menſium initia, per anticipationem Lunæ. Qui igitur per duos dies deſcendent, vt tu vis? Sin autem Luna ęquationem non deſiderat, deſcendent Nouilunia per vnũ duntaxat diem, propter diei in anno biſſextili omiſſionem, qui error ex eo manauit, quod non habuiſti rationem anticipationis, & poſtpoſitionis Lunationum, vt par erat, ſed ſolum Neomeniæ Iudaicæ, ad quam accommodaſti Epactas tuas. Ex quo fit, vt idoneæ non ſint ad Lunas xiiij. Paſchales indagandas, quod ex hiſce paucis exemplis appoſitis intelligi poteſt.

Anni Domini	*Aureus Numerus.*	*Epactæ Gregor.*	*Epactæ Scalig.*	*Lun. xiiij. Gregor.*	*Lun. xiiij. Scalig.*	*Dies exempti Scal.*	*Dies exempti Greg.*	*Plenil. media Grego-riana.*	*Plenil. media Scalige riana.*
								D.H.	D.H.
1870	9	28	29	15. A.	13. A.	12	12	15.7.A	15.7.A
1889	9	28	29	15. A.	13. A.	12	12	15.0.A	15 0.A
1927	9	27	29	16. A.	13. A.	12	13	16.8.A	15.8.A
1946	9	27	29	16. A.	13. A.	12	13	16.1.A	15.1.A
1965	9	27	29	16. A.	13. A.	12	13	15.18.A	14.18.A

EN hiſce annis tua Luna xiiij.biduo,vel triduo plenilunium anteuertit,quod eſt contra canones:noſtra autem Luna xiiij. vno duntaxat die plenilunium medium antecedit,vel certe in ipſum plenilunium incidit,quod canonibus congruit.Poſſum ſexcenta huius generis exempla apponere,quæ ſciẽs omitto,quod accuratius examen ad tabulam iuſtæ periodi tropicæ reſeruem. Vides ergo, verum eſſe, quod dicebam, tuam tabulam tetracoſieteridis emendatæ plus habere elegantiæ,quam veritatis.

SCALIGER.

a *QVOD ſi Epactæ tabulæ cycli ab annis Domini 1577.conſtarent ſibi ſemper* [a] *,iam factam rem haberemus, cum eæ pro æqualibus,& ordinarijs Epactis,quæ per incrementum vndenarij numeri progrediuntur, tuto aſſumi poſſent.*

CLAVIVS.

a PROXIMA quinque ſuperiora exempla docent, quam factam rem haberemus, & quam tuto illas Epactas aſſumere poſſemus: planiuſque idem docebit examen tabulæ iuſtæ periodi tropicæ.

SCALIGER.

b *NVNC vero mutant quædam ex illis, reliquis adhuc integris in ſua ſede manentibus,vt cuiuis,qui experiri volet,conſtare poteſt.* [b] *Quare Epactæ ex perpetuo cyclo Epactarum vſurpatæ, nunc quartamdecimam pro termino Paſchali,nunc quintamdecimam habebunt,qui non eſt error auctorum anni noui,ſed ipſarum æquabilium Epactarum.*

CLAVIVS.

b HOC non de induſtria fieri,ſed caſu euenire,ſæpe iam diximus: quippe ex cycli natura fit interdum, vt Luna xiiij.incidat in Lunam xv.ſeu plenilunium,vt & tu affirmas.Peccatur igitur, ſi peccatum dicendum eſt, cum dies quartusdecimus incidit in quintumdecimum,non cum in quartumdecimum, id enim potius optabile eſt vt ex Canonibus,& Patrum decretis intelligi licet.Argumento eſt, quod ſi quartusdecimus incidat in plenilunium,& Dominicam,transferendum eſt Paſcha in Lunam xxij. quod tamen ipſum Canones, quoad eius fieri poſſit,vitari iubent: contra ac tu facis,qui terminum Paſchalem,Lunam xv.conſtituis.

SCALIGER.

a *IN hoc autem error eſt auctorum anni,quod præcipiant anno 1598.Paſcha in 22. non in 29. Martij celebrari,cum ſciãt, fœdiſſime ibi peccatum eſſe.*

CLAVIVS.

a OHE,iam deſine errores temere exprobrando,calumniandoque Paſcha anni 1598. nos obtundere, in quo ſæpius obiectando,vide ne fœdius abs te peccetur,quam ab ijs à quibus fœdiſſime ibi peccatum eſſe dicis. Sæpe enim iam dixi;ſed ſæpius obiicienti dicendum eſt ſæpius;id Paſcha rite,& ex vſu Eccleſiæ,& ex Canonum præceptis celebratum iri: cuius rei ratio à nobis allata eſt in Apologia lib.2.cap.6.Qui ergo audes dicere,nos ſcire fœdiſſime ibi peccatum eſſe?

SCALIGER.

b *SED obijcient, non poſſe huic malo obuiam iri, propter æquabilitatem Epactarum. Quam cum decreuerint obſeruare,omni incommodo cauebitur,* [b] *ſi ab Epacta incluſiue ſemper quintamdecimam,non, vt ſolent, quartamdecimam aſſumant. Aliquando enim ſed rariſſime,ſerius plenilunium indicabitur, quod vitium ipſimet auctores tolerabilius eſſe fatentur, quam ſi plenilunio præuertatur.*

CLAVIVS.

b ITANE vero, mi Scaliger, tanquam Pythia ex Phœbi tripode hoc edis oraculum? Tu enim quis es, qui hoc tibi ſumas, vt Canonem condas, quo omnium Patrum de terminis Paſchalibus Canon euertitur? An non vides, quo te rapiat peruicacia, qui vt tuos iſtos terminos Paſchales conſtituas,non humana ſolum;ſed etiam diuina iura permiſceas? At vide tuus iſte Canon, ſi condatur,quam ſcitus & commodus ſit futurus. Ex eo quippe

Digitized by Google

quippe Paſcha ſæpiſſime Luna xxij. contra Canones celebraretur: quoties videlicet Luna xvi. in Dominicum incideret. Qui tuus Canon quot alia porro vitia propagare poſſit, poſtea demonſtrabimus.

SCALIGER.

c ITA citimus terminus Neomeniæ Paſchalis erit vij. Martij, remotiſſima autem Neomenia iiij. Aprilis: hoc eſt, Epacta citimi termini erit xiij. remotiſſimi xxv.

CLAVIVS.

c OBSECRO te, mi Scaliger, ne æſtu ingenij abripi te, ac præcipitem agi ſinas. Immane eſt, quantum tibi ſumas, qui contra tot concilia, Canones, Decreta Patrum & doctrinam omnium, qui de recta Paſchæ celebratione ſcripſerunt, perturbare coneris Nouilunia, terminoſque Paſchales. Quis enim vnquam poſt Nicænũ Concilium vidit, legit, accepit, primum Nouilunium Paſchale fuiſſe 7 Martij, vltimum 4. Aprilis? An ignoras, omnes, qui de hac re præcepta tradiderunt, ita præcipere, vt ſi Nouilunium cadat v. g. in 8. Martij, terminus Paſchalis ſtatuatur in 21. eiuſdem menſis, non autem, vt tu vis, in 22. Quo igitur iure hoc loco terminum Paſchalem vſitatum per vnum diem poſtponis? idemque in cæteris terminis Paſchalibus facis? Quis vnquam, nõ dicam, Summus Pontifex, ſed Imperator, Rex, aut Tyrannus fuit, qui adeo impotenter imperaret, vt orbẽ terræ vniuerſum ad ſuam libidinem, contra omnium gentium conſuetudinem ac mores regere ac fingere concupiſceret? Quemadmodum Orientales, vt de cæteris taceam, hoc tuum imperium accepturos exiſtimas, qui nullo modo in hoc negotio à Concilo Nicæno diſcedere volunt? Itaque ſi Calendarium emendare inſtituis, caue terminos, quos Patres poſuerunt, tranſgrediaris: alioqui nuſquam æquis auribus & animis audieris.

SCALIGER.

a *ITA nihil erit amplius, quod aut æquos animos offendat, aut iniquis anſam reprehendendi obijciat. Nam qui ſomniant verni æquinoctij ἀναποδισμὸν trium & quatuor dierum, & contra, ne ipſi oſtendunt, ſe parum in his literis videre. Id quod non poteſt paucis confutari.* a

CLAVIVS.

a ERRAS, pace tua dixerim, doctiſſime Scaliger, ac vehementer erras. Iſta tua noua ratio offenderet animos omnium Orientalium, qui inde vſque à Concilio Nicæno ad hæc tempora terminos Paſchales cum Romana Eccleſia obſeruarunt: offenderet omnes Catholicos, cum viderent, ſine vlla grauiore cauſa Canones immutari: Poſtremo æqui iuxta & iniqui reprehendendi anſam arriperent, ægre ferentes, nos ab antiqua conſuetudine, & quidem conciliis, decretiſque Pontificum confirmata, diſcedere.

SCALIGER.

b *SED interuenit alia labes. Nam cum differentia anni tropici, & Iuliani ſint hor. 0. Min. 10. Sec. 44. Ter. 24. in annis 400. conſurgunt hor. 71. Min. 36. hoc eſt, triduum minus ſcrupulis 24. Iam illa ſcrupula in 2000. annis ſiunt hora 2. & in 24000. dies integer: qui quamuis poſt tot millia annorum contingere debet.*

CLAVIVS.

b LABES hæc nos minime fefellit, vt lib. 1. Apol. cap. 5. declarauimus, itaque nihil nobis obiicitur noui. Sed iſta qualiſcunque labes tanti non eſt, vt eius vitandæ gratia, difficilior, minuſque popularis intercalandi ratio introducatur, quam ea, quæ per 400. annos progreditur. Nam etſi ſcrupula illa neglecta ſpatio annorũ circiter 24000. inducant (vt vult Scaliger) errorem vnius diei, tamen in Apologia lib. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 4. ratio à nobis præſcripta eſt, qua poſteri, ſi mundus tamdiu durabit, tantulo huic errori mederi queant. Quid? quod fortaſſis ante 24000. annos oportebit aliam intercalandi formam inſtitui? Incertum quippe eſt, num hæc, quæ per annos 400. vel per 132. & 136. alternis progreditur, per multa annorum millia æquinoctium in 21. Martij conſeruatura ſit, quod nondum veram anni magnitudinem ſatis exploratam habeamus.

SCALIGER.

a *TAMEN intererat non ſolum poſteritatis, quam emendatiſſimo anno vti, ſed etiam auctorum anni, quam emendatiſſimum proponere id quod non ſit, ſi Tetracoſieterida pro periodo Solari retineamus. Nam Tetracoſieteris, quæ poſt annos 20000. ſequetur, non vt reliquæ, tribus, ſed quatuor biſſextis mutilanda erit: & præterea poſt annos 12000. iam illa labes ſentiri, ac percipi incipiet in Nouilunijs, & æquinoctijs, propter dimidium diem, qui vellet autem correctoribus anni, qui illo ſeculo extabunt, & venienti occurrere morbo clare clamabit.* a

CLAVIVS.

a NON nego, ſi quidem ſcenæ, & populo (vt dicitur) ſeruire poſſemus. Cæterum hæc eiuſmodi ſunt, quæ non aurificis ſtatera, ſed populari trutina examinari oporteat, præſertim cum anni magnitudo nondum, vt diximus, ſatis nota ſit, atque perſpecta. Quocirca ſatis fuit, annum propoſuiſſe medium, id eſt, Alphonſinum, quem & tu probas, & merito probas: quia adhuc quidem propter humani ingenij imbecillitatem, reique obſcuritatem, emendatior annus medius inueniri non potuit. Enimuero ſi rem attentius conſiderabimus,

Digitized by Google

reperiemus (poſita anni magnitudine, qua vtimur) poſt 20000. æquinoctium adhuc prope 21. Martij hærere cum id anno 20005. fiat die 20. poſt med. noc. vt in Apologia lib. 1. cap. 6. collegimus; & Lunas xiiij. canonibus congruere, cum vt ſupra diximus, anno 20014. aureus numerus ſit 8. Epacta xxix. eiuſque quartadecima die 14. Aprilis, plenilunium vero medium die 14. hora fermè 13. poſt merid. Itaque neque eo tempore tetracoſieteris quatuor biſſextis mutilanda eſt, neque verendum, ne illa labes, quam vaticinaris futuram poſt 12000. annos, ſentiri ac percipi incipiat in Nouiluniis, & æquinoctiis, propter dimidiatum diem, qui haud quaquam, vt tu falſo denuncias, correctoribus anni illius ſeculi aurem vellet nec clamabit venienti occurrere morbo, qui nullus veniet.

SCALIGER.

REIECTA igitur Tetracoſieteride, alternis annorum 132. & 136. interuallis eximantur biſſexta: donec quatuordecies hoc facto cyclus Solis in orbē redeat. Nam in 134. perit vnum biſſextum, & in 268. duo biſſexta perimuntur: hoc eſt, in annis 132 & 136. Nā ita fiet numerus quaternarius, qui non poteſt eſſe in 134. annis. Si igitur ſepties 268. anni aſſumātur, vel (quod idem eſt) quatuordecies alternentur 132. 136. fiet periodus annorum 1876.[b] *Iam ſane vulgus facilius aſſueſiet huic alternationi, quam periodi Lilianæ centuriis.*

b

CLAVIVS.

b AIN tandem fore, vt vulgus facilius aſſueſiat iſti alternationi, quam centuriis periodi Lilianæ? qui ſcis? an quia exiſtimas, vulgus Scaligero magis fauturū eſſe, quam Lilio, vt Scaligerianam rationem Lilianę anteponat? Nam res ipſa loquitur, magis popularem eſſe intercalandi formam, quæ per centurias annorum æquabiliter incedit, omninoque ſimilis eſt conſuetæ intercalationi, quæ quarto quoque anno adhibetur, quam tuā, quæ per alternationem annorum 132. & 136. inæqualiter progrediens claudicat. Tu vero hoc vulgo ſi perſuaſeris, quod nobis perſuadere conaris, eris mihi magnus Apollo.

SCALIGER.

c *QVIS enim hoc non videt, & non miretur potius, Clauium exemptionem biſſextorum per tres continuas centurias huic methodo præferentem?*

CLAVIVS.

c NEMO videt præter te. Aut igitur tu vides vnus cæteri cæci ſunt: aut ſi cæteri vident, tu vnus hallucinaris. Quippe in conuentu de correctione Calendarii æquabilis illa intercalandi ratio omnium ſententiis facilior, & popularior eſt iudicata: illa autem tua, propter inæquabilitatem, repudiata, vt mirer, te ingenio fretum, cauſæ iam tot doctiſſimorum hominum iudiciis iugulatæ patrocinium ſuſcepiſſe.

SCALIGER.

d *QVOD ſane neque ille, neque reliqui auctores nouæ formæ feciſſent, ſi ante editionem anni hoc antea animaduertiſſent. Subiecimus autem tabulam duabus periodis conſtantem, cuius eadem conſtructio, forma, & methodus, quæ & ſuperioris, vt alia interpretatione non indigeat. Literæ Dominicales, à quibus incipit cyclus Solis, in omnibus metemptoſibus, continentur hoc diſticho:*

Gaude digne coli, gaude fax clara bonorum.
Felix eſto bonis, ades & deuotus amicis.

SEQVITVR TABVLA ÆQVATIONIS
Epactarum in iuſta periodo tropica.

TABV-

Digitized by Google

TABVLA ÆQVATIONIS EPACTARVM in iuſta periodo tropica.

Anni Chriſticol-lecti	Cyclus Solis Iulian.	Litera Dom. Iuliana	Aur. Num.	Neomenia Iudaica Feria	Hora	Scrup. 1080.	Interualla Cyclorũ Lunarium	Dies Neomeniæ in menſe Iuliana		Lite. Do. ann. trop.	Dies eiectitij	Dies Neomeniæ in anno tropico	Epacta Neomen.	Epact. Aur. Num.
1601	14	D	6	3	3	337	1	24.	M	G	10	3. A	6	1
1733	6	G	5	2	1	673	8	5.	M	D	11	16. M	15	1
1869	2	F	8	7	12	699	15	1.	M	C	12	13. M	18	1
2001	12	A	7	7	23	748	22	12.	M	G	13	25. M	6	0
2137	18	F	0	6	10	699	29	8.	M	F	14	22. M	9	0
2269	0	B	9	6	21	823	36	19.	M	C	15	3. A	26	28
2405	6	G	12	5	8	849	43	15.	M	B	16	31. M	29	28
* 2537	26	D	11	4	7	105	50	24.	M	F	17	10. A	19	29
* 2673	22	A	14	4	6	924	57	22.	M	E	18	9. A	20	27
2805	14	D	13	3	5	180	64	3.	M	B	19	22. M	9	27
2941	10	B	16	1	16	206	71	27.	Feb.	A	20	19. M	12	27
3073	2	E	15	2	3	255	78	10.	M	E	21	31. M	29	25
3209	26	C	18	7	14	281	85	6.	M	D	22	28. M	3	26
* 3341	18	F	17	1	1	330	92	17.	M	A	23	9. A	20	24
3477	4	D	1	6	12	356	100	13.	M	G	24	6. A	23	23
3609	6	G	19	1	3	207	107	25.	Feb.	D	25	22. M	9	21
* 3745	2	E	3	3	21	718	114	19.	M	C	26	14. A	15	23
3877	22	A	2	4	8	767	121	1.	M	G	27	28. M	3	22
4013	18	F	5	2	19	793	128	26.	Feb.	F	28	26. M	5	21
* 4145	10	B	4	3	6	842	135	8.	M	C	29	6. A	23	20
4281	6	G	7	1	17	868	142	4.	M	B	30	3. A	26	20
* 4413	26	C	6	2	4	917	149	15.	M	F	31	15. A	14	19
* 4549	2	A	9	1	15	943	156	12.	M	E	32	13. A	16	18
4681	14	D	8	6	14	199	163	20.	Feb.	B	33	25. M	6	19
* 4817	20	B	11	5	1	225	170	17.	M	A	34	20. A	9	19
4949	2	E	10	5	12	269	177	27.	Feb.	E	35	3. A	26	17
5085	26	C	13	3	23	300	184	24.	Feb.	D	36	1. A	28	16
* 5217	18	F	12	4	10	349	191	6.	M	A	37	12. A	17	16
* 5353	14	D	15	2	21	375	198	3.	M	G	38	10. A	19	15

Anni aſteriſcis notati ſunt ἐμβόλιμοι.

CLAVIVS.

AIN vero, nos ante editionem anni non animaduertiſſe, intercalandi formam inſtitui poſſe alternis per annos 132. & 136. Miror quid tibi in mentem venerit iſtud prædicare, quod certe non feciſſes, ſi ante huius caſtigationis editionem, quæ à nobis in Apologia tradita ſunt, animaduertiſſes. Lege quæſo te, cap. 5. lib. 1. Apologiæ, reperies, nos diſertis verbis docere, fieri quidem poſſe hoc modo biſſextorum omiſſionem, ſed illam per centurias annorum inſtitutam, quod facilior, & ad captum vulgi accommodatior, & (quod caput eſt) tutior eſſet, potiorem iudicaſſe. En crimen, en cauſa, cur Saliger, vir alioqui doctiſſimus, Gregorianum Calendarium orbis terræ conſenſu comprobatum vnus accuſet; accuſet dico? immo etiam indicta cauſa acerbe, atrociterque caſtiget; vt non immerito tam æquus iudex de repetundis veteri more poſtuletur.

AGE vero; quoniam criminibus eius ſatis reſpondimus, de ipſo emendatore, & correctore noſtro pauca dicamus, vt planius appareat, vtrum, quod tam fidenter pollicetur, afferat meliora. Scaligerianas ergo tabulas, quas ipſe in cœlum effert laudibus, paulo attentius inſpiciamus. Primum igitur, quod ad ſuperiorem tabellam 19. annorum vnius cycli 1577. ad 1595 attinet, tuam, doctiſſime Scaliger, conſtantiam deſidero. Neque enim eam cum tuo cyclo Epactarum perpetuo, aut doctrina conuenire reperio. Nam cum in tabula iuſtæ periodi tropicæ aureo numero 1. reſpondere velis Epactam 1. ab anno 1601. amabo te, cur anno 1577. qui ab illo 24. tantum annis abeſt, vt proinde in Luna mutatio fieri nulla potuerit, eidem aureo numero 1. Epactã ij. tribuis? Aut ſi anno 1577. aureo numero 1. Epactam ij. addicis, cur anno 1601. eandem Epactam ij eidem aureo numero 1. nõ aſſignas? Id enim vtique ratio poſtularet. An vero propterea aureo numero 1. Epactam ij. tribuẽdam cenſes anno 1577. vt Neomeniæ Iudaicæ ſeruias, quam in 29. Martij ſtatuiſti? Si hoc recipis, ſerpet error longius. Videbis enim plurimas Epactas reliquorum 18. annorum illius tabellæ mendoſas exiſtere. Nam quoties aureo numero 1. reſpondet Epacta ij. reſpondebunt ex tuo cyclo perpetuo aliis aureis numeris durãte eodem cyclo decemnouennali, Epactæ huiuſce tabellæ, quam hoc loco ſubiecimus: quarum ſane Epactarum plurimæ ab ijs, quas in illa tua tabella notaſti, penitus diſcrepant.

Digitized by Google

Aur.num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Ep. cyc. perp.	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	o	xj
Epact. Scal.	ij	xij	xxiij	v	xvj	xxvj	vij	xix	xxix	xj
Aur.num.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
Ep. cyc. perp.	xxij	iij	xiiij	xxv	vj	xvij	xxviij	ix	xx	
Epact. Scal.	xxj	iiij	xiiij	xxiiij	vj	xviij	xxviij	ix	xx	

En huiuſce tabellæ Epactæ decem ſolum locis cum tuis Epactis congruunt, nimirum in cycli annis 1.4.5.8. 10.13.15.17.18.19. In cæteris diſcrepant. Quod ſi anno 1577. aureo numero 1. tribuatur Epacta 1. quemadmodum ab anno 1601. vt par eſt, (hoc quippe anno, cum nullus adhuc dies, præter 10. reiectus ſit, Luna nondum æquatione eget,) multo maior differentia apparebit, vt hæc altera tabella demonſtrat.

Aur.num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Ep. cyc. perp.	j	xij	xxiij	iiij	xv	xxvj	vij	xviij	xxix	x
Epact. Scal.	ij	xij	xxiij	v	xvj	xxvj	vij	xix	xxix	xj
Aur.num.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
Ep. cyc. perp.	xxj	ij	xiij	xxiiij	v	xvj	xxvij	viij	xix	
Epact. Scal.	xxj	iiij	xiiij	xxiiij	vj	xviij	xxviij	ix	xx	

Videſne, in ſeptem duntaxat locis, nimirum in cycli annis 2.3.6.7.9.11.14. Epactas conuenire? Et quidem in aureis numeris 12. & 16 differentiam eſſe duarum vnitatum? quod eſt perabſurdum, vt mox calculus docebit. Ad hæc, Epactam iiij. aurei numeri 12. procreatam eſſe ab antecedente Epacta per adiectionem 13. vnitatum? quod omnino prodigioſum eſt, & à Nouiluniorum ratione alieniſſimum. Dices, id factum eſſe interuentu biſſexti: audio, ſed hoc quoque dic. Cur idem factum non eſt annis 4.8.16. qui etiam ſunt biſſextiles? Cur deteriore conditione (tuis verbis vtar) erunt hi, quam ille? Certe Lunationes cuiuſuis anni à proxime ſuperioris anni Lunationibus verſus menſium initia recedere non poſſunt longius, quam 11. diebus, ad ſummum 12. anno biſſextili: cum Epacta vnius anni ſit D. 10. H. 15. Min. 11. Sec. 22. ſi communis ſit; ſin autem biſſextilis, D. 11. Hor. 15. Min. 11. Sec. 22. vt in Apologia lib. 2. cap. 6. declarauimus. At Lunationes per tuas Epactas anni 12. notatæ diſtant 13. diebus à Lunationibus anni 11. quæ ab Epactis indicantur, ijs menſibus exceptis, qui duas Epactas o. xxix. eidem diei aſcribunt. Hoc manifeſtum eſt in Maio, & Aprili. Nam ab Epacta xxi. in Maio quę Nouilunium anno 11. monſtrat, ad Epactam iiij. quam anno 12. Nouilunium notari vis in Aprili, numerantur dies 13. cum tamen calculus differentiam duorum horum Nouiluniorum mediorum, exhibeat tantum dierum 11. hor. 15. mi. 11. Sec. 21. qui numerus duodecim diebus eſt minor, nedum tredecim. Ageſis, calculum cōſulamus. Anno 1587. Nouilunium medium Maij incidit in diem 6. Hor. 23. Min. 50. Sec. 31. Anno vero 1588. Nouilunium medium in Aprili contingit die 25. Hor. 8. Min. 39. Sec. 10. cum tamen tua Epacta iiij. illud reponat in diem 25. multo ante Nouilunium medium, quod diei 26. tribuendum eſt. Iam ſi dies Aprilis 25. Hor. 8. Min. 39. Sec. 10. detrahamus ex diebus Maij 6. hoc eſt, diebus Aprilis 36. Hor. 23. Min. 50. Sec. 31. relinquetur dicta differentia Dierū 11. Hor. 15. Min. 11. Sec. 21. Vbi, quæſo, hic eſt differentia 13. dierum? At credo ſolum id eſt in Nouiluniis mediis dictorum annorum, non etiam in veris. Immo nihilo minus in his, quam in illis: cum neque Nouilunia vera eorundem duorum annorum, ac menſium per totos 12. dies inter ſe diſtent, vt ex Ephemeridibus Io. Antonii Magini conſtat. Vides, quos in laqueos Neomeniæ Iudaicæ te induxerint, vnde nunquā te expedire poſſis? vt nimirum Nouilunia cœleſtia præuenias, & vnum ab altero longius diſiungas, quam ratio poſtulat, quod nihil eſt aliud, quam totam Nouiluniorum rationem confundere, ac perturbare.

SED conferamus quoque eorundem annorum nonnullas tuas quartasdecimas cum noſtris, & cum pleniluniis mediis, vt videamus, vter noſtrum rectius ex vſu Eccleſiæ Epactas ordinauerit in Calendario, rectiuſque Epactas eligat ad Nouilunia Eccleſiaſtica demonſtranda: vt hinc quoque appareat, Nouilunia abs te nōn eſſe recte notata: & ſine cauſa æquabilem progreſſum Epactarum per vndenarium numerum à te interruptum eſſe, vt Nouilunia aliter diſponeres. Hanc enim ſolum cauſam pro te afferre potes, cur Epactæ prædictorum 19. annorum ab Epactis cycli perpetui differant, & non æquabiliter per 11. progrediantur. Nam cum ita ſint Nouilunia inſtituenda, (vti in Apologia lib. 2. cap. 6. docui,) vt Lunæ xiiij. non præcurrant plenilunia biduo, ne ſi dies quartadecima inſequens foret Dominica, Paſcha ante plenilunium celebraretur: ex calculo deprehendemus, te hoc perraro ſeruaſſe. Ecce tabellam cum Epactis, Lunis xiiij. & pleniluniis mediis.

anni

Anni Domini	*Aur. numerus*	*Epacta Greg.*	*Epacta Scal.*	*Lun. xiiij. Gregor.*	*Lun. xiiij. Scalig.*	*Plenilunia media.*	*Dies, quibus xiiij. Scal. præueniunt plenil.*
1577	1	1	2	12. A	11. A	12.A.H.10	2
1581	5	15	16	29. M	28. M	29.M.H.10	2
1586	10	10	11	3. A	2. A	3.A.H. 8	2
1588	12	2	4	11. A	9. A	10.A.H.14	2
1589	13	13	14	31. M	30. M	0.A.H. 1	3
1591	15	5	6	8. A	7. A	8.A.H. 5	2
1592	16	16	18	28. M	26. M	27.A.H.14	2
1593	17	27	28	16. A	14. A	15.A.H.12	2
1595	19	19	20	25. M	24. M	25.M.H. 5	2

Aſcribimus plenilunium, quod poſt meridiem euenit, ſequenti diei, ex doctrina omnium, qui de Computo ſcripſerunt, quod nec tu quidem inficiaberis, quippe cum Nouilunium, quod 18. horis ſubſequitur occaſum Solis præcedentem, diei ſequenti attribuas. Quando igitur tua xiiij. duobus diebus plenilunium antecedit, ſcito te contra Canones peccare. Nam ſi Luna tua xv. eſſet Dominica, celebrares Paſcha ante plenilunium, ſcilicet in vera Luna xiiij. quod per canones non licet. Quando vero tribus ferme diebus tua xiiij. præcurrit plenilunium, vt fit anno 1589. celebraretur Paſcha biduo ante plenilunium in Luna xiii. ante Paſcha Iudęorum, quod magis abſurdum eſt. Sed fortaſſe dices, quid veſtra Luna iiij. nihilne eo anno anticipat? Anticipat illa quidem aliquantulum, ſed tamen die integro minus, quam tua, quod quidem fit ex natura cycli. Neq; enim cyclus quocunque modo in Calendario ordinatus omnia incommoda vitare poteſt. Vnum illud curare ſummo ſtudio debemus, vt ita diſponatur, vt quam pauciſſima errata contineat, quod cõfidimus nos in Calendario Gregoriano aſſecutos; cum multo pauciora in eo notentur errata, quam in tuo: vt partim ex ſupradicta tabella annorũ 19. conſtat, partim etiam, & multo euidentius, in examine tabulæ tuæ æquationis iuſtæ periodi tropicæ planum fiet. In hiſce porro 9. annis ſuperioris tabellæ, etiamſi non tua Luna xv. ſed xvj. eſſet Dominica, celebraretur tamen Paſcha poſt Lunam xv. vt tu falſo, & contra Canones faciẽdum eſſe decreuiſti,) in ipſo plenilunio, quod tamen pernegas licere. Quocirca in id ipſum induis quod timebas. Siue ergo poſt Lunam xiiij. ſiue poſt xv. Paſcha proxime celebretur, conſtat Neomenias tuas Iudaicas in prædictis 9. annis falſas eſſe. Quin etiam, quod intolerabilius eſt, & contra omnes Computi ſcriptores, in eiſdem 9. annis collocas Epactas in illis diebus, quibus Nouilunia media contingunt. Habes igitur, mi Ioſephe, quam falſa, & fallax ſit tua illa tabella 19. annorum: quam tamen fundamentum ſtatuis tabulæ æquationis iuſtæ periodi tropicæ: ac proinde neceſſe eſt eam, cum tã infirmo nitatur fundamento, plane eſſe ruinoſam, quod iamiam ex eius examine manifeſtum erit.

PRINCIPIO igitur animaduerto, te in mutatione Epactarũ aureo numero 1. reſpondentium neque rationem habuiſſe anticipationis Nouiluniorum, quam in 304. annis affirmas contingere, neque dierum exemptorum, quorum ſinguli mutationem expoſcunt Epactæ currentis in Epactam inferiorem, qui ſane error maximus eſt, & familiam ducit. Nam antequam ab Epocha, ſiue radice elapſi ſint anni 304. toties mutanda erit Epacta currens in inferiorem, quot dies exempti fuerint. At quoties anni 304. elapſi fuerint, tot vnitates ex numero dierum reiectorum detrahendæ erunt, vt reliquus numerus indicet, quot vnitatibus minor Epacta, vel inferior, ſit aſſumenda, quod non ſeruaſti, ſed ſolum Neomenijs Iudaicis ſuperioris tabellæ 19. annorum fidem habuiſti: quæ te in fraudem, vti prædiximus, impulerunt. I nunc, & crede Iudæis, vt tuæ credulitatis pretium feras. At vide fraudem, in quam ex Neomenijs Iudaicis incidiſti. Ab anno 1581. ad 1733. nondum ſunt elapſi anni 304. ideoque Luna æquatione non eget. Cum ergo anno 1733. dies vnus eximatur, mutanda erit Epacta 2. cum aureo numero 1. currens (quandoquidem aureo numero 5. anni 1581. reſpondet Epacta xvj.) in inferiorẽ 1. quod abs te factum eſt, & recte. Deinde neque ab anno 1584. ad 1869. numerantur anni 304. Cum ergo anno 1869. alius dies eximatur, ac proinde tunc duo ſint dies reiecti poſt correctionem, ſumenda eſſet Epacta xvij. duabus vnitatibus minor, quam Epacta xix. currens cum aureo numero 8. anni 1584. Quocirca aureo nume. 1. reſpondere deberet Epacta 0. vel * non autem Epacta 1. vt in tabula habes. Rurſus ab anno 1583. ad 2001. ablati erunt 3. dies, & anni 304. numerantur ſemel: idcirco aſſumenda foret Epacta v. binario minor, quam Epacta vij. quæ anno 1583. aureo num. 7. te auctore, reſpondet, hoc eſt, Epacta aurei numeri 1. deberet eſſe 29. non autẽ 0. vt tu vis. Deinde ab anno 1587. ad 2537. continentur anni 304. ter. Dempto ergo ternario ex 7. diebus, qui tunc erunt ſublati, remanent 4. Atque tot vnitatibus minor Epacta aſſumẽda eſſet, quam 21. quæ aureo num. 11. anni 1587. reſpondet, hoc eſt, Epacta 17. ac proinde aureo num. 1. Epacta 27. aſſignanda, cum tamen Epacta 29. à te tribuatur. Præterea ab anno 1595. ad 3609. putantur anni 304. ſexies. Ergo ſi demas ſenarium ex 15. diebus, qui tunc erunt exempti, remanent 9. Igitur ex Epacta 20. quæ aureo num. 19. anni 1595. reſpondet, auferenda ſunt 9. vt remaneat Epacta xi. eidem aureo num. 19. reſpondens anno 3609. ideoque aureo num. 1. debebitur Epacta 23. & tamen tu aureo num. 1. Epactam 21. tribuis. Viden quantæ, & quam graues exiſtant ruinæ? Denique ſi eodem modo alios annos tabulæ iuſtæ periodi tropicæ examinare velimus, accipiendo ex tua tabella 19. annorum, annum qui eundem habeat aureum numerum cum anno aſſumpto in tabula iuſtæ periodi, deprehendemus, te valde raro Epactam aureo numero 1. tribuere, quam ratio anticipationis, & poſtpoſitionis Lunæ requirit. Quæ autem eſt alia cauſa erroris tanti, & tam longe lateque diffuſi, niſi quod Epactas ſolum addixiſti Nouilunijs Iudaicis? Ex quo intolerabiles errores in Nouilunijs, & Lunis xiiij. exiſtant, neceſſe eſt, vt tabula ſubiecta 50. annorum declarat: in qua primo loco annos Domini deſcripſimus: deinde aureos

numeros

Digitized by Google

Anni Domini	Aureus Numerus	Epacta Gregoriana	Epacta Scaligeriana	Luna xiiij. Greg.	Luna xiiij. Scal.	Plenilunia media Gregoriana		Plenilunia media Scaligeriana		Litera Dom. Gregor.	Litera Dom. Scalig.	Dies exempti Cal. Greg	Dies exempti Cal. Scal.
						H.	M.	H.	M.				
1715	6	25	26	18. A	16. A	18.	4. A	17.	4. A	F	E	11	10
1734	6	25	26	18. A	16. A	17.	20. A	17.	20. A	C	C	11	11
1737	9	28	29	15. A	13. A	14.	11. A	14.	11. A	F	F	11	11
1753	6	25	26	18. A	16. A	17.	13. A	17.	13. A	G	G	11	11
1775	9	28	29	15. A	13. A	14.	21. A	14.	21. A	A	A	11	11
1783	17	26	27	17. A	15. A	16.	9. A	16.	9. A	E	E	11	11
1791	6	25	26	18. A	16. A	17.	22. A	17.	22. A	B	B	11	11
1794	9	28	29	15. A	13. A	14.	13. A	14.	13. A	E	E	11	11
1802	17	26	27	17. A	15. A	17.	2. A	16.	2. A	C	B	12	11
1813	9	28	29	15. A	13. A	15.	6. A	14.	6. A	C	B	12	11
1851	9	28	29	15. A	13. A	15.	15. A	14.	15. A	E	D	12	11
1859	17	26	27	17. A	15. A	17.	3. A	16.	3. A	B	A	12	11
1878	17	26	27	17. A	15. A	16.	20. A	16.	20. A	F	F	12	12
1897	17	26	27	17. A	15. A	16.	12. A	16.	12. A	C	C	12	12
1911	12	*	2	13. A	11. A	13.	7. A	1.	7. A	A	G	13	12
1919	1	29	1	14. A	12. A	14.	20. A	13.	20. A	E	D	13	12
1938	1	29	1	14. A	12. A	14.	13. A	13.	13. A	B	A	13	12
1957	1	29	1	14. A	12. A	14.	5. A	13.	5. A	F	E	13	12
1987	12	*	2	13. A	11. A	13.	2. A	12.	2. A	D	C	13	12
1995	1	29	1	14. A	12. A	14.	14. A	13.	14. A	A	G	13	12
2215	12	2[illegible]	1	14. A	12. A	14.	8. A	13.	8. A	A	G	15	14
2219	16	3	15	31. M	29. M	31.	14. M	30.	8. M	C	B	15	14
2223	1	28	0	15. A	13. A	15.	21. A	14.	21. A	E	D	15	14
2234	12	29	1	14. A	12. A	14.	1. A	13.	1. A	E	D	15	14
2238	16	13	15	31. M	29. M	31.	1. M	30.	1. M	G	F	15	14
2519	12	28	29	15. A	13. A	15.	9. A	14.	9. A	A	G	17	16
2537	11	17	19	27. M	25. M	27.	4. M	27.	4. M	F	F	17	17
2538	12	28	0	15. A	13. A	15.	1. A	15.	1. A	E	E	17	17
2557	12	8	0	15. A	13. A	14.	18. A	14.	18. A	B	B	17	17
2575	11	17	19	27. M	25. M	27.	13. M	27.	13. M	A	A	17	17
2594	11	17	19	27. M	25. M	27.	5. M	27.	5. M	E	E	17	17
2595	12	28	0	15. A	13. A	15.	3. A	15.	3. A	D	D	17	17
2910	4	28	0	15. A	13. A	15.	7. A	14.	7. A	E	D	20	19
2919	13	7	2	6. A	4. A	6.	5. A	5.	5. A	A	G	20	19
2957	13	7	9	6. A	4. A	5.	14. A	5.	14. A	B	B	20	20
2995	13	7	9	6. A	4. A	5.	23. A	5.	23. A	D	D	20	20
3014	13	7	9	6. A	4. A	6.	16. A	5.	16. A	B	A	21	20
3033	13	7	9	6. A	4. A	6.	8. A	5.	8. A	F	E	21	20
3071	13	7	9	6. A	4. A	6.	17. A	5.	17. A	A	G	21	20
3119	4	27	28	16. A	14. A	16.	21. A	15.	21. A	E	D	22	21
3138	4	27	28	16 A	14. A	16.	14. A	15.	14 A	B	A	22	21
3157	4	27	28	16. A	14. A	16.	6. A	15.	6. A	F	E	22	21
3195	4	27	28	16. A	14. A	16.	16. A	15.	16. A	A	G	22	21
3209	18	1	3	12. A	10. A	11.	11. A	11.	11. A	D	D	22	22
3247	18	1	3	12. A	10. A	11.	20. A	11.	20. A	F	F	22	22
3266	18	1	3	12. A	10. A	11.	12. A	11.	12. A	C	C	22	22
3285	18	1	3	12. A	10. A	11.	5. A	11.	5. A	G	G	22	22
4110	7	26	27	17. A	15. A	17.	11. A	16.	11. A	E	D	29	28
4710	18	24	26	18. A	16. A	18.	21. A	17.	21. A	B	A	34	33
4713	2	28	0	15. A	13. A	15.	12. A	14.	12. A	E	D	34	[illegible]

Digitized by Google

numeros eorundem. Tertio Epactas Calendarij Gregoriani. Quartus ordo Epactas, quæ per Epactas aureo numero 1.reſpondentes in tabula iuſtæ periodi, ex cyclo Epactarum perpetuo eruuntur, continet. Quintus Lunas xiiij.quas in Calendario Gregoriano Epactæ notant. Sextus Lunas xiiij.Scaligerianarum Epactarum. Septimus plenilunia media ſecundum intercalationem Calendarij Gregoriani. Octauus eadem plenilunia ad intercalationem Scaligeri. Nonus literas dominicales complectitur ex methodo Gregoriani Calendarij. Decimus eaſdem literas iuxta Scaligeri methodum offert. In vndecimo dies ſecundum æquationem Calendarij Gregoriani reiectos; & in duodecimo denique dies iuxta Scaligeri æquationem exemptos notauimus. Quotieſcunque autem tuæ lunæ xiiij. duobus diebus præcurrunt oppoſitiones medias, fatearis neceſſe eſt, Epactas te perperam inueſtigare, eaſdemque non recte in Calendario ordinare, vt ſupra in examine tabellæ annorum 19.ab anno 1577.vſque ad annum 1595.dictum eſt: quandoquidem falſo per eas Lunæ xiiij.inueniuntur. Plenilunium porro in diem aliquem incidens poſt meridiem, aſſignandum eſt ſequenti diei, vt ſupra etiam monuimus. Calculus vero oppoſitionum mediarum inſtitutus hic eſt, ſicuti & alibi, per tabulas Epactarum, quas in Apologia lib.2.cap.6.condidimus.à quo calculo non multum diſcrepat ille, qui fit per Nouilunia 76.annorum, quem Paulus Middelburgenſis tradit. Congeſſimus autem in hac, & ſequentibus tabellis, tam multa exempla, non tam vt errores Epactarum Scaligerianarum ob oculos poneremus, quam vt Gregorianas Epactas recte ex Canonum præſcripto Lunas xiiij.Paſchales indicare doceremus. quod quidem liquido apparebit, ſi Lunæ xiiij. Gregorianæ cum plenilunijs medijs Gregorianis, & Scaligerianæ quartædecimæ cum medijs plenilunijs Scaligerianis conferantur.

In his omnibus annis (omiſi complures alios, quibus idem accidit. Aut enim ſatis exemplorum eſt, aut neſcio, quid ſit ſatis) tuæ Lunæ xiiij.duobus ſemper diebus noſtras præcurrunt, totidemque ferme diebus, interdum etiam tribus, (vt in annis 2575.2594.2595.) ante plenilunia occurrunt. Ex quo ſequitur, ſi proximus dies inſequens eſſet Dominicus, Paſcha ſecundum tuas Epactas, & ex præſcripto Eccleſiæ (quæ ſemper eam ſolennitatem celebrat proximo die Dom. poſt Lunam xiiij. vt non ſemel oſtendimus) celebrandum fore vno die ante pleniluniũ, & interdũ etiam biduo. quod contra Canones, ac decreta Patrum eſſe, ne tu quidẽ negas, cũ id te in

Anni Domini.	Aureus numerus.	Epacta Gregorian.	Epacta Scaligeria.	Luna xiiij. Greg.	Luna xiiij. Scali.	Plenilunia media ſecundum intercalationẽ Gregor.	Plenilunia media ſecundum intercalationẽ Scalig.	Litera Dom. Greg.	Litera Dom. Scalig.	Dies exempti Greg.	Dies exempti Scalig.
						H. M.	H. M.				
1927	9	27	29	16.A	13.A	16. 8. A	15. 8. A	B	A	13	12
1946	9	27	29	16.A	13.A	16. 1. A	15. 1. A	F	E	13	12
1965	9	27	29	16.A	13.A	15. 18. A	14. 18. A	C	B	13	12
2231	9	26	28	17.A	14.A	17. 9. A	16. 9. A	B	A	15	14
2250	9	26	28	17.A	14.A	17. 2. A	16. 2. A	F	E	15	14
2546	1	27	29	16.A	13.A	16. 14. A	16. 14. A	B	B	17	17
2565	1	27	29	16.A	13.A	6. 7. A	16. 7. A	F	F	17	17
2601	18	3	6	10.A	7.A	9. 9. A	8. 9. A	D	C	18	17
2602	19	14	17	30.M	27.M	29. 18. M	28. 18. M	C	B	18	17
2603	1	26	29	17.A	13.A	17. 16. A	16. 16. A	B	A	18	17
2605	3	18	21	26.M	23.M	26. 9. M	25. 9. M	F	E	18	17
2606	4	29	2	14.A	11.A	14. 7. A	13. 7. A	E	D	18	17
2607	5	10	13	3.A	31.M	3. 16. A	2. 16. A	D	C	18	17
2609	7	2	5	11.A	8.A	10. 22. A	9. 22. A	A	G	18	17
2610	8	13	16	31.M	28.M	31. 7. M	30. 7. M	G	F	18	17
2611	9	24	27	18.A	15.A	19. 4. A	18. 4. A	F	E	18	17
2613	11	16	19	28.M	25.M	27. 22. M	26. 22. M	C	B	18	17
2614	12	27	0	16.A	13.A	15. 19. A	14. 19. A	B	A	18	17
2615	13	8	11	5.A	2.A	5. 4. A	4. 4. A	A	G	18	17
2617	15	*	3	13.A	10.A	12. 11. A	11. 11. A	E	D	18	17
2618	16	11	14	2.A	30.M	1. 19. A	31. 19. M	D	C	18	17
2619	17	22	25	22.M	19.M	22. 4. M	21. 4. M	C	B	18	17
2621	19	14	17	30.M	27.M	29. 11. M	28. 11. M	G	F	18	17
2622	1	26	29	17.A	13.A	17. 8. A	16. 8. A	F	E	18	17
2629	8	13	16	31.M	28.M	30. 23. M	29. 23. M	D	C	18	17
2630	9	24	27	18.A	15.A	18. 21. A	17. 21. A	C	B	18	17
2631	10	5	8	8.A	5.A	8. 6. A	7. 6. A	B	A	18	17

Digitized by Google

Anni Domini.	Aureus numerus.	Epactæ Gregorian.	Epactæ Scaligerian.	Luna xiiij. Greg.	Luna xiiij. Scali.	Plenilunia media secundum intercalationẽ Gregor.	Plenilunia media secundum intercalationẽ Scalig.	Litera Dom. Greg.	Litera Dom. Scalig.	Dies exempti Greg.	Dies exempti Scalig.
						H. M.	H. M.				
2633	12	27	0	16.A	13.A	15. 1. A	14. 12. A	F	E	18	17
2634	13	8	11	5.A	2.A	4. 21. A	3. 21. A	E	D	18	17
2635	14	19	22	25.M	22.M	25. 6. M	24. 6. M	D	C	18	17
2637	16	11	14	2.A	30.M	1. 12. A	31. 12. M	A	G	18	17
2638	17	22	25	22.M	19.M	21. 21. M	20. 21. M	G	F	18	17
2639	18	3	6	10.A	7.A	9. 18. A	8. 18. A	F	E	18	17
2641	1	26	29	17.A	3.A	17. 0. A	16. 0. A	C	B	18	17
2642	2	7	10	6.A	3.A	6. 10. A	5. 10. A	B	A	18	17
2643	3	18	21	26.M	23.M	26. 18. M	25. 18. M	A	G	18	17
2645	5	10	13	3.A	31.M	3. 1. A	2. 1. A	E	D	18	17
2646	6	21	24	23.M	20.M	23. 9: M	22. 9. M	D	C	18	17
2647	7	2	5	11.A	8.A	11. 7. A	10. 7. A	C	B	18	17
2649	9	24	27	18.A	15.A	18. 13. A	17. 13. A	G	F	18	17
2650	10	5	8	8.A	5.A	7. 22. A	6. 22. A	F	E	18	17
2651	11	16	19	28.M	25.M	28. 7. M	27. 7. M	E	D	18	17
2653	13	8	11	5.A	2.A	4. 13. A	3. 13. A	B	A	18	17
2654	14	19	22	25.M	22.M	24. 22. M	23. 22. M	A	G	18	17
2655	15	*	3	13.A	10.A	12. 20. A	11. 20. A	G	F	18	17
2658	18	3	6	10.A	7.A	9. 11. A	8. 11. A	C	B	18	17
2659	19	14	17	30.M	27.M	29. 20. M	28. 20. M	B	A	18	17
2661	2	7	10	6.A	3.A	6. 2. A	5. 2. A	F	E	18	17
2662	3	18	21	26.M	23.M	26. 11. M	25. 11. M	E	D	18	17
2663	4	29	2	14.A	11.A	14. 8. A	13. 8. A	D	C	18	17
2665	6	21	24	23.M	20.M	23. 2. M	22. 2. M	A	G	18	17
2666	7	2	5	11.A	8.A	11. 0. A	10. 0. A	G	F	18	17
2667	8	13	16	31.M	28.M	31. 8. M	30. 8. M	F	E	18	17
2669	10	5	8	8.A	5.A	7. 15. A	6. 15. A	C	B	18	17
2670	11	16	19	28.M	25.M	20. 0. A	27. 0. M	B	A	18	17
2671	12	27	0	16.A	13.A	15. 21. A	14. 21. A	A	G	18	17
2907	1	25	27	18.A	15.A	18. 16. A	17. 16. A	B	A	20	19
2918	12	26	28	17.A	14.A	16. 20. A	15. 20. A	B	A	20	19
2926	1	25	27	18.A	15.A	18. 9. A	17. 9. A	F	E	20	19
2937	12	26	28	17.A	14.A	16. 13. A	15. 13. A	F	E	20	19
2945	1	25	27	18.A	15.A	18. 1. A	18. 1. A	C	C	20	20
2975	12	26	28	17.A	14.A	16. 22. A	16. 22. A	A	A	20	20
2983	1	25	27	18.A	15.A	18. 10. A	18. 10. A	E	E	20	20
2994	12	26	28	17.A	14.A	16. 14. A	16. 14. A	E	E	20	20
3002	1	25	27	18.A	13.A	18. 3. A	17. 3. A	C	B	21	20
3013	12	26	28	17.A	14.A	16. 7. A	15. 7. A	C	B	21	20
3021	1	25	27	18.A	15.A	17. 20. A	16. 20. A	G	F	21	20
3051	12	26	28	17.A	14.A	16. 16. A	15. 16. A	E	D	21	20
3059	1	25	27	18.A	15.A	18. 5. A	17. 5. A	B	A	21	20
3070	12	26	28	17.A	14.A	17. 8. A	16. 8. A	B	A	21	20
3214	4	27	29	16.A	13.A	16. 8. A	16. 8. A	E	E	22	22
3233	4	27	29	16.A	13.A	16. 1. A	16. 1. A	B	B	22	22
3271	4	27	29	16.A	13.A	16. 10. A	16. 10. A	D	D	22	22
3290	4	27	29	16.A	13.A	16. 2. A	16. 2: A	A	A	22	22
3309	4	27	29	16.A	13.A	15. 19. A	14. 19. A	F	E	23	22
4702	10	26	28	17.A	14.A	17. 9. A	16. 9. A	E	D	34	33
4721	10	26	28	17.A	14.A	17. 0. A	16, 0. A	B	A	34	33
4759	10	26	28	17.A	14.A	17. 9. A	16. 9. A	D	C	34	33
4778	10	26	28	17.A	14.A	17. 2. A	16. 2. A	A	G	34	33
4797	10	26	28	17.A	14.A	16. 18. A	15. 18. A	E	D	34	33

Digitized by Google

plenilunio quidem celebrari permittas. Immo etiamſi poſt Lunam xv. celebrandum eſſet Paſcha, (quod mordicus cum Mæſtlino tenes tamen illud in ipſo plenilunio, quod non probas, vel etiam contra Canones, ante plenilunium celebrari poſſet. Conſtat igitur, Epactas tuas neque recte eſſe ordinatas in Calendario, neque recte ex tua tabula indagari, cum earum quartædecimæ plus iuſto oppoſitiones medias anteuertant. Quamuis autem error hic plerunque per literam Dominicalem currentem, quæ quartamdecimam ſæpenumero, plus biduò ſequitur, emendetur, non tamen propterea Epactæ per ſe vitioſæ exiſtimandæ non ſunt. Quid quod, ſi tuo vteremur Calendario, re ipſa non ſemel Paſcha celebraremus poſt Lunam xiiij. (quæ eſt vetus Eccleſiæ conſuetudo) ante plenilunium? Contingeret hoc in annis 1737.1791 1859.1957.2575.2995.3195.3266. In his enim omnibus litera dominicalis propria ſequitur tuam Lunam xiiij. proxime, oppoſitio vero media non proxime: Et quidem anno 2575. duobus diebus Paſcha anteuerteret mediam oppoſitionem. Quod ſi contendas, Paſcha celebrandum eſſe poſt Lunam xv. ne in plenilunium incidat, (cuius tamen rei nullum auctorem, qui aliquid in hoc negotio videat, proferre potes) effugere non poteris. quin annis 1734. 1802.2238.2519.3033.3138.3209. Paſcha in ipſo plenilunio celebrandum exhibeas. quod ipſum etiam continget, ſi Paſcha poſt Lunam xiiij. (vt ratio poſtulat) celebretur: quia in his annis litera dominicalis biduo inſequitur Lunam xiiij. in ipſo plenilunio: ſed apud nos hoc peccatum non eſt, qui ſecundum Canones Paſcha in plenilunio celebrari poſſe ſcimus, ſed apud te, qui id negas fieri oportere. In annis porro illis octo ſuperioribus 1737. 1791. 1859. 1957. 2575. 2995. 3195. 3266. niſi Paſcha in Luna xv. celebrandum ſtatuas, vt Canones, & decreta Patrum præſcribunt, differes illud in Lunam xxij. contra omnes Computi ſcriptores, concilia, atq; canones.

SED ecce tibi alios 80. annos, in quibus maiores errores committuntur, quippe cum in ijs tuæ Lunæ xiiij. noſtras anticipent tribus diebus, interdum etiam quatuor.

IN omnibus hiſce annis (alios plurimos, quibus idem euenit omiſi, ne te exemplorum multitudine obruere velle videar.) tuæ Lunæ xiiij. noſtras tribus ſemper diebus anteuertunt, totidemq; ferme diebus, & interdum etiam quatuor, (vt in annis 2546.2565.2603.2611.2622.2945.2983.3214.3233.3271.3290.) raro autem duobus tantum, ante oppoſitiones medias occurrunt. Quocirca ſi proximus dies, hoc eſt, Luna tua xv. fuerit Dominicus, Paſcha ſecundum tuas Epactas, & Canones, conſuetudinemque Eccleſiæ, celebrabitur vno, vel duobus diebus, & interdum etiam tribus, ante plenilunium medium: quod abſurdiſſimum eſt, atq; inauditum. Quod ſi in plenilunio celebrari non poſſet, vt tu falſo opinaris, ſed poſt Lunam xv. nihilominus, ſi dies Lunam xv. inſequens foret Dominicus, celebraretur vel in ipſo plenilunio, quod tu non vis, vel vno die, aut etiam duobus ante plenilunium, contra Canones. Vides ergo, quam perperam tuæ Epactæ ſint in Calendario collocatæ, tranſlata Epacta 29. ex primo Aprilis in 31. Martij, &c. & quam falſo tabula tua iuſtæ periodi eaſdem ſuppeditet. Vides totam hanc tuam molem ſua ſponte labefactatam corruere. Neque hic res ſiſtit. Non ſolum Epactæ tuæ per ſe non legitimum nobis Paſcha exhibent, ſed ſæpenumero re ipſa nobis contra Canones, ac Patrum decreta celebrandum obtrudunt. Nam ſi Paſcha celebrandum ſit poſt Lunam xiiij. cycli, vt par eſt, & Canones præcipiunt, celebrabitur anno 2565. triduo ante oppoſitionem mediam: anno 2650. vno die: ſimiliter & anno 2670: annis vero 2606.2907.3059.4778. biduo: quo quid ineptius? Quod ſi, vt tu falſo exiſtimas, Paſcha celebrandum eſſet poſt Lunam xv. differretur eiſdem annis in Lunam xxij. cycli. quod Canones vetant. Deinde annis 2231.2603.2630.2643.2647.2667.2945.2975.3002.3290. anteuertet Paſcha oppoſitionē mediā vno die, & quidem poſt Lunā xv. cycli: annis vero, 2610.2613.2617.2637.2661.2671.2918.3070.4721. in ipſo plenilunio, etiā Lunam xv. tuarum Epactarum celebrabitur, quod tamen ſine cauſa perhorreſcis. Porro (vide, quo progrediar) anno 2619. quo tibi Epacta eſt xxv. nullum legitimum Paſcha habebitur. cur ita? quia hæc Epacta in Martio non eſt Paſchalis, cum 6. diem Martij occupet, ſed in Aprili, ſtatuens ſuam xiiij. in 17. Aprilis. Cum ergo ſecundum tuam æquationē oppoſitio media cadat in 19. Aprilis, hor. 17. h. e. in 20. diem, non erit Paſchalis, cum diem 19. ſequatur: ſed potius oppoſitio Martij incidens in diem 21. hor. 4. id eſt, in diem 22. Paſchalis erit. Cogetur ergo Scaliger eo anno Paſcha celebrare ſecundo menſe, & quidem non recte, quod eius Luna xiiij. incidens in 17. Aprilis triduo oppoſitionem præcurrat. quod vitioſum eſt: quia ex natura ſua Paſcha poſt Lunam xiiij. poſſet celebrari die 18. ſi eſſet Dominica, duobus diebus ante plenilunium; vel (vt eius opinio fert) poſt Lunam xv. die 19. ſi foret Dominica, vno die ante pleniluniū. Quando igitur rectius noſtra Epacta XXII. eo anno, conſtituens ſuam XIV. in 22. Martij, exhibet Paſcha in primo menſe: quippe cum oppoſitio Martij, ſecundum noſtram æquationem, fiat 22. Martij, hor. 4. nimirum poſt æquinoctium? quo quid rectius? Nec vero ſemel hic error tuam tabulam ſequetur. Idem enim prorſus accidet anno 2638. Nam rurſus tua Epacta erit XXV. cuius XIV. Paſchalis tenet diem 17. Aprilis; & tamen oppoſitio Aprilis cadens in diem 19. hor. 10. non eſt idonea, cum diei 20. tribuenda ſit, poſt diem 19. & quam tua XIV. triduo antecedit. Quanto igitur melius noſtra Epacta XXII. illius anni, collocans Lunam XIV. in 22. Martij, Paſcha proponit, cum ex noſtra æquatione oppoſitio fiat 22. Martij poſt æquinoctium, ideoque ad primum menſem ſpectet? Anno autem 2646. tua Epacta erit 24. & vt vis, Paſchalis in Martio. Cum ergo plenilunium Martij tunc fiat die 22. hor. 9. hoc eſt, die 23. cadet tua XV. in 21. Martij, biduo præueniens plenilunium. quod non expedit, ne Paſcha celebrari poſſit ante Plenilunium. At noſtra Epacta eo anno erit XXI. cuius XIV. notatur 23. Martij, vno die ante plenilunium, quod nobis cadit in diem 23. hor. 9. quo quid accuratius? Videſne, quanto felicius cum noſtris Epactis, & æquatione actum ſit? Neque hic ſiſtit tuæ tabulæ error, ſed ſerpit longius. Epactam 24. Paſchalem ſtatuis in Martio, quod omnino nouum eſt, cum nullus ſcriptorum, aut Patrum ſeptimum diem Martij. cui oppoſita eſt Epacta 24. intra terminos Nouiluniorum Paſchalium, quæ per cycli numeros inueſtigantur, concluſerit. quanto rectius noſtra tabula eandem Epactam reponit in Aprili? conſideremus, ſi placet, ſequentes 16. annos, in quibus vterque noſtrum Epactam XXIV. vſurpat.

An non vides, te in 12. menſe, nos autem in primo Paſcha celebrare? quippe cum tua plenilunia in Martio omnia præueniant diem 22. Martij. ac proinde veræ Lunæ xiiij. ante æquinoctij diem occurrant; noſtra autem in Aprili non excedant 19. diem Aprilis, ideoque veræ Lunæ xiiij. non tranſcendant diem 18. Conſtat autem inter Computi ſcriptores, plenilunia Paſchalia contineri in aliquo 29. dierum, qui à 22. Martij incluſiue ad 19. Aprilis incluſiue numerantur. Ex quo fit, vt illa, quæ diem 22. Martij antecedunt, ad vltimum

menſem,

Anni Domini	Aur. numerus.	Ep. Cal. Greg.	Epactæ Scalig.	Lunæ xiiij. Greg.	Lunæ xiiij. Scalig.	Dies exẽpti ſec. æquat. Greg.	Dies exẽpti ſec. æquat. Greg.	Plenilunia media Paſc. ſecundum intercalationẽ Greg.	Plenilunia media Paſc. ſecundum intercalationẽ Scali.
								D. H.	D. H.
1609	14	24	24	18. A	20. M	10	10	18. 13. A	20. 0. M
1628	14	24	24	18. A	20. M	10	10	18. 6. A	19. 17. M
1647	14	24	24	18. A	20. M	10	10	18. 22. A	20. 10. M
1666	14	24	24	18. A	20. M	10	10	18. 15. A	20. 2. M
1685	14	24	24	18. A	20. M	10	10	18. 7. A	19. 19. M
2277	17	24	24	18 A	20. M	15	15	18. 7. A	19. 19. M
2296	17	24	24	18. A	20. M	15	15	18. 0. A	19. 11. M
2429	17	24	24	18. A	20. M	16	16	18. 20. A	20. 7. M
2448	17	24	24	18. A	20. M	16	16	18. 12. A	19. 23. M
2486	17	24	24	18. A	20. M	16	16	18. 21. A	20. 8. M
3488	12	24	24	18. A	20. M	24	24	18. 12. A	20. 0 M
4156	15	24	24	18. A	20. M	29	29	18. 6. A	19. 18. M
4175	15	24	24	18. A	20. M	29	29	18. 23. A	20. 10. M
4194	15	24	24	18. A	20. M	29	29	18. 16. A	20. 3. M
4566	7	24	24	18. A	20. M	32	32	18. 22. A	20. 9. M
4585	7	24	24	18. A	20. M	32	32	18. 14. A	20. 1. M

menſem,& quæ diem 19. Aprilis tranſgrediuntur, ad ſecundum pertineant. Videsne igitur, doctiſſime Scaliger, in hac noſtra tabella, quanta ex tuis Epactis, tuoque illo Canone nouo, Nouiluniorum Paſchalium ſilua errorum exiſtat? Venio nunc ad aliud genus erroris non leuis.

IN ſuperioribus tabulis Lunæ xiiij. methodi Scaligerianæ Lunas xiiij. Calendarij Gregoriani anteuertunt ſemper duobus, vel tribus diebus, interdum etiam quatuor: videamus nunc ſi placet, doctiſſime Scaliger, num tua tabula in iuſta periodo tropica proponat etiam nobis aliquando Lunas xiiij. Gregorianis poſteriores. Hoc enim ſi accidet, æquatio tua omni ex parte vitioſa deprehendetur,& falſa. Conſideremus ergo inſequentes 58. annos, in quibus Scaligerianæ Epactæ Gregorianis ſunt binario minores, ac proinde Nouilunia, & quartasdecimas in Calendario per duos dies ſerius notant in Calendario, niſi quando eius Epacta eſt aliqua ex his quinq;, 25.26.27.28.29. hæ enim ſolo vno die tardius ea monſtrant, cum in tuo Calendario per vnum diem ſurſum ſint promotæ.

Vbi primum vehementer miror, quid tibi doctiſſime Scaliger in mentem venerit, Nouilunia per totum biduum verſus fines menſium detrudere ab anno 3609. vſque ad annum 3745. cum ſolum vnus dies ex anno 3608. reiectus fuerit. Quippe propter vnum diem exemptum, Nouilunia per vnum diem deſcendere coguntur in Calendario, non per duos, niſi velis dicere, eadem Nouilunia ab anno 2477. ad annum 3609. quæ duobus diebus ab eius Epactis citius notabantur, falſa fuiſſe, quod non arbitror te dicturum, ne tua tabula iuſtæ periodi tropicæ funditus corruat. Iam nihilominus mirabile mihi videtur, quod in annis deinde 132. proxime inſequentibus, hoc eſt, ab anno 3745. ad annum 3877. eadem Nouilunia rurſum per duos dies verſus menſium initia retro agis. Nam propter diem ex anno 3744. ablatum, ſi Luna non egeat æquatione, per diem deſcendere deberent Nouilunia, non autem per biduum aſcendere: ſi vero æquatione egeat, in eodem die perſiſtere, vt ratio Nouiluniorum exigit,& fuſius à nobis in Apologia lib. 2. cap. 4. ſcriptum eſt. Quod ſi in hiſce 132. annis Nouilunia recte notatur, neceſſe eſt, eadem in antecedentibus 136. annis falſo biduo ſerius indicata fuiſſe. Cæterum video, te rationem non habuiſſe æquationis anni ſolaris, ac Lunaris, in Nouilunijs collocandis, ſed ſolum Neomeniarum Iudaicarum. quæ tibi omnium malorum cauſa fuit, vt partim docuimus, partim mox docebimus. Examinemus ergo tuas Lunas XIV. (harum enim maior ratio habenda eſt, quam Nouiluniorum, propter Paſchæ ſolennitatem, te ipſo etiam auctore.) eaſque cum quartisdecimis Gregoriani Calendarij conferamus, vt ſtudioſus lector cognoſcat, quanto rectius, aptiuſque Epactæ in Calendario Gregoriano collocatæ ſint, earumque æquatio inſtituta, quam in Scaligeriano. Id quod in præcedenti tabula præſtitimus. Vbi perſpicue cernitur, Lunas XIV. Calendarij Gregoriani ſemper vno die anteuertere oppoſitiones medias, quemadmodum & in ſuperioribus tabulis. quo quid iuſtius hoc in negotio excogitari poteſt? Lunas autem XIV. Scaligeri ſubſequi fere ſemper oppoſitiones medias duobus diebus. quo quid magis alienum à recta Paſchatis celebratione poteſt afferri? Hinc fit, vt omnibus proximæ tabulæ annis Paſcha ex præſcripto Calendarij Gregoriani rite, ac legitime agatur, Dominica videlicet proxima poſt Lunam XIV. vt Canones, præcipiunt: ex methodo autem Scaligeri, plerunque in quarta hebdomada, nimirum Luna XXII. XXIII. & XXIV. quod Canones nullo modo patiuntur. Exempli cauſa. Anno 3609. Gregorianum Calendarium exhibet Paſcha die 5. Aprilis, Dominica ſcilicet proxima poſt Lunam XIV. At Scaligerianum Paſcha reijcitur in 12. Aprilis, hoc eſt, in proximam Dominicam poſt eius Lunam XV. ac proinde in Lunam XXIV. eoque amplius; cum Luna XV. ſiue oppoſitio occurrat die ferme 3. Similiter anno 3612. Paſcha Gregorianum fiet prima die Aprilis, at Scaligerianum die 8. Aprilis. Luna XXIV. Idemque de pluſimis alijs annis eiuſdem tabulæ dicendum eſt.

Anni

Digitized by Google

Anni Domini.	Aur. numerus.	Epactæ Greg.	Epactæ Scalig.	Lunæ xiiij. Greg.	Lunæ xiiij. Scalig.	Dies exēptus iuxta vtriuſque intercalationem.	Plenilunia media iuxta vtriuſque intercalationem.	Literæ Dom.
							D. H.	
3609	19	11	9	2. A	4. A	25	2. 7. A	D
3612	3	15	13	29. M	31. M	25	29. 22. M	AG
3613	4	26	24	17. A	20. M	25	17. 19. A	F
3615	7	29	27	14. A	15. A	25	14. 11. A	CB
3617	8	10	8	3. A	5. A	25	3. 19. A	A
3620	11	13	11	31. M	2. A	25	31. 11. M	ED
3621	12	24	22	18. A	22. M	25	12. 8. A	C
3622	13	5	3	8. A	10. A	25	8: 17. A	B
3624	15	27	25	16. A	17 A	25	15. 23. A	GF
3625	16	8	6	5. A	7. A	25	5. 8. A	E
3626	17	19	17	25. M	27. M	25	25. 17. M	D
3628	19	11	9	2. A	4. A	25	1. 23. A	BA
3632	4	26	24	17. A	20. M	25	17. 12. A	DC
3633	5	7	5	6. A	8. A	25	6. 21. A	B
3636	8	10	8	3. A	5. A	25	3. 12. A	FE
3637	9	21	19	23. M	25. M	25	23. 21. M	D
3638	10	2	0	11. A	13. A	25	11. 18. A	C
3640	12	24	22	18. A	22. M	25	19. 1. A	AG
3641	13	5	.	8. A	10. A	25	8. 9. A	F
3642	14	16	14	28. M	30. M	25	28. 18. M	E
3644	16	8	6	5. A	7. A	25	5. 1. A	CB
3645	17	19	17	25. M	27. M	25	25. 9. M	A
3647	19	11	9	2. A	4 A	25	2. 16. A	F
3648	1	23	21	2. M	23. M	25	22. 0. M	ED
3649	2	4	2	9. A	11. A	25	9. 23. A	C
3652	5	7	5	6. A	8. A	25	6. 13. A	GF
3653	6	18	16	26. M	28. M	25	26. 22. M	E
3656	9	21	19	23. M	25. M	25	23. 13. M	BA
3657	10	2	0	11. A	13. A	25	11. 11. A	G
3658	11	13	11	31. M	2. A	25	31. 20. M	F
3660	13	5	3	8. A	10. A	25	8. 2. A	DC
3661	14	16	14	28. M	30. M	25	28. 11. M	B
3663	16	8	6	5. A	7. A	25	5. 17. A	G
3664	17	19	17	25. M	27. M	25	25. 2. M	FE
3666	19	11	9	2. A	4. A	25	2. 8. A	C
3668	2	4	2	9. A	11. A	25	9. 15. A	AG
3669	3	15	13	29. M	31. M	25	29. 23. M	F
3672	6	18	16	26. M	28. M	25	26. 15. M	CB
3674	8	10	8	3. A	5. A	25	3. 21. A	G
3676	10	2	0	11. A	13. A	25	11. 3. A	ED
3677	11	13	11	31. M	2. A	25	31. 12. M	C
3678	12	24	22	18. A	22. M	25	19. 10. A	B
3679	13	5	3	8. A	10. A	25	8. 19. A	A
3680	14	16	14	28. M	30. M	25	28. 3. M	GF
3682	16	8	6	5. A	7. A	25	5. 10. A	D
3683	17	19	17	25. M	27. M	25	25. 19. M	C
3684	18	*	28	13. A	14. A	25	12. 16. A	BA
3685	19	11	9	2. A	4. A	25	2. 1. A	G
3688	3	15	13	29. M	31. M	25	29. 16. M	DC
3690	5	7	5	6. A	8. A	25	6. 22. A	A
3692	7	29	27	14. A	15. A	25	14. 5. A	FE
3693	8	10	8	3. A	5. A	25	3. 14. A	D
3694	9	21	19	23. M	25. M	25	23. 22. M	C
3695	10	2	0	11. A	13. A	25	11. 20. A	B
3696	11	13	11	31. M	2. A	25	31. 5. M	AG
3697	12	24	22	18. A	22. M	25	19. 2. A	F
3698	13	5	3	8. A	10. A	25	8. 11. A	E
3699	14	16	14	8. M	30. M	25	28. 20 M	D

DEIN-

DEINDE annis 3613. 3621. 3632. 3640. 3678. 3697. ex Scaligeriana methodo celebrabitur Paſcha in vltimo menſe, cum in illis plenilunium medium contingat non poſt æquinoctium, ſed fere ſemper ante, vt hæc ſubiecta tabella docet. qui ſane excuſari non poteſt, quo minus grauiſſimus error cenſeatur.

Anni Domini.	*Aur. num.*	*Epact. Scal.*	*Luna xiiij. Scaliger.*		*Plenilunia media. D. H. Menſ.*		*Paſca Scaligeri poſt eius Lunam xv.*		*Litera Dominicalis.*
3613	4	24	20.	M	19. 7.	M	24.	M	F
3621	12	22	22.	M	20. 19.	M	28.	M	C
3632	4	24	20.	M	18. 7.	M	28.	M	DC
3640	12	22	22.	M	20. 12.	M	25.	M	AG
3678	12	22	22.	M	20. 21.	M	27.	M	B
3697	12	22	22.	M	20. 14.	M	24.	M	F

Sed fortaſſe dices. Quid? Veſtra methodus omnemne vitat errorem? Fateor in annis 3621. 3678. 3697. oppoſitiones medias Aprilis ex noſtra intercalandi ratione, contingere die 19. paulo poſt meridiem, vt ex ſuperiori tabula conſtat; ita vt ad ſecundum menſem videantur pertinere, non ad primum: Veruntamen cum oppoſitiones mediæ menſe Martio æquinoctium anteuertant, ac proinde ad primum menſem pertinere nequeant, rectius pro Paſchalibus oppoſitionibus aſſumuntur in Calendario Gregoriano illæ, quæ menſe Aprili occurrunt: propterea quod minus eſt peccatum celebrare Paſcha in ſecundo menſe, quam in vltimo, cum hoc nominatim prohibitum ſit, illud liceat. Atque hic error (ſi error dicendus eſt, qui vitari non poteſt) non accidit ex cycli vitio, ſed quia in prædictis annis nulla oppoſitio media incidit in aliquem 29. dierũ à 22. Martij incluſiue ad 19. Aprilis incluſiue, qui ſoli Plenilunijs Paſchalibus deſtinati ſunt: adeo vt neq; oppoſitio in Martio, neq; in Aprili, Paſchalis exiſtat, ſed illa ad vltimum menſem, hæc vero ad ſecundum pertineat. Quare cum earũ altera ſit aſſumenda, ſi Paſcha illis annis celebrare velimus; erit potius, vt diximus, eligenda oppoſitio menſe Aprili, quam Martio. Vides igitur, doctiſſime Scaliger, tuam illam præclaram methodum Neomeniarum Iudaicarum vitio iacere. Quod ſi te non mouet, vt eam oderis, ames licet ſine riuali.

TRIA ex ijs, quæ dicta ſunt, liquido conſtare arbitror. Primum, quod Scaliger (quod in tam ingenioſo viro permirum eſt) in hac caſtigatione ſua nihil omnino noui nobis obiecit, nihil admodum attulit, quod non tanto ante in conuentu de emendatione Calendarij prouiderimus, nihil denique, quod nos ipſi non iuſtiſſimis de cauſis reiecerimus. Deinde quod Calendarium à Scaligero propoſitum, vna cum eius tabula æquationis in iuſta periodo tropica, non vnum vitium, ſed plurima, eaq; non leuia, contineat. Poſtremo quod Gregorianum Calendarium iniuria à Scaligero, & alijs reprehenditur: quippe cum in eo æquatio tam anni Solaris, quam Lunaris, vna cum Epactarum diſtributione, ita inſtituta ſit, vt omnia medijs motibus perbelle reſpondeant. quod in Calendario Scaligeri non cernitur. Declarant id ſuperiores tabulæ, in quibus oppoſitiones mediæ Paſchales ad multa annorum millia ſupputatæ ſunt, quæ quidem Lunis quartisdecimis Calendarij Gregoriani mirifice congruunt, ab illis vero, quas Scaligeri Calendarium exhibet, multis modis diſſident: propterea quod quartædecimæ ipſius oppoſitiones medias plus æquo, vel anteuertunt, vel ſubſequuntur, noſtræ autem quartædecimæ fere ſemper plenilunia media vno die antecedunt. quod Canonibus, & Computi ſcriptorib. mirum in modum congruit. Non eſt igitur, quod Scaliger tantopere de ſuo Calendario glorietur, idque orbi Chriſtiano vniuerſo quaſi diuinam quandam regulam, ac munus cœleſte proponat. Interim tamen ingentes ei gratias & agimus & habemus. quia eius caſtigatio occaſionem nobis præbuit Calendarij Gregoriani Aſtronomico plurimorum annorum calculo illuſtrandi. Qua ex re fiet, vt intelligant vniuerſi, omnia in eo recte eſſe diſpoſita, nullaque in re (quantum cycli natura patitur) ab ijs, quæ concilia, Patres, Canones, & Computi ſcriptores decreuerunt, diſſentire. Porro hæc tam accurata Scaligeri, acutiſſimi pariter doctiſſimique viri caſtigatio magnam nobis ſpem facit, neminem poſt hac fore, qui Gregorianum Calendarium vlla labefactet ex parte, aut aliquid melius afferat; cum tantus ille vir non potuerit; qui vnus propemodum ex omnibus poſſe videbatur. Sed de his hactenus ad Scaligeri perorationem veniamus.

SCALIGER.

a *AMPLECTAMVR igitur hanc emendatiſſimam formam: biſſexta æquabiliter tollantur alternis 132. 136. annis: Epactæ ordine ſuo in Calendario collocentur, idque à Calendis Martij, non à Calendis Ianuarij, vt exemplar Calendarij, quod dedimus, docet: neque bina Epacta in vnam cellam concolores, vel diſcolores ſtipentur: neque xxix. Epacta pro Epacta xxviij. in Calendis Aprilis annotetur: neque poſt vnicam Epactam Epacta * ex continenti ſubijciatur in omnibus menſibus, cum alternis tantum ſyzygiis hoc faciendum ſit. Si hoc ita, vt diximus, rite & ordine fiat: non ſolum nulla reprehenſio, ſed etiam maxima laus in auctores anni redundabit.*

CLAVIVS.

a VNDENAM iſte θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανεὶς, qui inexplicabilem veluti tragœdiæ nodum ſua auctoritate diſſoluit? Næ ille ſi cognouiſſet ea, quæ paulo ante docuimus, longe aliter cenſeret. Nam & mendoſiſſimam (auctoris pace dixerim) hanc formam eſſe, & biſſextiles annos non ſolum facilius, verumetiam rectius

per

Digitized by Google

per centurias annorum in Calendario tolli: & Epactas non poſſe melius, quam in Gregoriano Calendario ſunt, collocari, & quidem initio facto à Ianuario, non autem à Martio: denique binas interdum Epactas concolores, vel diſcolores, in vnam cellam non temere ſtipari, planum fecimus. Quocirca cum omnia rite & ordine facta ſint, ex hac Scaligeri caſtigatione non ſolum nulla reprehenſio, ſed etiam maxima laus in auctores Calendarij redundauit.

SCALIGER.

b *TOLLANTVR igitur vitia. Faceſſamus ab omni puerili velitatione, & id, quod in manu eſt, agamus. Omnibus in eam rem incumbendum eſt. Omnium enim intereſt. Quamdiu in forma recepta inerunt, quæ reprehendas, (ſunt autē nimium quantum multa) qui ea adhuc non vtuntur, cur non vti debeant, ſemper allegare poterunt. Quod ſi emendata proponatur, nihil cauſæ eſt, cur non ab omnibus recipiatur, cum Iuliana, quæ adhuc in multis Europæ partibus hæſit, vitio non careat.*

CLAVIVS.

b QVID faceres, mi Scaliger, aut diceres, ſi tot tantaque in noſtro Calendario vitia deprehendiſſes, quot quantaque nos in caſtigatione notauimus tua? Sed tamen recte mones. tollantur vitia, quæ certe tolli non poſſunt, niſi methodus à te inuenta tollatur. Faceſſamus ſane ab omni puerili velitatione. quod nunquā profecto faciemus, niſi tua caſtigatio faceſſat. Deniq; ꝙ in manu eſt, vt Gregorianum Calendariū orbis terræ conſenſu comprobatū ſequamur, id agamus. Nimirum omnibus in eam rem incumbendum eſt; Omnium enim intereſt, vt tu præclare mones. Etenim cum iam conſtet, in forma recepta nihil omnino eſſe, quod iure reprehendatur, qui ea adhuc non vtuntur, cur vti non debeant, poſthac allegare non poterunt. Nam cum ſatis ſuperque emendata proponatur, nihil cauſæ eſt, cur non ab omnibus recipiatur: cum Iuliana, quæ adhuc in multis Europæ partibus hæſit, vitio non careat; illam autem, quam vir doctiſſimus, atque ingenioſiſſimus Ioſephus Scaliger propoſuit, multis magniſque vitijs non vacare, ſatis appareat. quamquam Saxones, Anglos, Danos, aliosque populos nonnullos, à recipiendo Calendario Gregoriano haud ſane illa cauſa retardauit, quod vitioſum eſſe cenſerent, ſed hæreſis, & odium Romani Pontificis. Calendarium igitur placet, auctor diſplicet. Nec dubito, quin libentiſſimis animis recepturi eſſent, ſi id pro Pontifice Cæſarem haberet auctorem. Vidi ego ſcriptum quoddam Kemnicij hæreſiarchæ ad Landtgrauium Haſſiæ virum Mathematicis egregie exacultum, vbi calendariū haud obſcure commendat, aitque dignum eſſe, quod reciperetur, niſi à Pontifice Romano eſſet profectum. Miſeret me iſtorum qui quam rem propter auctorem maxime probare deberent, eam per ſe probatam improbāt ſolummodo propter auctorem, ac tanquam contumaces filij odio optimi parentis, malunt paternis donis carere, quam frui. ita dum videntes ac volentes detrimentum capiunt, vnde emolumentum percipere cum alijs poſſent, vel ipſorum iudicio ſuæ ſtultitiæ, ac pertinaciæ pretium ferunt.

SCALIGER.

a *HÆC autem, quam proponimus, elegantiſſima, emendatiſſima, tutiſſima, parabiliſſima ſit.*

CLAVIVS.

a *Credimus, an qui amant, ipſi ſibi, ſomnia fingunt?*

NEQVE enim ego video, qui elegantiſſima ſit iſta ratio, quā anni vel ſolaris, vel Lunaris æquatio perturbata deformat: aut emendatiſſima, quæ, vt oſtēdimus, vitijs eſt cumulata: aut tutiſſima, quæ in fraudes inexplicabiles inducit: aut deniq; parabiliſſima, quæ propter inconſtantiam tabularum, quibus nititur, innumerabiles habet difficultates. At vero ea, quam nos propoſuimus, talis profecto eſt, vt minime dubitem, quin iam tibi quoque, vt cæteris, & elegantiſſima, & emendatiſſima, & tutiſſima, & parabiliſſima videatur. Quod ſi adhuc tuæ te methodi forma delectet; licebit eam ſolus ames, me certe aut quenquam qui ſapiat, æmulum non habebis.

SCALIGER.

b *OBSECRO igitur eos, ad quos hæc emendare pertinet: vt abdicato omni odio, & omni querela, aut hanc formam admittant, aut meliorem comminiſcantur.*

CLAVIVS.

b DESINE obſecrare, mi Scaliger: Abdicato enim omni odio, & iniuſta querela, tuam iſtam formā attentius conſideratam admittere nullo modo poſſumus, Non negamus nos errare potuiſſe, homines enim ſumus. Sed ſi quid certi eſt in rebus humanis, nos hac in re non erraſſe confidimus. Veriſimilius quippe eſt vnum in re ſua falli ac decipi, quam multos iudicio non inferiores in aliena. Sane Lilianam methodum, vel ex huius tuæ formæ comparatione optimam eſſe comperimus; vt nihil attineat comminiſci (quod fieri non poſſe arbitror) meliorem.

SCALIGER.

a *NOSTRA enim non venditamus. Hoc vnum, vt vitia tollantur, poſtulamus, contendimus, etiam atque etiam oramus.*

Digitized by Google

CLAVIVS.

NEC vero nos venditamus noſtra, ſed ea priuſquam ederentur in vulgus, omnibus orbis Chriſtiani nobilibus Mathematicis examinanda propoſuimus. quod teſtatur Compendium Calendarii ad principes, & Reſpublicas tranſmiſſum. Gregorius autem Pont. Max. ex illorum ſententia, communique omnium conſenſu nouum Calendarium ſanxit. Hoc vnum, vt (quoniam vitia ſublata ſunt) diſcordia tollatur, poſtulamus, (vt tuis verbis vtar) contendimus, etiam atque etiam oramus.

HÆC habui, quæ non tam aduerſus hunc Elenchum, ſiue caſtigationem Calendarii Gregoriani, quam pro Calendario Gregoriano, ac veritate ſcriberem. Oro, obteſtorque Scaligerum virum ingenio, doctrinaque præſtantem, ne aliter ea accipiat, quam à me dicta ſunt. Equidem nihil omnino dixi eo animo, vt de eius fama, cui conſultum volo, detraherem, ſed potius, vt hominem non minus induſtrium, quam ingenioſum, amice, vt initio diximus, admonerem, ne alios præ ſe fœnum putet eſſe oportere. neu fretus ingenio, quo plurimum poteſt, præcipitem ſe ferri ſinat: contraque ad veri, rectique patrocinium præclara illa naturæ, doctrinæq; præſidia conuertat. Veritas interdum aliquanto me liberiorem in dicendo fecit, non nego Habent hoc literarum ſtudia, ac diſputationes, vt ſine ardore animi, & acrimonia quadam tractari pro dignitate non poſſint: præſertim cum veritas aduerſus calumnias defendenda ſuſcipitur. Quod ſi hominem refellere magis, quam veritatem tueri, propoſitum nobis fuiſſet, longe aliter hoc negotium tranſegiſſem. Sed quoniam veritatem ipſe ſolam quæſiuiſſe in hoc Elencho præ ſe tulit, contentus fui & ego fallaces contra veritatem argumentationes refellere, ac profligare. Neque enim vereor, ne talis, tantusque vir, diſcuſſa errorum caligine, contentionis cupidior futurus ſit, quam veritatis: præſertim cum humanum ſit errare, errorem agnoſcere & emendare, ſapientis. Nec vero Scaliger hoc ſuo conatu nullam (mea quidem ſententia, niſi quod in eo modeſtiam deſidero) laudem ingenij tulit, vel quod *in magnis & voluiſſe ſat eſt*, vel quod Gregoriani Calendarij cauſam oppugnando illuſtriorem reddidit, atque meliorem.

FINIS.

Digitized by Google

RESPONSIO
AD CONVICIA, ET CALVMNIAS IOSEPHI SCALIGERI, IN CALENDARIVM GREGORIANVM.

Autore

CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI, E SOCIETATE IESV.

Digitized by Google

RESPONSIO CHRISTOPHORI CLAVII BAMBERGENSIS E SOCIETATE IESV,

Ad conuicia, & calumnias Ioſephi Scaligeri, in Calendarium Gregorianum.

TVAM in me, Ioſephe Scaliger, ſermonis intemperantiam, ac effuſam in omnem improbitatem cauillandi licentiam in eo, quem nuper edidiſti in Euſebij Chronica, temporum theſauro, eo animo tuliſſem, quem Chriſtianum, quem Religioſum hominem, atque huius ætatis decere iudicaſſem, niſi te eodem tempore & probitatis inimicum, & hoſtem veritatis oſtendiſſes. Sed quoniam tam impudentiæ tuæ, quam mendacijs, ſilentium meum, ac animi moderatio nocumenti plurimum, vtilitatis nihil eſſet allatura, ea in te congeram, quæ ſi à maledicentiæ (quod ſtultus ſim ſi putem) te deterrere temeritate non poterunt, certe, quod ſpero, me meaſque litteras apud poſteros ab iniquiſſima calumnia vindicabunt. Et ne taciturnitas mea ruſticioribus aliqua ex parte poſſit officere; acutiores enim non vereor, qui apertiſſime, quid ipſe probem, quid tu temere obiicias, intelligunt, beneuolo quidem tecum agam animo, verum verbis duriuſculis; multo tamen magis rationum momentis, & in hoc vno præſertim à te maxime diſcedam, qui modo aliquid dicas, quam apte, quam apposite, quam conſtanter, quam vere dicas, homo impudens nihil penſi habes; & ſane, ſi qua mihi ſpes foret, vt animum mentemque mutares, quam in omnem ſtultitiam, mendacia, ac orationis inſolentiam hactenus armaſti, ad meliora ac ſaniora conſilia reuocares, amice monerem, ſuggererem priuatim, ſuauiter ſuaderem, clementer hortarer. Sed quoniam iamdiu apertiſſime etiam cognitæ veritatis, quod, ſi meminiſſe velis, tu ipſe aliquando profeſſus es, conuictus efficacitate, ad ingenium quaſi poſtliminio rediiſti, eam tecum inibo rationem, quam doctiſſimi Patres, Virique ſanctiſſimi, quorum abunde habemus exempla, cum veritatis impugnatoribus inierunt: Auguſtinum, Hieronymum, Origenem, Tertullianum, vt alios ſexcentos omittam, imitabor; qui quod ſuauitate ſermonis, & beneuolæ ſuaſionis dulcedine, veluti mitioribus remedijs, corrigere ſe non poſſe ſenſerunt, igne, ſectionibus, exploratione venarum, ferri aſperitate, acriori nimirum verborum caſtigatione curarunt. Itaque malo in hoc odium mihi veritas, quod hactenus accidit, apud te pariat, quam turpe beneuolentiam conciliet obſequium.

ET profecto non apud me ſolum, cui iamdiu tuum erat ingenium varium, ſubdolum, multiplex, exploratum: audacia iſta vafra, confidentia inſolens, frons impudens, & perfricta, ſed apud omnes incredibilem omnino admirationem excitaſti, cur videlicet ætate affecta, annorum, neſcio vtrum conſilij plenus, in eas pueriliter nugas, animum retorſeris, quæ vtilitatis nihil, multum impendij, dedecoris plurimum, ad inſipientiæ, ac ſtultitiæ labem eſſent allatura. Age, oro te, ſi Clauium odio veritatis oderas, quid erat, cur in eadem deliria iterum atque iterum relapſus, Pontificum decretis, Patrum ſententijs, inſtitutis Conciliorum, firmiſſimis eruditorum rationibus aduerſareris? Quid erat, cur odio Clauij, dicam melius, pietatis, ab Eccleſiæ communi conſenſu, quaſi perduellis, deficeres, & publicum tibi cum illa bellum gerendum eſſe cenſeres? Adeone illud Pontificium diploma ſtomachum tibi mouit, vt omne in me improbitatis tuæ virus euomendum arbitrareris? Illud, illud te pupugit; videbas enim, ſi impius videri nolles, tibi cum illo eſſe ſentiendum: ſi taceres, male agi cum effrœnata iſta tua cauillandi libidine, & numquam fore, plenum iſtum, vt poſſes, ſermonibus vtrem omni maledictorum genere refertiſſimum inſolenter effundere. Scio quid tibi dolorem fecerit: illius nimirum iniquiſſimæ caſtigationis tuæ, iuſtiſſima caſtigatio mea te perturbauit. At, heus tu mi homo, quid in illa improbas? hoc vnum videlicet, quod nimis honorifice, quam pro tua ignorantia, ſum de te locutus. Quo te vel leuiſſimo verbo offendi? An quod tuas rationes tam modeſte reiecerim, vt reprehendendum me non pauci, quod tecum ita beneuole agerem, eſſe iudicarent? At non poteram, nolebam, non debebam etiam, tua cauſa, abiecta veritate, falſiſſimis ſententiis ſubſcribere. Quibus cum tibi negotium eſſe iudicabas Scaliger? aut ad quos ſcribebas, cum in Canonibus Iſagogicis ad Euſebij chronica, tot contumelias, nullo vel leuiſſimo adhibito argumento, turpiſſime è ſtabulis ac tabernis abiectiſſimis exhalaſti? Ad iſtos fortaſſe, qui ingenium tuum non norunt? Non mentior, Scaliger, (ſic me Deus amet) dum tua illa plena impudentiæ ac turpitudinis ſcripta peruoluerem, illud Tertulliani in te aduerſus Hermogenem perquam egregie quadrare iudicaui. *Hermogenis doctrina tam nouella eſt, denique ad hodiernum diem homo in*

ſeculo

Digitized by Google

ſeculo & natura quoque hæreticus, etiam turbulentus, qui loquacitatem facundiam exiſtimet: & impudentiam conſtantiam deputet, & maledicere ſingulis officium bonæ conſcientiæ iudicet.

Sed non replenda eſt curia verbis,
Quæ tuto tibi magna volant.

CVM doctis & eruditis agendum eſt, Ioſephe, neque enim puto te ex animo illa dixiſſe, cum non ingenij bonitate, ſed exercitatione, & diuturnitate laborum me Mathematicis adiudicas: quandoquidem in ea Calendarii Gregoriani caſtigatione de me honorifice locutus fueras, & malle te dicebas, à Clauio reprehendi, quam laudari à multis. Sed nunc de ingenio meo reticebo; illud qualecumque ſit, à Deo opt. max. cui mea ſemper ſudauit induſtria, penitus agnoſco. Nec ſi optimum eſſet, mea illud commendatione laudis ſuffragium ambiret; in quo genere es valde reprehendendus, qui miſerrimam iſtam ingenii tui mediocritatem (neque enim te ſtipitem aut plumbum, vt plerique, exiſtimo) in eam rationem laudas, vt nihil putidius, nihil ineptius videri poſſit. Illud Hieronymi in Iouinianum commode in te tranſtuliſſe mihi videor. *Totus tumet: Totus iacet, attollit ſe per ſingula, & quaſi debilitatus coluber in ipſo conatu frangitur: Non eſt contentus noſtro, id eſt, humano more loqui: altius quiddam aggreditur.*

Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.

QVOD ipſe non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes. De tuo nunc ingenio pauca dicenda ſunt; de tuo ſermo inſtituendus, non prolixus, vt tua ſunt ſcripta.

Piperis & thuris iam iam factura cucullos.

Sed pro meritis tuis opinione breuior; & quandoquidem

Nequam beſtiam; & damnificam imitaris, quam non amabo.

ſententijs vtar meis, non ſociorum meorum, quorum tibi virtus, morumque probitas inuidioſa eſt, non in omni diſciplinarum genere publico doctorum omnium comprobata conſenſu cognitio vilis. tametſi de *Benedicti Pererij* viri doctiſſimi atque eruditiſſimi laude, de more detrahere volueris, cuius in ſcriptis dum chronologiæ rationem, quæ exacte in eius libris eſt, deſideras, illud te ægre ferre ſignificas: quod Eccleſiam illuſtrant, Patrum ſententias tuentur, ſinceræ pietatis & doctrinæ momenta perpendunt; vno verbo: quod ſacra, quod pia cum ſint, catholicæ Religioni ſuffragantur. Meo meo te pungam ſtilo, meis rationibus vulnerabere; non repunctis, & temere aſſutis, vt ſic dicam, grammaticalium locutionum pannis, vt tua ſunt illa Prolegomena, in quibus, Deus bone, quid eſt, quod non millies repetas, actiua paſſiuis permutando, ad initia reuoluaris ſtoliditatis tuæ; quam melius tecum eſſet actum, ſi nunquam è grammaticæ gurguſtio, ampliorem, quam pro tuæ mentis acie, diſciplinarum viſurus lucem emerſiſſes: præſertim vero Mathematicæ, cuius fulgentiſſimus ſplendor hebetem, & obtuſam mentem tuam adeo perſtrinxit, vt cæcutiens, hinc inde in varia errorum offendicula perplexus ac dubius impegeris. Adiunge animum.

Eheu quam miſeros tramite deuio *Boet. lib. 3.*
Abducit ignorantia. *Metro. 8.*

ATQVE id profecto omnibus his accidit, qui hoc noſtro ſeculo hanc laudem ingeniorum ſuorum maximam crediderunt, ſi non modo contra Noſtros omnes aperte ſentirent, ſed etiam omnibus maledictis, qua liceret, quà non liceret, impeterent. Egregie Pindarus. *Ode 8. Nem.]*

Ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖς.
Inuidis ſermones obſonij ſunt loco.

&c ille apud Stobeum. *Serm. 37.*

Τοῖς οὐδὲν οὖσιν, οὐδὲ εἷς ὅλως φθονεῖ;
Ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον,
Ἅπαν τὸ λίαν συνετὸν, ἐς' ἐπίφθονον.
Iis qui nihil ſunt, inuidet nemo certe;
At ſplendidis inuidia rebus eſt comes,
Hanc magna comitem habet prudentia.

DIC Scaliger, ſi quid tibi ſcire videbaris, quid ni amico animo, humano more, certe non ferino, quæ contra me ſentiebas, protuliſti; vt ſi ignorantiam agnoſcerent alij, voluntatem nulla ratione culparent? At nunc qua ratione Poſteritatis iudicium effugies, quandoquidem in ſuffragio nequicquam demortuorum gratiæ concedit; cum non modo te rudem rei, quam tractas, & imperitum, ſed etiam maleuolum agnoſcet?

AGE nunc vtere, ſi quod habes, ingenio. adiice mentem, aures accommoda; non iniquas, vt ſoles, ſed æquas; oportet ita addiſcentem eſſe comparatum. Mitte iurgia & contumelias, nam ſi Grammaticus es, noſti illud Euripidis in Bacchis.

Ἀχαλίνων ςομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνας
τὸ τέλος δυςυχία.

Infrænis oris, (vt tuum eſt) *ac illegitimæ ſtultitiæ finis eſt infortunium.*

DEPONE tantiſper odium, indue animum non illiberalem, vt plurimum, nec contumacem, vt ſæpe, nec obfirmatum, vt ſemper, ſed ad diſcendum paratiorem. Sume hoc meum opuſculum, quamuis faciat dolorem, tanquam pharmacum ac remedium ad curandum iſtum tuum animi morbum (nullo enim vocabulo rectius appellari poteſt, nec debet) tibique perſuadeas, maiorem apud omnes te ingenij ac probitatis commendationem aſſecuturum, ſi ingenue te in tuis erratis nullo dolo malo hominem agnoſcas, ac veritati tandem manus des, quam ſi conſtantiæ, immo obfirmationis gratia in tua velis ſententia perſiſtere. Ego vero per tuæ imperitiæ, quaſi labyrinthos, erronem, & vagum Areadnæo veritatis filo ita ducam, vt ſi quidquam bonæ mentis habes, vt velis: ingenij, vt poſſis, facile ignorantiæ ambages euadas: & vt facilius, & quaſi manu ad rationum pendenda momenta ducaris, omnia quæ tu hinc inde confuſa, & indigeſta diſſeminaſti, digerã, & quantum fieri poteſt, ſuis quæque locis exacte componam.

AC PRIMVM quidem vt hinc ſumam initium, in oculos tuos meus ille liber incurrit, qui Gregoriani Ca-

Digitized by Google

ni Calendarii explicationem continet, quem tu ſtulte audax Pedagogico commento *Giganteam molem & Giganteum Apologeticum* nominas. Huiuſce tu molis ruinis reſarcire tuas velles. Heu miſer, qui non videris, quibus illa fundamentis nitatur, quibus inſtructa præſidiis, minas omnes machinaſque contemnat. In hoc tu me Giganteo opere, *delirum*, *infantem*, *tyronem* appellas. An *delirum*, quod te in libris meis inſeruerim, dignãque iudicauerim importunam, ſtridulamque cornicem reprehenſione mea? An infantem, quod te humaniter ac beneuole tractauerim, cum omnibus eſſes orationis pungendus aculeis? An *tyronem*, quod audaciam tuam, confidentiam, & nimiam iactantiam ipſo faſtidio faſtidioſiorem, hucuſque pertulerim? Ita ſane. Sed meis rationibus experieris, iam me mutaſſe conſilium. Fortaſſe dices, te Giganteam molem meum Calẽdarium appellaſſe, quod Pontificis diploma præferret, cuius tu authoritatem infenſus Eccleſiæ hoſtis acerrime oppugnas? Hinc illæ lachrymæ. Hinc Scaligeri miſelli vociferationes, & quærelæ: Sed pone tandem modum clamoribus. Quid plura? Nos tibi obſequi non poſſumus; Eccleſiæ filij ſumus, pontificiam authoritatem, quæ veritatis regula, ac norma eſt, ſequimur. Te quamdiu bonus fueris, habemus fratris loco, quãdiu vero, vt es, eſſe volueris, vt Ethnicum, & Publicanum. Habes me? Habes credo.

AN vero *Giganteum Apologeticum* nominas, quia in ea tabula feſtorum mobilium, vna cum epactis, ac pleniluniis mediis, vſque ad annum quinquies milleſimum continuata eſt, atque extenſa? Rem profecto acu tetigi. Nam propterea *Giganteam molem* eum librum appellas, quia ea tabula tibi immenſa viſa eſt, quæ tamen (quod tibi dolet) aperte demonſtrat, æquationem epactarum in nouo Calendario recte eſſe inſtitutam, cum per eam feſta mobilia vſque ad tot annos iuxta Decreta Conciliorum, Pontificumque celebrentur, pauciſſimis annis exceptis; in quibus, propter imperfectionem cycli, (nullus enim cyclus omnia incommoda vitare poteſt, vt in explicatione Calendarii docui) paulo aliter ſe habent; quod æquo animo ferre non potes: quippe cum res hæc clariſſime tuam æquationem confutet, quæ neque ad nouem quidem annos, poſt annum 1600. Paſcha cum præſcripto Eccleſiæ celebrandum exhibeat, vt copioſiſſime in caſtigatione tui Elenchi, & in libro explicationis Calendarii noui oſtendi; ſupputatis ad hoc demonſtrandum plurimorum annorum pleniluniis mediis, vbi 50. annos habes, in quibus tuæ Lunæ XIIII. ſemper duobus diebus noſtras, quæ veræ ſunt, vt oſtendi, præcurrunt,, quod vitioſum eſſe omnes computatores docent. Deinde alij 80. anni ſubiiciuntur, in quibus tuæ Lunæ XIIII. quas tu tuo arbitratu tibi fingis, noſtras toto triduo anteuertunt, quod grauius peccatum eſt. Item 16. anni conſpiciuntur, in quibus paſchæ ſolemnitatem in menſe duodecimo peragis, atque adeo duo paſchata in vno anno nobis obtrudis; & in proximo ſequenti anno nullũ, quo quid abſurdius eſſe poteſt? Omitto alios errores tuos in prædictis locis adnotatos.

HÆC cum ita ſint, non te pudet, toties in tuo libro per calumniam Calendario Gregoriano obiicere, in eo epactas perperam eſſe diſpoſitas & æquatas? Si enim vſque ad annum 5000. legitime indicent Paſcha celebrari, qui audes affirmare, eas omnino eſſe falſas, & erroneas? Conſule tabulas noſtras in explicatione Calendarii editas; ſed attente, alioqui nihil intelliges, ſic enim ex his, quæ dicis, hactenus tibi accidiſſe colligo: & niſi rem ita ſe habere deprehenderis, mendax ſim. En cur tibi noſtra explicatio Calendarij tantopere diſplicet; cur æquo animo veritatem nec tuleris, nec agnoueris.

DEINDE in eiſdem Prolegomenis, & in tribus libris Canonum, ad nauſeam vſque repetis errores tuos, quos in caſtigatione tui Elenchi (quam impudentiſſime ſtramentitium libellum appellas, vt alia nomina turpiora, quibus eam ornas, miſſa faciam) iampridem confutaui. Cur quæſo ad meas reprehenſiones nihil reſpondes, aut tua commenta non confirmas? es ſane homo ridiculus Scaliger, immo blatero, qui non intellexeris, rationibus agendum eſſe, non contumeliis certandum. In mea Calendarii explicatione, ſi vidiſti, rationes affero firmiſſimas, tua obiecta non modo eneruo, ſed apertiſſime diluo, reiicio, penitiſſime infringo. Cur tu non diſcis ex me? Meæ tibi erant confutandæ rationes prius; deinde tuæ corroborandæ, atque etiam confirmandæ, ſi habuiſſes: Sed cur haberes, cum vna ſit ipſa veritas, quam ſi volueris vel liquidiſſime in meis argumentis aſpicies. Nihil in tuis canonibus ſolidi reperio, ſolum farraginem ad hoc negotium inutilem conſpicio tabularum, tum ex ſententia propria, tum ex opinione Iudæorum, Arabum, Ægyptiorum, Chaldeorum, Saracenorum, Armeniorum, Damaſcenorum, & aliorum id genus hominum, confarcinatarum, quæ nihil prorſus, quod ad rem noſtram faciat, docent; vt videlicet auram popularem captes, ex vana de inanis eruditionis tuæ oſtentatione, quam illi ſolum admirantur, qui nihil in hoc negotio vident, aut intelligunt. Deus bone, quoties glorioſe methodum tuam prætendis? laudas putidiſſime? quoties tuis inuentis (& quæ illa ſunt?) ita exultas, vt vix tui compos videaris. Si quam laudem, quam nullam eſſe ſcito, ex tuis ſcriptis eſſes apud cæteros commeritus, illam tamẽ penitus corrupiſſes ſicophantea iſta iactantia. An tua inuenta commendas, in quibus prodiga eſt verborum inſcitia, & plena faſtidii?

O QVOTIES per irriſionem nobis obiicis, rationes noui Calendarii eſſe *Diuinum inuentum*, cum vere ſint Diuinum inuentum (quod maxime te pungit) cum in eo Canones, & Decreta Patrum, atque Eccleſiæ Catholicæ vſus ſeruentur ad vnguem. Id quod de tuo Calendario *ſtramentitio* (vt tuis verbis vtar) dici non poteſt, vt ex mea confutatione manifeſtum eſt: quippe cum toto cœlo aberres ab Eccleſiæ conſuetudine in Paſchate celebrando, vt vere affirmari poſſit, te omnino ignorare, non modo quid ad rectam Paſchæ celebrationem requiratur, ſed etiam ne, quid ipſum nomen quidẽ, ſignificet intelligere. quod ſatis aperte tabulæ Paſchales ſecundum tuum Calendariũ à me extructæ demonſtrant. Sed diſpiciamus iam aliquot cauillationes tuas, quas aduerſum me, & Calendarium nouum euomuiſti, vt omnes intelligant, non ſyncere & candide, ſed vafre ac malitioſe in illis te gerere. Audi Grammatice, Nihil eſt Antipho.

Quin male narrando poſſit deprauier.

ET ſane mirum eſt, te noui nihil dicere, ſed eadem omnino iterare, & quaſi cramben recoctam, nobis obtrudere ea, quæ iamdudum à me confutata ſunt, vt iure optimo in te quadret illud Poetæ.

Georg. 1. *Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.*

SED ſi forte tanto deſiderio teneris eaſdem meas reprehenſiones iterum audire, obſequar voluntati tuæ; fortaſſe quæ ante non percepiſti, toties iam repetita percipies. ita craſſioribus accidit. Verum id non ſponte

aclu-

Digitized by Google

ac lubens, ſed coactus; & à te prouocatus agam, præſertim vt multis amicis ſatisfaciam, qui ad hoc me non ſemel ſunt adhortati, quamuis non pauci tuas nugas nulla dignas reprehenſione iudicauerint.

Præbe ergo aures iniquæ mentis Aſelle.

EXAGITAS ante omnia in Prolegomenis Canonum, & in ipſis etiam Canonibus, id quod & in Apologia in *Mæſtlinum* & in explicatione Calendarii demonſtraui, Lunam videlicet anticipare vnum diem in annis 312½. quam tu anticipationem non probas, ſed eam fieri vis in 304. annis, Hipparchum (de quo paulo infra dicemus) & vulgus Computiſtarum in hoc ſecutus.

PROBEMVS prius noſtram æquationem, deinde tuam refellamus, quandoquidem, vt in Prolegomenis ais, libenter à me diſcere cupis, vnde collegerim in annis 312½. προήγησιν vnius diei fieri. Audi ergo huius rei probationem, in qua neque alia Aſtrologia, neque alia Logiſtica (vt tu garris) opus eſt. Menſis lunaris ſecundum curſum medium complectitur dies 29. minut. dierum 31. ſecund. 50. ter. 7. quart. 57. hoc eſt, dies 29. hor. 12. minut. 44. ſecund. 3. tert. 10. quar. 48. Ergo menſes lunares 235. conficient dies 6939. hor. 16. minut. 32. ſec. 27. tert. 18. quart. 0. Cum ergo anni 19. Solares conſtent diebus 6939. hor. 18. deficient 235. Menſes Lunares à 19. annis ſolaribus, hor. 1. minut. 27. ſec. 32. tert. 42. Atque hoc ſpatio temporis anticipat Luna ſedes ſuas in 19. annis. Et ſubducto calculo, in annis 312½. anteuertit ſedes ſuas, hor. 23. minut. 59. ſec. 53. tert. 5. quæ à die integro deficiunt ſolum hor. 0. minut. 0. ſec. 6. tert. 55. vt rectæ dicere poſſimus, Lunam ſedes ſuas anteuertere diem vnum in annis 312½. cum ad diem explendum deſint hor. 0. min. 0. ſec. 6. tert. 55. duntaxat.

POSITA eadem magnitudine menſis Lunaris die 29. hor. 12. min. 44. ſec 3. tert. 10. quar. 48. vt volunt Prutenicæ tabulæ, quæ certiores habentur. Et ſubducto eodem calculo, deprehendes, Lunam in annis 304. anticipare ſedes ſuas horas tantummodo 23. min. 20. ſec. 43. tert. 12. quæ à die integro, id eſt, ab horis 24. deficiunt, hor. 0. min. 39. ſec. 16. tert. 48. quæ vt anticipentur, requiruntur adhuc anni 8. & eo amplius, adeo vt verius in 312½. annis anticipatio vnius diei fiat vt nos dicimus, quam in 304. annis, vt tu vis. Si habeas aliam Logiſticam, & aliam Aſtrologiam, communica illam nobiſcum, & reſponde, ſi potes, huic noſtro calculo.

IMMO Luna diem integrum anticipare non poteſt in 304. annis, niſi in vna enneadecaeteride eam Solem anteuertere dicamus hora 1½. quod fieri etiam non poteſt, niſi vnum menſem Lunarem conſtituas complecti dies 29. hor. 12. minut. 44. duntaxat; ac proinde annum Lunarem communem dies 354. hor. 8. minut. 48. atque Epactas vnius anni, dies 10. hor. 15. minut. 12. quæ omnia valde ridicula ſunt, & abſona, immo & omnibus Aſtronomis repugnantia, quippe qui omnes menſem Lunarem, atque annum conſtituant maiorem, Epactam vero vnius anni minorem. Quæ porro incommoda falſas haſce periodos Lunæ conſequantur, facile experietur is, qui per illas Nouilunia, ac Plenilunia media ad plurimos annos ſupputabit. Quæ cum ita ſint, facile prudens Lector perſpiciet, quam ineptum, puerile & ἰδιωτικὸν ſit, putare in annis 304. anticipationem vnius diei fieri, & non potius in annis 312½.

SED quid dicemus de Hipparcho, qui primus ſtatuit, anticipationem hanc fieri in 304. annis? Numquid & ipſe errauit? Minime. Sed ſecutus eſt modum communem Aſtronomorum: qui vt numeros rotundos (quos dicunt) proponant, non ſunt admodum ſolliciti de minutiis quibuſdam. Ita videmus, illos conſtituere annum dierum 365. hor, 6. integrarum, cum tamen ſecundum tabulas Alphonſianas conſtet, diebus 365. hor. 5. minut. 49. & ſecun. 16. duntaxat. Rurſus videmus, eoſdem ponere Epactam vnius anni complecti dies integros 11. cum tamen ſolum contineat dies 10. hor. 15. minut. 11. & ſecun. 21. Ita quoque aiunt, Nouilunia ad eoſdem dies menſium reuerti poſt 19. annos, cum tamen redeant citius hor. 1. minut. 27. ſecun. 32. & Tert. 41. Curam tamen harum minutiarum relinquunt Poſteris, vt ea vel addant, vel detrahant poſt multos annos, vt videlicet & annus corrigatur, & per Epactas certius Nouilunia deprehendantur. Hac enim ratione vt annus corrigatur, inſtituta eſt periodus 400. annorum, in quibus tria Biſſexta perimuntur. Vt autem Lunationes emendentur, conditæ ſunt tabulæ Epactarum verarum, vt in explicatione noui Calendarii à nobis factum eſt, & ab Eraſmo Reinholdo, Antonio Magino, & alijs. Denique ne Cyclus decennouennalis in errorem nos inducat, excogitauit Hipparchus periodum 304. annorum, quem Computiſtarum turba ſequitur, & nos magis accuratam periodum annorum 312½. inſtituimus. Ad hunc igitur modum obſeruans Hipparchus, in 304. annis contineri Cyclos decennouennales 16. & 17. in annis 323. elegit periodum rotundam annorum 304. tanquam propiorē annis 312½. in quibus verius anticipatio vnius diei contingit: quia videlicet in multis ſeculis non fit in Nouilunijs indagandis error vnius diei. Non eſt autem credendum, eum putaſſe, anticipationem vnius diei præciſe fieri in dictis 304. annis, niſi dicere velimus, eum non melius, quam tu, calluiſſe calculum Nouiluniorum, quod de tanto viro dicendum non eſt: licet pro tua ignorantia, non Hipparcho, ſed ne Archimedi quidem, parum dixi, neque omnibus Mathematicis, ſi contra te ſentiant, concedendum arbitrareris. Sed illud de numero rotundo non aduertit Mathematicus acutus Scaliger, vel certe diſſimulauit, vt noſtram anticipationem, quam fieri dicimus in 312½. annis, poſſet liberius (licet ſine cauſa) reprehendere. Nam quid reprehendis hic Scaliger? An quod relicto numero rotundo annorum 304. veriorem annorum numerum 312½. proponimus, quamuis in his non contineatur Cyclus decennouennalis aliquoties præciſe, vt in illis? Quod ſi ita eſt, reprehendes vtique Aſtronomos omnes (quod eſt ſummæ, dicam inſcitiæ, vel impudentiæ?) qui annum aſſerunt continere dies 365. hor. 5. min. 49. ſec. 16. propterea quod vulgus eum conſtituit dierum 365. hor. 6. Ita reprehenſione dignos cenſebis eos, qui Epactam vnius anni definiunt complecti dies 10. hor. 15. min. 11. & ſec. 22. non autem dies integros 11. cum vulgo Computiſtarum. Denique non relinques ſine reprehenſione, qui aſſerunt, Nouilunia ad eoſdem menſium dies reuerti poſt dies 6939. hor. 16. minut. 32. ſecun. 27. Ter. 18. quod hic dierum numerus annos 19. non expleat, dies videlicet 6939. hor. 18. Quo quid eſt ineptius? Vide ergo, quam candide te geras in iſtis cauillationibus tuis. Vide, quæ monſtra, quæ portenta in re Mathematica concedis, qui non intellexeris, te non ſolum aduerſus Mathematicos, quos tu nihil omnino vidiſſe reris, ſed cum communi omnium ſententia, cum veritate bellum ſuſcepiſſe. Aſt vbi ſunt illæ tuæ vociferationes? vbi clamores? vbi turbæ? vbi pædagogicæ exclamationes illæ, quas, vt Priſcianum euoluiſſe videreris, non quod ita ſentires, aduerſus Clauium effudiſti? Vbi illa deliria, inſignis illa infantia, & in

his rebus tyrocinium, quod in meo libro, cum nihil videas, conſpicere te dicis? Certe tyronem te in hiſce rebus eſſe, infantem immo plerumque delirare, propter tot conuicia, quæ tibi continuo ex ſepto dentium excidunt, nemo dubitare poterit, qui ſolidam meam doctrinam ab exercitatis Aſtronomis hauſtam, cum tuis chymeris ac ſomniis contulerit. Deus immortalis, vt noſtram æquationem impugnes, defendaſq; tuam, quid non homine Mathematico indignum tibi homini Mathematico (ſi tamen Mathematicus es, & non potius κακομαθηματικὸς quod tua Cyclometrica abunde teſtantur) excidit? Ais; ſi Luna in annis 312½. vno die anteuertit ſedem ſuam, Neomeniam, quæ exempli gratia, in Martium inciderit, in Septembri poſt annos 312½. vnum diem debere anticipare, addiſque hoc quis ſine riſu excipere poſſit? cui vel tyroni nedum Mathematico tanta abſurditas excidit? Sed heus tu, quis ſine riſu excipiat, quod tibi hoc loco excidit? Quaſi vero illa Neomenia Martii ſit etiam Septembris Neomenia? Confer duas Neomenias Martii, vel Septembris inter ſe, eiuſdem tamen Aurei numeri, & videbis, illam, quæ annis 312½. poſterior eſt, anticipaſſe vnum diem, non quidem in eo anno; qui annis 312½. poſterior eſt, cum non habeat eundem Aureum numerum, quem annus, qui illum annis 312½. præcedit, ſed in alio poſt eum anno, qui eundem Aureum numerum habet. V.G. anno 323. Aureo numero 1. incidit medium Nouilunium Martii in diem 23. anno autem 646. qui illum annis 323. ſuperat, eodem Aureo numero 1. in diem 22. vbi vides, Lunam anticipaſſe diem vnum. Item vt tuo exemplo vtar, anno 1292. Aureo numero 1. Neomenia Martii contigit circa diem 20. Martii, & anno 1615. eodem Aureo numero 1. die 19. Martii. Neque enim, vt anticipatio vnius diei cernatur, accipiendi ſunt duo anni diuerſorum Aureorum numerorum, vt tu malitioſe, ac fraudulenter accipis, etiamſi alter ab altero annis 312½. vel etiam amplius diſtet, cuiuſmodi ſunt duo tui anni 1292. & 1604. diſtantes inter ſe annis 312. quorum prior Aureum numerum habet 1. poſterior autem 9. Qua in re ita pueriliter, & ſicophantioſe nugaris, vt merito ſibilis explodendus ſis. Quocum agendum tibi eſſe putabas Mome? an cum aliquo inſcio vel ſtolido, qui tuas calumnias non agnoſceret? Neſcis, duos diuerſos Aureos numeros in vna eademque enneadecaeteride, licet proximi ſint, ita vt Luna neque anticipare ſedes ſuas poſſit, neque poſtponere, (quis enim tam ſtipes eſt, vt in vno anno dicat Lunam anticipare, vel poſtponere vnum diem?) Nouilunia collocare in diuerſis diebus? Nonne ſi aureus numerus V.G. VIII. indicet Nouilunium Martii cadere in diem 13. vt hoc ſeculo contingit, aureus numerus IX. illud ſequenti anno coniicit in diem ſecundum, aureus vero numerus VII. in anno antecedente idem collocat in die 24. ita vt illud vndecim diebus prius, hoc vero vndecim diebus poſterius contingat? Probareſne hanc argumentationem, ſi ita contra te argumentaretur quiſpiam. Anno 1292. nouiluuium accidit V.G. die 20. Martii, anno autem 1597. qui ab illo annis 305. diſtat, die 8. & anno 1595. qui illo poſterior eſt annis 303. die 31. Ergo Luna non anticipat vnum diem in 304. annis; quippe cum Neomenia anni 1597. præcedat illud anni 1292. diebus 12. Neomenia vero anni 1595. item totidem diebus ſubſequatur? Certe puto, te non probaturum, & merito quidem. Si enim in annis 304. vnum diem anticipat, fieri non poteſt, vt in annis 303. & 305. non anticipet quoque vnũ diem, ſi idem ſit aureus numerus, qui ante annos 304. vel circiter in vſu fuit. Ita ergo etiam exiſtima, ſi Luna vnum diem anticipat in annis 312½. vt à me probatum fuit, fieri non poſſe, vt poſt annos 323. ab anno 1292. nimirum anno 1615. non item anticipet vnum diem, cum in vtroq; anno ſit aureus numerus 1. Deſine igitur nobis obiicere annum 1604. cum in eo nõ ſit aureus numerus 1. vt in anno 1292. ſed ix. Quoniam n. in Calendario aureus numerus ix. ſedẽ habet ſub aureo numero 1. non tamen proxime, vt in explicatione noui Calendarii cap. 9. diximus; ſit vt Neomenia illius contingat infra Neomeniã huius per duos dies. Itẽ quia aureus numerus XII. proxime ſupra aureum numerum 1. collocatus eſt, efficitur, vt Nouilunium illius cadat in diem, qui diem Nouilunii aurei numeri 1. præcedit vno die. Equidem ſatis mirari non poſſum, tam inſignem vel inſcitiam tuam, vel malitiam. Nam ſi Luna vnum diem anticipat in 304. annis, vt tu opinaris, qui fieri poteſt, vt paucis annis poſt, vel ante non etiam anticipet vnum diem, ſi tamen vnus, idemque aureus numerus accipiatur? An te fugit, quod omnes Aſtronomi, & computatores docent, Nouilunia non ad eoſdem dies redire, niſi ab eodem aureo numero ad ſimilem poſt 19. annos elapſos? Iam vero, anticipationem vnius diei fieri ab vno anno Enneadecaeteridis ad ſimilem annum, ita vt ſpatium temporis, quo vnus dies anticipatur, contineant aliquot Enneadecaeterides præciſe, id prorſus ariolari, ac diuinare velle eſt. Quis enim tu es, qui Lunæ legem audes præſcribere, vt nimirum in tot annis vnum diem anticipet? Sed quid ni audeas, cum eius curſum ita modereris, vt nouam ſiderum plebem in cœlum inducas, nouas Lunæ circinationes commenteris? Si enim Luna in vna Enneadecaeteride non anticipat horam vnam cum dimidia, vt ſupra oſtendi, qui fieri poteſt, vt in annis 304. vnum diem anticipet? Pudeat te tantæ inſcitiæ, atque imperitiæ Logiſtices, vt hunc calculum ſubducere neſcias, aut non intelligas. Atque hæc de anticipatione Lunæ in 312½. annis dicta ſint. Quæ ſi Scaligero non ſatiſfaciant, quid ad me, non tantifacio: diſcere ſi tamen velit, ſuaſque ineptias, & mendacia corrigere, conſulat tabulas ad finem caſtigationis eius, à me caſtigatæ, poſitas. eæ namque abunde demonſtrant, verius anticipationem fieri in annis 312½. quam in 304. annis, cum Lunæ XIIII. ſecundum æquationẽ per annos 312½. progredientem Canonibus, & decretis Conciliorum magis congruant, quam ſecundum æquationem, quæ per annos 304. progreditur, vt mirari ſatis non queam, cur Scaliger tam obſtinato animo in ſuo errore perſiſtere velit.

ALTERVM caput in nouo Calendario, quod Scaligeri ſtomachus concoquere non poteſt, eſt de retentione Æquinoctii ad diem 21. Martii. Qua in re ſtupiditatem ſuam in rebus Mathematicis, atq; inſignem impudentiam mirifice prodit. Nam non contra me ſolum, ſed aduerſus etiam omnes Aſtronomos noſtri tẽporis, qui de reſtitutione æquinoctii, eiuſque conſeruatione ad diem 21. Martii ſcripſerunt, ineptiſſime furit, & bacchatur. In explicatione noui Calendarii ita ſcripſimus. Quoniam in 400. annis tribus diebus æquinoctium ſedem ſuam anteuertit, reſtituimus ipſum in ſuam ſedem per omiſſionem trium Biſſextorum in annis 400. Vt autem omiſſio hæc facilior ſit, & ad captum vulgi accommodatior, ſtatuimus, in primo centeſimo, qui erit 1700. biſſextũ omittendũ eſſe, ita vt annus ille ſit ſolum dierum 365. qui alioquin contineret dies 366. Idemque faciendum eſſe in ſecundo, ac tertio centeſimo, nimirum in anno 1800. & 1900. at in quarto

cen-

Digitized by Google

centeſimo, puta in anno 2000. conſueto more eſſe intercalandum, vt is annus complectatur dies 366. Atque hoc ordine in quolibet ſpatio 400. annorum tres primi centeſimi fiant communes, vt 2100. 2200. 2300. & quartus 2400. biſſextilis, & ſic deinceps. Hæc enim ratio intercalandi facillime memoria retinebitur, cum perſimilis ſit vſitatæ intercalationi quarto quouis anno, in qua priores tres anni ſunt communes, & quartus biſſextilis. Quid ad hæc Scaliger acutiſſimus, ſi Diis placet, Mathematicus, & omnium oculatiſſimus? Non probat hanc intercalandi rationem. Cur? quia (vt nugatur) Clauio tria eſſent quatuor, & quatuor tria. O impudentiam non ferendam. Vbi inueniſti, hoc me dixiſſe in ſcriptis meis? An quia tres dies ex tribus centeſimis exemi, qui in quatuor centeſimis excreſcunt? Vbi hanc Dialecticam ſtolide didiciſti? Hoc eſt illud ingenij tui, quod ſemper oſtentas, acumen? Hæc ſunt fortaſſe illa tua inuenta admirabilia? Et vt rem melius intellegas, rem tibi exemplo ad captum accommodato inſinuabo. Age vero ſi in quatuor annis ſoluere quis debeat tres aureos nummos, ſi creditori, vt gratificetur, ſoluat omnes primis tribus annis, ita vt in quarto nihil ſoluendũ ſit, tria nunc tibi erunt quatuor, & quatuor tria? Audi mi Scaliger, mihi crede, rectius ex illo deduces, & minus abſurde. ergo baculus eſt in angulo, qui te male cedat, quod inepte deliraueris. O inauditum, ſtultum, nugatiorium, & puerile argumentandi genus. Quis id ſine riſu, ſine exploſionibus, & ſibilis excipiat? Sane cum tantam leuitatem, atque abſurditatem in tuis ſcriptis legerem;

Obſtupui, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit.

Nunquam enim crediidiſſem, tantam ineſſe ſtupiditatem in homine ſanæ mentis.

NAM quod dicis, me obſtupuiſſe, cum ex tuo Elencho intellexi, primum diem omittendum eſſe in annis 132. ſecundum in 136. & tertium in 132. ſomnias omnino; qui enim obſtupeſcerem, niſi ob tuam imperitiam, & fatuam mentis hebetudinem, & in omni genere miram ſtultitiam, cum nihil noui audierim, aut didicerim ex te? Non legiſti in mea Caſtigatione tui Elenchi, nos ante editionem tui Elenchi in conuentu de correctione Calendarii reieciſſe hanc (quam falſo tuam facis) intercalandi rationem, tanquam minus commodam; quippe quæ non tam facile memoria retineri poſſit; prætuliſſe autem illam noſtram per centurias annorum progredientem, multas ob cauſas? Nam & facilior eſt & æquinoctium rectius in ſua ſede conſeruat, eſtque perſimilis intercalationi vſitatæ; quæ quarto quouis anno adhibetur. Animaduerte, quæſo te, quæ in explicatione Calendarii cap. 5. Num. 18. 19. & 20. ſcripſimus. Ibi enim clariſſime demonſtraui, æquinoctium, ſi æquatio per centurias annorum progrediens adhibeatur, non tam longe recedere poſſe à ſua ſede, quàm ſi æquatio per annos 132. 134. & 136. inſtituatur; cum in illa recedat ad ſummum per horas 18. videlicet in prima centuria. Nam in 2. per duodecim ſolum horas, & in 3. per 6. à ſua ſede prima diſtat. At in alia illa tua æquatione, quolibet ſpatio 400. annorum ter per diem integrum recedit. Æſtimet iam prudens Lector, vtrum ſit maius peccatum, cogere æquinoctium à ſua ſede recedere 6. vel 12. vel ad ſummum 18. horis, an vero integris horis 24. Quid igitur clamat, ac vociferatur Scaliger, nos ante tempus intercalationem præcipitare? Non enim præcipitatur à nobis intercalatio, ſed media eam ſemper via incedere inter præcipitationẽ, & retardationem intercalationis, cogimus quodammodo. Neque enim rectè aſſerit Scaliger, tunc intercalandum eſſe, cum horæ, ac minuta diem ſolidum conſumpſerint. Non aduertis Scaliger, cum omni cœtu Aſtronomorũ, & cum omnibus Nationibus te pugnare? Non vides, intercalationem quouis quadriennio adhiberi ab omnibus circa principium quarti anni, ſiue biſſextilis, nimirum prope finem Februarii, (quod hoc etiam anno biſſextili 1608. factum eſt) cum æquinoctium à ſua ſede verſus finem menſis, horis tantũmodo 18. prolapſum fuerit, non autem circa finem eiuſdem anni, quod tunc per 24. horas à ſua ſede æquinoctium receſſerit? Non obſeruaſti, Arabes in anni Lunaris æquatione eandem propemodum intercalandi rationem ſequi? Nunquam enim expectant, donec ex horis omiſſis dies integer excreſcat, ſed quotieſcunque ex illis horis maior numerus quam 12. conflatur, inſtituunt annum intercalarem, adiicientes vnum diem anno Lunari dierum 354. quem Emboliſmum appellant. Teſtis eſt Campanus in Computo maiori, & Paulus Middelburgenſis lib. 2. ſuæ Paulinæ. Certe ſi hæc ignoras, non es dignus, cui fides habeatur in hoc negotio Calendarii. Adducam ex recentioribus vnum, qui Calendarium Gregorianum etiam corrigere eſt aggreſſus, Franciſcum Vietam, (cuius in rebus Mathematicis ne diſcipulus quidem eſſe poſſes) qui noſtram æquationem æquinoctii non auſus eſt reprehendere, ſed eam vt accuratiſſimam, eſt amplexatus. Neque timuit tuam vaniſſimam argumentationem, *ergo quatuor ſunt tria, & tria ſunt quatuor*, quæ homini graui, cui cordi ſunt res ſeriæ, omnino indigna eſſe cenſetur.

ALIA Capita correctionis Calendarii, quæ Scaligero diſplicent confirmata ſunt à nobis & in Apologia contra Mœſtlinum, & in caſtigatione Scaligeri caſtigata, ac poſtremo in explicatione noui Calendarii, vt ſane mirum ſit, illum depoſito omni pudore, tam impudenter eadem iterare; cum tamen mea non modo non diluat, ſed ne percepiſſe quidem videatur. Satis ſe feciſſe ſibi, ſuiſque ratus eſt, ſi inſolenter, ac contumelioſe in me male ſobrius baccharetur. Deus Immortalis, quam magnifice ſe iactat de ſuo Calendario, prædicatque nullam eſſe, nullam prorſus viam, qua Calendarium corrigi poſſit, niſi quam ipſe docuit. O hominem non modo leuem, ſed quod deterius eſt, fallacem, & improbum, qui non aliunde ingenij laudem aucupatur; quam ex maleuola impuritate verborum, & ieiuna ſententiarum improbitate. Verum quam hoc ſit verum, docet mea caſtigatio aduerſus ipſius Caſtigationem iampridem edita, cuius præcipua capita ad calcem explicationis Calendarij repetiuimus. Vbi pleniſſime oſtendi, eius Calendarium innumeris ſcatere, quod veritatis deſertoribus accidit, erroribus, ac ferme ſemper Paſcha ex ipſo non legitime celebrari, vt plane inanis, ac futilis ſit, ingloria, & falſa gloriæ commendatio, quam ſibi Scaliger vindicat arroganter.

DEINDE acerbe, & contumelioſe inuehitur in noſtram Epactarum diſpoſitionem in Calendario, reprehenditque nos acriter, quod Epactam xxx. ſiue *. primo diei Martij aſcripſerimus, cum vt ipſe vult, adſcribere debuiſſemus, xxix. Qua in re non ſolum turpiter errat, cum Lunationes ſecundum noſtrarum Epactarum diſpoſitionem ſint alternis dierum 30. & 29. vt ratio poſtulat; verum etiam ſecum ipſe pugnat,

qui

Digitized by Google

qui in Calendario ſui Elenchi ad primum diem Martij appoſuerit quoque Epactam xxx. quam apud ipſum ſignificat nota o. Aut igitur hic, aut ibi errat. Nec Scyllam ſubterfugere, nec vitare Charibdim optimus gubernator potuit. Certe hinc liquet, eum non ex certa rerum ſententia, ſed temere Epactas ſuo arbitratu diſponere. Non vidit, ſe pugnantia loqui? Oportebat ſane, vt eſt in veteri Prouerbio, *mendacem eſſe memorem*. Accedit ad hæc, cum Epactæ ſint Nouiluniorum indices, poſſe quamlibet Epactam primo diei menſis adſcribi, dummodo æquatio Epactarum rite tunc inſtituatur: immo Epacta recto ordine, non autem retrogrado, inſcribi poſſunt Calendario, vt in caſtigatione Elenchi Scaligeri oſtendi, licet tunc non veram Epactarum rationem ſeruarent. Fruſtra ergo laborat Scaliger, vt demonſtret, Epactam xxix. non autem xxx. primo diei Martij affigendam eſſe; præſertim, cum noſtrarum ordinatio Epactarum rectius Nouilunia ex vſu Eccleſiæ monſtret, quam ſi xxix. locum primi diei Martij occuparet, vt manifeſtũ eſt, ex magna illa tabula Feſtorum Mobilium in Calendarii explicatione poſita, quam benigno, ac ſereno oculo Scaliger intueri nequit.

AD extremum eandem cantilenam repetit de duabus Epactis xxiiii. & xxv. rubris eidem diei in ſex menſibus præfixis. Item de Epacta xxvi. rubra; & 25. nigra, quæ eundem diem quoque occupant ſupra illas duas, quorum vtrumque prodigioſum collegium binarum Epactarum appellat. Vbi ſtupiditatem hominis quis non miretur? cum non intelligat, hoc neceſſario fieri propter alternas Lunationes dierum 30. & 29. Nam hoc niſi fiat, omnes Lunationes dies 30. continebunt, vt fuſe in explicatione Calendarij expoſui. Nonne animaduertiſti Scaliger, in collocatione aureorum numerorum in Calendario infra aureos numeros maiores proxime ſemper poni minores, ſex locis exceptis? quæ cauſa, obſecro, eſt huius diuerſitatis? nonne vt Lunationes alternis dierum 30. & 29. conſtituantur? Cum ergo binæ Epactæ aſſociatæ idem omnino præſtent, reprehendi ſane nequeunt, quin aureorum numerorum quoque diſpoſitio, reprehendatur; quo quid abſurdius dici poteſt? Perpende, quæſo te, paulo attentius, & conſideratius triginta Calendaria numerorum aureorum cap. 15. explicationis Calendarij, vbi docui, quo pacto aurei numeri ex Epactis excerpantur. Quod ſi feceris, non dubito, quin hanc tuam ignorantiam tam craſſam excuſſurus ſis. Eſt enim res planior, quam quæ ab homine ſanæ mentis negari poſſit.

SED quid ago? Doceo Scaligerum, cur binæ Epactæ in Calendario ſex menſibus aſſocientur, quaſi vero id ipſe ignoret. Nonne ipſemet quoque in ſuo Calendario, quod in Elencho conſtruxit, binas Epactas, o. & xxix. in ſex menſibus eidem diei appoſuit? & quidem prudenter. Nam alioquin omnes Lunationes 30. dies comprehenderent. Neque enim dicere poteſt o non eſſe Epactam, propterea quod non eſt numerus: nam æquiualet numero 30. ita vt pro ſigno o. Epacta xxx. deſcribi poſſet. Videat ergo benignus Lector; quã candide ſe gerat Scaliger, qui in alijs reprehendit id, quod declinare ipſe non potuit. In hoc tamen eſt eius diſpoſitio Epactarum, quam noſtra, deterior, quod quamuis duas haſce Epactas o. & xxix in ſex menſibus in vnum diem coniecerit, vt Lunationes conſtituantur alternis 30. & 29. dierum: tamen ſupra ipſas non collocauit Epactam o. alterius coloris iuxta Epactã 1. quemadmodũ nos iuxta Epactam xxvi. poſuimus Epactam xxv. diuerſi coloris. Ex ignoratione enim huius rei (nam vere in huius rei cauſa Scaligeri acutiſſimi ingeniũ non valde fuit intelligens) cogitur ſæpiſſime in eodem cyclo decennouennali Nouilunia in eundem diem cõijcere, quod omnino abſurdum eſt, & omnibus Computatoribus aduerſatur. Accidit autem hoc, quotieſcunque character Epactæ apud ipſum eſt horum aliquis xii. xxiii. iv. xv. xxvi. vii. xviii. xxix. Tunc enim vtraque Exacta o. & xxix. in eodem cyclo decennouennali aſſumenda eſt. Quod ſi iuxta Epactã 1. aſcripſiſſet Epactam o. diuerſo colore, vitaſſet hoc incommodum. Nam cum Aureo numero maiore, quã xi. aſſumenda eſſet Epacta o. diuerſi coloris, quemadmodum nos cum Aureo numero maiore, quam xi. præcipimus vſurpandam eſſe Epactam 25. nigram. En acumen Scalgeri, qui rem tam neceſſariam, & ſine qua Nouilunia dirigi non poſſunt, non intellexit. Itaque nemo non probauerit illa duo contubernia, Epactarũ, vnius diſcoloris, alterius concoloris, ſi modo aliquem ſenſum huius præſtantiſſimæ doctrinæ habuerit. Neque vero noſtris Epactis terminos Paſchales concilii Niceni loco mouemus, vt falſo & per calumniam nobis obiicit, ſed religioſiſſime, vt par eſt, cuſtodimus. Quod teſtatur tabula noſtra illa magna feſtorum mobilium, Vbi enim in illa inuenit Scaliger, Paſcha aliquando celebrari poſt 25. Aprilis? Indicet vnum, & erit mihi magnus Apollo. Nam currente Aureo numero iii. & Epacta hoc ſeculo xxiii. non incidit Luna xiv. Paſchalis in diem 19. Aprilis, vt falſo (quod eſt eius ingenium ad fallendum paratum) aſſerit, ſed in 21. Martij. Addo hic vnum videlicet. Scaliger vult, terminum Paſchalem eſſe Plenilunium, id eſt, Lunam xv. Cum ergo vltimus terminus incidat in diem 18. Aprilis, quis non videt, ſi dies ille ſit Dominicus, Paſcha tunc celebrari Luna xxii. quod (ipſo etiam teſte) eſt contra ſanctiones Eccleſiæ? Garriat nunc, & vociferetur. *Quis concolorium Epactarum, quis diſcolorium paria ſine riſu aſpicere poteſt? Conſulat Clauius Calendarium noſtrum, nulla portenta in illo reperiet, non paria Epactarum, non Epactas nigras, non illam vltimam atram, & nefaſtam 19. in fine anni, quam ſine ſtomacho neque videre, neque cogitare poſſumus.* Si tuum concolorium Epactarum par ſine riſu aſpicere poteſt, cur te offendit noſtrarum Epactarum concolorium par? Conſului Calendarium tuum. Deus bone, quot portenta in illo deprehendi? Primum aſpexi temerariam Epactarum diſpoſitionem, cum ex ea in plurimis annis Paſcha non rite celebretur, vt in Elenchi examine oſtendi, vt non ſit opus eoſdem errores hic repetere. Deinde video te ſæpiſſime duo Nouilunia in eundem diem, contra omnes Computatores, & Lunæ rationem, intrudere, vt paulo ante dixi. Et propter atram Epactam xix. in fine anni neglectam conſtituere vnam Lunationem 59. dierum quotieſcunque aureus numerus xix. cum Epacta xix. concurrit, vt accidit hoc ſeculo Nam à die 30. Ianuarij incluſiue vſque ad 30. Martij excluſiue, vbi Nouilunium indicatur ab Epacta 1. quæ tunc aſſumenda eſt, numerantur dies 59. Quo quid abſurdius, aut monſtroſius excogitari poteſt? Certe hoc portentum in Calendario noſtro non offendes.

AGE vero, introſpiciamus, num in eius Calendario, quod tot encomiis celebrauit, Lunatio dierum 31. in anno biſſextili vitetur, quam ipſe Lunationem portentum falſo appellat. Neque enim portentum dicendum eſt id, quod nulla ratione vitari poteſt, & quod omnes Computatores neceſſario admittunt, qua de re plura ſcripſi contra Franciſcum Vietam in explicatione Calendarii cap. 24. Quod ſi portentum dici

debeat

Digitized by Google

debeat, monſtroſus Scaliger iuſtam reprehenſionem effugere non poteſt, cum apertiſſime illud idem toties in ſuo Calendario admittat. Nam Epacta XXIII. in Ianuarii die 26. cum ſequentibus vſque ad Epactam XXIIII in die 24. Februarii facit Lunationem dierum 31. in anno biſſextili: quia à die 26. Ianuarii incluſiue vſque ad 25. Februarii excluſiue numerantur dies 30. & cum die intercalari dies 31. Sic quoque à die 18. Februarii incluſiue, vbi Epacta eſt o. vſque ad 20. Martii excluſiue, vbi ſequentis anni Epacta eſt XI. ſunt dies 30. & cum die intercalari 31. & ſic de aliis: Ecce igitur, quam vere tuum Calendarium tot laudibus in cœlum effers. Non te pudet tantæ iactantiæ, & falſæ gloriationis? Cæcus ſane es, ſi tot monſtra, & portenta in tuo Calendario non vides. Quid ergo clamas, *quis vnquam legit, vidit, audiuit, menſem Lunarem eſſe 31. dierum?* appellatque hoc aſininum errorem. Ergo aſinus tu es, qui toties illum committis.

ATQVE hæ ineptiæ, & calumniæ, quas confutaui in Prolegomenis continentur. Eaſdem deinde in Canonibus ad nauſeam vſque repetit, cum mille conuitiis, & maledictis, vt pigeat me illas hic iterum inculcare. Nihil enim aliud in toto libro vociferatur, ac clamat, quam *Clauius, & Calendarij reformatores hoc ignorarunt*, cum nihil ſolidi, quod nos ignorare contendit afferat, ex quo vera ratio Calendarii colligi poſſit. Teſtatur hoc eius Calendarium tot erroribus refertiſſimum. Si enim illa quorum nobis ignorationem exprobrat, ad rem faciunt, qui fit, vt ipſe ex illis Calendarium ſine errore conficere nequiuerit? Omitto, illum multa mihi per calumniam imponere. Inter cætera quod medium motum Lunæ pro norma Epactarum habendum negem. Hoc enim falſiſſimum eſſe, clamat magna illa noſtra tabula feſtorum mobilium, in qua Lunas XIIII. ad media plenilunia ſemper direxi, idemque pleriſque aliis in locis feci. Idem iudicium fac de aliis calumniis, quibus me afficit. Nos hic vera dixiſſe, non difficulter prudens Lector, agnoſcet, ſi attente ea, quæ in Calendarii explicatione docui, conſiderabit, atque cum erroribus, qui ex Calendario Scaligeriano ſcaturiunt, quos quidem & in caſtigatione Elenchi, & ad finem Calendarii recenſui, aliqua ratione componet.

SED vt tandem aliquando naufragii tui, Ioſephe Scaliger, reliquias colligam, illud te monitum volo, ſupereſſe adhuc tabulam, qua, quandoquidem non potes merces, naufragum & fluctuans corpus ſeruare poſſis. Et ſane ſi quid mentis, & conſilij ineſt, illud cogitaueris, te iam morti proludere: imminere tibi humano iudicium maius, à quo nunquam te loquacitas liberabit. Et niſi mea te tangunt monita ſalutaria, illud tamen per Deum videris, haud multo poſt te ſcelerum omnium pœnas daturum; conſpiraſſe iam in tuam perniciem inferos omnes: expectare ſupremam horam, qua ſpiritum nocentem, & tabidum expuas. Eripe te tantæ peſti: aſſentire Eccleſiæ: Pontificum ne reſpue decreta; catholicos ne auerſere: veritati ſubſcribe. Nil volo te Clauius moueat: moueat tacitus conſcientiæ clamor, fidelium ſenſus, Doctorum auctoritas, Iudicium Poſteritatis. Si mea conſilia non probas, proba rationes, illarum perpende momenta: reputa tecũ tacitus, remotis arbitris, multoque magis animi perturbationibus, quæ mentis aciem excæcant, tuorum dictorum inconſtantiam, leuitatem, falſitatem. Nam hic huius non tam Apologiæ, quam iuſtæ expoſtulationis fructus, animi tui ſalus: vt nimirum tandem aliquando auernalibus liber ab intemperiis, fictam exuas ſapientis perſonam, quam præ te ferre videri velles, & aperto ore, qualis es, te omnibus patefacias. Mihi vero, quandoquidem & famam & animi ſalutem perdidiſti, optatiſſimũ eſſet, ſi, quoniam conſulere famæ non potes, vel certe ægre, animum ab imminentibus æternis ſuppliciis incolumem velles.

Audi Auguſtinum, ſintque hæc extrema mea monita, Aſcende homo aduerſum te tribunal mentis tuæ, & conſtituto in corde iudicio, adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor. Enimuero ſi id egeris, ac vt Ambroſius monet, futuras pœnas gehennæ in hoc paruo vitæ ſpatio compenſaueris, teipſum ab æterno iudicio liberabis. parua enim eſſet nominis in hac mortalitate iactura, nullum nocumentum, ſiquidem velles cum Eccleſia ſentire, & è manibus crudeliſſimorum hoſtium, qui in interitu tuo bacchantur liber, Patrum inſtitutis, ac veræ fidei ſententiis ſubſcribere. *Lib. ad Virg. cap. 18.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

REFVTATIO CYCLOMETRIÆ IOSEPHI SCALIGERI,

Auctore

CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI, E SOCIETATE IESV.

Digitized by Google

REFVTATIO CYCLOMETRIÆ IOSEPHI SCALIGERI,

Auctore

CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI, E SOCIETATE IESV.

ELEMENTA Cyclometrica Ioſephi Scaligeri eiuſmodi ſunt, vt indigna ſint omnino homine Mathematico. Et potuit ille quidem grandibus figurarum, quales in Mathematicorum puluere ſpectantur, deſcriptionibus: potuit, diſſeminatis ad indicium demonſtrationum toto libro elementis litterarum, quas, ne quid de Suffeno deſideres, rubrica & minio depinxit, oculis imperitorum illudere, vt Mathematicum putarent, cuius opera Mathematicorum operum quandam quaſi faciem adeo ambitioſe præ ſe ferrent. Sed omnino neque *ſus roſtro ſi humi A, litteram impreſſerit*, inquit ille (ſi meminiſti Scaliger) *propterea ſuſpicari quiſquam ſanus poterit, Andromacham Ennij ab ea poſſe deſcribi.* Neque ſi tu haud paulo, quam ſus, ingenioſior, & A, & B, immo & Græca ſimul omnia, & Latina elementa minio, omnibusque pigmentis duxeris, continuo fiet, vt Archimedis vel æquiponderantia, vel quod eius tu opus tantopere laceras, circuli dimenſionem ſcribi à te poſſe, vel mihi, vel vlli Mathematico perſuadeas. Et vero tot, non peccatis in Geometria dicam, ſed bona fide flagitijs Ioſephi Scaligeri Cyclometrica plena ſunt, vt præter inſcriptionem, quam è græco, ne ineruditus plebi litteratorum videretur, hauſit, nihil quod Mathematicum oleat, attulerit.

Cic. 1. de Diuinat.

HÆC ego flagitia quamquam anno ferme ab hinc decimo ſæpius irriſi, nunquam tamen publice traduxiſſem, tum quia hominis ingenioſi, qualem Scaligerum ratus ſum, vel ipſis conatibus fauere æquum arbitror, tum quia ea in re non Reipublicæ, vt olim, cum in Romanum, hoc eſt, Eccleſiaſticum Calendarium impudenter incurrit, ſed vel ſibi, vel paucis Mathematicis peccauit. Verum tanta fuit impotentis hominis poſtremo quodam confarcinato libro in bonos omnes arrogantia, qua ne ſanctis quidem cum CHRISTO regnantibus pepercit, tanta in me præſertim, nullo meo merito, linguæ procacitas, vt quam non potuit male de Mathematicis ſentiendo, maledicendo omni probitati, extorſerit ſimplicem, & quod ingenium non modo meum, ſed ætatem etiam decet edentulam, tot peccatorum reprehenſionem. Sed vide, oro te, Lector, cauſam, cur in me Scaliger incurrerit: quia Romanum, Pontificium, immo & vere Mathematicum, velit nolit Scaliger, Calendariũ defendi. Quid huic homini facias? Pontificius vitæ inſtituto ſum: Romanus Religione: voluntate, ſi non ſcientia, Mathematicus. Scaliger ſi duo prima horret, tertium profitetur. Hoc ſaltem ergo nomine condonare meum mihi ſtudium debuiſſet. Quod ſi noluit, ſaltem non ſolam maledicendi licentiam, ſed vel nouum pridem à me non profligatum in Elencho argumentum ad mea oppugnanda attuliſſet. At enim ille non mea, ſed me oppugnare voluit; num ſapienter, num recte, poſteritas iudicabit. Interim non committam, vt ſui imitatorem, quem merebatur, inueniat in Clauio. Errata ego Scaligeri Mathematico ſtilo confodiam, quod facile factu eſt, Scaligerum, quod non multo eſſet difficilius, non attingam. Diſcet fortaſſe vel plus ſapere, vel parcius ſcribere: diſcet ſe ſolum hominem non putare; & niſi ſit eius rei penitus indocilis, diſcet poſſe dimicationes in re literaria, etiam ab homine non gladiatore, exerceri.

QVIA vero longum eſſet, omnia quæ in Geometria peccauit, memorare, & refellere: præcipua tantum, & vere puerilia tanti Mathematici flagitia carptim aperire, operæpretiũ duxi. Ex his enim facile prudens Lector de reliquis faciet coniecturam: præſertim cum pleraſque huius hominis ineptias erudite *Franciſcus Vieta* Gallus, *Adrianus Romanus* Belga, Mathematici præſtantes, alibi etiam alij confutauerint.

ATQVE vt in hac lubrici hominis caſtigatione nullus ſit tergiuerſationi, & effugio locus, ita rem totam inſtituam, vt primum Scaligeri verba, adnotatis, vnde ſumpta ſunt, locis, tum meum, de ſententia Scaligeri verbis ſubiecta iudicium adiungam. Quod non ſine legentium fructu in importuno eiuſdem Elencho caſtigando feciſſe me multi norunt. Initium ergo à nuncupatoria epiſtola faciamus.

SCALI.

Digitized by Google

S C A L I G E R.

In epiſtola dedicatoria ad ordines Hollandiæ, &c.

QVOD *quidem non ad meam ſolum, ſed ad maiorum quoque meorum amplitudinem, atque gloriam pertinere arbitror, vt vetuſtiſſima & illuſtriſſima noſtra gentis pene vltimus non carerem tantorum virorum teſtimonijs, quibus ipſi ob benefacta ſua, & res præclare geſtas, nunquam caruerunt.*

C L A V I V S.

QVAM multa de te iactas Ioſephe Scaliger hac epiſtola, quam vero glorioſe, quam tumide, & quo te, vt arbitror, non malum panegyriſten probares, incepiſti à cunabulis: Sed non erat, mihi crede, iſta opus diligentia. Scitum enim eſt, eiuſdem eſſe facultatis, & hominis, de ſe panegyrin, in alios Philippicas, aut ſi quid eſt amarulentius, euomere. Ergo ſtomachum homini non inerudito Gaſpari Scioppio mouiſti, qui origines tuæ iſtius illuſtriſſimæ & vetuſtiſſimæ gentis, quo referat noſti, quam vere, neſcio homo hiſtoriarum, & genealogiarum, obſcuriorum præſertim, imperitus. Ille certe à theatro litterario plauſum tulit, in quo iam toties illud à vobis decantatum.

——————— *& mi genus ab Ioue ſummo.*

neſcio quid inuidiæ non malis hiſtrionibus conflarat.

S C A L I G E R ibid.

MEVM *igitur eſt oſtendere non ſolum, quam libenter me perſuaderi paſſus ſim, ſed etiam operam dare, vt quicumque poſthac labores noſtros lecturi ſint, dicant audacter, ſe non vanum iudiciorum veſtrorum fructum percipere.*

C L A V I V S.

IMMO vero meum, & Mathematicorum omnium, oſtendere, quam nulli quicquam eorum, quæ ſuades, perſuaſeris: quamque libere fateri omnes poſſint, vanum interdum etiam ſapientum de alieno ingenio eſſe iudicium.

S C A L I G E R ibid.

CVIVS *ſcientia tam certa fides eſt, vt qui ea non abutatur, nunquam operam ludat, qui vero ea violenter vtatur, id quod priſci Antipho, Bryſo, Hippocrates Chius, & quod ſatis mirari non poſſum, magnus Archimedes, in hac re factitarunt, ille ex demonſtrationibus ſuis nihil aliud conſequatur, quam vt demonſtratiue errare voluiſſe videatur.*

C L A V I V S.

AN non monui, eiuſdem eſſe canis adulari ſibi, alios vel allatrare, vel lacerare. Te operam non luſiſſe, quia Mathematica ſcientia non abuteris, tam vana adulatio tui eſt, quam iniqua, vt de alijs taceam, maximi Archimedis laceratio, quod violenter ea ſcientia ſit vſus. Sed nimirum, ſi ad tuam lucem Archimedis obſcuritate opus eſt, non malus vates tibi Ioſephe Scaliger auguror,

——————— *In æternam* ——————— *Æneid. 12.*

noſti reliqua.

S C A L I G E R ibid.

NOS *vero, qui à priſcis illis tantum ſcientia, quantum ingenio, abſumus.*

C L A V I V S.

AD bonam frugem, & bonam mentem: gratulor. Sed vtinam diuturnam.

S C A L I G E R ibid.

HOC *certo promittere poſſumus, eos à nobis hactenus vinci, quia nos omnia non* παραλογιστικῶς, *vt illi, ſed* κατὰ τὸν ἐπιστημονικὸν λόγον *demonſtrauimus.*

C L A V I V S.

HVI tam cito ad ingenium, mi Scaliger? Illi autem παραλογιστικῶς, tu vnicus κατὰ τὸν ἐπιστημονικὸν λόγον? Ita Deus tibi ſaniorem mentem, vt nihil apud te ſani eſt, omnia apud Archimedem. Neq; id tu, ſi quæ ſcribam, intelliges, vt es animo ab illuſtriſſima & vetuſtiſſima gente deriuatus ingenuo, negabis. Verum liceat aliquando de verbo quærere. Neminem vidi, Ioſephe Scaliger te Græcioré: græca totius libri inſcriptio; propoſitionum & problematum argumenta græca: epiſtola ipſa tota ſemigræcula eſt. Non reprehendo, ſed cauſam quæro. Suggerunt aliqui animum laudis apud infimam plebeculam captatoris. Alij ſtudium inſolentiæ. Plerique omnia ſe rentur colligere, ſi dixerint, leuitatem. Ego vt nihil pronuncio, ita moneo, nihilo meliori loco, res tuas, ſi ſemigræcæ, quam ſi Latinę circumferantur, apud Geometras futuras.

S C A L I G E R ibid.

IDEO *confidenti verecundia pronunciamus, & in ipſius quoque rei inuentione longo interuallo eos à nobis vinci, quam, cum eos tamdiu fugitarit, nos tandem in conſpectum veſtrum poſt tot ſecula ſiſtimus, & nunc primum nomini veſtro dedicamus.*

C L A V I V S.

HANC tu verecundiam Ioſephe? quid ergo eſt, apud te arrogantia? quid impudentia? quem tu, oro, ex omni doctorum hominum numero iſta verecundia ſe omnibus præferentem audiſti, vidiſti, legiſti? niſi forte è

Scaligeris aliquem. Sed vetuſtiſſimæ iſtius gentis illuſtriſſima propago animos vobis pluſquam confidentes addit. Vereris fortaſſe vetus illud.

——————*Degeneres animos timor arguit.*

Apage te quæſo, tandem iſtam à re litteraria confidentiam, non, vt tu loqueris, confidentem verecundiam. Quid autem? tu in conſpectum dabis, quod fugit Archimedem, quod tot ſecula hominum eruditorum? Erraſti, dabis tu non id, quod fugit Archimedem, ſed id, quod fugit, vt ſcopulum, feliciter Archimedes, monſtra & portenta vitioſarum argumentationum. Ne crede, Lector, dictum id à me per hyperbolem; ſanctiſſime poſſem, ſi tanti eſſet, deierare, nullam eſſe in toto hoc Scaligeri abortu non mentientem ratiocinationem: ſi fallo, quin mendax ego apud te ſim, Lector, non recuſo.

SCALIGER *ibid.*

ACCIPITE igitur nobiliſſimi & ampliſſimi viri opus expectatione maleuolorum maius.

CLAVIVS.

Divinasti. Qui tibi male cupit Scaliger, nunquam tantam, ſi bene coniicio, tui non caſtigandi, ſed irridendi à te materiam expectaſſet. Ego non faciam. neque enim maleuolus, monitorem amicum, indicem erratorum, vt hominem hoc ætatis & inſtituti vitæ decet, accuratum & diligentem, quomodocunque tandem de me meritus, habebis. Abeamus ergo ad Prolegomena.

SCALIGER *in Prolegomenis.*

DE recta, quæ perimetro ſit æqualis, parum laborarunt, immo ne curarunt quidem. Eam enim & aurigis quotidie notare licet, cum ex quauis orbita rota eam abſcindat ad idem punctum, quod in ea eſt, à quo primum moueri cœpit, reuoluta.

CLAVIVS.

Operæ pretium non feceris, Scaliger, ſi tam aperte mentiare. Quis enim nomen Mathematicorum audierit, quin audierit quoque & numero complures, & ſcientia præcipuos in quærenda recta linea, quæ perimetro circuli ſit æqualis, laboraſſe? Quid autem aliud Archimedes lib. de Helicis propoſ. 18. agit? Nam Dinoſtratus, dum quadraticem tanto opere excogitauit, niſi æqualem perimetro circuli quærebat, operam luſit. Neque temere hoc ab illis factitatum eſt. Nam inuenta recta, quæ circuli perimetro ſit æqualis, illico circulus quadratur, vt acutiſſime Archimedes in libello de dimenſione circuli prop. 1. demonſtrauit. At tu id pernegas. Quid hoc ad rem? Nam ſi contraſentiendi omnibus ſtudio Solem non lucere affirmares, non ideo Soli lucem, ſed tibi vel oculos, vel id, quod præſtantius eſt oculis, non ſuppetere, concluderem.

Verum quid de præclara illa matheſi dicam, aurigas quotidie notare poſſe rectam peripheriæ circuli æqualem in orbita, quam rota abſcindit in vna reuolutione. O lepidum Mathematicum, ad quem non niſi per aurigas & ciſiarios aditus patet, ſicuti olim ad Platonem non niſi per Mathematicos patebat. Ergo auriga docebit fortuita rotæ in luto ac cœno reuolutione, quod Archimedes & Dinoſtratus accurati ſtili in eruditum puluerem impreſſionibus non potuere: quænam videlicet perimetro circuli ſit æqualis recta. Metuis opinor, vt es ad gloriam natus, & educatus, ex tam fœdo flagitio exſibilationem. Metu ego te iſto liberabo, ſi planum fecero, ne te quidem tantæ abſurditati aſſentiri. Age ergo, tua ſunt hæc in ipſis Prolegomenis verba, ſi agnoſcis. *Non enim ſi circino aliquam magnitudinem alicui magnitudini æqualem deprehendero, continuo ſequitur, eam illi magnitudini æqualem eſſe, id enim verum eſſe incredulus inſiciabor, ſi* ἐπιστημονικῶς *demonſtrari nō poteſt.* Pari ergo ratione, licet ex vna reuolutione rotæ deprehendero rectam peripheriæ æqualem, non continuo ſequitur, eam illi æqualem eſſe, niſi demonſtratio id conuincat, cum multis modis in illa reuolutione peccare poſſit, etiam is, cui nihil ἐπιστημονικῶς demonſtratum eſt, pene pluſquam ἐπιστημονικῶς norit.

SCALIGER *in Prolegomenis.*

QVOD quidem Archimedes diuinus, licet infeliciter, & mendoſiſſime, in tertia demonſtratione Cyclometrici ſui exequitur, cum eam longitudinem numeris exprimere conetur.

CLAVIVS.

In quo ergo diuinus, ſi adeo infelix & mendoſus? ſed omnino ille diuinus in Mathematicis, tu neſcio an infelix, certe mendoſiſſimus. Diſce autem diuini ingenij ex demonſtratione propoſitum, & in eo aſſequendo felicitatem. Propoſitum enim eius fuit oſtendere, quænam proportio in numeris non longe recedat à proportione circumferentiæ ad diametrum, non autem, quænam recta peripheriæ ſit æqualis: quod quidem feliciſſime præſtitit. Demonſtrauit enim, proportionem peripheriæ ad diametrum eſſe paulo minorem tripla ſeſquiſeptima, ſiue tripla ſuperdecupartiente ſeptuageſimas. Maiorem vero ſuperdecupartiente ſeptuageſimas primas. Quod à nobis demonſtratum fuit in Geometria practica lib. 4. cap. 6. quamuis tu mendoſiſſime pronuncies, proportionem illam maiorem eſſe tripla ſeſquiſeptima, contra omnium Mathematicorum ſententiam futili argumento de fece aurigarum hauſto deceptus: quod Archimedis demonſtrationem penitus non intellexeris.

SCALI-

SCALIGER *in Prolegomenis.*

NAM *nulla eſt cognatio τοῦ ἐμβαδοῦ cum rectilineo ſub ſemidiametro, ac perimetro concepto.*

CLAVIVS.

TANTA eſt cognatio, vt illud rectilineum omnino ſit circulo æquale, vt Archimedes demonſtrauit, quicquid tu in contratrium oblatres.

SCALIGER *in Prolegomenis.*

QVAM *ipſe falſo τετραγωνίζουσαν vocauit, cum ea nihil ad τετραγωνισμὸν faciat, vt alibi oſtendimus.*

CLAVIVS.

FALSO tu hæc omnia. Nam & vere Dinoſtratus lineam illam τετραγωνίζουσαν vocauit, cum per eam circulus quadretur, vt ad lib. 6. Euclid. demonſtraui. tu vero ad Calendas græcas demonſtrabis eam nihil ad τετραγωνισμὸν facere.

SCALIGER *in Prolegomenis.*

NOS *ergo plus fecimus, quam & Dinoſtratus ipſe, & quam Sporus. Nam & quid eſſet, & quomodo deſcribi poſſet, oſtendimus: & præterea punctum ipſum non ſolum deprehendimus, ſed etiam, quid eſſet, docuimus.*

CLAVIVS.

PAPÆ quàm magnifice te iactas, & oſtentas. dicam quod res eſt. In hac ipſa ætate homo ingenio minime ludicro nunquam in ineptas huiuſmodi iactationes incido, quin ex animo rideam. Subeunt enim Thraſones & glorioſi milites, quos iamdiu, hoc eſt, à puero in ludis audiui non ſine riſu. Quid enim illa? Nos ergo plus fecimus, quam & Dinoſtratus ipſe, & quam Sporus. Nempe

Cum quo bellator Mars haud auſit dicere
Neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas.

ABI obſecro Scaliger. inimica eſt iſthæc iactatio. Vide qui ſis, in quos ferare, non quid polliceri, ſed quid præſtare poſſis, conſidera. Enimuero τετραγωνίζουσαν (vt tecum græciſſem) deſcripſiſti, punctum non modo deprehendiſti, ſed etiam, quid eſſet, docuiſti: vbinam oro? hoc libro certe nullibi, vt oſtendam luce clarius ſuo loco.

SCALIGER *in Prolegomenis.*

QVEMADMODVM *enim ille* Bryſon *dicebat, poſſe æquale reperiri, ſi maius & minus conſtant: ita Archimedes putauit, ſi triangulo propoſito circulus propoſitus non eſſet maior, aut minor. ergo æqualem. quod manifeſte vitioſum eſt, vt alibi demonſtrauimus.*

CLAVIVS.

ARCHIMEDIS collectio vitioſa non eſt, vt calumniaris: cum eodem argumentandi genere vſus ſit Euclides non ſemel. Neque vero tu illam collectionem in tua Diatriba recte refellis, ſed craſſum admodum paralogiſmum committis. Quod lib. 4. Geometriæ practicæ cap. 6. oſtendi. At non te pudet, qui te profiteris eſſe Mathematicum, negare magnitudinem illi magnitudini eſſe æqualem, quæ nec maior eſt, nec minor. Si enim æqualis non eſt, erit vtique inæqualis; ac proinde vel maior, vel minor. Videſne quo tuus te paralogiſmus, à quo Archimedeam argumentationem labefactam putas, impulerit? Sed ne hic plura. Ablego te ad Scholium illud noſtrum lib. 4. Geometriæ practicæ. Diſces ſi volueris, ſi valueris, non debere in poſterum ludibrium Mathematicis.

SCALIGER *in Prolegomenis.*

AVSVS *eſt rem abſurdiſſimam pronunciare: perimetrum ſcilicet circuli præter triplam eſſe minorem, ſeptima longitudinis diametri.*

CLAVIVS.

IMMO tu (cur enim mihi de te non liceat pro veritate, quod tibi de Archimede licuit contra veritatem) Immo tu, inquam, abſurdiſſime pronuncias, Archimedem rem abſurdiſſimam pronunciare de proportione circumferentiæ circuli ad eiuſdẽ diametrum. Sed tibi fortaſſe, vt ingenijs peruerſis ſolet, pro abſurdiſſimis ſunt ſinceræ & veræ Mathematicæ demonſtrationes, qualis eſt ea, qua Archimedes proportionẽ illam eſſe minorem tripla ſeſquiſeptima demonſtrauit. quam tu, licet omnes maledicentiæ machinas admoueas, non labefactabis.

SCALIGER *in Prolegomenis.*

SI *quiſquam diuini ingenij Archimedis admirator, & ſtudioſus, is ego ſum. Sed caueant adoleſcentes à Scopulis τῶν εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῶν eius. Suſpectus enim eſt, & ſane abſurdiſſima non pauca eius errata deprehendimus, quod commodiore & tempore & loco dici poteſt.*

CLAVIVS.

EGREGIVS ſane admirator Archimedis es, in quo abſurdiſſima errata deprehendiſſe te prædicas, monesq; adoleſcentes, vt à ſcopulis eius & deductionibus εἰς ἀδύνατον caueant. Interim religioſe Latinus, & prone græculus, ſcopulum verbi *Impoſſibilis* cauiſti felicius, quam vel vaniloquentiæ, vel in Mathematicis inſcitiæ. Quid enim deductionibus ad Impoſſibile Archimedæis acutius? Quid quod magis è ſtatu deturbet, præcipitemque tui ſimilem proteruum agat? Quod ſi ita non eſt, age magne Geometra, ex his abſurdiſſimis vnum profer in medium: at protuliſti aliqua, multo commodiore loco & tempore proferes. ergo hæc eodem loco & tempore refellemus: Nunc quæ protuliſti, ſi memini, duo illa ſunt; vnum in area circuli, & in proportione

Digitized by Google

circumferentiæ ad diametrum: & deinde alterum propoſ.19. de potentia circuli, in area paraboles. Quibus nihil aliud nunc, niſi verbo tua caſtigatio reprimenda eſt, nullum ab Archimede, multa à te pueriliter ijs in rebus eſſe peccata. Quod non vane dici, infra diſces. Caueant ergo adoleſcentes à ſcopulis, ſyrtibus, & ſcyllis, tuorum τῶν παραλογισμῶν. In Archimede nihil eſt, quod caueant, alta quidem in illo omnia, ſed tuta, ſed tranquilla.

SCALIGER in Prolegomenis.

QVARE cum eiuſmodi magnitudines pro veris accipimus, quia demonſtrare non poſſumus, (ſed ſolo circino eas deprehendimus) decoquimus nomen noſtrum, & frontem perfricamus, aliqua impudenti reductione ad impoſſibile nos ſtrenue liberantes. In quo Archimedes adeo creber eſt, vt non regnum in Geometria obtinere, ſed tyrannidem exercere videatur. Quare vt toties monuimus, non pauca ab eo falſo collecta ſunt.

CLAVIVS.

TVVM tu quidem decoxiſti nomen Scaliger, noſter hic Geometrarum Aſtronomorumque Ianus pro proſcripto te habet: inito rationes cum Geometris, ſi vnum inueneris, qui tibi teruncium credat, mendax ſim. Tu autem impudentiam Archimedi? Tu tyrannidem? Hoc nimirum eſt frontem ſtrenue perfricuiſſe, & impudentiſſima maledicentia ingeniorum ſpurcam tyrannidem exercere: ſed non erit, mihi crede, diuturna; Brutos video paratos, qui quando patientia nihil profici cum ferreo iſto ore intelligunt, ſtilo acuminato, & dentata charta rem cernere decreuerunt.

SCALIGER in Prolegomenis.

MIHI ſatis eſt, quod à me omnem ἀλαζονείας ſuſpicionem amolitur res ipſa, quam ſummi Dei beneficio effecimus.

CLAVIVS.

AIN vero, te rem ipſam, id eſt, quadraturam effeciſſe? nihil refello. ipſe te tuus confutat paralogiſticus libellus. perge porro, diſces.

SCALIGER in Prolegomenis.


IN Cyclodynamico, quod fecimus alteram partem Cyclometrici, & ipſius circuli, & ſegmentorum ipſius quadratio γραμμικῶς vtique, καὶ κατὰ τὸν ἐπιστημονικὸν λόγον, non autem τυραννικῶς, vt Archimedes. Arithmetica enim locum hic non habet.

CLAVIVS.

HVIVSMODI vero in re tu tyrannidem exerces, non Archimedes, cum nihil ſolidi demonſtres. Archimedes enim nunquam affirmauit, per numeros vere circulum quadrari poſſe, ſed ſolum oſtendit, quodnam quadratum per numeros inuentum ab area circuli parum abſit. Hactenus de ijs quæ in prolegomenis vel nimis arroganter, & glorioſe, vel falſo ſcripſiſti. Diſpiciamus nunc gradatim aliquos paralogiſmos tuos, vt omnes intelligant, te Geometriæ expertem eſſe omnino, atque ignarum.

SCALIGER in Prolegomenis.

CIRCA circulum IB, cuius centrum G, deſcribatur quadratum FA: & in eodem inſcribatur quadratum IB. Rurſus idem centrum G, obtineat quadratum HE, cuius latus EK, ſit æquale rectangulo ſub BM, AL, hoc eſt, ſub lateribus quadratorum inſcripti, & circumſcribentis.



Ducta diametro FA, recta, NB, OE, producta occurrant lateri LA: Item recta KE, MB, occurrant producta lateri AP. Per 24. ſexti rectangula tam BA, quam BE, EA, ſunt quadrata. Connectatur recta CD. Erunt anguli BCD, BDC, ſemirecti: angulus vero CRE, rectus. Ergo angulus REC, ſemirectus, per 32. primi. Quare per 6. eiuſdem recta RC, RE, ſunt æquales. Eodem modo demonſtrabitur, rectas QE, QD, eſſe æquales. Igitur paralelogramma CE, ED, ſunt quadrata, & æqualia quadratis BE, EA. Immo quatuor quadrata BE, EA, CE, ED, ſunt inter ſe æqualia, per 1. communem ſententiam. Ergo & diametri BE, EA, ſunt æquales. Æqualiter igitur diſtat quadratum HE, à quadratis FA, IB: & propterea medium eſt tam ſitu, vt demonſtratum eſt, quam potentia, ex conſtructione. Sumptum enim eſt medium proportionale inter Latera IM, FL, &c.

CLAVIVS.

APPELLO te hoc aditu Scaliger: vide ne aberres à ianuis. Enimuero mirari ſatis non poſſum, quomodo Mathematicus, qualem te (licet falſo) prædicas, in prima demonſtratione tam pueriliter errare potuerit. Dicis enim, te demonſtraſſe, quadratum HE, à quadratis FA, IB, æqualiter diſtare. Quod omnino falſum eſt, ex tua conſtructione: Quippe qui latus EK, medium proportionale conſtitueris inter latera AL, BM. Hinc enim ſequitur, latus AL, maiori exceſſu ſuperare Latus EK, quam Latus BM, à Latere EK, ſuperatur, vt in 4. proprietate trium proportionalitatum in definitionibus lib. 5. Eucl. diximus, perſpicuumque eſt in tribus hiſce numeris continue proportionalibus 18. 12. 8. vbi exceſſus maiorũ numerorum eſt 6. & minorum 4. Verum vt ali-

Digitized by Google

vt aliquid tandem aliquando diſcere incipias, caput erroris tui detegam. Illud eſt, quod putaueris, diametrum CD, tranſire per E, interſectionem Laterum EK, EO, quod verum non eſt, niſi quando tria Latera AL, EK, BM, ſunt Arithmetice proportionalia: quod eſt contra tuam conſtructionem. Quando igitur latus EK, eſt medio loco proportionale inter Latera AL, BM, impoſſibile eſt, diametrum CD, tranſire per angulum E, ſed neceſſario infra, hoc eſt, Latus illud medium proportionale ſecabit diametrum BA, ſupra diametrum CD. Paralogizas ergo.

SCALIGER *in propoſ. 1.*

CIRCA datam rectam terminatam, volutam luxatam deſcribere: id eſt Helicam Archimedis.


CIRCA rectam datam terminatam BD, biſariam diuiſam in E, deſcriptus eſto circulus ABCD, cuius quadrantibus peripheria diuiſis quadrifariam, erit tota peripheria ABCD, diuiſa in partes 16. quales ſunt DF, FH, HK, & ita deinceps: ad quarum ſectionum ſigna connexis rectis è centro E, totus circulus diuiſus erit in 16. ſcalpra, &c.

Et paulo infra.

SIT d, æqualis ipſi ED, diuiſa in 16. æquales partes, per 9. ſexti. A recta igitur EF, auferatur GF, vna videlicet ſextadecima rectæ d, per 3. primi. Eodem modo ab EH, auferantur IH, duæ ſextadecimæ, & ita deinceps decreſcendo.

Et paulo infra.

SVMPTO igitur interuallo GD, tanquam baſi, ſuper ipſa baſi, intelligatur ſitum triangulum Iſoſceles, cuius vnum crus ſit æquale quindecim ſextiſdecimis rectæ d, nempe ipſi EG. Et centro quidem vertice ipſius trianguli Iſoſcelis, interuallo autem ipſa EG, deſcribatur peripheria GD. Eodem modo ſuper baſi IG, triangulo iſoſcele conſtituto, cuius latus ſit æquale 14. ſextisdecimis ſumptis ex recta d, id eſt, ſit æquale rectæ EI, centro vertice eius trianguli, interuallo autem ipſa EI, deſcribatur peripheria IG, & ita deinceps, donec ad centrum E, peruentum fuerit.



CLAVIVS.

O lepidiſſimum Mathematicum, quem niſi pueri flagris excipiant, male de tam bono magiſtro merentur. Miror enim, quomodo capere poſſis, helicen ex arcubus circulorum componi, cum hoc modo non poſſit habere vniformem curuitatem, propter diuerſos arcus, quorum bini in extremitatibus ſemper angulos curuilineos conſtituunt: quippe cum ibi ſe interſecent, ſi producantur. Deinde quis tibi concedet, arcus illorum circulorum deſcribendos eſſe per ſpatia ſextadecima peripheriæ ABCD, hoc eſt, per lineas, quæ totam peripheriam in 16. partes æquales partiantur? Certe ſi eadem peripheria in plures partes æquales diuidatur, deſcribetur alia helica ex minoribus arcubus compoſita, quæ omnino à tua diſcrepabit: quippe cum minores hi arcus & ſe interſecent, & tuos quoq; arcus maiores, in punctis D, G, I, &c. ſecent. Igitur in eodem circulo diuerſæ helicæ inter ſe diſſimiles deſcribentur: Quod perabſurdum eſt, & perineptum.


IMMO ſi arcus DG, eſſet portio helices, ſi ex D, duceretur ſemidiameter illius arcus, & ad eam in D, erigeretur perpendicularis, [a] tangeret, hæc helicam in D: ideoque ex recta EA, producta abſcinderet rectam peripheriæ ABCD, æqualem, per propoſ. 18. Archimedis de helicis. Quod ſi concedatur, cur amplius ſe excruciant Mathematici in tetragoniſmo exquirendo? Nonne rectangulum ſub ſemiſſe illius rectæ abſciſſæ, & ſemidiametro ED, contentum, per propoſ. 1. Archimedis de circuli dimenſione, circulo foret æquale? [a] *16. tertij.*

Huc accedit, cum arcus GD, GI, diuerſa poſſideant centra, ſi ad illa centra ex G, ducerentur duæ ſemidiametri, (quæ omnino diuerſæ erunt) & ad eas ex G, erigerentur perpendiculares, (quæ etiam diuerſæ eſſent) [b] tangerent ambæ helicam in puncto G: atque ita in eodem puncto, duæ diuerſæ lineæ duci poſſent helicam contingentes. quod eſt ineptum. Satiſne confecimus, te eſſe lepidiſſimum Mathematicum? Quod erat demonſtrandum. [b] *16. tertij.*

SCALIGER *in propoſ. 2.*

CIRCA datam rectam terminatam volutam luxatam Dinoſtrati deſcribere.

CIRCA datam rectam MN, deſcripto ſemicirculo MQN, & rectangulo MO, ſuper eadē conſtituto, erunt MQ, bO, quadrata, quod bM, bQ, bN, ſint æquales, ex definitione circuli. Diuiſo quadrante circuli MbQ, quadrifariam, adiunctisq; ex centro rectis bg, bh, bI. Sectis quoq; bM, QP, quadrifariam, & erectis lineis ſecātibus rectas bg, bh, bi, in punctis R, S, T. Idemq; fiat in quadrato bO, deſcribenda erit voluta per puncta R, S, T, &c. Deinde quemadmodum antea in ordinata helice, baſi MR, conſtituto triangulo Iſoſcele, cuius alterutrum crus ſit æquale ſemidiametro bM; centro vertice ipſius trianguli, interuallo autem recta bM, deſcribatur peripheria MR. Et ſimiliter reliqua peripheria eodem



inter-

interuallo continuentur ſuper baſibus XY, YZ, ZN. Quare neceſſario eueniet, vt trianguli Iſoſcelis ſuper baſi TX, conſtituti vertex ſit in ſemidiametro producta in puncto f: ita vt non à ſigno T, in ſignum V, & ab V, in X. ſed à T, in X, per punctum V, continuanda ſit peripheria TVX. Ergo V, eſt finis volutæ Dinoſtrati MRSTV, aut ipſius NZYXV.

C L A V I V S.

IDEM hic peccatum committitur, quod in deſcriptione helices. Neque enim voluta hæc luxata, quæ vniformem habet curuitatem, componi poteſt ex arcubus circulorum, vt ſupra diximus, & eodem modo oſtendi poteſt. Nam cum omnes hi arcus deſcribantur ad interuallum eiuſdem ſemidiametri bM, ex diuerſis centris neceſſario ſeſe interſecabunt in punctis R, S, T, &c. Et quo in plures partes æquales quadrans MQ, ac rectæ Mb, PQ, ſecabuntur, eò plures arcus ſe interſecantes volutam component: ideoque plures volutæ intra quadrantem MQ, deſcribentur. Quo quid eſt ineptius, aut abſurdius?

S C A L I G E R *in ſcholio propoſ. 2.*

IGITVR *munita eſt nobis via finem volutæ Dinoſtrateæ deprehendendi, quod tamen fieri poſſe, negabat Sporus Nicenus.*

Et in ſcholio prop. 1. in Appendice.

ATQVE *adeo hæc eſt celeberrima illa Dinoſtratea γραμμὴ, perperam ab ipſo, & poſteritate τετραγωνίζουσα vocata. Nam Dinoſtratus perſuaſit omnibus, fine eius nempe puncto V, deprehenſo, duo ſumma à veteribus fruſtra quæſita deprehendi, nempe quadrantem peripheriæ circuli, & potentiam circuli. Quadrantem quidem, quod is ſit tertia proportionalis ſegmenti BV, & ſemidiametri b Q: quod eſt vero verius. Potentiam autem circuli, quod ea ſit æqualis rectangulo ſub ſemidiametro, & ſemiperipheria circuli concepto. Quod eſt falſiſſimum: ideoque vitioſe τετραγωνίζουσα vocatur. Nihil enim quadrat, ſed tantum quadrantem peripheriæ inueſtigat. Quare verius quadrantaria, quam quadrataria vocaretur. Si vera igitur eſſet Dinoſtrati, & aliorum Mathematicorum ſententia, non vltra nobis laborandum eſſet: ſed iam ſine vlla inuidia, & arrogantiæ ſuſpicione poſſemus gloriari, nos τετραγωνισμὸν tamdiu ab omnibus vexatum reperiſſe, qui verum punctum V, ipſius volutæ deprehendimus.*


C L A V I V S.

NON eſt, quòd glorieris, te muniuiſſe viam, finem volutæ deprehendendi: quia punctum V. finis eſſe nequit. Cum enim nulla portio volutæ poſſit eſſe arcus circuli, vt dictum eſt, impoſſibile eſt, vt arcus TV, extremum punctum indicet. Itaque licet vero verius ſit, quod demonſtrant Dinoſtratus & Archimedes de rectangulo ſub ſemidiametro circuli, & ſemiperipheria comprehenſo, (quicquid tu in contrarium garrias) nondum tamen circulus quadratus eſt, cum ad hanc vſque diem extremum punctum volutæ non ſit inuentum. Tua enim inuentio valde puerilis eſt, & Mathematico indigna. Atq; hæc ſint pro tuis in Dinoſtratum, & omnium Mathematicorum poſteritatem maledictis: quicquid tandem de nouatis illis tuis vocabulis *quadrantariæ, & quadratariæ* tui Grammatici iudicaturi ſint.

S C A L I G E R *in propoſ. 3.*

SEMIDIAMETRI *diuiſæ per limitẽ volutæ luxatæ, minus ſegmentum eſt linea irrationalis, quæ dicitur Apotome.*

SEMIDIAMETRI *BG, in ſemicirculo AGE, diuiſæ inæqualiter in puncto C, per finem volutæ delumbatæ, ex antecedente ſcholio, minus ſegmentum eſto CG. Aio ipſum ſegmentum CG, eſſe lineam irrationalem, quæ dicitur Apotome.*



Abſoluto rectangulo EH, erit AG, quadratum. Agatur diagonia BH: Producta ſemidiametro GB, in partes F, eſto BF, æqualis duabus quintis ablatis ex BG, per 9. ſexti. Ex recta autem BA, abſcindatur BR, æqualis mediæ proportionali inter BF, BG, per 13. ſexti. Sunt vero rectæ BF, BG, ex conſtructione longitudine commenſurabiles. Ergo recta BR, eſt ipſis commenſurabilis, vtpote cum ſit potentia ῥητὴ, per 20. Decimi. Sed quia, vt longitudo BF, ad longitudinem BG, ita potentia BF, ad potentiam BR, & potentia BR, ad potentiam BG, id eſt, BA, per coroll. 20. ſexti. Eſt autem BF, ad BG, vt 2. ad 5. ex conſtructione, hoc eſt, vt numerus non quadratus ad numerum non quadratum. Ergo & quadratum BF, ad quadratum BR, & quadratum BR, ad quadratum BG, id eſt, BA, rationem habent, quam numerus non quadratus ad numerum non quadratum. Igitur per finalem 9. Decimi, quadratorum illorum latera BF, BR, BA, ſunt longitudine inter ſe incommenſurabilia, & ita tantum potentia commenſurabilia. Cum igitur BA, ſit ῥητὴ longitudo, (eſt enim expoſitarum partium 5. vt iam dictum eſt,) BR, autem ſit eidem BA, oſtenſa longitudine incommenſurabilis, potentia vero tantum commenſurabilis: erit AR, Apotome, per 74. Decimi. A ſignis C, R, agantur rectæ CQ, RY, rectis AB, AH, parallelæ occurrentes rectis HA, HG, in punctis Q, Y, ſecantes ſe in puncto D. Quare CD, BR. Item BC, RD, erunt æquales, ex conſtructione, adiuuantibus nempe 33. 34. primi. Sed angulus CBD, in triangulo DCB, eſt ſemirectus, propter diagoniã BH, in quadrato AHGB, per 34. primi. Item angulus C, rectus, ex conſtructione. Quare reliquus CDB, eſt ſemirectus, per 32. primi: ac per 6. eiuſdẽ latera CD, CB, æqualia. Sed CD, iam erat æquale ipſi BR. Duæ igitur CB, BR, eidem CD, ſunt æquales. Inter ſe igitur erunt æquales, per 1. pronunciatum. Et proinde rectangulum BD, eſt quadratum circa diametrum BH, in quadrato ABGH. Quare & DH, erit quadratum circa eandem diametrum, per 24. ſexti. Sed BR, ex BA, hoc eſt, BG, abſcindit Apotomen AR. Erit igitur CG, illi æqualis, Apotome. Quod erat demonſtrandum.

C L A V I V S.

MAGNAM rem facis, Ioſephe Scaliger, ſi hanc demonſtrationẽ eſſe, apud Mathematicum euincas. Ego eam apud te haud paulo plus tibi, quam veritati æquum iudicẽ, (vide quantum æquitati cauſæ fidam) ab omni veritate alienum eſſe conuincam. Falſam igitur hanc propoſitionẽ, & in ea demonſtranda paralogizare te tanto maiorem Archimede Mathematicum pronuncio. Vtrumque breuiter ſic demonſtro. Paralogiſmus in eo conſiſtit, quod ſupponis rectas CQ, & RY, ſi BR, ſumatur media proportionalis inter BG, & eius duas quintas BF,

tas B F, ſeſe interſecare in diagonia B H. nimirum in puncto D: quod non probas: ſed neq; probare potes, vt infra oſtendam... Nam ſi ſe interſecant in D, optime ſequitur, B R, B C, æquales eſſe, nec non & reliquas R A, CG, ac proinde cum R A, ſit Apotome, vt recte probaſti, & C G, Apotome erit. Quod ſi ſe interſecent ſupra diagoniam B H, vt in I, non erit B R, ipſi B C, æqualis; cum æquales ſint B R, R D, propter angulos B, D, ſemirectos: At BC, maior, quã RD; propterea quod B C, (ſi C Q, tranſit per I,) æqualis eſt ipſi R I, ac proinde maior quam R D, hoc eſt, quam R B. Ex quo ſequitur, reliquam CG, minorem eſſe Apotoma R A. Quod ſi C Q, R Y, interſecent ſeſe infra diagoniam, vt in K, ſequitur contrariũ, nimirum C G, maiorem eſſe Apotoma R A. Vides ergo, te nihil probare, niſi tibi concedatur, rectas CQ, R Y, ſeſe interſecare in diagonia in D, puncto.


A L I V D vitium eſt in hac tua demonſtratione. Aſſumis enim B R, mediam proportionalem inter B G, & BF, duas quintas ipſius B G, cum tamen ex hoc aſſumpto non coneris demonſtrare, rectas C Q, R Y, ſeſe interſecare in diagonia B H, quod vitioſum eſt apud Geometras, qui ſemper adhibent partes conſtructionis in demonſtratione. Cur enim potius ſumis B R, mediam proportionalem inter B G, & duas eius quintas, quam inter B G, & tres eius quintas, vel vnam quintam? vel certe inter B G, & duas eius ſeptimas, vel tres, vel quatuor, vel vnam? Nam hac ratione æque bene procedit tua demonſtratio ſophiſtica. Quia ex poſtrema parte propoſ. 9. decimi rectæ B A, B R, ſunt rationales potentia tantum commenſurabiles: ac proinde per 74. decimi, R A, Apotome eſt, vt prius. Ex hoc tamen non conclude C Q, R Y, ſe interſecare in diagonia. Quod autem B A, B R, ſint rationales potentia tantum commenſurabiles, docet poſtrema pars propoſ. 9. decimi. Nam proportio B F, ad B G, eſt, vt 3. ad 5. vel 1. ad 5. vel 2. ad 7. vel 3. vel 4. vel 1. ad 7. hoc eſt, vt numerus non quadratus ad numerum non quadratum, &c. Diſce ergo melius Geometriam, vt ſcias, quid tibi demonſtrandum ſit.

I A M vero propoſitionem tuam falſam eſſe, hoc eſt, B C, inter centrum B, & C, finem volutæ, non eſſe mediam proportionalem inter BG, & B F, duas eius quintas, vt tu vis (quippe qui putes B C, ipſi B R, eſſe æqualem) ſed maiorem media proportionali, demonſtrarunt *Adrianus Romanus, & Franciſcus Vieta*, quorum demonſtrationes ſubiiciam, vt pudeat aliquando te, tam parum in Geometria verſatum eſſe, & tamen omnes alios immo & Archimedem (quod ferendum nõ eſt, nihili pręte ducere. *Adriani* demonſtratio hæc fere eſt. Sinus totus B G, vel B A, ſtatuatur 100000. eritque propterea B F, 40000. nimirum $\frac{2}{5}$. ipſius B G, vel B A. Ex 40000. in 100000. fit nu. 4000000000. [a] æqualis quadrato rectæ BR, mediæ proportionalis inter B G, & B F. Eius radix quadrata minor quã vera, h. e, B R, eſt 63245. maior autem quã vera 63246. Intelligamus deinde arcum GL, eſſe partẽ duodecimam quadrantis, hoc eſt, continere gr. $7\frac{1}{2}$. & arcum L A, gr. $82\frac{1}{2}$. Cogitetur quoq; BO, eſſe duodecima pars ſemidiametri B A. Poſito ergo ſinu toto B A, 100000. erit BO, eius duodecima $\frac{100000}{12}$. Ductaq; ſemidiametro B L, & perpendiculari O M; erit punctum M, in voluta, vt ad finem lib. 6. Eucl. monſtraui. Ducta quoque M N, ad B G, perpendiculari [b], erit B N, ipſi O M, æqualis. Quoniam vero O M, maior eſt, quam 63246. vt oſtendam, erit quoque B N, maior, quam 63246. hoc eſt, quam B R, ideoque B C, multo maior erit. Quoniam enim, poſito ſinu toto B O, 100000. O M, eſt tangens anguli A B L, vt in tractatione ſinuũ dixi, tangens, inquam, gr. $82\frac{1}{2}$. videlicet 759575. Si igitur fiat, vt B O, ſinus totus 100000. ad 759575. tangentem OM, ita B O, $\frac{100000}{12}$. ad aliud, reperietur O M, maior, quam 63297. Ergo multo maior erit BC. Cum igitur B R, inuenta ſit maior, quam 63246. erit recta B C. inter centrum, & finem volutæ maior, quam B R, media proportionalis inter B G, & B F, duas eius quintas. ac propterea C G, minor erit quam Apotome R A, Neq; vnquam demonſtrabis C G, eſſe Apotomen, niſi prius oſtenderis, B C, & B G, eſſe rationales potentia tantum commenſurabiles. Quod ad Calendas Græcas efficies.

a 17. ſexti.
b 34. pri.

F R A N C I S C V S autem Vieta ita demonſtrat, rectam B C, maiorem eſſe media proportionali inter BG, & duas eius quintas. Ex iis, quæ ex Pappo ad finem lib. 6. Eucl. demonſtrauimus. Semidameter BA, & BG, media eſt proportionalis inter quadrantem A G, & rectam B C. Et quoniam diametro exiſtente 7. peripheria minor eſt, quam 22. vt Archimedes demonſtrauit. Exiſtente autem diametro 14. peripheria minor eſt quam 44. fit vt ſi ſemidiameter BA ſtatuatur 7. ſemipheria ſit minor quam 22. & quadrãs AG, minor quam 11. Igitur ſi ſemidiameter BA, ſtatuatur 35. quadrans AG, erit minor, quam 55. Quod vero fit ſub BC, & quadrante, [c] æquale eſt quadrato ex B A, hoc eſt, numero 1225. Quo diuiſo per quadrantem A G, qui minor eſt, quam 55. reperietur BC, maior, quam $22\frac{3}{11}$. Nam ſi quadrans eſſet præciſe 55. foret BC, $22\frac{3}{11}$. Perſpicuum autem eſt, ſi numerus 1225. diuidatur per numerum minorem, quam 55. nimirum per quadrantem A G, quotientem fieri maiorem, quam $22\frac{3}{11}$. Qualium autem BA, vel BG, 35. talium BF, eſt 14. Ergo cum ex 14. in 35. fiat numerus 490. cuius radix quadrata minor eſt, quam $22\frac{3}{22}$. erit media proportionalis inter BG, & BF, minor, quam $22\frac{3}{22}$. Igitur cum B C, oſtenſa ſit maior, quam $22\frac{3}{11}$. erit BC, maior, quam illa media proportionalis. Quapropter ſi ex BA, CQ, abſcindantur duæ rectæ æquales mediæ proportionali inter B G, & B F, cadent extrema earum puncta citra R D, cum BR, CD, ipſi BC, ſint æquales, propter quadratum CR, non autem minores.

c 17. ſexti.



S C A L I G E R in propoſ. 5.

AMBITVS Dodecagoni circulo inſcribendi plus poteſt, quam circuli ambitus. Et quanto deinceps plurium laterum fuerit polygonum circulo inſcribendum, tanto plus poterit ambitus Polygoni, quam ambitus circuli.

SIT circulus ABG, circa centrum F, cuius diameter AG. Sit AB, latus Hexagoni; AD, latus Dodecagoni, & AC, latus figuræ 24. laterum. ducanturque rectæ FB, FD, & FC, ſecabunturque AB, AD, bifariam in H, E, per 4. noſtram propoſ. [a] ideoque & ad angulos rectos. Quoniam vero, poſita diametro AG, 16. ſi fiat vt 7. ad 22. ita 16. ad aliud, inuenietur peripheria paulo minor quam $50\frac{2}{7}$. Ponamus ergo nos eandem non excedere 51. Quia vero latus FA, potentia ſeſquitertium eſt, perpendicularis FH; qualium partium 64. erit potentia ſemidiametri FA, hoc eſt, latus trigoni iſopleuri FAB, talium 48. erit potentia perpendicularis FA, cuius latus fuerit $6\frac{12}{13}$. fere: quæ ſi de longi-

a 3. tertij.

Digitized by Google

a 47. pri. *longitudine FD, detrahantur, remanebit longitudo recta HD, $1\frac{1}{13}$. fere.* a *Quia igitur quadratum DA, quadratis DH, HA, eſt æquale, eſtque DA, latus Dodecagoni, ambitus Dodecagoni plus poterit, quam duodecies HA, hoc eſt, quam triplum diametri AG, duodecies quadrato $1\frac{1}{13}$. hoc eſt, 13. integris fere potentialibus, quorum latus longe maius eſt, quam 3. quod compoſitum cum triplo longitudinis diametri, maius erit, quam 51. Maior eſt igitur ambitus Dodecagoni, quam 51. ideo longe maior, quam peripheria ACDBG.*

CLAVIVS.

QVID hic mirer primum, te tam nauiter, atque conſtanter in re clariſſima cæcutire; an fœdiſſime labentem, Mathematici tamen tibi nomen adeo confidenter arrogare? Ambitum Dodecagoni circulo inſcripti maiorem eſſe peripheria circuli, peritiſſimus ſcilicet artifex Ioſephus Scaliger affirmat; affirmat autem! immò ſe demonſtraſſe, nihil omnino veritus, profitetur. Atqui vt ratio deſit, num etiā oculorum orbatum lumine te eſſe credamus? Neque enim Mathematicis tecum rationibus, ſed rebus planè, quæ cerni oculis poſſint, agam, ne qua effugias. Quem tu arcum ſua minorem chorda vidiſti vſquam? Age iam, ſume tibi 12. arcus, ſubtende ſingulis arcubus ſingulas chordas: nonne fateberis, circuli ambitum ex 12. arcubus conflatum, maiorem eſſe ambitu Dodecagoni, quem 12. rectæ lineæ conficiunt? Quod ſi negare tandem audeas, quis tibi ignoſcat? At vide quantum tuæ exiſtimationi conſultum velim. Equidem nunquam in animum inducam meum, vt putem, te ita plane ſenſiſſe; ſed Geometricis artibus non apprime excultum, ita numeris vndique circumuentum, irretitum, implicitumque; vt dummodo ab illis ambagibus te eriperes aliquando, quacumque fuerit aditus perrumpendus. Audiui ab vno ex tuis familiaribus, cum permulti ex Gallia, Germaniaque amice te monuiſſent, hanc Geometra penitus indignam mutares ſententiam? Cognito tandem, qua te ex caligine educere optarent; reſpondiſſe te: hanc propoſitionem eius eſſe hominis, cuius corpus tunc grauiter affectum, animus quoque contage corporis afflatus erat. Gratularer ego ſane hic Scaligero, quod huius propoſitionis palinodiam cecinerit, niſi immundiſſimus veluti canis, quæ ſemel ſtomachatus foras egeſſerat turpiter, fœdius iterum reſorbuiſſet. Neque enim ita multo tempore poſt, quaſi eum huiuſcè palinodiæ pœnituerit, vir peracutus, & Geometricarum artium haudquaquam ignariſſimus; ſua recognoſcens iterum ac ſæpius inſpexit, ſeſeque illis examinandis ſedulo totum applicuit. Integerrimus tandem Iudex damnatos errores ſuos atque paralogiſmos, quos diſperſos ſua in propoſitione videre non potuit, eoſdem audacter repetijt: ambitumq; Dodecagoni, peripheria circuli maiorem eſſe, ſe per numeros demonſtraſſe palam profeſſus; velle ſe oculos, quotquot vſquam ſunt, Mathematicorum illa demonſtratione configere, ſeuere pronunciauit. quod quia falſum eſſe, nemo non videt, miratus, quod demonſtratio per numeros ad hanc falſitatem aſſerendam ſe perduxerit; affirmare non dubitauit, demonſtrationes etiam Archimedis per numeros, cuiuſmodi eſt illa de proportione peripheriç ad diametrū, eſſe omnino fallaces. At quam multa, quam falſa numerorum ignoratione in ſua demonſtratione inuoluat, modo palam faciam. Illud nunc agamus, vt quoniam demonſtrationis huiuſce quintæ propoſitionis paralogiſmos Scaliger non vidit, nos illos detegamus, non quidem illi, otioſum enim id ſit, ſed vt etiam rudioribus innoteſcant.

ATQVE illud hic primo miſſum facio (quod puerilibus flagris digniſſimum eſt) quod etiam verborū ignarus eſt, quæ peritioribus in vſu ſunt. Quæ enim eſt iſta loquutio? Si diametrus fuerit expoſitarum partium 16. vna ſeptima erit minor, quam $\frac{3}{16}$. Proinde triplum longitudinis diametri cum $\frac{3}{16}$. hoc eſt $\frac{51}{16}$. longitudinis diametri erunt maiores, quam perimetrus circuli. Quod ſi Geometras conſuluiſſet, ita ſane dixiſſet, vna ſeptima diametri partium 16. minor eſt, quam 3. cum $\frac{1}{7}$. ſint $2\frac{2}{7}$. duntaxat: ac proinde triplum longitudinis diametri, hoc eſt, 48. cum 3. nimirum 51. erunt maiores, quam perimetrus circuli. Atque hanc ob cauſam nos in eius demonſtratione poſuimus, peripheriam non excedere 51. ſi diameter ſit 16. non autem eam non excedere $\frac{51}{16}$. longitudinis diametri, vt ipſe habet; quia numeris $\frac{51}{16}$. peripheriam referens, minor eſſet, quam diameter 16. quod ineptiſſimum eſt. Sed iam ad ipſam veniamus demonſtrationem, in qua duo præ cæteris eluçent, in quibus Scaligerum agnoſcas, inſignia errata.

POSTQVAM igitur demonſtrauit, rectam HD, eſſe $1\frac{1}{13}$. immò paulò minorem cum FD, ſit 8 & numerus $6\frac{12}{13}$. paulò minor, quam FH. Item quadratum AD, æquale eſſe quadratis AH, HD; infert, ambitum Dodecagoni, qui duodecuplus eſt lateris AD, plus poſſe, quam duodecies HA, hoc eſt quam triplum diametri AG, duodecies quadrato $1\frac{1}{13}$. atque idcirco cum quadratum numeri $1\frac{1}{13}$. ſit $\frac{196}{169}$. & eius duodecuplum $\frac{2352}{169}$. quadratum ambitus Dodecagoni ſuperare quadratum tripli diametri AG, numero $\frac{2352}{169}$. hoc eſt, $\frac{155}{169}$. cuius latus longe maius eſt, quam 3. cum ſit proxime $3\frac{921}{1261}$. Nam latus propinquum numeratoris 2352. eſt $48\frac{48}{97}$. ſiue $\frac{4704}{97}$. vt latus denominatoris 169. eſt 13. quæ duæ radices conſtituunt fractionem, cuius numerator $\frac{4704}{97}$. & denominator 13. vt in hac formula videre eſt. Diuiſo autē numeratore per denominatorem, producitur latus propinquum $3\frac{921}{1261}$. Atq; hic primo turpiter lapſus eſt. Nam ſi quadratum ambitus Dodecagoni eſſet duodecuplum quadrati AD, & quadratū lineæ, quæ tripla ſit diametri; vel duodecupla rectæ AH, duodecuplū quadrati AH; excederet quadratum ambitus Dodecagoni quadratū lineæ, quæ tripla ſit diametri, duodecies quadrato rectæ HD, hoc eſt, numero $13\frac{155}{169}$. Vt quoniā quadratū 9. ſuperat quadratū 4. numero 5. ſuperabit numerus 108. qui duodecuplus eſt quadrati 9. numerum 48. qui duodecuplus eſt quadrati 4. numero 60. qui duodecuplus eſt exceſſus 5. quod quidem colligitur ex propoſ. 7. ſinuum, atque hic exceſſus 60. producitur ex exceſſu 5. in 12.

$$\frac{\frac{4704}{97}}{13}$$

b 20. ſexti. At res non ita ſe habet: quia cum ambitus Dodecagoni ſit lateris AD, duodecuplus, quemadmodum & triplum diametri duodecuplum eſt lateris AH, b habebit quadratum ambitus Dodecagoni ad quadratum lateris AD, proportionem, quam 144. ad 1. duplicatam nimirum laterum. Eademque ratione quadratum tripli diametri ad quadratum lateris AH, proportionem habebit, quam 144. ad 1. Igitur quadratum ambitus Dodecagoni excedet quadratū tripli diametri cēties quadragies quater quadrato HD, quod fuit $\frac{196}{169}$. ſiue $1\frac{27}{169}$. ita vt exceſſus horum quadratorum ſit fere 167. qui fit ex ductu quadrati HD, id eſt, ex $1\frac{27}{169}$. in 144. vt ex eadem propoſ. 7. ſinuum colligitur. Huius autem exceſſus 167. latus quadratum eſt ferme 13. cum proxime ſit $12\frac{23}{25}$. Non eſt igitur exceſſus inter quadratum ambitus Dodecagoni, & quadratum tripli diametri fere 13. aut verius $13\frac{155}{169}$. cuius latus eſt $3\frac{921}{1261}$. nimirum maius, quam 3. vt Scaliger vult.

SED etiamſi Scaligero concedatur, latus hoc eſſe maius, quam 3. non tamen recte poſtea infert. Ergo hoc

latus

Digitized by Google

latus 3. & eo amplius additum ad triplum diametri, hoc eſt, ad 48. facit latus quadrati ambitus Dodecagoni hæc eſt, ambitum Dodecagoni maiorem, quam 51. ac propterea maiorem peripheria circuli. Non enim ſi quadratum ſuperat quadratum, latus ſuperabit latus latere exceſſus, ſed minori numero. Nam quadratum 100. ſuperat quadratum 64. quadrato 36. & tamen latus 10. non ſuperat latus 8. latere exceſſus quod eſt 6. ſed numero 2. qui minor eſt, quam 6. Item quadratum 4225. cuius latus 65. ſuperat quadratum 3969. cuius latus 63. quadrato 256. cuius latus 16. & tamen latus 65. ſuperat latus 63. numero tantum 2. non autem exceſſus 256. latere 16. Ratio autem, cur maius latus ſemper ſuperet minus numero, qui minor eſt latere numeri, quo maius quadratum ſuperat minus, hæc eſt. Quoniam per propoſitionem 7. libri 6. Iordani, differentia laterum in eorumdem ſummam ducta producit differentiam quadratorum: erit latus huius differentiæ medio loco proportionale inter differentiam laterum, & eorundẽ ſummam: ac proinde minor erit laterum differentia, quam latus differentiæ quadratorum. Quamuis igitur quadratum ambitus Dodecagoni ſuperaret quadratum tripli diametri numero $13\frac{155}{169}$. non tamen propterea ambitus Dodecagoni ſuperaret triplum diametri latere numeri quadrati $13\frac{155}{169}$. quod maius eſt quam 3. ſed minori numero, qui additus ad 48. faciet minorẽ numerum, quam 51. Aperui vt opinor, qua in re Scaligeri, vt ipſe appellat, demonſtratio, vt ſapiẽtes cenſent, pueriles ratiocinatio, peccet. Nam primo quidem exiſtimat, quadratum ambitus Dodecagoni ſuperare quadratum tripli diametri duodecies quadrato numeri HD, $1\frac{1}{13}$. cum ſuperet cẽties quadragies quater. quod certe tantum eſt, vt non modo rudioribus, ſed vel ipſi Scaligero innoteſcere potuiſſe putem, ſi nocturnus veluti veſpertilio diurnam lucẽ ſuſtinere potuiſſet. Deinde vero errat, dum putat, latus quadrati ambitus Dodecagoni ſuperare latus quadrati ex triplo diametri deſcripti latere exceſſus quadratorum: In quo quidem etiam ſi plurimum ſibi fidei habendũ exiſtimat: fidem tamen aliquam Iordano habere debuiſſet, qui oppoſitum plane lib. 6. propoſ. 7. demonſtrat, vt retuli.

ITA igitur nobis te probaſſes magis, mi Scaliger, ſi quæ ego mox dicam, concludere maluiſſes. Quoniam HD, eſt fere $1\frac{1}{13}$. vt patuit. erit eius quadratum $1\frac{27}{169}$. quod additum ad 16. quadratum AH, facit $17\frac{27}{169}$. quadratũ AD, hoc eſt, $\frac{2900}{169}$. cuius latus AD, eſt fere $4\frac{198}{1391}$. Nam latus propinquum numeratoris 2900. eſt $53\frac{91}{107}$. & latus denominatoris 169. eſt 13. quæ duo latera conſtituunt minutiam, cuius numerator eſt $53\frac{91}{107}$. ſiue $\frac{5762}{107}$. denominator vero 13. vt in hac formula apparet. diuiſoque numeratore $\frac{5762}{107}$. per denominatorem 13. fit quotiens $4\frac{198}{1391}$. pro latere propinquo AD, quod duodecies ſumptum dabit ambitum Dodecagoni $49\frac{985}{1391}$. qui minor eſt ambitu circuli; cum hic ex Archimede ſit $50\frac{2}{7}$. nimirum triplum diametri 16. cum $\frac{1}{7}$. & tamen hic ambitus Dodecagoni maior eſt vero: propterea quod quadratum DH, $1\frac{27}{169}$. vero maius eſt: quippe cum recta DH, paulo minor ſit, quam $1\frac{1}{13}$. vt ſupra dictum eſt. Ex minori termino Archimedis, ambitus circuli minor vero eſt $50\frac{18}{71}$. quo minor adhuc eſt ambitus Dodecagoni, licet ſit vero maior.

5762
107
13

SCALIGER in eadem propoſ. 5.

RVRSVS quadratum lateris $1\frac{1}{13}$. *rectæ* HD, *ſunt* $\frac{196}{169}$. *quæ compoſita cum quadrato* HA, *efficient quadratum* DA, $17\frac{47}{169}$. *per 47. primi. quod angulus* DHA, *ſit rectus, vt iam oſtenſum eſt. Quadratum igitur* EA, *eſt* $\frac{730}{169}$. *(nempe quarta pars quadrati* DA, *duplæ ipſius* EA*) quadratum autem rectæ* CA, *plus poteſt, quam quadratum* EA, *quadrato* EC, *per eandem 47. primi. Triangulum enim* CEA, *eſt orthogonium. Sed quadratum* EA, *eſt* $\frac{730}{169}$. *cuius latus paulo maiuſculum, quam* $2\frac{7}{13}$. *Quare vicies quater pluſquam* $2\frac{7}{13}$. *Erunt pluſquam, aut ſane non minus, quam* $\frac{61}{13}$. *ambitus, nempe* τοῦ τεσσαρεσκαιεικοσαγώνου, *maior vtique ambitu circuli circumſcribentis, qui tantum poſitus erat,* $\frac{51}{13}$. *Et quo pluria fuerint latera Polygoni, eo longe maior per numeros reperietur ambitu circuli circumſcribentis ambitus Polygoni inſcripti. quod erat demonſtrandum.*

CLAVIVS.

AT heus heus, quid hoc, aut vnde tantum monſtri, mi homo? Nam ego mihi, niſi cum Ageometra rem hactenus eſſe putabam, nunc etiam Arithmeticæ te rudem omnino prodis. Vbi enim tam egregie doctus didiciſti, quadratum HD, $\frac{196}{169}$. cum quadrato AH, 16. efficere quadratum DA, $17\frac{47}{169}$? Sane quiſquis Arithmeticam tantum attigit, ſolum animaduertit, efficere $17\frac{27}{169}$. Deinde neq; illud video, cur latus EA, quadrati $\frac{730}{169}$. quartæ partis tui falſi quadrati $17\frac{47}{169}$. rectæ AD, ſtatuatur paulo maiuſculum, quam $2\frac{7}{13}$. Ego enim illud reperio ſolum paulo maius, quam $2\frac{55}{702}$. Nam latus numeratoris 730. proxime maius eſt $27\frac{1}{54}$. & latus denominatoris 169. eſt 13. atque hæ duæ radices conſtituunt fractionem, cuius numerator $\frac{1459}{54}$. & denominator 13. vt in propoſita formula vides. Diuiſo autem numeratore per denominatorem, fit quotiens $2\frac{55}{702}$. nimirum paulo plus, quam latus EA. Cum ergo tu quadratum HA, iuſto maius poſueris, ideoque & quartam eius partem ſtatueris $\frac{730}{169}$. & huius latus $2\frac{7}{13}$. iuſto etiam maius, quid mirum, te ex falſis hiſce poſitionibus deprehendiſſe ambitum figuræ 24. laterum fere 61. maiorem ambitu circuli 51? Vbi etiam præclare hallucinaris, dum accipis EA, pro latere figuræ 24. laterum, cum CA, ſit eius figuræ latus.

1459
54
13

QVOD ſi recte ſubducatur calculus, deprehendetur ambitus figuræ minor circuli ambitu. maior tamen, vt par eſt, ambitu Dodecagoni. Quoniam enim quadratum HD, $\frac{196}{169}$. cum quadrato AH, 16. efficit $17\frac{27}{169}$. quadratum DA, cuius quarta pars eſt $\frac{725}{169}$. quadratum videlicet rectæ EA, quod ablatũ ex 64. quadrato AF, reliquum facit quadratum FE, $\frac{10091}{169}$. cuius latus proximum vero minus eſt $7\frac{1900}{2613}$. Nam latus numeratoris proxime minus $\frac{20191}{201}$. cum latere proxime minori denominatoris, id eſt, cum 13. conſtituit minutiam, cuius numerator $\frac{20191}{201}$. & denominator 13. diuiſoque numeratore per denominatorem, fit quotiens $7\frac{1900}{2613}$. Si igitur FE, $7\frac{1900}{2613}$. detrahatur ex FC, 8. reliqua fiet EC, $\frac{713}{2613}$. vera maior. cuius quadratum $\frac{508369}{6827769}$. vero maius, additum ad $\frac{725}{169}$. quadratum rectæ EA, faciet quadratũ rectæ AC, $\frac{5036046886}{1153893961}$. vero maius, cuius latus propinquũ $\frac{10072062450}{4822120170}$. (quia latus numeratoris proxime minus $\frac{10072106450}{141930}$. cũ 33969. latere denominatoris

facit

10072062450
141930
33969

facit minutiam hanc, diuiſoque numeratore per denominatorem, fit quotiens $\frac{10072062450}{4821220171}$.) ductum in 24. facit ambitum figuræ 24. laterum $\frac{241729498800}{4821220170}$. hoc eſt, 50$\frac{068420300}{4821220170}$. minorem circuli ambitu. Vbi nunc eſt, quæſo te, ambitus Polygoni ambitu circuli maior? Fare, libentibus animis rem nunquam antea mihi, nunquam alijs auditam, vel ex te audiamus; aut quod præſtabit, Arithmeticæ tibi ſtudioſum conſule, qui te ambitum Polygoni, vt inuenias, iuuet, doceatque planius Arithmeticam.

SCALIGER in ſcholio eiuſdem propoſ. 5.

CVM igitur, vt iam oſtenſum eſt, quo pluria fuerint latera Polygoni inſcripti, eo maior reperitur per numeros ambitus eius, quam circuli circumſcribentis peripheria: fruſtra per numeros Archimedes conatus eſt peripheriam circuli inueſtigare in Polygono permultorum laterum circulum circumſcribente: cum Polygonum circumſcribens ſit proculdubio longe maius Polygono ſimili inſcripto. quod quidem Polygonum inſcriptum oſtenſum eſt per numeros, maiorem ambitum habere circulo circumſcribente. Maiorem igitur ambitum habebit Polygonum circumſcribens: & ideo latius peccatum ab eo.

NOBILE eſt hoc paradoxon in Geometria, & ipſi, vt iam tetigimus, Archimedi non animaduerſum. Alioquin non dubium eſt, quin peripheria ſit maior ſubtendente ſua: ſed per numeros aliter deprehendetur.


CLAVIVS.

TE quiſquam, vt non Illuſtriſſimum obmurmuret? aut vetuſta nobilique familia genus trahere ſuſpicetur? Immo tuus hic paralogiſmus adeo nobilitate præſtat, in te vt nobilitatem ſuam deriuare potuerit. Audite vero quicumque eſtis, ad quos librum hunc ſuum longam poſt expectationem Scaliger tandem conſcripſit; audite Geometriæ & Arithmeticæ cōſultiſſimi viri ſententiam, atq; ab ea, veluti ab vngue leonem, quod aiunt. Non leue, non vulgare eſt, quod docet. Demonſtraſſe enim ſe putat egregium paradoxon, polygonum ſcilicet 12. laterum, aut plurium habere ambitum maiorē peripheria circuli circumſcribentis. Quam multa Scaliger vno in mendacio mendacia confingas, nondum animaduertis? Equidē quam multa in hac tua ineptiſſima demōſtratione (vt tecum eam appellem) vitia deprehendantur, proxime oſtenſum eſt. Illud tamen palmare eſt, & quod non inſcitiam ſolum, ſed & temeritatem & impudentiam arguit. Quis enim æquo ferat animo, te Archimedi tam iniurioſe imponere? Etenim ille ἐπιστημονικῶς per numeros inquirit perimetrum circuli, demonſtratque, peripheriam circuli ad eius diametrum proportionem habere minorem tripla ſuperdecupartiente ſeptuageſimas: maiorem vero tripla ſuperdecupartiente ſeptuageſimas primas. Neque eius tu demonſtrationem vnquam, quantumuis omnia, quæcumq; tuum tibi contradicendi ſtudium ſuggerit, machineris, aut infringes, aut labefactare valebis.

SCALIGER in propoſ. 6.

Quadratum ab ambitu circuli decuplum eſt quadrati à diametro.

CIRCVLVS NO, abſcindat de linea infinita QT, rectam AB, incipiens ſuper ea moueri ab eo puncto, quod in eo eſt, donec ad idem reuoluatur, per prius poſtulatum huius. Recta igitur AB, eſt æqualis perimetro eiuſdem circuli propoſiti NO. Semicirculo AEFB, ſuper recta AB, deſcripto, accommodetur longitudo EB, tripla longitudinis NO, per primam quarti iungatur recta EA, Deinde à ſigno E, demittatur recta EC, perpendicularis ad AB, per 12. primi. Rurſus de eadem recta AB, abſcindatur pars decima DB, per 9. ſexti. Poſtremo à puncto D, excitetur DF, ipſi AB, perpendicularis, per 11. primi: & connectantur rectæ FA, FB, Per coroll. 8. ſexti; recta BF, eſt media proportionalis inter AB, BD. Ergo per coroll. 20. ſexti, vt longitudo AB, ad longitudinem BD, ita quadratum AB, ad quadratum BF, ſed longitudo AB, eſt decupla longitudinis BD, ex conſtructione. Ergo quadratum AB, eſt decuplum quadrati BF. Quare per 47. primi quadratum AF, eſt noncuplum quadrati BF, hoc eſt longitudo AF, eſt tripla longitudinis FB, per 9. decimi. His ita demonſtratis, excitentur AR, BP, perpēdiculares ipſi AB, ac propterea parallelæ erunt rectis CE, DF. Itaq; angulus RAE, angulo AEC, & angulus PBF, angulo BFD, erunt æquales, vtpote alterni. Item anguli EHA, FHB, per 15. primi ſunt æquales. In triangulis vero EAH, FBH, anguli AEH, BFH, æquales, quia recti ſunt, per 31. tertij. Igitur reliquus EAH, reliquo FBH, æqualis. quibus ablatis ab æqualibus RAB, PBA, remanent RAE, hoc eſt AEC, FAB. Item PBF, id eſt, BFD, EBA, æquales. Sed anguli AEC, ABE, ſunt æquales. Item BFD, FAB: propterea quod triangula AEC, AEB; Item BFD, BFA, ſunt æquiangula, per 8. ſexti. Quare FAB, EBA, ſunt æquales: quemadmodum etiam anguli AEB, BFA, in triangulis ABE, BAF. Reliquus ergo EAB, reliquo FAB, æqualis, & triangulum triangulo æquiangulum. Cum igitur ambo triangula ABE, BAF, habeant latus commune AB, oppoſitum æqualibus angulis AEB, BFA, idēque adiacens æqualibus angulis EAB, FBA; ergo per 26. primi reliqua latera AF, FB, reliquis lateribus BE, EA, ſunt æqualia. Sed longitudo AF, eſt tripla longitudinis FB, ex conſtructione. Ergo conſequenter BE, tripla erit longitudinis EA. Atqui eadem BE, eſt tripla longitudinis NO, ex conſtructione. Ergo per 9. quinti, AE, NO, ſunt æquales. Ideò quadratum AB, hoc eſt, quadratum à peripheria circuli NO, eſt decuplum quadrati à diametro NO, quod erat demonſtrandum.



CLAVIVS.

QVONIAM propoſitio hæc, quæ tota Arabum eſt, fallacijs vndequaque eſt refertiſſima, cum minor ſit proportio quadrati à circumferentia deſcripti ad quadratum diametri, quam decupla, vt ex ijs conſtat, quæ Archimedes in libello de dimenſione circuli demonſtrauit. Poſita enim diametro 7. circumferentia paulo minor eſt, quam 22. eritque quadratum diametri 49. & circumferentiæ paulo minus, quam 484. quod ad 49. minorem habet proportionem, quam decuplam; cum 490. ad 49. decuplam habeat proportionem. Quoniam, inquam, veri nihil habet, dabo operam, vt ea ſolum indicem, quæ noſtro Geometræ Scaligero tenebras

Digitized by Google

n:bras iniecerunt. Poſtquam igitur demonſtrauit, angulos EAH, FBH, eſſe æquales; recte colligitur, ſi hi anguli ex rectis RAB, PBA, tollantur, duos reliquos RAE, FAB, hoc eſt, AEC, FAB, ſimul æquales eſſe reliquis duobus PBF, EBA, id eſt, duobus BFD, FAB, ſimul. Itē AEC, æqualem eſſe angulo EBA, & BFD, ipſi FAB, ex 8. ſexti. Nunquam tamen ex hoc colligetur, æquales eſſe FAB, EBA, vel AEC, BFD. Quare demonſtratio Scaligeri ſe ipſa corruit, neque quantum quantum enitatur, euincet vnquam, rectas AF, FB, rectis BE, EA, æquales eſſe: ac proinde rectam A E, diametro N O, eſſe æqualem, aut BE, triplam eſſe ipſius EA.

QVI labor quoniam ſatis feliciter, atque ex voto eueniſſe Scaligero videri potuit: proſpero hoc euentu elatus altius prouehi optauit, atq; eandem illā propoſitionem 6. ſatis iam prima demonſtratione, vt ipſe arbitrabatur, firmam, adhuc alia demonſtratione conatur oſtendere, quæ priori illi (Scaligero ſiquidem fidem dari placet) præſtare poſſet. Sola enim in propoſ. 3. Appendicis ad Cyclometrica ſua eam adhibet Scaliger, veluti pro omnibus certamen ſuſcipere, ac debellare poſſit. Sed nihil efficit: quia hæc alia demonſtratio aſſumit id, quod in propoſ. 3. ſe putat demonſtraſſe, maius ſegmentum ſemediametri, quod voluta luxata abſcindit, medium eſſe proportionale inter ipſam ſemidiametrum, & duas eius quintas. quod vitioſum cum ſit, vt ſupra oſtenſum eſt; non poterit hæc etiam poſterior demonſtratio non eſſe falſiſſima.

SCALIGER in coroll. propoſ. 6.

Ex iſtis conſtat, quod ratio, quam habet longitudo ambitus circuli ad longitudinem dimetientis, maior eſt tripla ſeſquiſeptima.

NAM ſi V.G, longitudo diametri fuerit 7. partium, qualium potentia diametri fuerit 94. talium 490. erit potentia perimetri: quæ quidem maior eſt, quam 484. quæ ſunt tantum in ratione tripla ſeſquiſeptima.

C L A V I V S.

QVIS vero id neget, cui tantum aut præclarum paralogiſmum tuum probaueris, quo conatus es oſtendere, quadratum perimetri decuplum eſſe quadrati diametri, aut Archimedis cæterorumque demonſtrationes non viderit? Certe tale quicquam niſi à tuo paralogiſmo à peritioribus demonſtratum eſſe, aut potuiſſe demōſtrari, fidem facit Archimedes, dum omnino oppoſitum, contrariumq; demonſtrat, licet peruerſe relucteris.


SCALIGER in coroll. 2. propoſ. 6.

SI trianguli angulum quendam ſecans recta linea ſecuerit & baſim, quadrata autem à lateribus angulum ſectum comprehendentibus inter ſe fuerint, perinde ac baſis ſegmenta, ipſa quidem ſecans linea eſt baſi perpendicularis, angulus autem ſectus eſt rectus.

PRIORE figura, in triangulo AFB, (conſideratur triangulum AFB, nudum, ſine reliquis, quæ ſunt in figura) recta FD, ſecans angulum F, ſecet & baſim AB, in D, quadrata autem à lateribus FB, F A, angulum F, continentibus, ſint inter ſe, vt ſegmenta DA, DB, baſis AB. Aior etiam quidem DF, baſi AB, eſſe perpendicularem, angulum vero F, eſſe rectum. Excitatis rectis AR, BP, quæ ſint ad perpendiculum baſi AB, imaginemur à puncto F, anguli AFB, ad imaginaria puncta q.m, in rectis AR, BP, ſumpta, duas rectas Eq, Fm, ipſis DA, DB, tum parallelas, tum æquales iunctas, &c.

C L A V I V S.

VELLEM ſane liceret mihi aliquando aut nihil, aut non omnia accuſare, & cenſorio, quod aiunt, vngue notare; quid vero faciam homo vt veri ſtudioſiſſimus, ita falſi minime patiēs? Tota hæc tua propoſitio, tota quāta eſt, falſitas eſt, tota cum eius demonſtratione error ac tenebræ. Quæ licet ad Cyclometriam nihil faciat, examinabo tamen eam, Scaligeri vt diuinum plane acumen in demonſtrationibus Geometricis omnis ætas admiretur, quantum poteſt. Et quidem de illius falſitate ediſſeram, vbi prius diſſeminatos in demonſtratione paralogiſmos indicauero. Quādo igitur iubet à puncto F, ducere ad perpendiculares AR, BP, duas rectas ipſis DA, DB, tum parallelas, tam æquales: petit aperte principiū. Qui enim fieri hoc poteſt, niſi FD, ad AB, ſit perpendicularis. quod probandū proponitur. Nam niſi concedatur FD, ad AB, perpendicularis, non erunt parallelæ FD, BP; ac proinde perpendicularis ex F, ad BP, ducta, & DB, æquales eſſe nequeūt [a], quamuis ſint parallelæ. Solum enim parallelæ inter parallelas [b], ſunt æquales, propter parallelogrammum ex illis parallelis conſtitutum. Quantam ruinā trahat ruinoſa tua demonſtratio ſentis, opinor, Scaliger, aut ego de te bene opinari deſiſto. Sed iam ad propoſitionis falſitatē oculos mentemq; conuertamus. Dico ergo fieri poſſe, vt trianguli angulū quendā ſecans recta linea ſecet & baſim, quadrataq; à lateribus angulū ſectum comprehendentibus inter ſe ſint perinde ac baſis ſegmēta: & tñ neq; ſecans linea ſit baſi perpēdicularis, neq; angulus ſectus ſit rectus. Sit enim triangulum ABC, habens angulū A, rectum, ex quo ad baſim BC, perpēdicularis demittatur AD. Erit ergo per coroll. 2. præcedēs Scaligeri, quadratū AB, ad quadratum AC, vt BD, ad DC. Deſcripto arcu CF, ex A, ad interuallum maioris lateris AC, ducatur recta BE, faciens angulum ABE, obtuſum, ſecanſq; arcū in E. Iungatur recta AE, & iunctæ rectæ CE, parallela agatur DF, ac poſtremo demittatur ex A, ad F, recta AF. Quoniā igitur AE, ipſi AC, æqualis eſt, [c] erit quadratū AB, ad quadratum AE, vt ad quadratū AC; hoc eſt, vt BD, ad DC, per hypotheſim, hoc eſt, vt BE, ad FE. In triāgulo ergo ABE, demiſſa eſt ex angulo A, recta AF, ſecans baſim in F, eſtque quadratum AB, ad quadratum AE, vt ſegmentum BF, ad ſegmentum FE, vt oſtendimus, & tamen neque AF, ad BE, perdendicularis eſt, cum angulus AFB, minor ſit obtuſo angulo ABE; neque angulus BAE, rectus, vtpote pars recti BAC. Egregium tanti viri, quantum ſe iactat Scaliger, & ſingulare acumen perſpectum iam habes, candide Lector, & in rebus Geometricis vel ſummam peritiā, vel temeritatem potes admirari. quanta enim voce, quantis animis contendebat, demonſtrare ſe, rectam AF, eſſe ad BE, perpendicularem; & angulum BAE, rectum?



[a] 28. pri.
[b] 34. pri.
[c] 7. quin.

SCALIGER in ſcholio propoſ. 6.

AT Archimedes conatur demonſtrare inductione ad impoßibile, longitudinem perimetri paulo maiorem eſſe ſupra diametrum tripla ſeſquiſeptima, hoc eſt, potentiam perimetri minorē eſſe, quam 484. cum ſcilicet quadratum diametri fuerit 49.

b Quem

Digitized by Google

Quem errorem ſatis ſuperior demonſtratio refellit. Sed quare hoc ſibi, & poſteritati perſuaſerit, in Prolegomenis declaratum eſt. Similis vero abſurditas eſt in 18. & 19. περὶ ἑλικῶν Archimedis.


CLAVIVS.

NVNQVAM ego tibi tantas cum Archimede inimicitias eſſe exiſtimare potui, vt vna aut altera in eum, falſa licet, criminatione facere tibi ſatis nõ poſſes. Illa iam ſuſpicio ſubit animum, ne vt illi pro veritate aduerſus te, ſic tibi pro falſitate aduerſus Archimedem certamen ſuſceptum ſit: quo factum ſit, vt quæ inter veritatem, mendaciumque odia eſſe conſueuere, ea tota in vos tranſmigrarint. Quid enim tu, niſi errores & paralogiſmos tuos illi obiicis? Quid ille tibi, niſi veritatem opponit? Quanta enim cum veritate ille demonſtrauit in libro de circuli dimenſione, proportionem circumferentiæ ad diametrum eſſe tripla ſeſquiſeptima minorem, &c. tanta cum falſitate flagitioſe illi aduerſaris.

IN ſequentibus quinque propoſitionibus, nimirum 7. 8. 9. 10. & 11. Scaliger conatur rectam ambitui dati circuli æqualem reperire: & viciſſim datæ rectæ æqualem peripheriam inuenire: Item à data peripheria imperatam partem auferre: Denique à dato angulo auferre partem imperatam. Sed quia in his omnibus vel aſſumit, quadratum peripheriæ quadrati diametri decuplum. quod ſupra refutauimus: vel helicam deſcripſit per arcus circulorum, quod etiam ineptum eſt, & abſurdum; falſæ omnino erunt earum propoſitionum praxes: vt operæ pretium non ſit, in illis refellendis tempus inſumere.

SCALIGER in propoſ. 12.

SI à duabus diametris in circulo ſeſe normaliter ſecantibus, à limite vnius ad alteram productam latera Hexagoni, & Pentagoni eidem circulo inſcribendorum eiiciantur: reſiduum diametri eiectæ, quod interiectum eſt inter productum latus Hexagoni & latus quadrati circulo eidem inſcribendi, bifariam à latere Pentagoni ſecatur.



IN circulo ABCD, diameter BD, ſecans diametrum AC, normaliter producta ſit ad partes G, in infinitum: cui productæ occurrat recta AG, æqualis diametro AC. Deinde recta BG, ſecta ſit bifariam in F. Et manifeſtum eſt CG, eſſe æqualem ipſi GA; & totum triangulum AGC, eſſe æquilaterum, & quadrata AG, EG; eſſe, vt 4. & 3. vt iam toties diximus, ideoque inter ſe potentia commenſurabilia tantum; EB, autem dimidia ipſius AG, eſt ipſi AG, longitudine commenſurabilis, ideoque ipſi EG, potentia tantum commenſurabilis. Erit igitur BG, ἀποτομὴ linea ἄλογος. Aio ſi in illam ἀποτομὴν EG, recta à limite A, in punctum ſectionis bifariæ F, demiſſa fuerit, in ipſa demiſſa eſſe latus Pentagoni circulo ABCD, inſcribendi: hoc eſt, latus Pentagoni circulo ABCD, inſcribendi productum occurrere ſigno F. Iungatur igitur recta AF, ſecans peripheriam ALB, in puncto M. Aio, AM, eſſe latus Pentagoni circulo ABCD, inſcribendi, &c.


CLAVIVS.

IGNOSCENDVM tibi putarem, homini veritatis nequaquam amiciſſimo, falſa tantum ſi pro veris afferres. Quod vero tanto conatu mendacem hanc propoſitionem tuam, qua tenebricoſis ambagibus vndequaque quæſitis, qua vt moris tui eſt, principium ſemper petendo, demonſtrare enitaris: ſæpe etiam aliena, & à veritate, & à re, quæ agitur, proferens: hoc vero erudito homini, qualem eſſe te optas, quis ignoſcat? Vt quod BG, ſit Apotome, &c. Falſitas propoſitionis in hoc conſiſtit. Quoniam triangulum AGC, eſt æquilaterum, ex conſtructione; erit angulus GAC, tertia pars duorum rectorum, hoc eſt, grad. 60. Deinde quia AM, eſt latus Pentagoni, ducta recta ME; erit angulus AEM, grad. 72. [a] qui duplus eſt anguli AGM, ideoque angulus AGM, erit grad. 36. & eius complementum CAM, grad. 54. Ac tandem angulus BAE, grad. 45. Poſito autem ſinu toto AE, 10000000. EG, tangens eſt anguli GAE, grad. 60. nimirum 17320568. & EF, tangens anguli FAE, grad. 54. nimirũ 13763820. & EB, tangens anguli BAE, grad. 45. nimirum 10000000. quæ tangentes non æqualiter ſe excedunt. Sed exceſſus GF, eſt 3556688. at FB, 3763820. Itaque latera hexagoni, Pentagoni, & quadrati non intercipiunt in diametro DB, producta ſegmenta æqualia. Mendoſam igitur, & falſam propoſitionem tuam eſſe non agnoſcis Scaliger? Vis iam, qua tandem in re peccet, mecum agnoſcere? præſtabo. mentem huc totam aduoca.

[a] *20. tertij.*

EG,	17320568
EF,	13763820
EB,	10000000
GE,	3556688
FB,	3763820

SCALIGER in eadem propoſ. 12.



DESCRIBATVR alius circulus ABCD, cuius diameter AC, diametrum BD, ſecans producatur in partes M, aut G. Connectatur DM, æqualis diametro BD. Diuiſa AM, in F, bifariam, iungantur FD, FB. Itaque vt vides, hic MD, obtinet locum rectæ AG, in altero circulo; & AM, eſt Apotome obtinens locum ipſius BG. Oſtendendum eſt, triangulum BFD, eſſe vnum ex quinque triangulis, in quæ pentagonum reſoluitur. Eadem enim opera oſtendetur, in DF, hoc eſt, in AF, (in altero circulo) eſſe latus Pentagoni. Centro F, interuallo FD, aut FB, deſcribatur circulus GBID. Connectantur rectæ æquales BI, BK, & ex producta IB, infinite in N, abſcindatur BH, ipſi FB, æqualis. Connectatur recta HF, ſecans peripheriam GKBID, in K. Deinde ex HN abſcindatur HL, ipſi HK, æqualis, &c.

CLA-

Digitized by Google


CLAVIVS.

Qvo tandem authore, cuius hoc tibi conſenſione datum eſt, rectam FH, tranſire per K. Quid ſi aduerſarius neget? velitque aut paulo ſupra K, aut infra cadere; humeris ne tuis corruentem demonſtrationem tecum ſuſtinebis? At caue, ne te quoque ſuo lapſu comprimat, conteratque. Nam neque triangula habebis HKL, FKB, quibus tamen in ijs, quæ mox ſubdis, vteris. Tuos igitur labores perire omnes niſi vis, demonſtrare prius oportebit, rectam FH, tranſire per K, ſi BK, ſumpta fuerit æqualis ipſi IB, & BH, ipſi BF.

Hic iam tandem tibi conſtas, quod ſimili te labe in ſequenti propoſitione infectum nobis præſtas, in inuentione laterum Heptagoni, & Enneagoni, & aliarum figurarum laterum imparium. Ita enim in demonſtratione ſequentis propoſitionis 13. habes.

SCALIGER *in propoſ. 13.*

SI ſuper eadem recta Triangula æquicruria; in qua diuiduntur Polygona æquilatera circulo inſcribenda, conſtituta fuerint, anguli Polygonorum ad verticem latera imparis numeri habentium biſariam ſecant interuallum interiectum inter duo proxima Polygona latera paris numeri habentia.



IN circulo ABCD, diametrum BD, ſecet normaliter diametrus AC, producta infinite, quæ ſecetur in S, quaſi recta SD, æqualis rectæ AC, iuncta eſſet à limite D, & faceret ſemitriangulum iſopleuron DSE, vt ſuprà oſtenſum eſt. Rurſus abſcindatur interuallum AG, æquale lateri quadrati circulo ABCD, inſcribendi. Si igitur recta DG, iungeretur, eſſet angulus EGD, ſemiangulus trianguli vnius ex 8. in qua octogonum circulo, cuius ſemidiametrus GD, inſcribendum reſoluitur per 20. tertij. Poſtremo interuallum AS, biſariam ſecetur in R. Si DR, iuncta eſſet, eſſet ſemiangulus trigoni vnius ex quinque, in qua Pentagonũ reſoluitur, vt ſupra oſteſum eſt. Quare fiat interuallum RI, æquale rectæ connectendæ DR. Rurſus ſi recta DI, necteretur, eſſet IDE, ſemitriangulum vnum ex decem, in qua Decagonum reſoluitur, per eandem 20. tertij. Secentur interualla SG, GI, biſariam in ſignis F, H. Connectatur recta DF, ſecans circulum ABCD, in V. Oſtendendum eſt, DV, eſſe latus Heptagoni circulo ABCD, inſcribendi. Centro F, interuallo FB, vel FD, deſcribatur peripheria PBON. Iungatur recta PB, cui æquales connectantur BO, ON. Itaque peripheriæ, quæ ab illis ſubtenduntur, ſunt æquales, per 29. tertij. Producatur PB, ad partes Q, in infinitum, cui occurrat recta à limite F, connectens N, terminum peripheriæ ON, & pergens, donec occurrat infinitæ PQ, in ſigno M. Iungantur rectæ FB, FL, & ex recta PM; abſcindatur recta ML, æqualis ipſi MN. Connectatur NL. Quia anguli NOF, BOF, ſunt æquales, ex conſtructione, producto latere communi FL, erunt anguli ſubter baſim NOL, BOL, æquales, per 5. primi. & per 4. eiuſdem erunt baſes LN, LB, æquales, in triangulis NLO, BLO; & angulus ONL, angulo OBL, æqualis. Sed anguli FNO, FBO, ſunt æquales, ex conſtructione. Ergo totus angulus LNF, toti angulo LBF, æqualis. Rurſus FNL, MNL, ſimul in recta MF, ſunt æquales angulis FBM, FBP, ſimul in recta PM, per 13. primi: ablatis æqualibus FNL, FBM, remanent æquales FBP, MNL. Ideo anguli MNL, MLN, angulis FBP, hoc eſt, FNO, æquales, &c.

CLAVIVS.

Næ tu nunquam tibi ſimillimus non es, nunquam non idem: Propoſitiones tuas intuere, in idem reuerti ſæpiſſime perſpicies: Quid enim, quando iubes iungi rectã FOL, & ex recta PM, abſcindi rectam ML, æqualem ipſi MN; licet veritatem non vſq; adeo conſectere, negare tamen poteris Pſeudogeometra, te principium petere? Etenim ſi quis ita ratiocinetur, rectam ex MP, abſciſſam æqualem ipſi MN, terminari vel citra L, vel vltra: quanto lapſu omnia, quæ in tua infirma demonſtratione inde colligis, tuum in caput corruent?

SCALIGER *in eadem propoſ. 13.*

SED ſemper obſeruandum, vt vltima linea, qualis eſt LF, ſit æqualis ipſi LM, & FM, æqualis ipſi PM, ſecet præciſe limitem vltimæ peripheriæ: alioquin erratum eſt.

CLAVIVS.

O ridiculam vel ipſi Scaligero cautionem. Si enim putas, ex præmiſſis demonſtrare te, rectam LF, fore ſemper æqualẽ ipſi LM, & FM, ipſi PM, quid opus vlla cautione fuerat? Riſumne teneret quiſquam, ſi Euclides, cum propoſ. 11. primi docet, ex dato puncto in linea recta ad ipſam lineã erigere lineam perpendicularẽ, monere adhuc voluiſſet, eam ita ducendam eſſe, vt non faciat vnum angulum alio maiorem? Nam ex eius conſtructione conſtare cuiuis poterat, fieri duos angulos æquales, vt illa admonitione nulli ſit opus. Adde quos idem Euclides riſus excitaſſet, cum propoſ. 16. tertij demonſtrat, perpendicularem rectam ad extremitatem diametri totam cadere extra circulum, ita vt eum ibi tangat; ſi illud monitum feciſſet, quod nemo non aduerterat, eam nimirum perpendicularem ita ducendam eſſe, vt circulum non ſecet? Hoc ipſo enim, quod perpendicularis ſit demonſtratur, eam circulum non ſecare. Non tibi minores riſus debentur, qui iubes, ita ducendas eſſe lineas LF, FM, vt æquales ſint lineis LM, PM; cum demonſtrare te putas, illas omnino æquales eſſe. Non ego tamen ita te, deridendum mihi ſuſcepi, quin aliquam videam cauſam, cur tandem hoc nos monitos velis; quia nimirum probare non poteras, LF, LM, & FM, PM, eſſe æquales: aut ſi LM, ſumatur æqualis ipſi MN, rectam FL, tranſire neceſſario per O, quod tamen ad reliquam demonſtrationem eſt omnino neceſſarium.

Latentes tuæ demonſtrationis ſyrtes, ſeu mauis peccata ſatis iam, vt arbitror, aperui tibi; tuam iam falſam eſ-

Digitized by Google

ſam eſſe propoſitionem diſce ex me. hoc eſt, neque latus heptagoni D V, productum ſecare biſariam ſegmentum SG, inter puncta S,& G, in quæ caderent latera hexagoni & octogoni: neque latus enneagoni diuidere bifariam interuallum G I, inter puncta G,& I, in quæ caderent latera octogoni & dodecagoni: Hoc autem per tangentes exequemur: quemadmodum ſupra oſtendimus, interualla AR, RS, non eſſe æqualia, ſi latera quadrati, Pentagoni, & hexagoni caderent in puncta A, R, S. Poſito enim ſinu toto D E, 10000000. erit angulus SDE, grad. 60. vt ſupra dictum eſt, eiuſq; tangens E S, 17320508. Angulus autem FDE, ſemiſſis anguli heptagoni erit grad. $64\frac{2}{7}$. hoc eſt, grad. 64. min. $17\frac{1}{7}$. (cum enim vnus angulus heptagoni ſit $\frac{10}{7}$. vnius recti, erit eius ſemiſſis $\frac{5}{7}$. Dic ergo, ſi vnus rectus dat grad. 90. quid dabunt $\frac{5}{7}$? inueniesque grad. $64\frac{2}{7}$. Deinde, ſi 1. grad. dat min. 60. quid dabunt $\frac{2}{7}$? inueniesque min. $17\frac{1}{7}$.) cuius tangens E F, eſt 20765212. Nam tangens grad. 64. minut. 17. eſt 20763004. & vni ſeptimæ minuti reſpondent partes 2208. quæ cum 20763004. conficiunt 20765212. Nam ſi vnum minutum inter tangentem min. 17. & 18. poſcit differẽtiam 15459. poſtulabit $\frac{1}{7}$. vnius minuti differentiam 2208. &c. Poſtremo angulus G D E, ſemiſſis anguli octogoni erit grad. $67\frac{1}{2}$. cum vnus integer angulus contineat grad. 135. Tangens autem E G, erit 24142137. quæ tres tangentes non æqualiter ſeſe excedunt, ſed GF, eſt 3376925. at F S, 3444704. Non aliter reperiemus, exceſſus I H, HG, eſſe inæquales, & ſic de alijs figuris. Quæ ſi ita prorſus ac dixi, vera eſſe fateris, (quandoquidem niſi ſenſum omnem pudoris amiſeris, negare non potes) illud quoque fatere, nihil habere veri tuam propoſ. 13.

$190\frac{2}{7}$?
$160\frac{2}{7}$?
$115459\frac{1}{7}$?

EG,	24042137
E F,	20765212
E B,	17320508
GE,	3376925
F S,	3444704

SCALIGER in propoſ. 14.

SVPER data recta linea terminata triangulum Iſoſceles conſtituere, cuius alteruter angulorum ad baſem, habeat ad reliquum rationem datam.

CLAVIVS.

In hac propoſitione, mi Geometra, paralogizas. An non vides, quid ante poſueris? Latera nimirum Polygonorũ recte inueniſſe: atqui hoc falſum eſt. Quid igitur mirum, ſi ex male poſitis male deducas. erras in ianua.

SCALIGER in Propoſ. 15.

CIRCVLO dato figuram imparis numeri angulorum æquilateram inſcribere.

CLAVIVS.

Tv vero conſtanter: qui in eundem tenorem paralogizas. ne forte videlicet à te ipſo diſſideas: bene eſt: aſſumpſiſti, te triangulum Iſoſceles conſtituiſſe, cuius alteruter angulorum ad baſim habeat ad reliquum rationem datam. quod cum tam falſum ſit, quam tu falſus es Mathematicus: quid ex hac falſa poſitione ſequatur, niſi omnino cæcus es, vides.

SCALIGER in propoſ. 16.

DATIS quatuor rectis inæqualibus, circulum inuenire, ita vt in eo inſcribi poßit quadrilaterum ex quatuor datis conſtitutum.

CLAVIVS.

O inconſideratum Mathematicum, qui problema ponit impoſſibile. Niſi enim tres lineę ex quatuor vtcumque ſumptæ maiores ſint reliqua, conſtitui non poteſt ex illis quadrilaterum; cum in omni quadrilatero tria latera, vt libet, aſſumpta ſint maiora reliquo. vel (quod idem eſt) quodlibet latus ſit reliquis tribus minus. In figura enim proxime antecedenti ſinatur quadrilaterum FOBD, in quo ducta eſt diagonia FB. Dico latus, v.g. FO, minus eſſe tribus OB, BD, DF.[a] Cum enim FO, minus ſit duobus OB, BF; & BF, minus duobus BD, DF; perſpicuum eſt, FO, minus eſſe tribus OB, BD, DF. Cur ergo ab Euclide non didiciſti, apponendam fuiſſe hanc conditionem, vt tres lineæ, vt libet, aſſumptæ ſint quarta maiores? quemadmodum ipſe in propoſ. 22. primi, cum voluit ex tribus lineis triangulum conſtituere, hanc conditionem appoſuit. *Oportet autem duas reliqua eſſe maiores omnifariam ſumptas: quoniam vniuſcuiuſque trianguli duo latera omnifariam ſumpta reliquo ſunt maiora.* An fortaſſe fuit acumen tuum, tria latera quadrilatri ſemper eſſe reliquo maiora; ac propterea putaſti, ex quibuslibet quatuor lineis quadrilaterum poſſe conſtitui.

[a] *20. primi.*

In demonſtratione porro huius propoſ. 16. toties ac tam multis in rebus erras, vt non confutatione mea, (iam enim piget me, pudetque tam male locare operam) ſed flagello pueriliter plectendus videare, cum præſertim ad quadraturam nihilo plus pertineat, quam bos ad Herculis columnas.


SCALIGER in propoſ. 17.

COMPLEMENTO ſecuriclæ Hexagoni, ſegmentum Hexagoni inſcribere.

VIDENDVM, an complemento ſecuriculæ Hexagoni inſcribi poßit ſegmentum Hexagoni, aut (quod idem eſt) duo ſemiſegmenta Hexagoni. Rectæ CED, magnitudinis nõ finitæ ſit perpendicularis recta EV, infinita. Abſcindantur interualla quæcumque æqualia EC, ED. Deinde centris C, D, interuallis vero CE, DE, deſcribantur peripheriæ EG, EH. Rurſus eodem interuallo, centro autem E, deſcribatur peripheria GFH: quam recta E F, ex infinita E V, abſciſſa, nempe Semidiametrus peripheriarum, diuidat bifariam in F. Peripheriæ igitur ENG, EH, GFH, ſunt æquales per 1. definitionem tertij elementi: quia recta connexa GH, eſt ſemidiametris EF, CE, DE, æqualis. Quare per defin. 1. huius, figura ENG, FHE, eſt ſecuricula Hexagoni, & recta RF, Apotome, vt alibi demonſtratum eſt: cui æqualis RK, abſcindatur: & fiat ſegmentum GRHMKLG, æquale ſegmento GRHFG. Ideo vtrumque erit ſegmentum Hexagoni: ac proinde figura ENGKHE, eſt complementum ſecuriculæ, per defin. 2. huius. Iam Apotome RF, minimo maiuſcula eſt vna octaua ſemidiametri EF, vt in 5. huius demonſtratum eſt: propterea tota FK, duabus octauis ſemidiametri paulo maiuſcula eſt. Itaque reliqua KE, paulo minus eſt intra ſex octauas ſemidiametri. Idcirco erit maior, quam RG, paulo minus, quam duæ octauæ ſemidiametri EF, vt in eadem 5. huius oſtenditur. In recta igitur EK, poteſt inueniri altitudo ſemiſegmenti, cum peripheriæ ENG, EH, tangant ſeſe tantum in puncto E, per 13. tertii. A puncto K, agatur recta infinita parallela ipſi CD, per 13. primi: ex qua abſcindatur KB, æqualis ſemidiametro DE, vel ipſi EC: atque ex eadem rurſus abſcindatur Apotome BO, æqualis ſcilicet Apotomis RF, RK, Centro O, interuallo OL, quæ ſit æqualis ipſi BK, vel ipſi DE, deſcribatur peripheria VLI, Ab æqualibus OL, BK, auferatur commune OK. Remanebunt BO, KL, æquales. Itaque KL, eſt Apotome; & ideo peripheria VLI, eſt ſegmentum Hexagoni, æquale nimirum ſegmento GFHRG. at KI, erit æqualis ipſi RG;

& LIKL,

Digitized by Google




& LIKL, æqualis ipſi RFGR. Eodem modo abſciſſa AK, quæ ſit æqualis ipſi BK, & AQ, ipſi BO, æquali interuallo AK, vel BK, vel OL, deſcribatur peripheria IMV. Ita completa erunt duo dimidiata ſegmenta IKL, IKM, æqualia ſegmentis dimidiatis GFR, GKR. Connectatur recta CO, ſecans peripheriam ENG, in puncto N. Ergo CN, eſt ſemidiametrus peripheriæ ENG, per definitionē circuli: & propterea reliqua NO, tota erit extra ipſam peripheriam ENG. Iam rectæ ON, OL; Item rectæ CN, CE, ſunt æquales, ex definitione circuli. Sed OL, CE, ſunt æquales, ex conſtructione. Ergo ON, CN, diametri ſeſe committentes in puncto N, vnam rectam perpetuam efficiunt CNO, immo CNO, eſt perpetua ex conſtructione: & propterea peripheriæ earum ſeſe contingent in puncto eodem N. Neq; vſpiam præterea ſeſe aut contingent, aut ſecabunt, per 13. tertij. Similiter demonſtrabimus EH, IM, ſeſe contingere in vno puncto, ſi recta DQ, agatur. Ergo in complemento ſecuriculæ inſcriptum eſt ſegmentum Hexagoni, vel (quod idem eſt) duo ſemiſegmenta, quæ in vno tantum puncto duo ſegmenta æqualia lateralia contingunt. Ideo relinquitur præterea ſubſciſiuum ſpatium de complemento. quod reſiduum ſegmenti vocetur.

CLAVIVS.

PVTASNE Scaliger, te inſcripſiſſe in complemento ſecuriclæ duo ſemiſegmēta Hexagoni? Ego ſane hac de re dubito, immo certus ſum, te hoc nō effeciſſe. Nam duo peccata in tua deſcriptione deprehendo. Primum, quod ſine probatione ſumis CN, eſſe æqualem ON. Hoc enim nunquam concedetur tibi, niſi probes CD, & CO, eſſe æquales. Quare dicet aduerſarius, arcum VLI, non tranſire per N, ſed vel vltra, vel citra; ac proinde ſemiſegmentum LI, non eſſe inſcriptum in complemento ſecuriclæ. Alterum peccatum eſt. Etiamſi concedatur tibi, arcus EG, IL, ſeſe contingere in N, falſum tamen eſſet, figuram inſcriptam in complemento ſecuriclæ continere duo ſemiſegmenta. Cum enim recta AB, tangat arcum GKH, in K, ſecetque proinde arcus ILV, IMV, in L, M, ſupra arcum GKH: erit figura LIM, vni ſegmento æqualis, compoſita nimirum ex duobus ſemiſegmentis. Additis ergo triangulis mixtis aLK, bMK, erit figura inſcripta maior, quam vnum ſegmentum. Ex quo fit, vt ſequentes duæ demonſtrationes, quæ ex hac inſcriptione pendent, corruant omnino. Omitto ſuperfluum eſſe, cum dicis RF, eſſe Apotomen; quippe cum hoc nihil faciat ad demonſtrationem.

SCALIGER in lemmate ante propoſ. 5. Appendicis.


SI ex duabus magnitudinibus commenſurabilibus detrahantur duæ magnitudines commenſurabiles, reliquæ erunt commenſurabiles.



A duabus magnitudinibus commenſurabilibus AC, DF, auferantur duæ magnitudines commenſurabiles BC, EF. Aio reliquas AB, DE, eſſe commenſurabiles. Quia enim AC, DF, ex hypotheſi ſunt commenſurabiles, habebunt rationem inter ſe, quam numerus ad numerum, per 5. decimi: atque eodem modo BC, EF, habebunt rationem, quam numerus ad numerum. Numeri igitur BC, EF, de numeris AC, DF, detracti relinquent numeros AB, DE. Itaque magnitudines AB, DE, habebunt rationem, quam numerus ad numerum. Quare per 6. eiuſdem duæ magnitudines AB, DE, ſunt commenſurabiles.

CLAVIVS.

LEMMA hoc, tameſi vt principium vel ipſo naturæ lumine notum videatur, verum non eſt, niſi quando BC, ablata toti AC, eſt commenſurabilis; aut eadem eſt proportio totius AC, ad totum DF, quæ ablatæ BC, ad ablatam EF. Sint enim (vt ſimile exemplū proponam, quo tu vteris in propoſ. 5. appendicis) duæ magnitudines AB, CD, æquales, ac proinde commenſurabiles; & detractæ magnitudines AE, CF, in proportione ſubquadrupla, propptereaque & ipſæ commenſurabiles. Sit autem AE, ipſi AB, incommenſurabilis. Dico reliquas EB, FD, eſſe incommenſurabiles. Quoniam enim tota AB, parti AE, ponitur incommenſurabilis; [a] erunt AE, EB, incommenſurabiles. Quia igitur EB, ipſi AE, incommenſurabilis eſt; & (ſumpta AG, ipſi CF, æquali, ita vt EG, ipſius AE, ſit tripla, quandoquidem tota AG, eiuſdem AE, eſt quadrupla) GE, eidem AE, commenſurabilis: [b] erunt EB, EG, incommenſurabiles. Cum ergo tota EB, parti EG, ſit incommenſurabilis; [c] erunt etiam EG, GB, incommenſurabiles: [d] ac proinde & tota EB, parti GB, ideoque & ipſi FD, (quæ ipſi GB, æqualis eſt, ex conſtructione) incommenſurabilis eſt. quod erat oſtendendum.



a 17. deci.
b 13. deci.
c 17. deci.
d 17. deci.

QVOD ſi AE, ipſi AB, ſit commenſurabilis, tum demum reliquæ EB, FD, commenſurabiles erunt. Quoniam enim tota AB, parti AE, ponitur commenſurabilis; [e] erunt AE, EB, commenſurabiles. Quia igitur EB, ipſi AE, commenſurabilis eſt, & GE, eidem AE, eſt commenſurabilis; [f] erunt EB, GE, quoque commenſurabiles. Cum ergo tota EB, parti GE, ſit commenſurabilis; [g] erunt etiam GE, GB, commenſurabiles. [h] Ac proinde & tota EB, parti GB, erit commenſurabilis, ideoque & ipſi FD, quæ ipſi GB, per conſtructionem æqualis eſt.


e 16. tertij.
f 12. deci.
g 16. deci.
h 16. deci.

NON ergo recte infers in propoſ. 5. Appendicis, cum dicis: Sector GDE, ſectori GEF, commenſurabilis eſt, quia æqualis: & ſegmentum DE, in priori ſectore commenſurabile quatuor ſegmentis in poſteriore ſectore. Ergo reliquum triangulum hexagoni in priori ſectore conſtans ex quinque triangulis LOP, reliquo ſegmento in ſectore poſteriore commenſurabile eſt. Non recte, inquam, infers, quia non conſtat, an ſegmentum Hexagoni ſit commenſurabile ſectori, nec ne. Et ſi incommenſurabile eſt, (vt probabile eſt) nihil omnino concludis. Vide ergo, quam ſis verſatus in Geometria, qui lemma vniuerſale proponis, quod verum non eſt, niſi in caſibus quibuſdam.


SED demonſtremus falſitatem lemmatis aliis exēplis. Sit magnitudo AB, magnitudinis CD, tripla: & AE, ipſius CF, dupla: ſitque AE, ipſi AB, incommenſurabilis. Dico reliquā EB, reliquæ FD, eſſe incommenſurabilē.

 Fiat

Fiat enim, vt AB, ad CD, ita EB, ad GD. Et quia AB, ponitur tripla ipſius CD; erit quoque EB, ipſius GD, tri-
a 19. quin. pla. [a] Igitur & reliqua AE, reliquæ CG, tripla erit. Cũ ergo AE, ponatur ipſius CF, dupla; erit CG, minor quam



CF: ideoque punctum G, cum puncto F, non coincidit. Quoniam igitur
AE, CF, commenſurabiles ſunt, cum proportionem habeant duplã; eſtq;
b 14. deci. AE, ipſi AB, incommenſurabilis: [b] erit quoq; CF, eidem AB, incommen-
c 13. deci. ſurabilis. Eſt autem AB, ipſi CD, commenſurabilis. [c] Igitur CF, CD, in-
commenſurabiles erunt. Quia vero eſt, vt AB, ad CD, ita EB, ad GD; eſt-
d 10. deci. que AB, ipſi CD, commenſurabilis; [d] erit quoq; EB, ipſi GD, commen-
ſurabilis. Et quia eſt, vt tota AB, ad totam CD, ita ablata EB, ad ablatam GD; erit quoque reliqua AE, ad reli-
e 10. deci. quam CG, vt tota AB, ad totam CD. Cum ergo AB, ipſi CD, ſit commenſurabilis: [e] erit quoque AE, ipſi CG,
f 12. deci. commenſurabilis. Ponitur autem eidem AE, commenſurabilis quoq; CF. [f] Igitur etiam CG, CF, commenſu-
g 16. deci. rabiles ſunt [g]? ac proinde & CG, GF, commenſurabiles erunt. Sed eidẽ CG, oſtenſa eſt commenſurabilis AE?
h 12. deci. [h] Igitur & AE, GF, commenſurabiles erunt. [i] At AE, ipſi EB, incommenſurabilis eſt, propterea quod tota AB,
i 17. deci. parti AE, incommenſurabilis eſt, ex hypotheſi. [k] Igitur & GF, eidem EB, incommenſurabilis eſt. Cum ergo EB,
k 14. deci. GD, oſtenſæ ſint commenſurabiles; ſit autem EB, ipſi GF, incommenſurabilis; [l] erit quoque GD, eidem GF,
l 14. deci. incommẽſurabilis? [m] ac proinde & GF, FD, incommenſurabiles erunt; [n] ideoque & GD, FD, erunt incom-
m 17. deci. menſurabiles. Cum ergo EB, oſtenſa ſit ipſi GD, commenſurabilis: ſitque GD, ipſi FD, commenſurabilis, [o] e-
n 17. deci. rit quoque EB, eidem FD, incommenſurabilis. quod eſt propoſitum.
o 14. deci. ALITER in ſolis lineis. Sit tota AB, Rationalis (vtpote Rationali expoſitæ commenſurabilis) toti CD,
commenſurabilis nimirum AB, ſit ipſius CD, tripla. Abſciſſa deinde AE, ipſi CD, æquali, ſit AF, latus quadrati,



cuius diameter AE, ſitque duplum ipſius CG: ita vt ablatæ AF, CG, ſint
etiam commẽſurabiles. Dico reliquam FB, reliquæ GD, eſſe incommen-
ſurabilem. Sit enim, ſi fieri poteſt, commenſurabilis. Et quia AF, ipſi AE,
potentia eſt commenſurabilis, & AB, eidem AE, (quæ æqualis eſt CD)
p 12. deci. longitudine commenſurabilis; [p] erunt AF, AB, commenſurabiles, non
quidem longitudine, (alias enim vt ad 12. decimi oſtendi, cum AB, ſit ipſi
q 74. deci. AE, hoc eſt, ipſi CD, longitudine commenſurabilis; eſſet quoque AF, eidem AE, longitudine commenſurabi-
r 104. deci. lis, quod eſt contra hypotheſim) ſed potentia tantum. [q] Ergo FB, eſt Apotome [r]? Igitur & GD, ipſi FB, com-
menſurabilis, Apotome eſt. Et ſi fiat, vt FB, ad GD, ita AF, ad IG: erit, vt Euclides propoſ. 104. decimi demon-
s 12. quin. ſtrauit, IG, congruens Apotomæ GD; ita vt IG, ID, ſint rationales potentia tantum commenſurabiles. [s] Erit
enim tota AB, ad totam ID, vt FB, ad GD. Cum ergo FB, GD, ſint longitudine commenſurabiles, per aduerſa-
rium; erunt quoq; AB, ID, longitudine commenſurabiles; nec non & AF, IG. Et quia AB, AF, Rationales ſunt;
erunt quoque ID, IG, illis commenſurabiles, Rationales. Sunt autem AB, AF, potentia tantum commenſura-
biles. Igitur, vt ad 10. decimi oſtendimus, erunt ID, IG, potentia tantum commenſurabiles. Cum ergo ſint ra-
t 74. deci. tionales, [t] erit GD, Apotome, & eius congruens IG.) Non erit autem IG, eadem quæ CG. Si enim eſſet FB, ad
u 12. quin. GD, vt AF, ad CG; [u] eſſet quoque AB, ad CD, vt ad CG; quod falſum eſt, cum AB, ipſius CD, ſit tripla, ex hy-
potheſi, at AF, ipſius CG, dupla ex conſtructione. Rurſus (ſecta AF, bifariam in H,) quia AF, AH, commenſu-
x 14. deci. rabiles ſunt longitudine: & AF, ipſi AE, longitudine incommenſurabilis; [x] erit quoque AH, ipſi AE, longitu-
y 12. deci. dine incommenſurabilis [y] Cum ergo AH, AE, ſint incommenſurabiles; quod vtraque ipſi AF, ſit commenſu-
rabilis, illa quidem longitudine, hæc autem potentia tantum. Ergo AH, hoc eſt, CG, illi æqualis, potentia tan-
z 74. deci. tum commenſurabilis eſt ipſi AE, hoc eſt, ipſi CD: [z] ac proinde GD, Apotome eſt, cuius congruens CG. Igi-
a 80. deci. tur Apotome GD, duas habet congruentes IG, CG. [a] Quod eſt abſurdum. Non ergo FB, GD, commenſura-
biles ſunt. quod eſt propoſitum.

FVI aliquanto longior in demonſtranda falſitate lemmatis Scaligeriani, tum vt eius falſitas euidentius conuincatur, tum etiam, quia nonnulli alij Mathematici eo quoque, vt vero, vtuntur ad demonſtrandam circumferentiam circuli eſſe longitudine diametro commenſurabilem. qua in re hallucinati quoque ſunt.

SCALIGER in propoſ. 2. ſecundæ partis Cyclometriæ, & in propoſ. 6. Appendicis.

CIRCVLVS poteſt triginta ſex ſegmenta Hexagoni ipſi circulo inſcripti.

CLAVIVS.

AIN vero Scaliger, te in ſecuriclæ complemento hexagoni ſegmentum inſcripſiſſe? At vbi inſcripſiſti? extra marginem credo; ipſe enim id nunquam vidi. Nam ſuperior tua inſcriptio, quam ego ſolam vidi, paralogiſtica eſt. Cum igitur, non veſtigabile hoc tuum dictum ſit, tuaque hæc poſitio, propoſitio hæc tua culpa indemonſtrata relinquitur. Sed quid mirum, te eam non potuiſſe demonſtrare, cum ſit falſa omnino? Quod ſic oſtendo ex ijs, quæ ab Archimede vere demonſtrata ſunt, non autem paralogiſtice, vt tu calumniaris.

Si circulus æqualis eſſet 36. ſegmentis hexagoni, foret hexagonum 30. ſegmentis æquale: & vnũ ſcalprum (ita vocas ſectorem) ſex ſegmentis. Segmentum ergo quinta pars eſſet trianguli ad centrum. quæ omnia ex Archimede falſa ſunt. Nam poſita diametro 70. erit circumferentia circuli 220. vera maior: & area idcirco vera maior 3850. Huius ſexta pars $641\frac{2}{3}$. dabit vnum ſcalprũ vero maius: cuius pars ſexta $106\frac{17}{18}$. erit per te paulo maior quam vnum ſegmentum: quod propterea quinquies ſumptum efficiet tibi triangulum vnũ $534\frac{13}{18}$. quod verum non eſt: cum per ea, quæ lib. 4. Geometriæ practicæ cap. 2. num. 5. demonſtrauimus, triangulum Hexagoni (poſito vno latere 35.) ſit tantum $530\frac{5}{8}$. Hoc ſubtractum ex ſcalpro, quod inuenimus eſſe $641\frac{2}{3}$. relinquet vnum ſegmentum $150\frac{5}{8}$. quod longe maius eſt eo, quod primo inuentum eſt $106\frac{17}{18}$. maius, inquam, ſexta parte ſcalpri. Non ergo ſegmentum hexagoni ſexta pars eſt ſcalpri, vt tu vis, ſed maius.

RVRSVS poſita diametro 70. erit circumferentia $219\frac{61}{71}$. minor quam vera; ideoque area minor, quam vera $3847\frac{76}{142}$. ſexta vero eius pars, hoc eſt, vnum ſcalprum, $641\frac{218}{852}$. Igitur per Scaligerum ſexta huius pars dabit vnum ſegmẽtum hexagoni $106\frac{4478}{5112}$. At ſi ex ſcalpro proxime inuento $641\frac{218}{852}$. dematur triangulum hexagoni paulo ante inuentum $530\frac{5}{8}$. reliquum fiet vnum ſegmentum $110\frac{2162}{5112}$. fere, quod multo maius eſt prius inuento $106\frac{4478}{5112}$. Itaque ſiue ſecundum Archimedem ſumas circumferentiam vera maiorem, ſiue minorẽ, perſpicue

cernis

Digitized by Google

cernis,te falſum demonſtrare.Nam ſegmentum hexagoni neque eſt $\frac{1}{36}$ totius circuli,neque $\frac{1}{6}$ ſcalpri, neque $\frac{1}{3}$ trianguli ad centrum, vt tu falſo putabas.

VERVM vt improbam ignorantiam tuam,tanquam in ſpeculo,liquidiſſime perſpicias, teque ipſum ex aſpectu tanquam rabidus canis auerſere,perpende, quæ ſim dicturus. Segmentum hexagoni, ex ſolida Archimedis demonſtratione inuentum ſecundum limitem minorem eſt $110\frac{2160}{5112}$. quod per 36. multiplicatum efficit numerum $3975\frac{1080}{5112}$. multo maiorem area circuli 3850.quæ maior eſt, quam vera.. Non pudet ergo te, tam inſigniter mentiri, vt dicas, circulum æqualem eſſe 36. ſegmentis hexagoni?

PER hæc corruunt omnes tuæ chimæræ, quibus circulum quadrare conaris, vt operæpretium non ſit, in illis refellendis tempus inutiliter terere, cum nihil veri contineant. Solum vnum obiiciam tuæ quadraturæ in coroll. & ſcholio propoſ. 3. ſecundæ partis Cyclometriæ.

SCALIGER in coroll. & ſcholio propoſ.3. ſecundæ partis Cyclometriæ.

Ex his patet, circuli aream eſſe æqualem rectangulo ſub latere trianguli æquilateri in eo ipſo inſcripti circulo, & nouem decimis diametri concepto.

CLAVIVS.

ITAQVE ex tua ſententia,ſi diameter circuli fuerit 16. erit area circuli maior, quã 199. minor vero quam 200.quod omnino falſum eſt ex iis, quæ ab Archimede ſunt demonſtrata. Nam hæc tua area minor eſt,quã area ſecundum Archimedem, etiam ea, quæ minor eſt, quam vera.quia poſita diametro 16. inuenitur area minor, quam vera, $201\frac{1}{71}$.maior autẽ, quam vera, $201\frac{1}{7}$.ita vt vera area conſiſtat inter $201\frac{1}{71}$.&$201\frac{1}{7}$.at ſecundum te,inter 199.&200. quarum vtraque minor eſt, quam vera.

SED vide ineptiam tuam,dicam melius,inſcitiam in circulo quadrando: cum,ſi vera ſit tua quadrandi ratio,ſequatur,partem eſſe toto maiorem. Negas? aduerte. Poſita diametro 20000000. erit latus trianguli æquilateri in circulo deſcripti $17320508\frac{75}{1000}$. radix videlicet quadrati, quod triplum eſt quadrati ſemidiametri, [a] quandoquidem trianguli latus potentia triplum eſt ſemidiametri. Hanc radicem inueſtigauimus, apponendo 000000.vt propinquam inueniremus in milleſimis particulis,vt lib. 6.Geometriæ Practicæ propoſ. 20.tradidimus.Si igitur hoc latus,ducatur in $\frac{9}{10}$.diametri,i.e.in 18000000.pducetur per te area circuli 311769145350000. Sed poſita eadem diametro 20000000. area figuræ 36. laterum æqualium intra circulum deſcriptæ eſt 312566567093244. Nam vnum latus dictæ figuræ eſt 1743114. duplum nimirum ſinus grad. 5. ac proinde ſemiperimeter 31376052. qui ductus in 9961947. perpendicularem ex centro in latus demiſſam (quam quidem dat ſinus complementi grad. 5. poſita ſemidiametro 10000000.) producit aream 312566567093244.quæ maior eſt quam tua area circuli 311769145350000.quod eſt omni abſurdo abſurdius. videat ergo lector,quam ſit egregius quadrator Scaliger, & conferat eius quadraturam cum quadratura circuli Archimedis, quæ aream eiuſdem circuli exhibet maiorem,quam 314084507042253. (cum hæc area ſit minor,quam vera) quæ quidem maior eſt, quam ſuperior area figuræ 36. laterum æqualium, vt par eſt.


[a] *12.tertijdec.*

I NVNC Blatero, & gloriare in ſcholio propoſ.6. Appendicis, te demonſtraſſe, circulum minorem eſſe, quam rectangulum comprehenſum ſub ſemidiametro, & longitudine tripla ſeſquiſeptima longitudinis diametri.(Dicere debueras,& ſemiſſe longitudinis triplę ſeſquiſeptimę longitudinis diametri)contra Archimedẽ. Iacta: te circulo æquale rectilineum dediſſe,ac feciſſe, quod nullus veterum,aut recentiorum.Clama in ſcholio theorematis 10. Appendicis. Vbi ſunt igitur iſti,qui circulum concipiunt ſub ſemidiametro,& ſemiperimetro? Quam falſi ſunt opinionis ſuæ? Quam falſus ipſe diuinus prope Archimedes cui talis circulus eſt $201\frac{1}{7}$?Circulus igitur eſt potentia minor rectangulo comprehenſo ſub ſemidiametro, & dimidio rectæ, quæ tota minor eſt triplo,& ſeptima diametri. Prædica in ſcholio theorematis 12.Appendicis,quantum abſint à vero, qui circulum, cuius diameter 16. maiorem faciunt quam 200. omnes enim hæ tuæ vociferationes vanæ ſunt, & nil ſolidi continent. Atq; euidentiſſime per ea, quæ Archimedes demonſtrauit, refelluntur.

PIGET me in confutandis ſequentibus 13.propoſitionibus tempus terere, cum omnes falſæ ſint; quippe quæ vim ſuam accipiant à quadratura tua, quæ ad veritatem minime quadrat.

NON tantum denique otii eſt, vt vltimam propoſitionem Cyclometricorũ elementorum refellam, qua euertere conaris Archimedis quadraturam paraboles: quandoquidem neque quid ſit parabole, intelligere, neque ſubtiliſſimas Archimedis rationes penetrare (quippe quæ captum tui intellectus excedant) videris. Sed Archimedis vt conſulam & nomini & dignitati, detegam hoc etiam loco tuam in Geometria imperitiam.

SCALIGER in propoſ.19. ſecundæ partis Cyclometriæ.



PARABOLEN oſtendere,quæ ad triangulum in eadem baſi, eademque altitudine cum parabole conſtitutum rationem habeat ſeſquitertia minorem.

ESTO coni KBC, baſis circulus KBNC, ſectus normaliter diametris KN, BC. Quia recta KB,KC,ſunt latera quadrati circulo inſcripti,& angulus K,rect°, conus KBC,erit orthogonius,per defin.18.elementi 11. Secto latere KB, bifariam in L, & iuncta DL, erit angulus DLK, rectus per 3. tertij. Angulus quoque K, rectus eſt. Ergo recta DL, CK, ſunt parallelæ, per 28.primi. Ideo conus KBC, Sectus per DL, faciet parabolen. Faciat parabolen BLEMC, abſciſſa ſcilicet recta DE, quæ ſit æqualis ipſi DL, & ideo ſit altitudo paraboles, cuius baſis eſt æqualis diametro baſis conicæ,& idcirco maxima omnium baſium parabolicarum in ſectione coni orthogonii: & tota triangulo KBC, inſcripta,hoc eſt, non ſecta à triangulo KBC. quod quidem triangulum fit plano conum per verticem,& axem ſecante per 3.primi conicorum Apollonii. Inſcribatur triangulum EBC, in eadem parabola. Oſtendamus parabolen BLEMC, ad triangulum inſcriptum (hoc eſt,ad triangulum in eadem baſi,& altitudine) habere rationem minorem ſeſquitertia,&c.

CLAVIVS.

NVLLA ratione æquo animo ferre poſſit iſtam tuam impudentiam, qua libellum Archimedis de quadratura

Digitized by Google

tura Paraboles, quem omnes docti merito ſuſpiciunt, audes impugnare. Videamus ergo, quàm egregie demonſtres, Parabolen BLEMC, minorem eſſe, quam ſeſquitertiam trianguli BEC. Primum ergo ſine demonſtratione ſumis parabolam intra triangulum KBC, includi. quod falſum eſſe ex Appollonio ſic demonſtro. Quia DE, EA, æquales ſunt ex tua conſtructione, [a] tangent rectæ AB, AC, parabolen in B, & C, [b] Ergo rectæ BK,
a 33. primi Apollon. CK, parabolam ſecabunt: ac proinde parabola non includetur intra triangulum KBC. Deinde ex GE, IE, abſcindis tertias partes GF, IH, & ductis rectis FB, HC, recte demonſtras, trapezium FBCH, ſeſquitertium eſſe
b 32. primi Apoll. trianguli EBC, Nam triangulum EBD, duplum eſt trianguli BEG. Qualium ergo partium 6. eſt triangulum EBD, talium 3. erit triangulum BEG; ſed BFG, eſt 1. & BEF, 2. Igitur qualium EBD, 6. talium trapezium FBCH, 8. Et qualium EBC, 12. talium FBCH, 16. ideoque trapezium FBCH, trianguli EBC, ſeſquitertium eſt.

Sed quando poſtea ſubinfers, parabolen minorem eſſe trapezio FBCH, toto cœlo aberras: quia putas, parabolem intra trapezium eſſe deſcriptum. quod verum non eſt, cum rectæ FB, HC, parabolen ſecent: ſiue puncta F, H, ſint inter α E, & β E, vt in noſtra figura, ſiue inter α G, & β I, vt in tua figura. Vbi etiam petis principium, ſumendo ſine demonſtratione, punctum F, ſemper cadere inter G, α, quod tamen ad rem non facit. Itaq; nulla ratione probas, parabolem minorem eſſe, quam ſeſquitertiam trianguli. Ex quo efficitur, cum vere Archimedes demonſtrauerit, parabolen eſſe ſeſquitertiam trianguli, quicquid tu oblatres: parabolen æqualem eſſe trapezio FBCH, ſi figura recte conſtruatur. Diſce ergo prius elementa conica, antequam Archimedem reprehendas.

SCALIGER, in ſcholio eiuſdem propoſ. 19.

ERGO aut non omnes parabolæ, aut nulla habent rationem ſeſquitertiam ad triangulum eandem baſim, & altitudinem cum ipſa parabole habens. Atqui Archimedes libro περὶ τετραγωνισμοῦ παραβολῆς demonſtrat, parabolen omnem eſſe ſeſquitertiam trianguli ſibi inſcripti: quam demonſtrationem multis Epichiremaſin mechanicis muniuit. Sane mirum eſt tam egregium opus hac vnica propoſitione noſtra oppugnari, neque quomodo Archimedem tantum virum defendam, video. Quin etiam parabole, qua vtitur idem Archimedes, eodem modo poteſt oppugnari. quod ſatis mirari non poſſum.

CLAVIVS.

Omnis parabola ſeſquitertia eſt trianguli ſibi inſcripti, vt egregie Archimedes demonſtrauit. Et ſane mirum eſt, te tuis paralogiſmis veritatē voluiſſe oppugnare. Sed quid mirum, te nō videre, quo modo Archimedem defendas, cum eum nec intelligas? Et ſane omnis parabola eodem modo tuo ſophiſtico oppugnari poteſt.

SCALIGER in eodem ſcholio.

SI non Geometriam, ſed oculos in conſilium adhibeamus, quis prima fronte, nulla demonſtratione praeunte, non videt, figuram BLEB, eſſe minorem tertia parte trianguli BED? Ne autē vllum dubium in figura paraboles BLEMC, relinqueretur, ſcito, nos eam parabolen ad ſectionem coni materialis, quam proxime fieri potuit, efformaſſe.

CLAVIVS.

O egregium Pſeudogeometram in vltimas terras amandandum, qui oculis, & materiali parabolæ magis fidem præbet, quam ſubtiliſſimis Archimedis demonſtrationibus. Profecto tu ipſe in prolegomenis monueras, non eſſe fidendū circino, niſi demonſtratio accedat. Quomodo ergo pugnantia loqueris? Eodem ſane modo in Prolegomenis Cylometricorum, & in Appendice, adhibes in conſilium oculos, & materialem circulum ſuper recta motū, vt perſuadeas, peripheriam circuli ad diametrū proportionem habere maiorē tripla ſeſquiſeptima: omiſſa demōſtratione acutiſſima Archimedis contrariū demonſtrante, vt propterea audiendus nō ſis. Triūphet ergo Archimedes cū ſuis demōſtrationibus, & Scaliger cū ſuis paralogiſmis euaneſcat omnino, & nihilū recidat.

Nihil hic dicā de eius Meſolabio, quod innumeris quoq; ſcatet erroribus. Solū diſſimulare non poſſum puerilem eius errorem in propoſ. 6. vbi docet, propoſitionem 35. lib. 9. Eucl. poſſe conuerti, ſine vlla demonſtratione. quem errorem nullo negotio in hiſce numeris agnoſcere potuiſſet.

2. 5. 11. 29. vel 4. 12. 50. 136.
3. 27. 8. 132.

Detracto enim primo numero ex ſecundo, & vltimo: eadem eſt proportio reſidui ſecundi ad primum, quæ reſidui vltimi ad omnes antecedentes: & tamen quatuor propoſiti numeri proportionales non ſunt. Vbi eſt ergo acumen Scaligeri, qui rem tam manifeſtam non aduertit?

Proposui candide Lector, quantum in me fuit, ſpecimē aliquod doctrinæ, ſeu mauis inſcitiæ Scaligeri in re Geometrica; breuius fortaſſe & moderatius, quam & eius innumerabilia flagitia poſtulabant, & hominis impudens petulantia extorquere ab inuito videri potuit: (Cum & me quieta pace fruentem, & Gregorij Pontificis ſummi authoritate receptum ab vniuerſis, qui cum Chriſtiana religione bene ſentirent, Calendarium, conuitijs atq; calumnijs, quibus potuit, quibus non potuit, exulcerauerit, & importune laceſſito, & diu reluctanti mihi, fuerit tamen pro re Catholica ad arma atq; ad inuiſum, ignotumq; antea ſcriptionis genus deueniendum) Sed ætati & ingenio meo dandum aliquid fuit. Illud etiam eſt in cauſa, quod ſingula quotquot toto illo paralogiſtico hominis libello errata inuoluuntur, recenſere & enumerare velle, non vnius hominis, non vnius ætatis opus fuiſſet. Singulas enim fere propoſitiones ſuas, quaſi gemmis annulos, ita ipſe paralogiſmis, & quidem crebris grauibusq; diſtinxit. Tu vero mi Scaliger dediſce tandem ineptire, exue tuam iſtam inſanam temeritatem; Diſce homines eſſe aliquos, quos fallere nequeas, qui te, tuaq; plane dignoſcant, falſaq; à veris diſtinguere iam pridem norint. Agnoſce, quā multis in rebus, quam fœdum in modum labaris, atque Mathematici nomen tuis veluti viribus impar onus, vergente iam ad interitum ætate, ſapientior factus depone: vereri cæteros, te non vſque adeo omnibus anteferre, vt veluti infra te poſitos derideas, atq; contemnas, aſſueſce aliquando. Atque illud poſtremo ex me habeto, hominem te vel nulla virtute, vt ait ille, redemptum à vitijs, amare tamen poſſumus, improbum te non odiſſe, etiā non fuerit nobis difficillimū: Allatrantem in bonos, laudatosq; viros, quietos homines irritantem; mendacem, falſumque Mathematicum, impurum, impium, non homines, non Deus, cuius tibi iram ingentem iram theſaurizas, patietur.

AD LECTOREM.

Magna nobis cura fuit, beneuole Lector, vt hac editio quam correctiſſima prodiret, itaq; de duobus erratis, quæ in Geometria practica ſerius animaduertimus, alieno etiam loco te admonere, quam ea omnino negligere, ſatius iudicauimus. alterum eſt pag. 187. verſu 60. vbi pro, maius recta CD, lege, maius ſemiſſe rectæ CD. alterum eſt pag. 221. vbi pro cubo radicis 138. (2628072.) lege, 2628027.

FINIS.

Digitized by Google

CONFVTATIO CALENDARII GEORGII GERMANNI WARTENBERGENSIS BORVSSI,

Auctore

CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI SOCIETATIS IESV.

Digitized by Google

IN CALENDARIVM TRIPLEX GEORGII GERMANNI ANIMADVERSIO CHRISTOPHORI CLAVII Bambergenſis è Societate IESV.

AD

AD GEORGIVM GERMANNVM VVARTENBERGENSEM BORVSSVM.

VIX hoc Anno 1609. reſponſionem meam ad conuicia, & calumnias Scaligeri in Calendarium Gregorianum Moguntiæ impreſſam receperam; cum ecce è Germania ad me affertur noua tua, Germanne, Calendarij reformatio, cuius hæc eſt inſcriptio.

Computus Eccleſiaſticus

SIVE

CALENDARIVM TRIPLEX.

Gregorianum, Antiquum, & Nouum, cum nouo cyclo Lunari, & refutatione quorundam inſignium errorum Chriſtophori Clauij Bambergenſis è Societate IESV clariſſimi noſtri temporis Mathematici.

AVTHORE

GEORGIO GERMANNO VVARTENBERGENSI BORVSSO.

VT honorifice de me, meoque Calendario, Georgi Germanne, detraheres, nouo conſilio, dubiaque vt reor, arte, & clariſſimum noſtri me temporis Mathematicum vel in ipſa libri tui inſcriptione, tanquam in veſtibulo nimis indulgenter appellas: & inſignes meos errores ex altera parte prætendis, quæ duo quam bene conueniant, tui ſit iudicij: pugnare mihi quidem certe videntur; neque enim, qui tam grauiter errare in re tam vulgari potuit, inſignes inter Mathematicos numerandus fuerat. Verum dulci melle, vt credo, latere tutius venena iudicabas: & (vt cum pueris fieri conſueuit, vt pharmaci amarorem ſugant) ipſam quaſi vaſis oram, ſuaui nectare non quæſitæ & iam diu à me repudiatæ laudis imbuiſti. Sed viro ſeni dare verba tam fore difficile tibi perſuadere debueras, quam facile tuas euolui poſſe technas, quas non bene compoſueras. Sed ſi candide, & more maiorum, vt dicitur, id egiſti, laudo ingenuitatem, ſed iudicium deſidero, quod pace tua ſit dictum. conſultius enim, & gratius accidiſſet, ſi de meis laudibus obticuiſſes, quas mihi non arrogo, rationibus, ſolidiſque tamen argumentis egiſſes, vt te facturum in ipſo libri titulo inſinuaueras, quod vbi præſtiteris, non ſatis apparet. Fortaſſe faciliora videbantut initio, quæ animo verſabas, quæque tibi demonſtrare poſſe videbaris: ſed voluntati minus obſequentem ſe præbuit ſtylus, & renuit appingere calamus, quæ mens non recte digeſſerat. Sed laus, quantulacunque, tua tamen ſit voluiſſe: ſi voto res non reſpondit; humani ingenii conditioni tribuatur, quod non omne, quodlibet, extundere pro arbitrio poteſt. certe illud penſandum fuerat, obruta iam ingenia multorum, & impugnatione Calendarii defatigata, & nequicquam torta, ſpem victoriæ eripuiſſe omnibus; nec tã dubium ſpiſſumque opus, niſi compoſitis cum rei difficultate viribus fuiſſe tentandum. Et vt ingenue, quod eſt, fatear, non raro mecum ipſe cogitaui, quidnam rei eſſet, cur tãtopere non pauci noſtræ ætatis Mathematici, iique non ignobiles, omnem ſuam induſtriam operamque eo retulerint, cum poſſint alioquin in tam lato & aperto ampliſſimæ diſciplinæ campo operam locare ſuam, vt Gregorianum Calendarium, tanquam inimicam & infenſam arcem, oppugnarent, obſiderent, demolirentut? Hæc mecum cogitanti illud venit in mentem: huiuſmodi homines, vt is qui ex Dianæ Templi incendio famoſam, & ſacrilego ſcelere nobilitatam famam captare voluit; vel ex ipſa Calendarii oppugnatione ingloriam emendicare gloriam, & illaudatam ambire laudem iniuſte contendere. Deus bone, alius iam mihi ſeni, & affecta ætate ex alio labor trahitur, non vt Gregorianum Calendarium emuniam, ſed vt veteratorie

& mali-

& malitioſe per calumniam intentas machinas euertam, quæ ideo excuduntur, & quotidie aliæ de nouo excogitantur, vt ipſe iam iiſdem nugis, & faſtidii plenis defatigatus liberum cuique faciam, quodcunque voluerit blaterare, vt victoria, quandoquidem haberi rationibus & rei æquitate non poteſt, ſilentio meo, & improuida taciturnitate obtineatur. Et ſane impetraſſent à me id facile, ſi eorum, quæ iſti afferunt, rationem habendam eſſe iudicaſſem, ſed cum de tanti negotii dignitate detrahi viderem, ſi inconſulte reticuiſſem, & duobus verbis, vt dicitur, friuolis ſophiſmatis & paralogiſmis reſpondere recuſaſſem; nec officio meo vnquam deeſſe volui, nec eorum licentia iberiorem aperiri campum mihi permittendum eſſe duxi. Certe illud non negauerim, ex omnibus qui hactenus in Calendarium irruperunt, nec peritius quenquam, nec melius, quam te, Georgi ſcripſiſſe. Proinde in maximam ſpem veni, vnum te fore ex acerrimis noſtri Calendarij propugnatoribus, ſi ad meas pendendas rationes candide & ſyncere, quod facies, acceſſeris. multum enim refert, quo animo quis vel ſcribat, vel aliena perlegat, turbidus enim & lutulentus fons nec accipere, nec reddere imaginem poteſt; hic idem ſi liquidus, & illimis ſit, quodcunque oppoſueris, probe referet. Amice igitur, vt ſoleo ſemper, moneo, ne tibi plus ſolito placeas, neque ad Lesbiam, vt dicitur, regulam tuas exigas opinationes, ſed ad firmiſſimam Mathematicæ normam, quam ſi adhibueris, luce clarius perſpicies, non inſignes modo, ſed nullos penitus errores in Calendario nobis excidiſſe; neque enim errores dicendi ſunt, quos neceſſitas, non ignorantia ſecum affert; quique nullius ingenii queant ſubtilitate vitari. Itaque, mi homo, parcius iſta viris obiicienda memento, vbi. n. verba exciderunt, reuocari non poſſunt, & ſilentium ſæpiſſime profuit etiam ad gloriæ conſequutionem, quam dum auidius appetis, aliorum inſectatione ſcriptorum, turpius amittis. neque ſupra vires, ingeniumque cœpta tentanda ſunt; ſed qui poſteritati librorum editione ſtudet, vt implumes, nec dum expertæ cœlum auiculæ volatu abſtinent, ſeque intra nidum continent imbecillitatis ſuæ conſciæ, vſque dum validior penna tenue corpuſculum per auras impune ferat, paulatim & ſenſim, vt dicitur, ſine ſenſu, ea primum improbæ & malignæ luci committere debet, ex quibus niſi cumulatiſſimam referat laudem, certe nullam inde vel liuoris notam, vel ignorantiæ labem contrahat. Non grauate credo feres à Sene, qui tot annorum ſpatio in dubio hoc puluere currum verſauit, tam humaniter moneri, quandoquidem, vt tu ipſe dicis, veritas adhuc minutula degeneri partu licet odium pariat, mox validior & robuſtior natiua virtute beneuolentiam amoremque progignit. Et vero auerſetur quamuis primo amarorẽ potionis æger, mox eam hauſtam amat, gaudetque, dum inamabili ex radice fructum ſperat ſe reportaturum omnino ſuauiſſimum. Tu vero ſi me audies, ingenium iſtud excoles ſeueriore cultu, iudicio longe ſtrictiore; lucem fuge ad tempus, & illius publicandi ambitionem euita, vſque dum vel nonum preſſum in annum, quodcunque opus excudes, tuto verſari per hominum manus poſſit. Sic enim non pœnitendum, & laborũ tuorum, quos non male ſane collocaueris, ſi perges, & ingenii fructum referes. Vt enim non multo ante dixi, ingenium non deſidero in tuis ſcriptis, ſed veritatem in rationibus, iudicium in ſententiis, quod inconſulto ea in me ſcripſeris, quæ nec probaſti, nec probare vnquã poteris; & ea pollicitus ſis, quæ nuſquã apparent. Quod ad extremũ, me conſultore, ad tã difficile opus te deſcendiſſe dicis, de tuo addis; næ tu ſi me conſuluiſſes, intempeſtiue prodiiſſes in ſcenã, antequam tecũ & muſis diu accinuiſſes, diuq; tacitus limaſſes, quod tot tamque variis hominum ſententiis erat ſubiiciendum. Nunc vero, non inficiabor, conſultor accedo; conſiliũ ſalutare illud eſt, vt male cantata recantes, docilemque te ad ea, quæ dicturus ſum præbeas; neque te, licet erraueris, didiciſſe pudeat, non poteſt enim athleta magnos ſpiritus ad certamen afferre, vt ille ait, qui nunquã ſugillatus eſt. Ille qui fudit ſanguinem ſuum, cuius dentes crepuerunt ſub pugno, ille qui ſupplantatus aduerſarium toto tulit corpore, nec proiecit animum proiectus, qui quoties cecidit effectus peritior reſurrexit, cum magna ſpe deſcendit ad pugnam. Hoc extremum addidi, vt intelligas medicinam me, non venenum adhibere, & curationem afferre, non gladium. Æqui igitur bonique facias, ſic te Deus amet, quæ à me dicuntur, abeſt enim omnis dolus malus, aculeus in mea oratione nullus erit, qui non ſuauiter pungat, extimuletque te beneuole magis, quam contumelioſe. Atque vt hinc ordiar, hoc tuum Calendarium, Germanne, infidum & inconſtans cum primis eſt: ventus & nubes, vt ille ait, & pluuiæ non ſequentes. Enimuero multa pollicetur initio, tum nihil præſtat: quod ne verbis à nobis tantum id dici, non re oſtendi conqueraris, ſic demonſtro.

1. PRIMO, non video nouum cyclum lunarem, de quo te iactas. Vbi nam obſecro ille in toto hoc Calẽdario latet, quas amabo te tam abſtruſas, ſe recepit in latebras? An quia triginta aureos numeros partim ſimplices, & partim æquatos conſtituis? Verum hoc non eſt nouum cyclum lunarem condere, ſed cyclum decẽnouennalem aureorum numerorum mirum in modum perturbare, & cum quibuſdam numeris interiectis confundere: cum cyclus lunaris apud omnem antiquitatem, etiam ante aduentum Chriſti Domini, continuerit ſemper vndeuiginti tantummodo annos, quod & in Apologia contra Mæſtlinum, & in explicatione Calendarii abunde docui. Verum de hac incondita aureorum numerorum conditione, atque multitudine paulo poſt dicam. Neque enim in Eccleſia admittendum eſt, vt introducantur triginta aurei numeri, qui vt fictitij ſunt, ac nunquam auditi, ita multos poſt ſe trahunt errores, vt ſuo loco manifeſtum erit.

2. DEINDE, non agnoſco tam inſignes meos errores, quos te refutaſſe gloriaris, quod ſuo loco oſtendam. Sed diluamus primo ea omnia, quæ in Epiſtola nuncupatoria in Calendarium Gregorianum inconſiderate dixiſti. Aſſeris inprimis, Aſtronomos grauiter conqueri, quod Calendarium Gregorianum nec iuſtum ſit, nec priſcos Eccleſiæ Orthodoxæ ritus conſeruet: quia videlicet in eo nec apparens, nec medium, nec fictitium illud, quod reformatores Calendarii excogitarunt, æquinoctium in die 21. Martii fixum manet. Qui vero ſunt, obſecro, iſti Aſtronomi? Certe tui ſimiles, qui plus ſcire ſe putant, quam alios.

3. ADDIS, eoſdem Aſtronomos conqueri, quod Epactæ Calendarii ita calculo cœleſti adaptatæ ſint, vt non raro luna, quæ earum indicio eſt xiiij. iuxta calculum primum ſit xiij. Ex quo ſequitur, nos ſacrum Paſcha ſæpe in vltimo Hebræorum menſe, ſæpe etiam luna xiiij. celebrare.

4. DENIQVE ais, Aſtronomos illos ægre ferre, quod reformatores Calendarii nouum quendam, ac moleſtum, nec non per diſcontinua numerorum interualla, de anno in annum ſaltantem Epactarum cyclũ,

Digitized by Google

quo nunquam antehac Eccleſia vſa eſt, inuexerint, cum antiquus aureus numerus, modo illi æquatio adhibeatur, idem quod Epactæ, & faciliori quidem ratione, præſtare poſſit.

5. HÆ ſunt grauiſſimæ querelæ, quas ex ore tuo Aſtronomi illi de Gregoriano Calẽdario afferunt: quas nullius eſſe momenti, ex his intelliges. Prima enim mera eſt calumnia. Iuſtiſſimum namque eſt Calendariũ Gregorianum, omneſque ritus priſcos Eccleſiæ Catholicæ conſeruat. quod copioſiſſime & in Apologia contra Mæſtlinum, & in explicatione Calendarii Gregoriani à nobis eſt demonſtratum. Quod autem addis, nec apparens, nec medium, nec fictitium illud, quod reformatores Calendarii excogitarunt, æquinoctium in die 21. Martii fixum manere; videris non legiſſe caput 5. Explicationis Calendarii, vel cap. 5. lib. 1. Apologiæ contra Mæſtlinum, vbi pluribus verbis doceo, reformatores neque de vero, neque de medio æquinoctio Aſtronomico, neque de fictitio aliquo loqui, ſed de æquinoctio anni Alphonſini, qui medius eſt inter maximum, ac minimum annum, ſecundum quem inſtituta eſt æquatio æquinoctii quadringentorum annorum: cum, vt omnes Aſtronomi docent, in annis 134. vnum diem anticipet, & in annis 402. tres dies. Neque valde ſoliciti fuere de æquinoctio vero, quod inæquabiliter progreditur, modo à die 21. Martii verſus finem menſis recedendo, modo iterum ad eum diem verſus menſis principium accedendo. quod ex tuo quoque calculo capitis 7. liquido conſtat. Neque vero Eccleſia irregulari æquinoctii motui alligata eſt, ne perpetuum diſſidium inter fideles excitetur. Lege, quæſo te, ſupra dictum cap. 5. ex quo facile intelliges, te fruſtra in tuo Calendario ad nauſeam vſque æquinoctium verum nobis obiicere.

6. AD ſecundam querelam reſpondimus in Explicatione Calendarij pluribus in locis. Nimirum propter cycli imperfectonem, quicunque is ſit, contingere nonnunquam, (quod tamen in Gregoriano Calendario rariſſime accidit) vt Paſcha in vltimo Hebræorum menſe, vel etiam in ipſa xiiij. Luna celebretur. Id quod etiam in tuo Calendario fit, & quod abſurdius eſt, ſæpiſſime in eo Paſcha celebras in ſecundo, vel vltimo menſe, & quidem extra terminos, quos Patres nobis præſcripſerunt.

7. TERTIA querela in tuum potius Calendarium, quam in noſtrum quadrat. Tui enim aurei numeri æquati ſine vllo ordine liberius quam velles ſaltant, neque certis legibus tenentur, vt ſuo loco clarius aperiam. Epactarum vero cyclus nouus nõ eſt, neque verum eſt, illo nunquam antehac Eccleſiam vſam eſſe. Nonne etiam ruſtici, nautæ, ac vulgus imperitum per Epactas ætatem Lunæ ſemper inueſtigarunt? Nonne in omnibus libris Eccleſiaſticis, vt in Breuiarijs, ac Miſſalibus, docetur inuentio Epactæ eiuſque vſus? Quid enim magis accommodatum excogitari poteſt ad Nouilunia, pleniluniaque media exploranda, quam Epactarum cyclus? Epactæ namque ſunt numeri dierum, qui menſe Decembri poſt vltimam anni lunationem ſuperſunt, vt cap. 9. in Explicatione Calendarii declaraui. Neque vero de anno in annum ſine ordine ſaltant, vt cauillaris: ſed ſemper per 11. progrediuntur, niſi quãdo aureus numerus eſt 19. tunc enim adiiciuntur 12. ad Epactam, vt ſequentis anni Epacta formetur, vt cap. 10. in Explicatione Calendarii diximus.

8. IN eadem poſtea Epiſtola nuncupatoria triumphum de me canis, quod in Apologia aduerſus Mæſtlinum quaſi contraria ſim locutus: cum pag. 296. mirifice glorior in Calendario Gregoriano omnes eſſe errores vitatos: deinde pag. 322. affirmo, in nullo Calendario omnes errores euitari poſſe. Sed audi bone vir, non intelligo in priori loco, omnes omnino errores eſſe euitatos, cum hoc fieri non poſſit, quod aliqui nequeant vitari, & ob id errores ſimpliciter dicendi non ſint; ſed quod ex his ipſis multo pauciores, & minores, in noſtro Calendario inueniantur, quam in veteri. ita namque pag. 299. me dixiſſe reperies. Quod ad
» tertium errorem attinet, (ne videlicet Paſcha Lunam xxj. conſequatur, hoc eſt, ne in quartam hebdomadam
» menſis Lunaris incidat) ſi error dicendus eſt (cum in nullo cyclo vitari queat) ingenue confitemur Canon.
» 2. Calendarii noui, propter poſtpoſitionem neceſſariam accidere interdum, vt Paſcha in principium quartæ
» hebdomadæ, hoc eſt, in Lunam. xxij. ſiue in poſteriorem quadratum Lunæ aſpectum incidat. Quid igitur habes hoc loco, quod objicias? nihil profecto, cum ibidem perſpicue explicauerim, eſſe neceſſario aliquos errores, qui propter imperfectionem cycli vitari nequeant. Expecta pauliſper, donec in ijs, quæ ſequuntur, videas, in quot errores, ob æquatum aureum tuum numerum, & æquationem æquinoctij veri, imprudens incurras.

9. AD extremum in eadem Epiſtola affers cauſam, cur Calendarium hoc tuum conſcripſeris; quia videlicet Mæſtlinum, ad ſimile quid audendũ hortatus ſum; ac proinde, quod ipſe facere non potuit, illud feliciter te ad vmbilicum perduxiſſe gloriaris. Verum habeo hic, Germanne, non nihil, quod ex te paulo diligentius exquiram. Primum enim Catholicus ſi es, vt præ te fers, (quamuis hac de re ſuſpicari quis poſſit eo, quod Calendarium tuum iudicio atque cenſuræ Dauidis Origani viri hæretici ſubmiſeris; cum optime noris, omnes hæreticos probaturos ſcripta qualibet contra Romanam Eccleſiam edita) quid eſt, quod poſt Bullam Gregorij xiij. qua præcipitur, vt omnes nouo Calendario Gregoriano vtantur, auſus fueris nouum tuum nobis obtrudere? præſertim cum Clemens viij. in ſua Bulla prohibeat omnia alia Calendaria, quæ à vobis in poſterum conſtituentur? Neque enim te defendere poteſt mea adhortatio, qua Mæſtlinum ad idem faciendum inuitaui. Cum enim is hæreticus ſit, probe ſciebam, illum paruipendere Eccleſiæ Catholicæ auctoritatem, ac propterea ſuo arbitratu Calendarium aliud, etiam contra præceptum Pontificis, audere moliri, cum minas eius ac pœnas non metuat. quod de homine Catholico nemo ſibi perſuadere debet. Deinde non præſtitiſti, quod pollicitus es, & quod Mæſtlino ſuaſi. Neque enim Calendarium tuum annum ciuilem, & cyclos ab Eccleſia vſitatos adhibet, ſed verum motum æquinoctii, & cyclum aurei numeri mirum in modum perturbatum & confuſum, vt ſuo loco dicemus, nobis proponit: neque regulas faciles, ac perpetuas ad captum vulgi accommodatas præſcribit. Denique ſi habebas, quod in Calendario Gregoriano diſplicebat, quare illud non propoſuiſti ante eius publicationem, quando Stephanus Poloniæ Rex Compendium Calendarii à Gregorio xiij. ad Principes miſſum per ſuos Mathematicos examinauit, atque approbauit. Sane tunc integrum erat cuique ſuam ſententiam exponere. Nunc autem intempeſtiua nimis eſt hæc tua diligentia in nouo Calendario concinnando. Nam etſi omnibus conſtaret numeris, vt falſo prædicas, non tamen illud recipiendum eſſet, cum in Gregorianum iam Eccleſia Catholica vbique ſuſceptum ſit, atque

appro-

Digitized by Google

approbatum: præſertim cùm hoc ad vulgarem, popularemque ſenſum magis ſit, quam tuum, accommodatum. Atque hæc contra ea, quæ in Epiſtola dedicatoria Calendario Gregoriano obiicis, dicta ſint.

10. IAM vero quod ad Calendarium tuum attinet, non nego, multa in eo ingenioſe & acute inuenta eſſe, & excogitata: ſed quæ ad rationem Calendarii Eccleſiaſtici, quod populare eſſe debet, & captui vulgi accommodatum, non omnia pertineant, immo pleraque ei aduerſentur. Primum enim quis æquo animo ferat interiectionem illorum 11. numerorum inter binos aureos numeros non proximos? Cum enim neque ſint aurei numeri, neque Epactæ, qua auctoritate, aut quo exemplo illuc intruduntur? Res enim eſt prorſus noua, & inſolita, ac ſine vlla neceſſitate excogitata: cum ſine ea longe facilius Nouilunia reperiantur per Epactas, vt ſupra Num. 7. diximus, atque in Explicatione Calendarii docuimus; ac planius exponemus, cùm ad æquationem tuam aureorum numerorum ventum erit. Nunc autem ſic habeto, aureos tuos numeros æquatos, chimæræ omnino perſimiles eſſe, quippe qui temere ſint conficti; & quidem non recte abs te inuenti. Adde quod aliqui ex ipſis conſtituant vnam Lunationem dierum 31. immo interdum dierum 32. quo quid monſtroſius, vel abſurdius dici poteſt? Sed hæc infra.

11. QVIS etiam tibi non ſuccenſeat, quod cap. 4. æquationem æquinoctii per quadringentos annos progredientem, & ad medium annum inſtitutam reſpuis, amplecteriſque æquationem ſecundum verum motum directam, quæ valde inæquabilis eſt, & irregularis? An non in Compendio Calendarii ad Principes Chriſtianos anno 1577. tranſmiſſo diſerte docuimus, quo id pacto fieri deberet, ſi id expediret? Quid tibi, obſecro, tunc venit in mentem? An non ſtultitia eſt, velle Eccleſiam ad veros motus aſtringere, & fideles cogere verum æquinoctium ſupputare? Quis dirimet inter eos diſſidium, quod neceſſario orietur, cum hic has tabulas, ille alias contenderet ſequendas? Sane tabulæ Prutenicæ æquinoctium verum coniiciunt in aliũ diem, & Alphonſinæ in alium, & calculus Tychonicus in alium. Exempli cauſſa, Anno Domini 43103. quem tu tam procul diſtantem curioſiſſime elegiſti, vt calumniam Calendario noſtro parares, æquinoctium vernũ iuxta tabulas Prutenicas fiet 8. ferme diebus poſt diem 21. Martii: ſecundum Alphonſinas, 4. tantum fere diebus: quod calculus Tychonicus exhibet 8. circiter diebus ante 21. Martii. Quodnam ergo ex his Eccleſia Catholica ſequetur? Idem in aliis annis cerni poteſt. At complures namque annos æquinoctium tam ex tabulis Prutenicis, quam ex Alphonſinis ſupputaui, vt anno 9103. Prutenicæ tabulæ exhibent æquinoctium die 27. Martii: quod Alphonſinæ in diem 24. retrahunt. Muta quæſo ſententiam, ſi ſapis, & nobiſcum æquationẽ ſtabilem atque vniformem 400. annorum recipe: de qua pluribus verbis diſſerui in Explicatione Calendarij cap. 5. 6. & 7. præſertim vero, quia te etiam teſte cap. 10. Eccleſia ſpretis veris coniunctionibus luminarium, medias adhibet. Quin etiam Franciſcus Vieta vir doctiſſimus, & Ioſephus Scaliger, qui acerrime Gregorianum Calendarium oppugnarunt, non ſunt auſi hanc noſtram æquinoctii æquationem per 400. annos progredientem reprehendere, ſed eam vt probabilem, vltro receperunt. Quod ſi quando accidat, Paſcha ante æquinoctium verum celebrari, id abſurdum non eſt, vt in Explicatione Calendarij cap. 5. Num. 12. declaraui. Eodemque capite Num. 14. docui, quo pacto reſtituendum ſit æquinoctium ad diem viceſimum primum Martii, ſi forte longius ab eo receſſerit, & ſpes non ſit, vt ad eum reuertatur, quod iterum cap. 7. Num. 5. repetii. Ex his ruunt omnes tuæ obiectiones vociferationeſque, quibus Calendario Gregoriano exprobras, quod non ſemper paſcha peragat poſt æquinoctium. Agnoſce quoque tuum crimen, quod non executus es conſilium, quod Mæſtlino dedi; quippe qui non proponas regulas faciles, ac populares, vt par eſt, & quæ in Eccleſia ſunt ſemper vſurpatæ. Lapſus quoque meos quos vocas, æquinoctiorum in 22. annis, quæ in Explicatione Calendarii cap. 7. ſupputaui, quos quidem in tuo Calendario cap. 7. annotaſti, nullius eſſe momenti, facile quiuis intelliget, ſi diligenter mea æquinoctia cum tuis conferat. Paruam enim differentiam inter ea reperiet, cum tua poſt mediam noctem computentur, mea autem ad tempus circa meridiem, vel mediam noctem, vel certe circa occaſum Solis, non habita ratione horarum, referantur, v.g. anno 3156. pono æquinoctium fieri die 20. Martii circa occaſum Solis, quod tu ponis die 20. hora 21. poſt mediam noctem, quæ obſecro, differentia inter vtrumque exiſtit? certe nulla fere. Ita quoque anno 1653. ſtatuo æquinoctium die 20. poſt mediam noctem, quod tu reponis in die 21. hor. 0. poſt mediam noctem. Sic etiam anno 15804. æquinoctium à me inuentum eſt die 23. circa mediam noctem; quod tu ponis in die 23. hora 22. poſt mediam noctem, id eſt, duabus horis duntaxat ante mediam noctem quam nos poſt meridiem diei 23. computamus. Et ſic de aliis. Itaq; nodum in ſcirpo quæris, vt fertur, ac ſolũ calumniari velle videris. Et quidem æquinoctia illa non ego ſolus, ſed alii viri exercitati mecum calcularunt, vt de illis dubiũ eſſe non poſſit. Et ſane æquinoctium anno 20005. nondũ receſſiſſe à die 21. cum illud fiat die 20. poſt mediã noctem, quod tuus calculus ponit in die 21. hora 5. poſt mediam noct. h.e. poſt med. noctẽ, quæ diem 20. inſequitur, nemo negabit: quamuis in aliquibus annis minoribus, præſertim anno 9103. à te prolato aliquot diebus vltra diem 21. reperiatur. Sed hoc nõ impedit æquationem Calendarii Gregoriani, cum iterum ad diem 21. ſponte ſua redeat in annis ſequentibus. Accuſanda eſt in hoc negotio tabularum inconſtantia, atque incertitudo: quæ me coegit aſſerere, æquinoctium vernum ante annum 20005. nunquã vltra diem 23. Martii accidere poſſe; quandoquidem tunc hæret adhuc circa diem 21. Et quis crederet in aliquibus minorib. annis illud vltra 23. & 24. & eo amplius prolapſurum, & rurſus verſus diem 21. appropinquaturum, niſi calculus id oſtenderet? Coniectura profecto ſatis probabili adduci quilibet potuiſſet, vt exiſtimaret, illud non tam procul à die 21. poſſe recedere ante annum 20005. quod mihi quoque per imprudentiam contigiſſe, ingenue fateor: propterea quod non omnium præcedentium annorum æquinoctia ſupputaueram.

12. QVOD deinde me arguis, quod dixerim, æquinoctium medium præcedere, aut ſequi tanto tẽpore, quantum ſatis eſt, vt Sol motu ſuo vero arcum æquationis præceſſionis æquinoctiorum percurrat: vide ne tu hallucineris. Habeo enim pro mea ſententia Eraſmum Reinholdum, & Ioſephum Moletium cum aliis Aſtronomis eruditis. Rationes autem tuæ, quibus eam oppugnas, nullius omnino momenti ſunt, ſicut nec tua ſolutio meæ obiectionis, quod beneuoli Lectoris iudicio relinquo. Neque enim alias ſimul fierent æquinoctium verum ac mediũ, quando proſthaphæreſis æquinoctorũ nulla eſt, quod omnibus Aſtronomis repugnat. Eadem ferme ratione non recte me reprehendis, quod ſcripſerim, æquationem Solis nunquam duos

Digitized by Google

gradus continere. Conſidera, oro te, tabulas Prutenicas aliquanto attentius: & ſi æquationem orbis vnquā continere duos gradus deprehenderis, libenter dabo manus. Sed nunquam hoc inuenies: licet aliquando æquatio orbis per partem proportionalem correcta duos gradus ſuperet: quod contra nos nihil facit, quia de æquatione Solis, quæ in tabula reperitur, locuti ſumus: quemadmodum etiam maxima æquatio præceſſionis æquinoctiorum in iiſdem tabulis ponitur Grad.1. Min.10. Sec. 22. Ter. 30. quicquid ſit de eius correctione.

13. DENIQVE quod putas me falli, cum doceo, nouilunia peractis annis 312½. vno die ſedes ſuas in Calendario anteuertere, & non elapſis annis 304. egregie tu ipſe falleris, non ego, vt nuper in Reſponſione ad conuicia, & calumnias Ioſephi Scaligeri in Calendarium Gregorianum Moguntiæ impreſſa, à pag. 13. vſque ad pag. 22. pluribus verbis comprobaui. Nam ſi menſis Lunaris complectitur dies 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 10. Quart. 48. vt volunt tabulæ Prutenicæ; Lunares menſes 235. conficient dies 6939. Hor. 16. Min. 32. Sec. 27. Ter. 18. Quart. 0. Cum ergo anni 19. Solares conſtent diebus 6939. Hor. 18. deficient 235. menſes Lunares à 19. annis Solaribus Hor. 1. Min. 27. Sec. 32. Ter. 42. Atque hoc ſpatio temporis anticipat Luna ſedes ſuas in 19. annis. Vbi etiam neſcio, quid tibi in mentem venerit, vt diceres, in aliis annis Iulianis, qui per auctionem 76. annorum non ſurgunt, licet idem aureus numerus currat, anticipationem Nouiluniorum notari non poſſe: cum tamen hic notauerim anticipationem in 19. annis. Hinc rite ſubducto calculo, Luna in annis 312½. anteuertet ſedes ſuas. Hor. 23. Min. 59. Sec. 53. Ter. 5. quæ à die integro deficiunt ſolum Hor. 0. Min. 0. Sec. 6. Tert. 55. duntaxat.

POSITA eadem magnitudine menſis Lunaris dierum 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 10. Quart. 48. ſecundum eaſdem tabulas Prutenicas: & ſubducto eodem calculo deprehendes, Lunam in annis 304. anticipare ſedes ſuas horas tantummodo 23. Min. 20. Sec. 43. Ter. 12. quæ à die integro, id eſt, ab horis 24. deficiunt Hor. 0. Min. 39. Sec. 16. Ter. 48. quæ vt anticipentur; requiruntur adhuc anni 8. & eo amplius. Nonne vides, Germanne, Lunam verius anticipare vnum diem in annis 312½. quam in annis 304? Lege, quæſo, reſponſionem meam ſupra dictam. Ibi enim intelliges etiam cauſam, cur Hipparchus, quem turba Computiſtarum ſequitur, aſſeruerit, anticipationem vnius diei fieri in 304. annis. Quin etiam cognoſces, Nouilunia non poſſe anticipare vnum diem in annis 304. niſi ponas ea in vna enneadecateride anticipare hor. 1½. quod falſum eſſe ſupra diximus.

ATQVE hactenus ſatisfactum eſſe credo inſignibus illis erroribus, quos mihi affinxiſti: nullos enim eſſe oſtendi. Nam quod 35. illa Plenilunia Paſchalia, quæ cap. 8. recenſes, præueniant non nihil æquinoctium verum, error cenſendus non eſt, cum Eccleſia verum æquinoctium non obſeruet: ſatis eſt quod illa Plenilunia diem 21. Martii æquinoctio deſtinatum inſequantur. Quod etiam Lunæ xiiij. quas cap. 9. enumeras, plus æquo Plenilunia Paſchalia anteuertant; id ex imperfectione cycli prouenit: quem tamen defectum plerunque littera Dominicalis compenſat, vt in explicatione Calendarii diximus.

14. SED examinemus iam doctrinam tuam in tuo Calendario nouo, vt omnes intelligant, illud non omni labe carere, vt tu prædicas. Principio quæro ex te, quæ inuentio ſit illa ante cap. 7. in inueſtigatione diei æquinoctii, de numeris horarum lineola notatis. Nonne hæc res anſam præbet typographis innumerabilium errorum, cum facile lineolam aliquam omittere poſſint, vel apponere vbi opus non eſt? Sane hoc mihi puerile videtur inuentum. Oportuiſſet te tradere regulam, qua cognoſceretur, quibuſnam numeris apponenda ſit lineola, & quibus non: vt quilibet errata, ſi quæ forte à Typographo commiſſa fuerint, poſſet emendare, quod non feciſti: Expende diligenter tabulas noſtri Calendarii, & inuenies ſemper rationem, qua conſtruuntur. Adde, quod contraria illæ lineolæ docent: ita vt per illas reperiatur idem æquinoctium in aliquibus annis contingere in duobus diebus diuerſis, ſi tuum præceptum ſeruetur. Vt enim ex innumeris exemplis vnum proferamus. Anno 1900. æquinoctium in tuo Calendario notatur die 20. hor. 22. Martii. At ſi ſumamus annum 1800. cum 100. in latere, vt fiant 1900. fiet idem æquinoctium die 19. hor. 22. quia cum hor. 22. notata ſit lineola, accipiendus eſt dies vnitate minor, vt præcipis. Videſnè quam male ſibi conſentiant tabula illa, & præceptum tuum? Cur non animaduertiſti tam inſignem repugnantiam? Puderet me, ſi ſimile quid in meis regulis inueniretur.

15. EODEM fere vitio laborat regula tua cap. 15. ad inueniendum aureum numerum æquatum. Cum enim quibuſdam numeris æquationum affigas punctum, vt videlicet ſumatur tunc aureus numerus æquatus xiiij. pro 14. quis non videt, rem hanc mille periculis eſſe expoſitam: cum facile poſſit omitti punctum, vel apponi, vbi opus non eſt? Quare non docuiſti, quibuſnam numeris, æquationis affigendum ſit punctum, & quibus non; vt videlicet ſtudioſus Lector notare poſſet errata, quæ fortaſſe, hac in re negligentia Typographi irrepſerint; Nihil profecto de hac incuria excuſationis habere potes. Sed dic nobis, Germanne, cur tibi tantopere placet aureus ille tuus numerus æquatus? Mihi certe non probatur, cum nec ſit aureus numerus neque Epacta, ſed numerus caſu, & non arte inter aureos numeros Calendarii inſertus, licet illum ex adiectione alterius numeri ad aureum numerum procrees. Cur non eadem ratione Epactæ Calendarii Gregoriani dici poſſunt aurei numeri æquati? Vt enim tui numeri æquati conflantur ex numeris aureis ordinariis, & quibuſdam numeris additis: ita quoque Epactæ componuntur ex eiſdem aureis numeris ordinariis, & quibuſdam aliis numeris adiectis, vt in Computo Eccleſiaſtico docui. Et quidem longe facilius Epactæ ita componuntur quam tui aurei numeri æquati; quippe cum certam regulam præſcribere nequiueris, quinam numerus æquationis in hoc velillo centeſimo aſſumi debeat. Atque hæc fortaſſis cauſa fuit, cur vltra annum 4900. non progreſſus es. Deinde Epactæ ſerie naturali progrediuntur in Calendario, tui autē numeri aurei æquati valde inordinate per menſium dies ſaltant. Atque inter alias abſurditates aureus tuus numerus æquatus xiiij. harmoniā Nouiluniorum valde perturbat in Martio. Nam in annis, in quibus aureum numerum xiiij. diei 8. Martij adſcriptum aſſumendum doces, Lunatio incipiens die 5. Februarii, quę terminatur die 7. Martii, continet dies 31. atque in annis biſſextilibus dies 32. at Lunatio, cuius initium eſt in die 8. Martii, & finis 4. Aprilis, complectitur dies tantummodo 28. quæ omnia naturæ menſium repugnant, cum nullus

continere

Digitized by Google

continere debeat plures dies quam 30. neque pauciores quam 29. exceptis nonnullis Lunationibus initium habentibus in Februario, & finem in Martio, quæ neceſſario in annis biſſextilibus propter diem intercalarem, conſtant diebus 31. Sed nunquam 32. vt in tuo Calendario contingit. Vides ergo, quam male agatur cum tuis numeris aureis æquatis, cum tantam abſurditatem ac monſtra pariant. Sed ſi recte coniicio, video te aureum illum numerum xiiij. octauo diei Martij adſcripſiſſe, hanc ſolam ob cauſam, ne videlicet, omnia Paſchata æquati aurei numeri 14. in Aprilem cadant, ſed quædam ex illis in Martio celebrentur: qua tamen in re ſæpenumero contra Decreta Patrum Plenilunia Paſchalia exhibes in vltimo menſe, hoc eſt, ante diem 21. Martij æquinoctio deputatum, vt in ſequenti tabella perſpicuum eſt.

Anni Domini.	Aur. numeri.	Epactæ.	Plenil. Paſch. Cal. Gregoriani. D.	H.	M.	Mēſ.	Aureus numer. æquat. Germā.	Plenil. Paſch. Cal. Germanni. D.	H.	M.	Mēſ.
1845.	3	xxiij.	22.	19.	32.	Mar.	xiiij.	20.	19.	32.	Mar.
1864.	3	xxiij.	22.	12.	10.	Mar.	xiiij.	20.	12.	10.	Mar.
3220.	1	xxiiij.	19.	9.	30.	Apr.	xiiij.	20.	20.	26.	Mar.
3249.	1	xxiiij	19.	2.	1.	Apr.	xiiij.	20.	13.	17	Mar.
3268.	1	xxiiij	18.	18.	33.	Apr.	xiiij.	20.	15.	49.	Mar.
3287.	1	xxiiij	19.	11.	6.	Apr.	xiiij.	20.	22.	22.	Mar.
3344.	1	xxiiij	19.	12.	43.	Apr.	xiiij.	19.	23.	59.	Mar.
3534.	1	xxij	22.	21.	24.	Mar.	xiiij.	20.	21.	24.	Mar.
3553.	1	xxij	22.	13.	56.	Mar.	xiiij.	20.	13.	56.	Mar.
3572.	1	xxij	22.	6.	28	Mar.	xiiij.	20.	6.	28.	Mar.
3610.	1	xxiij.	22.	15.	33.	Mar.	xiiij.	20.	15.	33.	Mar.
3629.	1	xxiij.	22.	6.	38.	Mar.	xiiij.	20.	6.	38.	Mar.
3648.	1	xxiij.	22.	0.	38.	Mar.	xiiij.	20.	0.	38.	Mar.
3667.	1	xxiij.	22.	17.	11.	Mar.	xiiij.	20.	17.	11.	Mar.
3686.	1	xxiij.	22.	9.	43.	Mar.	xiiij.	20.	9.	43.	Mar.
3800.	1	xxj.	24.	11.	58.	Mar.	xiiij.	20.	12.	58.	Mar.
3838.	1	xxj.	23.	22.	3.	Mar.	xiiij.	20.	22.	3.	Mar.
3857.	1	xxj.	23.	16.	45.	Mar.	xiiij.	20.	16.	45.	Mar.
3876.	1	xxj.	23.	7.	8.	Mar.	xiiij.	20.	7.	8.	Mar.
4813.	7	xxiij.	21.	7.	57.	Mar.	xiiij.	20.	7.	57.	Mar.
4832.	7	xxiij.	21.	0.	30.	Mar.	xiiij.	20.	0.	30.	Mar.
4851.	7	xxiij.	21.	17.	2.	Mar.	xiiij.	20.	17.	2.	Mar.
4870.	7	xxiij	21.	9.	35.	Mar.	xiiij.	20.	9.	35.	Mar.
4889.	7	xxiij.	21.	2.	7.	Mar.	xiiij.	20.	2.	7.	Mar.
5022.	7	xxij	22.	21.	54.	Mar.	xiiij.	20.	21.	54.	Mar.
5041.	7	xxij	22.	14.	28.	Mar.	xiiij.	20.	14.	28.	Mar.
5060.	7	xxij	22.	6.	59.	Mar.	xiiij.	20.	6.	59.	Mar.
5079.	7	xxij	22.	23.	31.	Mar.	xiiij.	20.	23.	31.	Mar.
5098.	7	xxij	22.	16.	4.	Mar.	xiiij.	20.	16.	4.	Mar.

VIDES ne, in omnibus iſtis annis plenilunia Paſchalia Calendarij Gregoriani ſpectare ad primum menſem; cum diem 21. Martij æquinoctio deputatum inſequantur: in tuo vero Calendario pertinere ad vltimum menſem; quippe quæ eundem diem 21. Martij præcedant? Perperam ergo pro numero aureo æquato 14. depreſſiſti per vnum diem in Martio numerum xiiij. diuerſo charactere notatum; cum omnia Plenilunia aurei numeri æquati 14. ſecundum tuam æquationem æquinoctij veri, Paſchalia ſint in Aprili. Atque in hos errores aureus tuus numerus æquatus xiiij. te coniicit.

SED inſpice etiam ſequentem tabellam, in qua alios committis errores, propter eandem æquationem tuam veri æquinoctij, exhibendo nimirum Plenilunium Paſchale vel in vltimo menſe, hoc eſt, non poſt æquinoctium Eccleſiaſticum, aut poſt diem 21. Martij, vt par eſt: vel certe in Aprili, vno ſcilicet menſe tardius, quam in Calendario Gregoriano.

Digitized by Google

Anni Domini.	Aur. numeri.	Epactæ.	Plenil. Paſch. Cal. Gregoriani. D.	H.	M.	Mẽſ.	Aureus numer. æquat. Germã.	Plenil. Paſch. Cal. Germanni. D.	H.	M.	Menſ.
1712.	3.	xxij	21.	22.	50.	Mar.	3.	20.	22.	50.	Mar.
1723.	14.	xxiij.	21.	3.	41.	Mar.	14.	18.	16.	25.	Apr.
1788.	3.	xxij	21.	18.	0.	Mar.	3.	20.	18.	0.	Mar.
1913.	14.	xxij	21.	1.	6.	Mar.	14.	18.	13.	50.	Apr.
1932.	14.	xxij	21.	17.	38.	Mar.	14.	18.	6.	22.	Apr.
1951.	14.	xxij	22.	10.	51.	Mar.	14.	18.	23.	35.	Apr.
1970.	14.	xxij	22.	3.	23.	Mar.	14.	18.	16.	7.	Apr.
1989.	14	xxij	21.	19.	16.	Mar.	14.	18.	8.	0.	Apr.
2008.	14.	xxij	21.	11.	48.	Mar.	14.	18.	0.	32.	Apr.
2027.	14.	xxij	22.	4.	21.	Mar.	14.	18.	17.	5.	Apr.
2046.	14.	xxij	21.	20.	53.	Mar.	14	18.	9.	37.	Apr.
3439.	1	xxiij.	22.	10.	41.	Mar.	25.	18.	23.	25.	Apr.
3507.	12.	xxiij.	21.	16.	10.	Mar.	xxv.	18.	4.	54.	Apr.
3526.	12.	xxiij.	21.	8.	42.	Mar.	xxv.	17.	21.	26.	Apr.
3545.	12.	xxiij.	21.	1.	15.	Mar.	xxv.	17.	13.	59.	Apr.
3583.	12.	xxiij.	21.	10.	20.	Mar.	xxv.	17.	23.	4.	Apr.
4403.	15.	xxiij.	21.	16.	45.	Mar.	14.	19.	5.	29.	Apr.
5155.	7	xxj.	23.	17.	41.	Mar.	14.	19.	6.	25.	Apr.
5459.	7	xx	24.	19.	20.	Mar.	14.	19.	8.	4.	Apr.
5516.	7	xx	24.	19.	58.	Mar.	14.	18.	8.	42.	Apr.
5611.	7	xx	25.	6.	40.	Mar.	14.	19.	19.	24.	Apr.

IN hiſce annis omnibus, duobus exceptis, Plenilunia tua Paſchalia non ſolum in Aprilem cadunt, quæ in Martio contingunt in Calendario Gregoriano: verum etiam quatuor ex illis vltra terminum, quem Patres & Concilia nobis præſcripſerunt, id eſt, poſt diem 19. Aprilis, excurrunt. Et quidem in anno 4403. vbi litera Dominicalis tibi eſt D. Paſcha celebrandum proponis die 19. Aprilis ante Plenilunium medium.

SED vt ad tuos aureos numeros æquatos reuertamur, introſpiciamus penitius eorũ tabulam cap. 15. lib. tui, & expendamus, num arte, & non caſu potius à te conſtructa ſit. Mihi certe non videtur ad normam, ac rationem Lunationum eſſe confecta, immo ei omnino contraria.

Dies menſis Martij.	Aur. num. æquati in Martio.	Dies menſis Martij.	Aur. num. æquati in Martio.
1	20	17	24
2	9	18	13
3	28	19	2
4	17	20	21
5	6	21	10
6	xxv. 25	22	29
7	14	23	18
8	xiiij. 3	24	7
9	22	25	26
10	11	26	15
11	30	27	4
12	19	28	23
13	8	29	12
14	27	30	1
15	16	31	20
16	5		

Cum enim Nouilunia, vt vis, anticipent vnum diem in 304. annis, æquanda erat Luna trecenteſimo quoque anno, quod tu nequaquam præſtitiſti: quia ſolum hiſce annis 1800. 3100. 3400. 3800. 4700. 5000. 5300. eam æquaſti quorum ſequens quiſq; proxime præcedentem non ſuperat 300. annis, ſed annus quidem 3100. annum 1800. ſuperat 1300. annis: at annus 3800. annum 3400. annis 400. annus vero 4700. excedit annum 3800. annis 900. Immo quod magis mirum eſt, neque habuiſti ſemper rationem centeſimorum biſſextilium

lium: quorum vtrumque homine Mathematico indignum eſt. Verum rem ita ſe habere, plane percipies ex ſequenti tabula, ſi prius te docuero, qua ratione Luna trecenteſimo quoque anno æquanda ſit, non neglectis centeſimis annis biſſextilibus: vt in explicatione Calendarij fuſius docui.

1. QVANDO igitur centeſimo aliquo anno dies intercalaris omittitur, & Luna æquatione non indiget, fiunt Nouilunia vno die tardius.

2. QVANDO vero anno aliquo centeſimo dies intercalaris non omittitur, ſed Luna indiget æquatione, Nouilunia per vnum diem aſcendunt.

Num. addendi ſecundum Germannũ.	Vbi Germãnus Lunam æquat.	Centeſimi anni.	Vbi fieri debeat æquatio Lunæ.	Numeri addendi ſecundum nos.
11	*	1800. B	*	11
0		1900		0
0		2000. B.		0
19		2100	*	0
19		2200		19
8		2300		8
27		2400	*	8
27		2500		27
16		2600		16
5		2700	*	16
5		2800		5
24		2900		24
13	*	3000	*	24
24		3100. B		24
13		3200		13
13	*	3300. B	*	24
24		3400. B		24
13		3500		13
13		3600. B	*	24
2		3700		13
13	*	3800. B		13
2		3900	*	13
21		4000		2
21		4100		21
10		4200	*	21
29		4300		10
29		4400		29
18		4500	*	29
7		4600		18
18	*	4700. B		18
7		4800	*	18
7		4900. B		18
7	*	5000		7
7		5100. B	*	18
7		5200. B		18
18	*	5300. B		18
7		5400	*	18
7		5500		18
7		5600		7

3. QVANDO denique & dies intercalaris omittitur centeſimo aliquo anno, & Luna æquatione indiget: vel neque dies intercalaris omittitur, neque Luna æquatione indiget, Nouilunia neque aſcendunt neq; deſcendunt, ſed eiſdem diebus, quibus antea, contingunt.

HÆC præcepta ſi obſeruentur, facilis erit conſtructio tabulæ numerorum, qui ad aureos numeros adiiciendi ſunt, vt conſtentur numeri aurei æquati. In præcedenti tabula perſpicue apparet, te ſuperiora tria præcepta non ſemper ſeruaſſe. Signum porro * illis annis centeſimis, in quibus Luna æquatur, appoſuimus. Item annis centeſimis, qui biſſextiles ſunt, litteram B, in quibus nimirum dies intercalaris non omittitur, aſcriptam habes. Præpoſuimus quoque huic tabulæ menſem Martium cum ſuis numeris aureis æquatis.

VERVM docebo te paulo diligentius, quo pacto numeri eruendi ſint pro indagatione aureorum numerorum æquatorum. Quoniam annus 1800. habet 11. apponemus 0. anno 1900. per 1. præceptum; quia cum hoc anno dies intercalaris omittatur, & Luna æquatione non indigeat, deſcendent Nouilunia: ac propterea, exiſtente aureo numero 1. anno 1805. fuit aureus numerus æquatus 12. & anno 1900. erit 1. vno die infra nume-

merum

merum 12. Quia vero anno 2000. dies intercalaris non omittitur, & Luna æquatione non indiget, retinebimus 0. iuxta 3. præceptum. Similiter quia anno 2100. & dies intercalaris omittitur, & Luna æquanda eſt, retinebimus rurſus 0. ſecundum idem 3. præceptum: vt exiſtente aureo numero 1. æquatus aureus numerus ſit quoque 1. cum tamen tu habeas numerum 19. addendum aureo numero 1. & æquatum aureum numerum 20. infra 1. ac proinde Nouilunia cogas deſcendere. Rurſus quia annus 3200. habet numerum 13. & ſequenti centeſimo 3300. dies intercalaris non omittitur, ſed Luna æquatione opus habet, aſcendent Nouilunia, vt vult 2. præceptum, per vnum diem, ideoque aſſumendus eſt numerus 24. addendus ad aureum numerum 1. cum tu tamen cogas eadem deſcendere, contra Nouiluniorum rationem, quia retines numerum addendum 13. vt facias aureum numerum æquatum xiiij. Aut igitur Nouilunia non anticipant vnum diem 304. annis; quod non concedes, cum ſit contra Hipparchum, & omnes computiſtas; aut certe erraſti in notandis numeris, qui addendi ſunt aureis numeris ordinarijs, vt conficiantur aurei numeri æquati. Ex his non erit difficile intelligere, quanam arte numeri ſecundum nos addendi ſint collecti.

VT autem videas, rectius monſtrari Nouilunia, ſi numeros aureos æquatos indagaſſes, vt proxime tradidimus, perpende 3. exempla, quæ ſequuntur. Anno 2109. aureo numero 1. facis æquatum aureum numerum 20. quem nos 1. ſtatuimus. Exhibet autem calculus Nouilunium in Martio die 28. hor. 23. quod tu in diem 31. reiicis: nos autem rectius in diem 30.

ITEM anno 5244. aureo numero 1. tibi aureus numerus æquatus eſt 8. iuxta diem 13. Martij collocatus: nobis autem numerus aureus æquatus eſt 19. iuxta diem 12. Martij poſitus. Calculus dat Nouilunium die 11. hor. 3. Martij, ad quod propius accedit Nouilunium noſtri aurei numeri æquati, quam tui.

RVRSVS anno 3648. aureo numero 1. conſtituis aureum numerum æquatum xiiij. iuxta diem 8. Martij: nos vero habemus æquatum aureum numerum 25. iuxta diem 6. Martij. Cum ergo calculus offerat Nouilunium in Martio die 5. hor. 6. clare perſpicis, huic Nouilunio magis accedere diem 6. quam 8. Et ſane huius Lunationis plenilunium incidit in diem 20. hor. 1. Martij, ante æquinoctium Eccleſiaſticum. Tuum ergo Paſcha, quod in Martio celebras, ſpectat ad vltimum menſem. Vide ergo, quam male cum tuo aureo numero xiiij. æquato agatur. Idem experiri licebit in alijs annis centeſimis, in quibus noſtri numeri, per quos æquati aurei numeri conficiuntur, à tuis differunt. Semper enim noſtrorum aureorum numerorum æquatorum Nouilunia propius ad Nouilunia, quæ per calculum inueniuntur, quam tuorum, accedunt.

SATISne igitur mi Germanne, perſpectum nunc habes, Calendarium iſtud tuum, quod tu tantopere iactas, cuius aura vſque adeo intumeſcis, etiamſi non proponas regulas ad vulgi captum accommodatas, ſed potius æquinoctium nobis verum obtrudas, quod ſane ecquid expediat, nemo ſanus eſt, quin videre poſſit: cernisne, inquam, quantum illi deſit, omnibus vt numeris poſſis inflatis, vt aiunt, buccis appellare? Itaque cum populare, vt optandum fuerat, Calendarium nequaquam conſtruxeris, vt Mæſtlino ſuadendum curaui, vnum illud reſtat, vel vt Gregorianum ſumma approbatione recipias, vel de integro ad nouum excogitandum animum, laboremque conferas. quod ego Mæſtlino pro virili propoſui.

HIC RHODVS, HIC SALTVS.

FINIS.

Digitized by Google

ADMONITIO
THEODOSII RVBEI PRIVERNATIS S. THEOLOGIÆ, ET V. I. D.

Pro

CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI SOCIETATIS IESV

ADVERSVS FRANCISCI VIETÆ EXPOSTVLATIONEM.

Digitized by Google

CLEMENTI VIII. PONT. MAX.

THEODOSIVS RVBEVS PRIVERNAS. F.

EDIDIT Kalendarium ſuum Franciſcus Vieta, quod titulo Gregoriani Calendarij inſigniuit, audacter nimis, ne quid durius dicam, cum iam extaret verum Gregorianum à Principibus Catholicis vſu receptum; neque hac re contentus ſcripſit contra reformationem eiuſdem, quæ maxima adhibita cura, & ſtudio doctiſſimorum hominum in publicum exierat, & inſuper expoſtulationem quandam euulgauit aduerſus Chriſtophorum Clauium in Mathematicis præceptorem meum, à quo ne verbo quidem laceſſitus fuerat, ſperans forte illum à defenſione legitima Gregorianæ reformationis deterrere. Quare non potui mihi imperare, quin tam iniquæ expoſtulationi reſponderem, cum viderem Clauium, ea qua præditus eſt animi moderatione, maluiſſe rem ſilentio träſigere, quam conuicijs vicem reddere. Itaque cum apud te ſolum, Pater Beatiſſime, hæc cauſa, cuius cognitio tua eſt, ſit agitanda, cenſui ſub auguſtiſsimo nomine tuo hanc meam Admonitionem in publicum dare, vt omnis prouocandi anſa Vietæ tollatur, & tandem huic controuerſiæ auctoritate tua finis imponatur.

ADMO-

ADMONITIO THEODOSII RVBEI PRIVERNATIS S. THEOLOGIÆ, ET I. V. D.

Pro CHRISTOPHORO CLAVIO BAMBERGENSI

ADVERSVS FRANCISCI VIETÆ EXPOSTVLATIONEM.

CVM PRIMVM AD NOS PERVENIT (FRANCISCE VIETA) expoſtulatio tua aduerſus Chriſtophorum Clauium Doctorem meum, auide maxima cum attentione eam totam legi, ac relegi, vtj à viro eruditiſſimo profectam, quem mihi perſuadere non poteram falſis rumoribus tantum tribuere voluiſſe, vt aduerſus virum optimum, & modeſtiſſimum inuehereris: cum ab eo neque laceſſitus aut prouocatus fueris, neque hactenus prodierit defenſio, quam pro Gregoriana anni reformatione aduerſus eam, quam iamdudum in publicum edidiſti, reprehenſionem, ſiue, vt tecum loquar, accuſationem conſcripſit: quam ſi expectare ante conqueſtionem tuam maluiſſes, vtique vidiſſes, quam honorifice de te ſemper habita mentio fuerit, & quanta cum moderatione defenſionem ſuam ſine vlla exacerbatione & contumelia explicarit. quæ res fortaſſe te à tam virulenta expoſtulatione retrahere potuiſſet, ſed maluiſti præuenire, exiſtimans fortaſſe Clauium quaſi fulgore tuæ eloquentiæ perſtrictis oculis cauſam ſuam pro derelicta habiturum. Sed ſi hanc de eo coniecturam feciſti, nunquam pro bono vate agnoſceris ab ijs qui bonum coniectorem bonum vatem eſſe exiſtimant. Itaque cum ægre ferrem, te cum exiſtimationis tuæ iactura in hoc certamen deſcendiſſe, non potui mihi imperare, quin paucis te admonerē, à diſſertatione literaria non licuiſſe ad iniurioſam & contumeliæ plenam expoſtulationem tranſilire, neque nim cenſeo illud Heſiodi κεραμεὺς κεραμεῖ, conuenire viris in humanoribus literis educatis, inter quos ſtudiorum ſimilitudo amorem ſine obtrectatione concilia reſolet, & debet: Et cum tractetur (vt ipſemet aſſeris) de cauſa publica, in qua de myſterijs noſtræ Religionis agitur, & Reipublicæ Chriſtianæ concordia, & diuina ſupremi Pontificis auctoritate, ſicut accuſatio tangit omnes, ita & defenſio omnibus conuenit, mihique præſertim multiplici ratione: nam & abuſus videris ſummi Pontificis poteſtate, & auctoritate, in cuius familiarum numero ſum adſcriptus. Aliorum etiam orthodoxorum Principum cluſum conſilium, ac præſertim Auguſti Imperatoris Rudolphi II. cuius benignitati & liberalitati multum me debere profiteor, cum vniuerſa mea familia ingentibus ſit aucta muneribus, ac priuilegijs: Aç denique aliorum peritiſſimorum hominum, qui à Gregorio ad hanc nauandam operam fuerunt electi, lucubrationes ac vigiliæ contemptæ, ipſius

præſertim Chriſtophori Clauij, ſub cuius diſciplina militaui. Explicare vero pergam cauſas, cur putem hoc ſcripto exiſtimationem tuam offenſam fuiſſe. Eæ vero plures ſunt, quas ordine proſequi decreui. Cum autem & accuſationem, & expoſtulationem aduerſus Clauium proponas, quarum altera crimen, altera iniuriam deſiderat, ab accuſatione exordior. & à te primum quæram, cuius criminis reum Clauium accuſare velis. dices ni fallor, prout profiteris, corrupti Calendarij, & contemptæ Religionis nomine, nec non plagij reum peragere velle. pudet me tantum in literis virum tam pueriliter in hoc argumento verſari. accuſatio enim iſta reprehenſio eſt potius quam accuſatio. Nam vt concedamus in literis errantes caſtigari, emendari & erroris admoneri poſſe, non tamen errata, exceptis his, quæ ad Religionem pertinent, crimini imputari, ſed imperitiæ adſcribi ſolent. Quare cum hic.

Nec de vi, neque de cæde, nec veneno.

neque de aliquo capitali crimine, ſed de emendatione Calendarij, & anni reſtitutione agatur, non poſſum non mirari, te tantæ eruditionis virum nobis vocabuli accuſationis homonymiam imponere voluiſſe, & abuti legis & canonis auctoritate, negantium accuſatis licentiam criminandi, priuſquam ſe crimine quo premuntur exuerint. Nam neque hæc eſt, neque eſſe poteſt vera iudicialis accuſatio, cum neque de crimine agatur, nec vlla præceſſerit inſcriptio (qua me ſuaſore ſi ſapis, ne talionis aleam ſubeas, abſtinebis, præſertim in cauſa temeratæ Religionis) neque demum apud Iudicem aliquem iudicialiter de cauſis accuſationis cognoſcentem? Sed neque tibi tanto Iuriſconſulto ignotum eſſe debuit prohibitionem illam non ſine exceptione admittendam, nempe niſi complicat habeatā cauſam accuſatio cū rei defenſione, aut niſi de grauiori crimine accuſator à reo poſtuletur: quorum vtrumque huic controuerſiæ conuenit, ſi vim veræ accuſationis habere, te auctore, poteſt. nam defenſio quam parat, & iam ad vmbilicum perduxit Clauius, diuelli à tua accuſatione non poteſt, & quod rei caput eſt, te in l. Corneliam de falſis commiſiſſe probare poteſt, qui non ſolum Calendarium Optimi Pontificis auctoritate fultum corruperis, ſed & falſo titulo Calendarij Gregoriani inſcripſeris.

Verum cum hactenus ignores, quid ad tuam accuſationem reſponſurus ſit Clauius, & quam defenſionis rationem ſit initurus, non poſſum non mirari, te de his quæ ignoras hariolantem, niſi te in has cogitationes propria conſcientia adegit, quod verearis, vt tua tueri poſſis: & ideo Clauium hac tua declamatiuncula ab incepto deterrere voluiſſe puto. verum ipſe clauo hæret ſtationem non deſerturus, donec ad portum ſaluam nauim appulerit. Interim tamen dum te tantum virum video his cauillis inſiſtentem, in mentem ſubijt ſuſpicari, potius nobiſcum ludere quam nobis illudere voluiſſe. non enim puto te exiſtimare, adeo nos deſipere vt etiam decipere tam aperto ſophiſmate ſperare poſſis.

Quod autem de corrupti Calendarij crimine obijcis, prudens totum hoc negotium Clauio tractandum relinquo; cum enim hæc controuerſia Mathematicis demonſtrationibus tractanda ſit, ineptus ſim, ſi ſcholaſticis tuis declamatiunculis eam hic aduerſus Ariſtotelis præſcriptum inſerere velim. Atque ex ea tractatione pendet contemptæ religionis quærimonia, quæ non ſolum Clauium, ſed etiam ſummorum Pontificum honorem tangit, qui tibi Catholico viro curæ eſſe debuerat. Quantum vero ad crimen plagij, quid de eo dicam nihil prorſus habeo. Nam neque liberum hominem Clauius vendidit, neque alienum fugitiuum occultauit, aut ſubtraxit, aut corrupit, aut corrumpenti operam commodauit, neque ſcrinia tua compilauit, neque tuam de Calendario ſententiam pro ſua euulgauit, imo eam acriter refutauit, vt videre licebit edito libro, qui propediem in publicum prodibit. Quare ſomniatum hoc plagium legis Fabiæ pœnam ſubire non poteſt, ſed te calumniatoris, aut ſaltem (vt tecum clementius agam) præuaricatoris pœna manet, ſi quis tecum Iure agere velit.

Nunc ad expoſtulationem tuam propero, quam dixi iniuriam deſiderare, quam ſi tibi illatam à Clauio probes, non recuſo quin tuo arbitrio pro eo vapulem. Sed vt res fiat manifeſtior, repetenda eſt paulo altius huius contentionis origo, qua in re quantum in me eſt, rem omnem prout vere proceſſit explicabo.

Gregorius XIII. vir optimus & Reipubl. Chriſtianæ amantiſſimus videns neceſſariam eſſe Calendarij reformationem, ne labentibus annis eo res euaderet, vt neque Paſcha ſuo legitimo tempore celebraretur, neque feſta quæ dicuntur mobilia, quæque ſtatis anni temporibus incidere ſolent, in aliam anni partem paulatim laberentur, ita vt menſes æſtiui hyberni aliquando eſſent euaſuri, cœpit de reformatione Calendarij cogitare, quo tempore cum ei Antonius Lilius fratris ſui Aloyſij præmortui ſcriptum de emendandi anni ratione obtuliſſet, quod morte præuentus abſoluere non potuerat: mandauit Clauio, & nonnullis alijs viris peritiſſimis, vt examinata probataque Lilij reformatione, rationem emendationis aliquam certam ſtatuerent. quod ab eis ſedulo omnique adhibita diligentia factum eſt: noluit tamen prudentiſſimus Pontifex quicquam de tanta re ſtatuere, niſi ea prius communicata cum Orthodoxis Chriſtiani orbis principibus, tranſmiſſa ad eos reformatione, vt adhibitis in Conſilium peritis Mathematicis examinarent, an ea recipienda, vel reijcienda foret. Qui re mature conſiderata, hanc Calendarij reformationem approbarunt, & ita factum eſt, vt diplomate ſuo Gregorius comprobatam obſeruari ab omnibus mandauerit; cui ſoli hæretici odio Romanæ ſedis parere noluerunt, & forte aliqui alij, qui adhuc in ſchiſmate viuere volunt, ſimiles illis, qui poſt fruges inuentas glande veſci maluerunt. Hæc reformatio ab anno 1582. vſque in hunc diem obſeruata fuit. Tu vero poſt tot annos emerſiſti eius acerrimus oppugnator, iure ne, an iniuria, rei exitus declarabit. interim tamen vbi terrarum latitabas, cum Mathematicis Germanis, Gallis, Hiſpanis, & aliarum nationum examinanda hæc reformatio proponeretur? tunc tui muneris ratio expoſtulabat, vt in communem Eccleſiæ vtilitatem ſententiam diceres, errata notares, rectam viam emendandi commonſtrares; ſed fortaſſe dices te ad hanc conſultationem vocatum non

fuiſſe,

Digitized by Google

fuiſſe, eſto, poteras tamen id præſtare, quod multi alij præclari viri fecerunt, qui ſuas ſymbolas pro reformando Calendario congregationi Romanæ per literas communicarunt. Sed liceat tibi per nos tunc temporis fuiſſe ocioſum, & admittamus te quamuis re confecta ſero accedentem & de hac re controuerſiam mouentem. Hoc vnum videamus, qua fiducia & κενοδοξίᾳ inflatus ad hoc certamen cernendum irrueris. Nemini enim communicato conſilio, ex abrupto accuſationem illam tuam, quam vocas, aduerſus Clauium typis euulgari curaſti, cum vrbanius potuiſſes prius ei tuam ſententiam aperire, atque vt tuis obiectis ſatisfaceret requirere. Sed ferri etiam hoc potuiſſet, niſi priuata tua auctoritate Calendarium tuum ſub Gregoriani Calendarij titulo edidiſſes. Quid putas Gregorium, ſi reuiuiſcat, & tuam audaciam (nequid acerbius dicam) videat, dicturum eſſe? Eho Vieta quam rem agis? qua fretus auctoritate Calendarium noſtrum tot vigilijs præſtantiſſimorum virorum elaboratum, & à Principibus Chriſtianis adhibito peritiſſimorum Mathematicorum conſilio comprobatum, & à nobis edita perpetua conſtitutione confirmatum & publicatum oppugnare aggrederis? & falſo nobis id tribuis quod neque nobis viuentibus extabat, neque ſucceſſorum noſtrorum auctoritate munitum fuit? apage tam temerariam audaciam: tua tibi habeto, noſtra ne commaculato, *neque aſſumas teſtamentum meum per os tuum.* Quid ad hæc reſponderes Vieta? puto ne gry quidem. Hoc igitur initium fuit iſtius controuerſiæ, in qua nemo non videt, te prouocatorem fuiſſe, Clauium vero prouocatum. Quid vero ad hæc Clauius? is cum ante biennium iuſſu Clementis Pontific. Maxim. librum nouæ rationis reſtituendi Calendarij, quem pollicitus fuerat Gregorius, in publicum emitti curaret, interim prodijt in lucem nouum illud tuum commentum pſeudoGregorianum, cum libello, in quo totam reſtitutionis veri Gregoriani rationem oppugnas, & ſi tibi fides adhibenda eſt, omnino explodendam eſſe contendis. Dura hæc ſententia viſa eſt non ſolum ſummo Pontifici viro veritatis, & quietis amantiſſimo, ſed & omnibus ijs, qui hactenus per totos viginti annos Calendario Gregoriano vſi ſunt: quod tu ſpreto decreto excommunicationis latæ contra eos, qui alio vtantur Calendario, totis viribus ingenij labefactare aggreſſus es. Quare ex re nata occaſione Clauius meditari cœpit Defenſionem Calendarij à toto Orthodoxorum Chriſtianorum Principum cœtu approbati, & vſu recepti, quam propediem (etſi futurum eſt vt tibi oculi doleant) typis impreſſam videre licebit. ſed quæ tandem ex re huiuſmodi tibi illata fuit iniuria? Pluribus (ais) quas ad plures conſcribit literis ſignificat Clauius, ſe meum libellum plane refutaſſe in libro nouæ reſtitutionis Calendarij aliquando (ſi Deo placuerit) in lucem emittendo. Hæc eſt igitur illa atrox iniuria, hæc illa contumelia expoſtulatione tua digna, quam exaggeras, & tantum non Tragœdias excitas: quaſi vero Clauio non liceat pro Calendarij Pontificij defenſione ſcribere, cum tibi licere volueris illud totis viribus ingenij oppugnare. Si tibi tua placent, & pro ijs tanquam pro aris, & focis pugnas, quæ inuidia eſt, ſi pro noſtris tuendis in campum prodeat Clauius, & in tua eodem iure, quo tu in noſtra, vtatur?

Non ſolos tangit Atridas iſte dolor.

nec fas eſt te inſultantẽ ferre, & cauſam noſtram indefenſam relinquere, maxime cum ſatis his temporib. æmulorum & hoſtium Romana Eccleſia ſuſtineat. Si tibi iniuriam fieri exiſtimas, quod non ſtatim amplexi fuerimus tuam nouam reſtitutionis formulam, cogita noſtram non ſtatim euulgatam fuiſſe, ſed poſt longam diſquiſitionem, & ad Principes tranſmiſſionem, & potioris Europæ partis Mathematicorum approbationem: tuam vero indignaris ἀβασανίστως à nobis non recipi? hæc eſt iniuſtitia Vieta, & vera ἀλαζονεία, non ea quam nobis temere obijcis. Tibine tanquam nouo Pithagoræ ſtatim fides adhibenda fuit, quia ipſe dixiſti? fugit te ratio, neque temere nobis ab ijs, quæ longo vſu recepta ſunt, eſt recedendum; ſed nimium videris addictus Mneſarchi filij placitis; nam & nobis non quinquennale ſilentium indicis, ſed & perpetuum imponere tanquam dictaturam geras ſatagis. propterea palingeneſiam quandam ſpiras, cum rediuiuos Apollonios Gallos & Soſigenes inculcas: quin & γόητα, illum fuiſſe tradunt & Diuinum, qua in re proxime abes ab illo, cum non ſolum te in numerorum ſcientia ad miraculum vſque doctum omnes fateantur, ſed etiam de ijs rebus, quarum nulla eſſe poteſt notitia, tam audenter pronuncias, quaſi eas præ oculis exploratiſſimas habeas. Nam & de Clauij doctrina in Theologicis, cuius nulla hactenus extant monimenta, diuinare audes? ſed etiam iactas te conatus ipſius infringere velle cras atque hodie, quod qua fieri arte poſſit non capio, cum ad te hactenus conatus iſti non peruenerint; Quin & diuinas ſomnians Clauij defenſionem vti falſam & plagiariam repetita die editum iri. Nimis properas Vieta, & cauſam tuam nimio feſtinationis & indignationis ardore prodis; patere vt in publicum prodeat Clauij defenſio, et ſi quid perperam ſcriptum, aut falſo demonſtratum, aut immodeſte dictum offenderis, tunc confutato, arguito, & corrigito, & tandem etiam Triumphum ducito: ſed interim expectato, ne te veritas ipſa cogat totam hanc tuam expoſtulationem retractare, alioquin audies de te dici vulgatum illud veſtratum dicterium, te ſimilem eſſe Melodunenſibus anguillis, quæ prius quam deglubantur ſtrident. Quod ſi demum in cauſa melioribus fretus rationibus obtinueris, non ſolum eris mihi Apollonius Gallus, aut Soſigenes, ſed etiam ſi mauis Apollo Deliacus.

Cum itaque in hac tota tua Tragœdia nullam hactenus tibi factam iniuriam offenderis, niſi iniuriam metiris ex non præſtita inuentis tuis aſſenſione, non diſcuſſa prius eorum veritate, conaris tamen perſuadere Proteſtantes amplexuros tuam veram anni rationem, fateris tamen eam à ſe non à Summo Pontifice agnituros: quod nollem à te profectum, qui ad fulcienda tua decreta, Orthodoxorum conſenſione inſuper habita, hæreticorum approbationem tanti facere videris: eorum (inquam) qui odio Romanæ Eccleſiæ cum ſe acephalos eſſe viderent, maluerunt Græcorum Schiſmaticorum Primatem ſollicitare quam verum CHRISTI Vicarium agnoſcere, quamuis eorum irritus conatus euaſerit.

Digitized by Google

Verum ſentio me nimis acriter forte contra tuam expoſtulationem inuehi, quod tamen neceſſarium fuiſſe exiſtimo, cum Clauius te Iuris conſultum, Theologum, Mathematicum, Oratorem, & demum Poetam pentathlum antagoniſtam habeat. quare non modicæ diligentiæ, & induſtriæ, & eruditionis, certamen hoc indiget ad ſuſtinendum tanti viri impetum: ſed confidimus bonitati & veritati cauſæ, quæ tractanda non eſt oratorie, nec admittit poetica lenocinia. etenim

Ornari res ipſa negat contenta doceri.

Cum primum itaque prodierit defenſio Clauij, tunc hoc age & ſcholaſticas velitationes longum valere iube: non immemor interim moderationis, & modeſtiæ, cuius exemplum in ſcriptis Clauij illuſtre deprehendes. Quod ſi apud te aliqua fide dignus videri poſſem (Nam & eruditioni & dignitati & grauitati tuæ mirum in modum faueo) conſilium etiam non petenti dederim, ſed ad aurem, ne quis malus male illud accipiat. τοὺς ἄλλους ἐνάριζ' ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

RESPON-

RESPONSIO
LAVRENTII CASTELLANI PATRITII ROMANI
AD EXPOSTVLATIONEM FRANCISCI VIETÆ
ADVERSVS CHRISTOPHORVM CLAVIVM.

Digitized by Google

RESPONSIO LAVRENTII CASTELLANI PATRITII ROMANI

Ad Expoſtulationem Franciſci Vietæ aduerſus Chriſtophorum Clauium.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

FRANCISCVS VIETA audacter ſane, ſuum quoddam Calendarium cum toti mundo pro Gregoriano vellet obtrudere, cum diplomate Gregoriano, nullius hominis ad id auctoritate quæſita euulgauit. Vt vero accepit, Chriſtophorum Clauium, virum & doctrina, & pietate inſignem, in ſua declaratione Calendarij Gregoriani palam omnibus facere velle, quæ ex eius commentis abſurda conſequantur, ſiue vt Clauium deterreret ab incepto, ſiue quod ſolidam, & firmam rationem concutiendo, ſua figmenta ſperaret poſſe fulciri; Expoſtulationem aduerſus illum indigniſſimam edidit. Mihi quidem nihil agere aliud videtur, quam vt Calendarij Gregoriani auctoritatem funditus tollat. Idcirco primum quidem, opus in quo viri præſtantiſſimi ex toto prope terrarum orbe aduocati, totum ferme decennium laborarunt, Pontificia auctoritate approbatum, ab omnibus iam Populis receptum, vni Clauio adſcribit: magnam quidem laudem, ſi hac ille indigeret. Deinde vt Calendarium euertat, Clauij auctoritatem labefactare conatur. Hanc igitur ego Expoſtulationem vt legi, ſtomachatus ſum, nec facere potui, quin breuiter ad illius capita reſponderem; non ſolum quia id à me mea erga Chriſtophorum Clauium magiſtrum meum obſeruantia poſtulabat; ſed plane, quia videbam rem ad mores Chriſtianos, & pacem publicam pertinere. Quis enim ferat viro maxime pio, deque bono communi optime merito adeo acerbè, eoque conſilio obtrectari, vt eius imminutio auctoritatis in detrimentũ, & Religionis, & publicæ vtilitatis cedat? Quod ſi quid in Calendario Liliano Vieta habuit, quod non probaret, proferre tum debuit, cum à Gregorio xiij. ad Chriſtianos Principes, ac ſimul ad Henricum iij. Galliarum Regem miſſum eſt, vt à ſuis Mathematicis inſpici, expendique iuberent, illudque reciperent, niſi meliora ipſi attuliſſent. Cur nunc tandem exiſtit, cum 20. annorum vſu, tam longe lateque ſparſum eſt, tamque altas egit radices? atqui ſi vel nunc tandem aliquid didicit, quod ſolus ſcire non poteſt, cur non bene agit, vt par eſt bonos? iiſque ad quos ea ſpectat, expendere, & comprobare, proponit? Sed repente ſuis commentis Calendarij vere Gregoriani nomen imponit, & Gregorianum diploma præfigit? Verum, quam multa ex illo eius pſeudocalendario abſurda conſequantur, apertiſſime Clauius oſtendit. Ego, vt dixi, ad Expoſtulationem reſpondebo, & ipſam totam interſeram. Certus enim ſum non tam ex mea reſponſione, quam ex ipſamet Expoſtulatione compertum omnibus fore, Vietam hac in re nullius duci ſtudio bonæ rei. Atque vt à reſponſione diſtinguatur, maioribus characteribus Expoſtulationis verba figurabo. Sic igitur exorditur.

Accuſaui iamdudum Chriſtophorum Clauium.

Vere ne ait Vieta, Chriſtophorum Clauium à ſe accuſatum? ſi enim reuera accuſauit, primum debuit dicere, apud quos accuſarit, & quando. deinde num recepta accuſatio ſit: præterea cur ferant Principes eum, qui reus eſt, contra diuinum, humanumque ius facere. Sin autem nulla fuit accuſatio legitima, imo vero nulla fuit omnino, quid opus fuit inferius & Canonem, & Rubricam citare? Vieta qui profitetur à ſe cæleſtium motus orbium optime conciliatos, explicet qua ratione ſua hæc pauca verba conueniant; vtq; illic Calendarium nouum, ita nouam hic Dialecticam cudat, ſi placet.

De corrupto Calendario Romano.

Grauiſſimum ſane crimen eſt, id corrumpere, quod vt ſyncerum conſeruaretur, tantopere ſemper à ſummis Pontificibus & Conſiliis, & vniuerſa Catholica Eccleſia laboratum eſt, ac merito laboratum: ſi enim Calendarium vitioſum eſt, & humanarum, & diuinarum rerum ordo, & tempeſtiuitas perturbatur. Sed huiuſmodi crimen Calendarij Romani corrupti, in Clauium, an in Vietam cadat, ipſa Calendarij explicatio demonſtrat. En autem vt Clauio tribuit confectionem Calendarij Gregoriani. Quamuis enim vnius Clauij nomine ſapientes omnes, qui in eo conficiendo deſudauere, & Principes omnes, ac populos, qui recepere, accuſet ac damnet; neq; id ipſe ignoret: tutius tamen, ac certius putat à ſe omnes pariter vulneratum iri, ſi ictum in vnum intendat.

Quam enim diuinum, & auguſtum eſt Gregorianum de anni reſtitutione diploma, tam profana, & infelix eſt Gregoriani diplomatis Clauiana executio, defenſioq;.

Ergo cum Clauius Calendarium corrupiſſet, Gregorius xiij. P.M. diuinum auguſtumque diploma condidit, quo Calendarium illud corruptum à Clauio Eccleſia vniuerſa proponeret amplectendum. An id auſus eſt Clauius, quod Vieta? & Pontificium diploma, inſcio Pontifice, Calendario à ſe corrupto præfixit? & felicior in malo facinore fuit Clauius, quam Vieta in bono? qui in Curia totius, totque excellentium Aſtronomorum, qui vndequaque accerſiti fuerant, & ipſiuſmet Gregorij oculis, cum diuinum auguſtumque diploma corrupto Calendario præpoſuit, aſſequutus eſt, vt orbem terrarum vniuerſum, vrbem refertiſſimam & curioſis, & acribus inſpectoribus, ipſum Pontificem cautiſſimum, & oculatiſſimum lateret: quod nunc

aſſequi

Digitized by Google

aſſequi tam longe poſitus, tam omnibus alia agentibus, in correcto à ſe Calendario, vt ait Franciſcus Vieta non potuit? Num diploma illud Gregorius in incertum condebat: & olim quandoque naſciturum Calendarium comprobabat? ac veluti ſubſcriptam paginam Vieta tradebat, vt poſt tam multos Pontifices, viuo & Dei Eccleſiam ſanctiſſime fideliſſimeq; adminiſtrante Clemente, & plurima ad priſtinam pietatis normam emendãte, ipſo plano inſcio, Gregorius quidam Vieta in Gallijs Calendarium emendaret? O Mathematicum hominẽ, qui hæc qualia ſint, vel non videt, vel putat quemquam hominum ſanum fore, qui non videat.

Soſigene vſus erat Gregorius Aloyſio Lilio, cuius fato prærepti aduerſaria cum non intelligeret Clauius, deprauauit miſere, & in contemptę Religionis crimen incidere maluit, quocumque periculo ſubuerſurus omnia, quam rerum imperitus videri.

Qui nam, rogo, ſunt famoſi libelli, ſi hæc Expoſtulatio eſt? Sed hic bonus vir ſemper ibidem hæret: quo facilius Calendarij Gregoriani auctoritatem euertat, eius compoſitionem totam Clauio affingit. Verum licet ipſe diſsimulet ſcire ſe, qui viri ad illud opus operam contulerint, non idcirco alij ignorant. Notiſsimum enim eſt, & memoria adhuc ſuperſtitum, & literarum monumentis celebre, interfuiſſe correctioni Calendarij permultos, & præſtantiſsimos Mathematicos, ac præ cæteris interfuit Antonius Lilius rerum Mathematicarum egregie peritus, Aloyſij frater germanus, qui inde vſque ab initio fratrem in conſcribendo eo libello adiuuerat: nihilo minus mentis Aloyſij hac in re conſcius, quam ipſemet Aloyſius. Itaque cum ijs conſultationibus, quæ de correctione anni habebantur, is & permulti alij intereſſent, ſi quæ Clauius in Aloyſij aduerſarijs non intellexiſſet, explicare poterant: nec paſſuri vllo modo erant, (niſi eos aut plane impios Vieta, aut ſtipites putet) ab vno homine ad imperitiam ſuam obtegendam ſubuerti omnia. Quamquam facile eſt animaduertere, Clauius ne, qui vſum Eccleſiæ antiquũ retinens, tantum ea explicat, quæ in hominum doctiſsimorum conſeſſu decreta fuere, & Pontificia Gregorius auctoritate ſanciuit: an Vieta ſubuertat omnia, qui inauditum anni principium, & alia noua inducens ſuæ temeritati quocunque periculo à Gregoriano diplomate patrocinium quærit.

De ipſius in Mathematicis rebus, & Theologicis peritia, vel imperitia, nihil ad me attinet pronũciare. Pronunciabo, neque perperam, ſi neceſſe habuero. Sed qualiſcumque ſit Mathematicus, falſam periodum Lunarem induxit ad Epactarum æquationem.

Extant multa Clauij opera, quæ qualis eius doctrina ſit, oſtendunt. Pronunciet idipſum quantumlibet Vieta dummodo prò ſua dignitate, non perperam. Nam hic quidem dum comminatur, olim ſe, ſi neceſſe habuerit, non perperam pronunciaturum, interim cum nullo modo nec neceſſarium, nec æquum ſit, perperam pronunciat. Non enim falſa eſt ea Lunaris periodus, neq; Clauius induxit, ſed à Ptolemæo, Alphonſo, Copernico, & alijs accepit, quod Mathematicus excellens ignorare non debuit. Sed more inſtitutoque ſuo Vieta, quæ bona ſunt, à ſe facilius, in Clauium deriuata, quam in ſuis fontibus vitiari putat poſſe.

Synodos in panſelenis, aliquando collocaturus, & panſelenos in Synodis. Quod ſi quomodo eſt errare, eſt abs paroemia τὸ παράπαν τῆς ὁδοῦ cum panſeleni medię medijs ſynodis opponantur ex diametro ου ψευδολογούμως.

Iam diu antequam Vieta liber exiret, optime vidit Clauius incommodum illud in æquatione Epactarum Liliana contingere, quod non ob periodum lunarem accidit, vt falſo criminatur, cum ea periodus veterum Aſtronomorum ſit, & quam etiã ipſemet Vieta vſurpat. Verum id incommodum tandem futurum eſt poſt longiſsimum tempus: ſimulq; rationẽ præſcripſit Clauius, qua illi ſit occurrẽdum, æquationemque Lilij correxit. At Vieta in idem plane incurrit nec ſentit errare ſe τὸ παράπαν τῆς ὁδοῦ, nec remedium vllum affert: immo vero cum parœmias norit, non veretur alienis offendi verrucis, qui propria habet tubera, aut, ne illud in ſe conijciatur, ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

Et qualiſcumque ſit Theologus, profanum anni ad ſolemnia principium adſumpſit, ex quo ſequuta eſt abſurda Epactarum ordinatio, & iniqua, & prodigioſa menſium partitio, Neomenia Paſchali ab alijs legem accipiente, ἄνω ποταμῶν ἱερῶν, cum vera Theologia à verbo Dei, & Beatis Patribus accepta, non etiam, vt Adiaphoriſtæ cenſent, Hebræa, & ſuperſtitioſa, eo ipſomet adſertore, doceat menſium primum eſſe Niſan dignitate, & ab eo renouanda anni ſolennia, ac idipſum Ethnicæ religionis cultores in ſuis peragendis ſacrorum ritibus ſuboluiſſe, non ſine magno veræ religionis noſtræ myſterio, quod nefas fuit contempſiſſe.

Principium anni, quo nunc Eccleſia vtitur, profanum nec debet dici, nec eſt. Illud enim eſt, quo poſt Nicænum Concilium vſa eſt ſemper: exq; eo recte in Calendario Epactæ ordinatæ ſunt: neque vllam ſiue iniquam, ſiue prodigioſam partitionẽ Gregorius xiij. approbauit. Neque collegium illud doctiſsimorum hominum, qui ad anni reſtitutionem coniuncta opera, & induſtria feliciter collaborarunt, contempſit primi menſis paſchalis ab 8. die Martij inceptionem, cum id optime noſſet à Nicænis Patribus, quos duces ſequebatur, obſeruatum. Sed inde Cycli ordinationem inchoare noluit, quia nulla neceſsitas poſtulabat. Et illi ipſi Nicæni Patres hoc contempſere, cum diei 8. Martij non aureum numerum 1. ſed 16. adſcripſerint; præſertim cum Cyclus à qualibet Epacta incipere poſsit, ac proinde etiam à xxiij. diei 8. Martij aſcripta in Calendalio Gregoriano. Quid eſt autẽ tot ſeculis ex vno deductum fonte annorum curſum nunc aliunde euocare, niſi ad antiquitatis contumeliam ἄνω τοὺς ποταμοὺς, vel quod item non licet, fluminis alueum detorquere?

Ergo falſæ periodo Lunari Clauianæ veram, & vere Lilianam, & Gregorianam oppoſui.

Periodus illa, vt dixi, nec eſt falſa, nec Clauij, quam Lilius quoque recepit, & Gregorius confirmauit. Immo, neq; Franciſcus

Digitized by Google

Vieta aliam periodum lunarem agnoſcit; vt mirum ſane ſit, hunc Correctorem aſſerere. ſe Periodo Lunari Clauianæ, hoc eſt, ei, qua ipſe quoque vtitur, veram, ac vere Lilianam, & Gregorianam oppoſuiſſe. At is non periodo lunari aliam periodum, ſed ſolum Calendario Gregoriano falſum, ac vere Vietæum oppoſuit, qua in re, non ſolum eſt Mathematicus excellens, verum etiam pluſquam diuinus. Qui enim nec Lilium nouit, nec Gregorio cognitus vnquam fuit, Lilianum tamen, & Gregorianum Calendarium cum principio anni nouo, quod neuter vnquam ſomniauit, in lucem protulit: vt vere vterq; poſſet dicere ὡς πολλὰ μου κατεψεύδετο.

Et profano anni aſſumpto principio, principium à Patribus Nicænis ex lege Dei præfinitum.

De anni etiam principio ſatis dixi: quod profanum Vieta nec debet dicere, nec putare; ſi ita nominare & exiſtimare vult, ſancta Eccleſia Catholica exiſtimat, & nominat; quæ eo ſemper eſt vſa, & à profanis ſuo ſancto vſu ſecernit, & hic etiam illud è ſacris lotum habet, quod Deus purificauit, tu cõmune ne dixeris. *Nec ipſe principium à Nicænis Patribus ex Dei lege præfinitum inducit, ſed nouum inauditumq; in Eccleſia, quod nuper ex ſui Computi lege cõſinxit, ἐκτὸς λεωφόρου βαδίζων.*

Ex quo ſequuta eſt conſentanea Epactarum ordinatio, ac recta, & ęqua menſium partitio, Neomenia paſchali cyclum inchoante, & ab ea reliquis anni Neomeniis legem, vt decebat, ſecundum diuina Patrum decreta, accipientibus.

Atqui liber Explicationis Calendarij docet, quam diſſona Epactarum ordinatio ex initio anni Vietæ nouo oriatur. Quod ſi adeo certus eſt, vt præ ſe fert, de ſua recta Epactarum ordinatione, quid timet Clauij refutationem? Qui videt plane à ſe quippiam demonſtratum, contra ſentientium, ac diſputantium argumenta etiam amat. Parcius igitur & ſe iactet, & aliorũ nomini detrahat maledictis, nihil veritate robuſtius, atq; adeo ſecurius, ipſa ſe prodet, ac tuebitur.

Prolato ea de re libello, & auctoritate regia ſummo Pontifici exhibito, ſub titulo relationis Calẽdarii vere Gregoriani ad Eccleſiaſticos Doctores, quorum iudicio, & cenſuræ me, meumque ſcriptum ſubmiſi.

Hic multa ſunt, quæ Vieta, vt opinor, ſi reuocari facta, ac dicta poſſent, nec facta, nec dicta vellet. Quæ enim erant partes hominis prudentis, ac pij, ſi quid ſuper Calendario haberet, quod in commune proferendum putaret? tum maxime, cum omnes Catholici in Calendario iam reſtituto acquieſcerent, & illud vere Gregorianum, vt eſt, putarent? Nonne prius ſua conſilia debuit aperire Pontifici, quam vllo ea titulo notare? Dum Pontifex ea cognoſci, & examinari iubet diligenter, ac diu, vt decet, in re tanta poſt correctionem adeo recentem, ne Pontificijs decretis vlla poſſet leuitatis inhærere ſuſpicio, non ne expectare cõſenſum Pontificis debuit, antequam imprimeret? Eſto hic errauit, quid deinde? Ait exhibitum libellum fuiſſe Pontifici, fac exhibitum fuiſſe, nonne dum Pontifex reſponderet, interim contineret cæteros? Si quid erat noui moliẽdum; neceſſe erat Calendarium, quo nunc Eccleſia vtitur, abrogare, approbari Vietæum, ac promulgari, vt perturbatio nulla eſſet. Atqui Vieta nõ modo antequam eius libellus ad manus, ſed omnino antequam eius conſiliorum vllus rumor ad aures Pontificis perueniat, nouum Calendarium cudit; titulo Calẽdarij vere Gregoriani inſcribit, imprimit, atque euulgat, & Gregorij diplomate armat. Qui ſic agit, videturne ſe Doctorum Eccleſiaſticorum iudicio, ac cẽſuræ ſubmittere? Percommode etiam id appellat ſcriptum, quod impreſſerat: vt ſi vellet ſupprimere, non poſſet, nonne hoc eſt Pontificem ludere, & omnia perturbare? vt duo Calendaria in Eccleſia inter ſe valde diſcrepantia & contraria, & vtrunque cum Pontificio diplomate circumferatur? Vtrum ſequẽtur fideles? Gregorianum, an (vt ait hic) vere Gregorianum? Quid eſt vere Gregorianum? Illud ergo, quod Eccleſia à Gregorio propoſitum eſt, & quo vſa eſt adhuc Eccleſia, hodieq; vtitur, eſt falſo Gregorianũ? Stultiſſimus igitur Gregorius, cæci qui conſequuti Pontifices, & ſelectiſſimi illi Mathematici falſi, & fraudulenti; cuncti mortales, præter Vietam, σκιαὶ ἀΐσσουσι, Denique quæro ex Vieta, qui cum citet leges, & canones, non ignorabit, quod ſit iudicium in eos conſtitutum, qui Pontificias literas ſupponunt, quid interſit inter eius crimen, qui falſum diploma ſubijciat, atque eius, qui vero abutatur, ad ſuam voluntatem, inſcio, inuitoque Pontifice.

Non autem erat æquum indicta cauſa reum condemnari.

Poſtquam emiſſus liber in vulgus eſt, ſi condemnatur, nunquam is indicta cauſa condemnatur. Ipſe enim cauſam & pro ſe, & (quod hic homo nollet) contra ſe dicit: idem ſui patronus, & accuſator; idem teſtis vtramque in partem.

Itaque libelli mei copia facta Clauio à biennio eſt.

Et quidem impreſſi bonis characteribus, cum titulo Calendarij vere Gregoriani, & cum Gregoriano diplomate, quod vt vidit, exhorruit: quamquam non à biennio, vt Vieta ait, ſed paucis ante menſibus copia facta eſt.

Quæ igitur Clauij partes erant æqui iudices?

Pronunciate quiqui eſtis æqui Iudices; Clauij, qui Clementis 8. iuſſu explicationem Calendarij veri, vereque Gregoriani ſcribebat, quæ partes erant in cauſa, (vt Vieta optime nouit) publica, in qua de myſterijs noſtræ religionis agitur, & reipublicæ Chriſtianæ concordia. & diuina ſummi Pontificis auctoritate? Nonne ſi qua Calendaria aliunde exiſterent, honeſta facie Gregoriano Gregorij auctoritate aduerſantia, ijs perſonam detrahere? eorum errores coarguere, ac proferre in lucem? Pontificiam auctoritatem defendere? nec Gregorio mortuo, nec Clementi feliciſſime viuo, nec cœtui fidelium vniuerſo ſinere imponi? conniti denique, quantũ in ſe eſſet, vt pax publica, ritus antiqui Eccleſiæ nullo modo conuellerentur? Hæ egregij & Mathematici, & viri partes, id eſt, Clauij erant: & quidem præſtitit plus aliquanto, quam Vieta gratum habeat, ſed hunc commune bonum dolori ſuo præponere æquum eſt, ſibiq; duntaxat iraſci, qui inconſideratius abripi ſe eſt paſſus: Clauio etiam gratias agere, qui dedit operam, vt eius peccatum quam minime noxium eſſet.

Suumne errorem vltro agnoſcere, & confiteri, in cauſa præſertim publica, in qua de Myſteriis noſtrę Religionis agitur,

Digitized by Google

agitur,& Reipublicæ Chriſtianæ concordia,& diuina ſupremi Pontificis auctoritate? Id quidem ab homine Theologo è Societate Ieſu, ὡς ἱερῷ τὴν τέχνην ϰ τὰ ἤϑη, ſperandum maxime videbatur.

Quem quaſo errorem Clauius agnoſceret ſuum? Multa edidit in lucem, ſi qua in re collimauit, gratiam certiori ingenio habebit. Calendarium Clauij quis vidit? Extat eius quidem Apologia pro Calendario Gregoriano contra Meſtlinum Hæreticum, & Caſtigatio in Ioſephi Scaligeri Caſtigationem. In his vbi attulit ſua, ſi quid minus recte docuit, doceat Vieta, & vltro agnoſcet Clauius errorem ſuum. Deſinat tamen Gregorianum Calendarium, quaſi Clauij eſſet, exagitare: memineritq; religionis, concordia publica, Pontificia auctoritatis. Verum (vt ſapius dixi) intelligit homo cuiuscuius rei cupidus, obtrudi Vietæum non poſſe Calendarium, niſi Gregorianum extrudatur. Palam cum Gregorio pugnare non audet, videtur tamen ſperare, vulnerari poſſe Pontificem per Clauij latus.

Sed quocumque res euadat, vix eo adducimur, vt condemnemus noſtra, probemus autem aliena. Rapimur omnes φιλαυτίᾳ quantamcumque ſimulemus ſanctitatem, & qua poſſumus arte, veritati vim facimus, ne vinci vllo modo videamur, etiam ſapientibus cupido gloriæ nouiſſima exuitur. τὴν κενοδοξίαν ὡς τελευταῖον χιτῶνα ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίϑεσϑαι.

Bene eſt, quod ſe non excludit ex hominum numero. Cogitet igitur Expoſtulator, vtrum vero ſimilius ſit duci φιλαυτίᾳ, eumne, qui in Calendario quidquid agit, nihil agit ſua ſponte, nihil ſolus, nihil temere, ſed iuſſu Pontificum ſummorum: in conſilio ſapientiſſimorum hominum: ſumma cum prudentia, & cautione, vt nihil dicã de homine ipſo, plane ἱερῷ τὴν τέχνην ϰ τὰ ἤϑη: cuius perſpecta annis plurimis eſt in vrbe tanta rerum ſciẽtia, nihilo minor moderatio, ac pietas: An eum, qui ſeſe ingerat, nullius iuſſu, aut hortatu, ad quem id pertineret? ſolus ſecum quadam commentus, non adeo bonis artibus impreſſit primum: mox etiam præcipitan. er euulgauit: poſtremo, cum, ea ne refutarentur, metueret, nouum hoc famoſæ Expoſtulationis genus euomuit?

At pertinuiſſe ad Clauium in eo, in quo conſtitutus eſt, reatu, recriminatione vti, id vero nemo iure dixerit. Ait enim lex; ait Canon: Neganda eſt accuſatis licentia criminãdi, priuſquam ſe crimine, quo premuntur, exuerint, ſecundum ſcita veterum Iuris auctorum: ſed neque potuit is Doctor in re propria licentiã ſibi tribuere ſententiæ. Vetat enim Rubrica, Ne quis in ſua cauſa iudicet. vel ius ſibi dicat.

Non poteſt niſi prudentiſſimus vtroque in iure videri, qui Canones, & rubricas ita opportune habet in promptu, ſed nolo ego ineptus eſſe in nugis.

Nulla tamen diuini, & humani Iuris habita ratione, Clauius calumniatur, vt meo nomini, & famæ apud ſummum Pontificem detrahat.

Vt diuini humaniq; Iuris ratio poſtulabat, ſine vlla contumelioſa Expoſtulatione, & calumnia, Calendarium Gregorianũ, quod opere publico accuſare Vieta ſibi fas eſſe duxit, publica reſponſione Clauius putauit ſibi licere defendere, quæ lis non rubricis, & Canonibus, ſed Aſtronomico calculo decidenda fuit. Neque vero is eſt Clauius, qui de cuiuſquam nomine, ac fama quicquam velit detractum; neque is Pontifex, qui aures detrahentibus præbeat. Quo loco non cogitat Franciſcus Vieta, ſi à ſe vnquam accuſatus eſt Chriſtophorus Clauius, nunc accuſari Clementem viij. qui cum ſolus huic iudicio debeat præeſſe, ſinat Clauium per contemptum diuini humaniq; Iuris recriminatione vti; & in re propria licentiam ſibi tribuere ſententiæ.

Pluribus autem, quas ad plures conſcribit, literis ſignificat, ſe meum libellum plane refutaſſe in libro nouæ reſtitutionis Calendarii aliquando, ſi Deo placuerit, in lucem emittendo.

Negat Clauius, à ſe literas hac de re vllas ad quempiam ſcriptas, niſi vnas ad Doctorem Adrianum Romanum, qui rogauerat, quid ei de Calendario Vieta videretur. Neque crimen fuiſſet id ſcribere, à ſe factum, quod ſumma cum laude fecit in eo libro, qui (neſcio an Vieta) ſed Deo tandem placebit, vt in lucem emittatur.

Quæ iſta contumelia eſt Claui, quæ inſolens, & vana iactantia? An ideo ſi conatus es, vt pro tuo Iure potes, meum libellum refutare, tu refutaſti? Prodeat conatus ille tuus, & ego volente Deo, eum infringam cras, atque hodie.

Bona verba Franciſce, non hæc in angulo loqueris, ſed omnium offers auribus atq; oculis, quid putas de te exiſtimaturos homines, qui nouere Clauium? (qui autem non nouere?) dum te vident homini moderatiſſimo, & ſacerdoti, (retorquebo in te tua) tanta cum inſolentia, vanitate, iactantia, contumeliam dicere? Ille eius conatus prodibit; effringe tu vel hoc momento, ſi tantum potes; vel ſi non hodie, craſue potes, infringe perendie, alio, atq; alio die, anno, ſeculo. Deum habebis volentem, ſi bonum quid voles.

Non is eſt ordo Iudiciorum & proceſſus. Te falſum Mathematicum, ſi quidem Mathematicus es, demonſtraui; & falſum Theologum. Itaque quando te reum peragere conſilium eſt, dicenda tibi cauſa eſt iuxta formam Conſtitutionum, non loquendum ex plauſtro. Et ſi τεκμηρίοις meis te conuinci neges, paralogiſmata mearum demonſtrationum coram Iudicibus, in quos conſenſum eſt, detegenda, & indicanda, priuſquam eorum iudicio abſoluaris. Ante vero abſolutionem nullius ſunt momenti ἀντικατηγορίαι, ϰ ἀλαζονεῖαι tuæ.

Vter Theologus, at Mathematicus falſus ſit, Vieta an Clauius, aliquanto apertius, luculentius, & humanius liber Explicationis Calendarij, quam hic Vieta demonſtrabit. Ex quo item manifeſte apparebit, quam abſurda ſint Vietæ τεκμήρια, quamque firma, cuiuſque momenti Clauij ſint rationes, quibus ea refutantur; Vter vero loquatur ex plauſtro, quin potius, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατασκεδάσῃ liberalis hæc Expoſtulatio loquitur. De Iudicibus, cauſæque dictione non addo verbum, ſententia ab idoneo Iudice feretur. cæterum & hominum genus totum Iudex eſto.

Et quæ te libro nouæ reſtitutionis Calendarij noua ſollicitudo tenet; cum ſit is iam à me editus, qui vel à die diplomatis locum, vt par erat, & vim obtinet.

Vix duobus ab hinc annis editum Vietæum Calendarium eſt, diploma iam viginti. A die igitur diplomatis, Vietæ opus, id eſt, duo de viginti annis antequam eſſet, vim obtinuit. Quis neget locum habuiſſe antequam eſſet; quod poſtquam cœpit eſſe, nullum habet? ex eo genere rerum, quibus optimum eſt non naſci, proximum quam citiſſime aboleri.

Tua, quam meditaris, editio intempeſtiua eſt, & aſpernanda deinceps, vt falſa, & plagiaria. Falſitatem vel repetita dies arguet. Plagium meus liber, mea, inquam, relatio Calendarij vere Gregoriani firmamentis Theologicis

gicis, Politicis, & Aſtronomicis vndique muniti. Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. Sed cum alienum ius præripere, tibi ſit animus, & conſilium, non tuum eſt, Claui, αὖθις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν.

En hominem de ſe humaniter ſentientem, cui merito liceat φιλαυτίαν & ἀλαζονείαν notare alienam. In manifeſtis deprehenſus erroribus eſt aſtronomicis, peruertit ritus, qui ad hanc diem in Eccleſia inde vſque ab antiquiſſimis temporibus viguere: contra pacem Reipublicæ aperte facit, & ait, Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά, vt ſcilicet qui vellent dicta dicere in eum, qui & Theologicas, & Politicas, & Aſtronomicas res peruerteret, haberent in proximo materiam, in locum quem male occupat κ, tantū κ, inſerto. De plagio vero quid ait? Verene ſuſpicatur, Clauiū ſibi præclara illa dogmata ſuffuratū? atqui illa, Δὶς καὶ τρὶς καλά. Edet igitur Clauius in lucem, ſi non ſua, tamen bona. Verum cui ſano occurrat huiuſmodi plagij ſuſpicio cum tam diu omnibus notiſſimum fuerit Clauium in Explicatione Calendarij Gregorij verſari, & plurimi norint, eam, priuſquam Vieta appareret, fuiſſe abſolutam, etiam tum fuiſſe edendam, niſi ipſe feciſſet, cur aliquid videretur in eius commēdationem addendum: quin etiam illud docti iudicabunt, qui & Apologiam Clauij iam diu editam, & quæ inde Vieta in ſuum Calendarium trāſtulerit, facile animaduertent; vter, Clauiuſne, an accuſator ſit plagij reus. Nam & æquationem Solis in quadringenteſimum annum, & æquationem Lunæ in annum trecenteſimum, cum cautione in viginti quinque centenarijs adhibenda; Denique Epactarum Cyclum perpetuum, quem noſter Clauius primus in Calendario, quod Gregorius Pōtifex emiſit, ex Lilij tabula expanſa coactum in ſummam, ac breue compendium contraxit, & in ſua contra Mæſtlinum defenſione, ac tandem in Explicatione Calendarij repetiuit; fortaſſe vere non ſuſpicioſe quis dixerit, è Clauiano fonte Vietam deriuaſſe ad irrigandum hortulum ſuum: cum omnia hæc Clauius Vieta prior in lucem ediderit, hoc vel repetita dies arguet. Nec vero cuiuſpiam Ius præripere fuit animus Clauio, aut conſilium, ſed Iure ſibi iuſſu Pontificis conceſſo Explicationem Calendarij ſuſcepit, atq; perfecit. Quod ſi nihil peccaſſet Vieta, non tamen perſuadere ſibi deberet, fontem à ſe ingeniorum exhauſtum fuiſſe: quandoquidē multum ſuperfuit poſt Platonem Ariſtoteli, poſt Ariſtotelem alijs multis, nec minus in Mathematicis rebus numeroſa eſt præſtantium hominum virtus.

Odium autem Pontificium, quod vt in me concites, mala arte eniteris caue ſis, ne in te potius ſentias exacerbari. Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων, Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Veretur ne arte cuiuſpiam mala immerito, ſit odio Pontifici, cum ipſemet fecerit, quare ei merito eſſe odio debeat. Etenim in cauſa Religionis, & publica, & in qua de ſuprema ſummi Pontificis agi auctoritate profitetur, id auſus eſt, vt dedita opera tentare Clementiam Pontificis viſus ſit; eiuſque in ſe odium iuſtiſſimum concitare, quod ne nunc quidem exacerbare ceſſat, dū Expoſtulationes huiuſmodi ſpargit. Audite æqui iudices, & conſiderate, quo pertineant, quæ ſubijcit.

Quid enim ſi proteſtantes veram anni rationem, quam ſyncere ex Gregorij mente retuli, amplectātur, eamque à ſe, non à ſummo Pontifice adgnoſcant?

Quærit quid ſit futurum, ſi Proteſtantes relatam à ſe anni rationem recipiant, facile eſt dicere: recipient. qui ſacroſanctū Chriſti Euangeliū re vera nō recipiunt, ſed Vieta ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων, ὄρσεις μ' ἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι. Qui conuenit in tali negocio vllam facere talium mentionem? Clauio an Pontifici minitaris? fac boni aliquid inueneris, eone inueniſti, vt hoſtes armares? Nō ſemper quamuis in bonum, quæ à bono fit, mutatio eſt laudabilis. Itaq; quod elaborauerας, debuit à te ſupremo ſacrorum Antiſtiti offerri, vt is ſi videretur, quomodo, quando videretur, proferret: non autem repente in vulgus ea ratione emitti, vt impia Hæreticorum diſſidia enutrires. Quo tandem hæc verba nunc pertinent, nonne vt occaſioni imminentes omnia incendendi oblata à te facis admoneas? Sed illud eſt commodi, quod iſta fax plus habet fumi, quam lucis. Tu ſcilicet ſyncere anni rationem ex Gregorij mente retuliſti, qui Calendario Gregoriano omnino cōtrarium opponis tuum? Agnoſcant igitur quantumuis à ſe Vietæam reſtitutionem Proteſtantes. Nam falſam, & Eccleſiæ aduerſariam ritibus à Pontifice nemo poteſt agnoſcere. Quid tum tu? (nam te pium exiſtimo) nonne malles nullum tibi fuiſſe ingenium, quam id fuiſſe, quo pro nequiſſimis deſertoribus contra Dei Eccleſiam militares?

Cui tam obſtinate falſam tuam, & præterea abſurdam, & prodigioſam tribuis, itaque auctoritatem defugiat, imo vero te falſum Procuratorem, & defenſorem is aliquando redarguat?

Vrget conſtanter, ne dicam, obſtinate propoſitum. Pergit Calendario Greg. ſapientiſſimis Viris, qui confecere; ijs qui conficiendo præfuere: Pontificibus qui approbatū Eccleſiæ propoſuere. Principibus, ac Rebuſpublicis, & Populis omnibus, qui recepere, Clauij nomine maledicere. Enimuero periculum eſt, ne Pontifex recepto à Proteſtantibus Vietæ Calendario ab ijs diſcat veros Eccleſiæ ritus & Clauium veluti falſum Procuratorem, & defenſorem, tandem aliquando redarguat; tum ſcilicet, cum Calendarium à Proteſtantibus Petri ſucceſſor acceperit, & ab Hæreticis Chriſti Vicarius didicerit, quo Eccleſiam errantem corrigat. Pro Deus immortalis; nunquam id venerit in mentem Vietæ dicere, quamuis dicat.

Annum correxerat Iulius Cæſar, idemque Magnus Pontifex. Cum autem Iulianam anni ordinationem ſacerdotes exequerentur male, errorem ſuſtulit Auguſtus Cæſar, idemque Magnus Pontifex. Quo nomine, non minor ei, quam Iulio deceſſori, gloria tributa eſt. Magna Magni Gregorij circa anni reſtitutionem gloria. Sed non minor Magni Clementis, cum te male feriatum computatorem, tuaſque falſas periodos, & hypotheſes in conſtituendo anni principio legi diuinæ repugnantes; reiecerit, & legitimam diplomatis Gregoriani exequutionem Breui Apoſtolico edixerit. Etſi, ne id obtingat, os Pontifici ad tempus præſens oblinas rebus ſerenis tenebras obducens, καὶ βαδίζων, ὡς ὄνος, εἰς ἄχυρα τραγημάτων: at te vnum exlegem, vt ad tuas calumnias redeam, nemo feret.

Non eſt, quod inepta eruditione Romanis Pontificibus illudas: quæ, rogo, Magna Magni Gregorij circa anni reſtitutionem gloria, ſi corruptum Calendarium auctoritate Pontificia promulgauit? Quo pacto non minor Magni Clementis, ſi ad præſens tempus oblini os ſibi à Clauio, & rebus ſerenis tenebras obduci in cauſa religionis, & publica; & Eccleſiam in errore patitur permanere, quoad Magiſtros habeat Proteſtantes? Eſt ſua, eſt vtrique Pontifici vere Magno, & aliunde multis modis, & hinc ſolida ſyncer aq; gloria, Gregorio, quod Calendarium reſtituit: Clementi, quod à te deſtrui non ſinit. Nam pro iniquiſſima cōtumelia, hoc tantum reſpondeo, & amice moneo. Vieta non rectam inſiſtis viam: apparet te eſſe commotum apparet eſſe intēperantem, præferocem, contemptorem. Tu quidem eruditus es, noſti quam celebre ſit, εἴδωλον τοῦ βίου eſſe ſermonem. Quid oportuit huc ſcomma intrudere? An mihi, ſi ſales amem amariores, in te, qui ſpondes ægrotantem annum mox melius tua opera habiturum, auſpicium non commode ſuppeditet Ariſtophanæa auis? Sed ego malo te; poſtquam deferbuit impetus, nunc tandē à te ipſo reprehendi.

Tu

Digitized by Google

Tu niſi monitus reſipiſcas, crimina, quorum reus es, neceſſe habes diluere, & interea Conſtitutionibus Ciuilibus parere.

Nemo eſt bene ſentientium, qui Clauium vllius reum criminis putet: quin potius ei debere ſe omnes multum profitentur, quod Calendarium Gregorianum explicat, & quæ in illud vel impie, vel temere obiecta ſunt crimina diluit prudenter, ac pie. Neque vlla eſt Conſtitutionum Ciuilium, neq; vllus Canonum, cui non paruerit, nullum vnquam Pontificium diploma attrectauit; nullum ſine Pontificia auctoritate de rebus ad Religionem ſpectantibus librum euulgauit: nihil denique eorum vnquam cogitauit, quæ Vieta, poſtquam fecit, ἐκτραγῳδίζει, & minitatur etiam ijs, quibus minime deberet.

Sed vos obteſtor, Venerandi Patres, & Antiſtites è Societate Ieſu, veſtra in veſtrum collegam auctoritate de eo inquirite, cauſaque cognita; ἢ χαμᾶθεν, ἢ πρὸ βήματος, Omnino pertinaciæ ſuæ, & liuori obſiſtite, ne cum ſuis falſis, & infelicibus Apologeticis de Apoſtolica Sede quam male meritus, is ſolus in cauſa ſit in veſtri Collegij contumeliam, & opprobrium, cur ab omnibus gentibus, quæ Romano Kalendario ſolebant vti, idem feliciſſimis Gregorij xiij. auſpicijs reſtitutum non recipiatur. Sit ſane κενόδοξος ἐν ταῖς ἀδιαφόραις, ſed eſto ὀρθόδοξος ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ ὁσίαις.

Pro commonitione, & obteſtatione hac, equidem credo Patres, & Antiſtites è Societate Ieſu, vt ſunt viri optimi, gratiam habere monitori: mihi tamen, qui rem interpretor, vt eſt, non obteſtatio hæc videtur, ſed contumelia. Quid ait Vieta? quid opus hac obteſtatione fuit? Putaſtine fore, vt viri prudentes, ac Religioſi, plus crederent ſuſurris tuis; quam oculis ſuis? Tu nūquam opinor Clauium vidiſti. Sunt autem ſocij permulti, cum quibus annos plurimos viuit: Sunt viri diligentes, atque vigilātes, qui eius vitæ, ac moribus præſunt: nemo vnquam vllum in eo ex ijs, quæ tu vociferare, criminibus notauit. Non modo ὀρθόδοξον ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ ὁσίαις nouerunt, ſed etiam hominem ἐν ταῖς ἀδιαφόροις διαφέροντα φιλόδοξον admirati ſunt. Tu igitur plus omnibus vidiſti? Quid minus occultari poteſt, quam κενοδοξία, ἀλαζονεία, pertinacia, liuor ? vel tua hæc Expoſtulatio legatur. Et tamen Clauius, vt ait, Gregorium olim decepit; nunc Clementi os oblinit, in liuore ac pertinacia perſiſtit, neque vllus vnquam, tam patentia, & publica, nec familiarium, nec ſociorum, nec Antiſtitum, nec omnino quiſquam bonorum animaduertit, niſi tu trans alpes longe ſitus: ac ne tu quidem, niſi poſtquam Clauius cœpit Calendarium tuum confutare. Cui igitur bene hæc à te dicta, viſaque probabis, dignus eſt, cui etiam Calendarium tuum probes. Bene vero an male ſuis Apologeticis Clauius de Apoſtolica ſede ſit meritus, quis hominum ignorat? Queſnam illi Apologetici hominum male habent; niſi hæreticos, & Vietam?

Diſſidium in anni ratione quantas turbas ciet, & moleſtias in rerum commercijs per celebriores Nundinas, & nobiliora quæque emporia? At fouet præterea diſſenſionem animorum in controuerſis, quę ad Religionem ſpectant, capitibus.

Vera narras, ſed hoc diſſidium, quinam induxere, ac fouent, niſi hæretici, vt quantum poſſint ritibus Catholicis, ac Romano Pontifici aduerſentur? Te vero miror Vieta, quod te idoneum exiſtimaris, qui in hoc vlcere, vt ille ait, quaſi vnguis exiſteres, & quæ paulatim cicatricem obducebant, reſcinderes.

Dematur autem fucus omnis, & cedat nudæ veritatis vi faſtus, & liuor; Epactarum æquationi, & ordinationi falſæ, & profanæ, & præterea abſurdæ, & prodigioſæ ſubſtituatur iuſta, pia, & omnibus abſurditatibus, & prodigijs libera; ac denique, vt ex verbis diplomatis, & ſyncera eorundem interpretatione conſtat, vere Liliana, ac Gregoriana.

Ita plane ſit, cedat veritati faſtus, & liuor; cedat Pontificiæ auctoritati ſtudium nouandi: cedant Calendario, quod Gregorius cum ſuo diplomate viuus, videnſque promulgauit, quæcunque inſinuant ſe furtim, Pontificibus inſcijs, falſiſq; ex titulis auctoritatem inſidioſe aucupantur. Sit anni ratio Liliana, quam Lilius, ſit Vietana, quam Vieta propoſuit; & hanc nempe nempe illi, quæ vera, commoda, Canonibus, Patribus, Gregoriano diplomati congruentiſſima eſt, contrariam, legitima quam primum auctoritas opprimat.

Nullus apparebit in orbe Aſtronomus, nullus in verba peritorum in arte iurans, qui admirādam Gegorianam anni reſtitutionem non admirabitur, & ſi forte à Sancta Romana Eccleſia deuius, eidem ſtatim ſeſe inſinuare non ſtudeat ἀμφασίη κραδίην ἀμφιχυθεὶς μεγάλη. Hoc ipſum eſt, quod omnes pij habent in votis, Venerandi Patres, & Antiſtites.

Hoc ipſum eſt, quod omnes revera pij habent in votis, ac ſperamus magna ex parte fore, cum ex conatibus irritis Vietæ Calendarij Gregoriani ſoliditas magis apparuerit, planumq; omnibus factum fuerit, quam multis noua illius inuentio ſcateat erroribus, quod omnes aperte ex libro Explicationis Calendarij intelligent.

Tanto Reipublicæ Chriſtianæ bono, qui obfuerint ope, conſilio, dolo malo, ſacri & inteſtabiles ſunto, & à felici piorum conſeſſu extorres arceantor.

De voce (extorres) *habeo, qui ſuſpicer. Sed nihil niſi tuā execrationē proſequar. Qui Pontificijs iuſſis obſtiterint: Qui diplomatibus Pontificijs alia ſubiecerint, quam quæ Pontifices voluere: Qui vllo pacto ſtudio rerum nouarum bene habentia moliri auſi fuerint: Qui denique ope, conſilio, dolo malo Reipublicæ Chriſtianæ bono obfuerint, ij anathema ſunto.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google